Universidad de Deusto
Biblioteca

Tomas
de
Aquino

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. THOMAE AQVINATIS
COMMENTARIA
IN OCTO PHYSICORVM ARISTOTELIS LIBROS,

Ex vetuſtiſſimo ac fideliſſimo manu ſcripto exemplari, diligentiſſime caſtigata, & locis quamplurimis integritati reſtituta: Cum duplici Textus tralatione, antiqua, et Argyropoli, recognitis.

Ad hæc acceſſit Roberti Linconienſis in eoſdem Summæ.

Quibus etiam ſunt additi S. Thomæ infraſcripti libelli ad negocium Phyſicum ſpectantes,

De Principijs Naturæ.
De Natura Materiæ.
De Loco.
De Tempore libri Duo.
De Aeternitate mundi.

AC THOMÆ DE VIO CARDINALIS CAIETANI
Quæſtiones duæ, hoc eſt
De Subiecto Naturalis Scientiæ.
De Dei intenſiua infinitate.

Duo item Indices, alter Librorum, Lectionum, ac Capitum ſummas continens, alter totius libri ſcitu digna demonſtrans.

Quorum omnium diligentiam ex ſequenti intelliges Epiſtola.



VENETIIS APVD IVNTAS
M D LXVI.

BIBLIOTECA DEUSTENSIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCO VENERIO ANDREAE F. PATRITIO VENETO.

Romulus Fabius Florentinus S.

NAturæ cõmunia cognoscere, id quod Octo libris Physicæ auscultationis quiuis facile assequi potest, non minus ad tuendam hominum salutem necessarium, ac opportunium putamus, q̃ singularia illius opera, & eorum singulas, atq; abditas proprietates apprehendere: quibus exacte cognitis, homines ad sui conseruationem absq; aliquo errore vti valeant. Id igitur animaduertentes, & hos libros primam esse Naturalis scientiæ partem, ac propterea cæteris digniorem, & magis necessariam, de doctissimorum hominum sententia iudicantes, dignum putauimus, illos, à IVNTIS nostræ curæ ac fidei commissos, quàm maxima fieri potuit diligentia, nouæ impressioni præparare: vt animis studiosorum eam eximeremus opinionem, qua forsitan illos vel minime alias legere dignabantur, vel siqui legerent, nullum ab ijs fructum capere se posse dicebant: tum quod vitiati erant, & concisi: tum q̃ crebra verborum & sententiarum obscuritas, vel in commentarijs, vel in ipsius Aristotelis contextibus, qui pluribus locis, vel manci erant, vel cõmentatio non respondebant, legentium animos perturbabat. Quorum iustis querelis adducti, non sine maximo labore, legentium animos perturbabat. Quorum iustis querelis adducti, non sine maximo labore, suscepto operi sic operam dedimus, vt primum collatis fidelibus exemplaribus textus corrigeremus, & cuiq; commento proprium & antiquum redderemus. Commentaria demum, vetustissimo ac fidelissimo manu scripto exemplari collato, ab innumeris purgauimus erroribus. Locos item multos, ac sententias integritati restituimus, multa superflue addita, quæ potius obscuritatem, quam claritatem aliquam faciebant, ademimus. Summas etiam Roberti Lincolniensis in eosdem libros, omni diligentia castigauimus. Vt autem libentius, ac fructuosius legerentur, Librorum omnium, ac Lectionum, et Capitum intentionem in summas ita collegimus, vt prima statim facie lector videat quid in quocunq; libro lectione, seu capite attendere debeat, et inde integrum capere fructum possit. Ab hoc autem opere, diui Thomæ additas olim Quæstiones quasdam de Formis, amouimus, quæ ad negocium Metaphysicum spectare certissimum est. Sed eas, ne hoc commodo studiosi se penitus priuatos existimẽt, libris Metaphysicorum a Diuo Thoma expositis, qui propediem emendatiores legentur, addemus. Adiecimus vero his libris nonnullos Sancti Thomæ libellos, ad hanc sine dubio materiam attinentes, videlicet de Principijs naturæ vnum, de Natura materiæ, alium, de loco item libellum, de Tempore duos, de Mundi etiam Aeternitate vnum. quos omnes, ad hos Physicorum libros attinere constat. Quæstiones duas deniq; Thomę de Vio Caietani Cardinalis, alteram de huius totius Naturalis scientię Subiecto, alteram de Dei glorioſi intensiua Infinitate addidimus, ne quid omisisse videremur, quod huius doctrinæ sectatoribus quoquo modo cõducere iudicassemus. Copiosum quoq;, ac refertissimum Indicem a nobis excogitatũ huic operi nuper addidimus, quo quiuis, facillime Aristotelis dicta, et omnia scitu digna, quæ sunt in commentarijs, alijsq; libris huic operi additis, inuenire poterit. Hæc igitur omnia, Vir Magnifice, qualiacunq; sint tuo nomini dicare volui, non solum ob honoris tui obseruantiam, qua, obpræclaras animi tui dotes, te semper sum prosecutus, verumetiam, quia pro certo, scio, te de illis, ob intellectus tui acumen, posse recte iudicare: & si quid erroris ad missum fuerit viribus meis exiguis, clementer ignoscere, & honoris mei gratia castigare. quod vt facias te etiam atq; etiam rogo. Cæterum Patrone optime bene vale, & me dilige.



INDEX SVMMARVM, LECTIONVM, AC CAPITVM, QVAE IN TOTO HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summa libri Primi Physicorum. 4

Naturalium Principia cum ex Antiquorum, tum ex propria opinione venatur, eaq; tria esse statuit: materiam, s. ac formam per se, priuationem vero per accidẽs. folio. 1.

LEctio Prima. A principijs vniuersalioribus inchoandum, cum hæc nobis prius nota sint. 1.

Lectio ij. Antiquorum de entibus, ac principijs sententię quamplures: quamq; illarum improbare, & quomodo ad Naturalem pertinet. 2.

Lectio iij. Parmenidis, ac Melissi positio de entium ac principiorum vnitate, cum ex entis, tum ex vnius ratione arguitur. 3.

Lectio iiij. Ex ignorãtia distinctionis vnius Antiqui principia ac entia vnum esse putantes, dictas rationes soluere etiam nesciebant. 4.

Lectio v. Facile esse Antiquorum rationes soluere vt rationis Melissi solutio præ se fert, ostendit. 4.

Lectio vi. Positionem Parmenidis, vnum omnia asserentis esse falsam, multiplici ratione probatur. 4.

Lectio vij. Arguuntur qui, ne ad entium pluralitatem cogerentur, non ens aliquid esse dictis rationibus cedebant. 6.

Lectio viij. Opiniones naturalium Philosophorum de primis principijs. 6.

Lectio ix. Rationes quamplures contra Anaxagoram, infinita principia asserentem afferuntur. 6.

Lectio x. Quamplures Antiquorum rationes famosæ prima principia contraria esse, enarrantur. 8.

Lectio xi. Non sufficit prima principia duo contraria esse, sed tertiam naturam dari oportet: nec plura tribus principia sunt. 9.

Lectio xij. In omni generatione, tam naturali, quam artificiali tria reperiũtur, subiectum, terminus, et oppositum, quæ principiorum rationem habent. 10.

Lectio xiij. Materiam ac formam principia per se tam in esse, quam in fieri rerum naturalium esse priuationem vero per accidens principium esse inducitur. 12.

Lectio xiiij. Ex notitia eorum, quæ de materiæ quiditate probantur, Antiquorum dubitationes duplici solutione soluuntur. 13.

Lectio xv. Materiam a priuatione distingui, eamq; ingenerabilem, & incorruptibilem esse ostendit. 14

Summa libri Secundi Physicorum.

De Natura, & naturalium rerum quiditate, & earum quatuor causarum generibus per se: deq; Casu, ac Fortuna causis per accidens, eorumque varijs effectibus ac modis. folio. 15.

LEctio Prima. Quid natura sit: quæue natura aut secundum naturam sint declaratur: quodq; natura sit demonstrare ridiculum esset, cum eam esse per se notum sit probatur. 15.

Lectio ij. Quot nã modis dicatur natura, quidue magis naturæ nomine dignum sit, materia an forma: cuius item duplex esse genus dicitur. 16.

Lectio iij. Differentia, quæ est inter Physici, & Mathematici contemplationem de ea demre, traditur. 17.

Lectio iiij. Naturalis Philosophus non solam materiam speculatur, sed formam omnem in materia vsq; ad hominis intellectum. 18.

Lectio v. Philosophum naturalẽ de Causis speculari oportere: quæue, & quot numero sint. 19.

Lectio vi. Nonnullæ causarum diuisiones ponuntur penes illarũ multiplices modos, & quæ ad ipsas sequantur. 20.

Lectio vij. De casu, ac fortuna agitur, Antiquorumq; tres de his opiniones, cum suis rationibus traduntur, & contra illas disputatur. 21.

Lectio viij. Aliquæ ex parte, tum causarum, tum effectuum diuisiones ponuntur, ex quarum notitia casus, ac fortunæ ratio concluditur. 22.

Lectio ix. Ea quæ tam ab Antiquis sapientibus de casu ac fortuna dicebantur, q̃ quæ a vulgaribus, rationabilia fuisse ostenditur: quidq; infortunium, vel eufortunium sit, 23.

Lectio x. Casus ac fortuna penes ea in quibus sunt, natura, ac discrimen sumitur: cuius notitia quatuor tantum causarum genera esse manifestum fit. 23.

Lectio xi. Quæ Physicum contemplari oporteat quem etiã ex omni causarum genere demonstrare ostenditur. 24.

Lectio xij. Quæstiones duas proponit, atq; ad alteram earum, illam videlicet, si natura propter finem agit rationes Antiquorum inducit, quibus eam non propter hoc operari ostendisse arbitrati sunt. 25.

Lectio xiij. Naturam agere propter finem, quinq; validissimis rationibus ostenditur. 26.

Lectio xiiij. Naturam propter finem agere ex tribus astruitur principijs, quibus Antiqui ostẽdisse oppositum visi sunt. 27.

Lectio xv. Cuiusmodi sit rerum Naturalium necessitas. 27.

Summa libri Tertij Physicorum.

Rerum naturalium communia accidentia determinare q̃ Physicum oporteat: & de Motus, & Infiniti natura, & modis. folio. 29.

LEctio Prima. Speculari motum, & quæ ipsum assequuntur Naturalis esse: nonnullęq; entis diuisiones traduntur ad motus definitionem habendã ad modum vtiles. 29.

Lectio ij. Motus definitio traditur partiumq; eius intellectus tum proprijs, ac communibus exemplis, tum rationibus deducitur. 29.

Lectio iij. Cum ratione, tum ex aliorum Antiquorum de motu definitionibus examinatis, & exclusis, sua rectam, ac sufficientem deducit. 30.

Lectio iiij. Alia quasi materialis motus definitio ex præmissis deducitur, motũ videlicet & actũ mobilia esse: quoq; item pacto mouentis ac mobilis motus idem sit actus, ratione autem diuersus, declaratur. 31.

Lectio v. In quo nam magis motus sit in mouente an in mobili: deq; motus ab actione & passione discrimine, & identitate, & prædicamentorum distinctione, quamplura dicuntur: Motum item motoris ac mobilis actum esse concludit. 32.

Lectio vi. Contemplari infinitum, quod Naturalem oporteat: Antiquorumq; tam naturaliter, quam non naturaliter loquentiũ de illo plurimæ afferuntur opiniones. 33.

Lectio vij. Rationes infinitum esse apparenter concludentes primo inducit, hinc nonnullis infiniti acceptionibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

expositis tria prosequitur argumenta, quibus validissime infinitum a sensibilibus non esse separatum concluditur. 34.
Lectio viij. Magnitudinem seu sensibile corpus actu infinitum dari quod impossibile sit cum logicis, tum validis naturalibus rationibus ex suppositione ostenditur. 36.
Lectio ix. Corpus infinitū actu non dari quatuor astruitur rationibus: Anaxagoræq; deluditur opinio, qua infiniti motus, ac quietis causam reddidisse arbitratus est. 37.
Lectio x. Propria ex sententia actu infinitum non reperiri demōstrat: diuersa item infinitorum communia, ac propria infinuans, quonam modo potentia infinitum esse dicatur, concludit. 38.
Lectio xi. Antiquorum de infinito definitionem refellens, propriam ac veram assignat. 39.
Lectio xij. Quarundam propositionum de infinito intellectus: eoq; in diuersis diuersimode inuento, quonam modo Geometræ vtantur. 40.
Lectio xiij. Quinq; diluuntur argumenta, quæ probare videbantur dari infinitum in actu. 41.

Summa libri Quarti Physicorum.

De Loco, Vacuo, Tempore, cum ex Antiquorum, tum ex propria sententia disseritur. 42.

Lectio Prima. Loci contemplationem ad Naturalem attinere dicitur propriæ item rationes famosæq; adducuntur locum esse affirmantes. 42.
Lectio ij. Rationes locum esse destruentes adducuntur. 43.
Lectio iij. Opiniones formam, seu materiam locum esse dicentium prosequitur: exq; quamplurimis rationibus refelluntur. 43.
Lectio iiij. Quot modis quippiam in aliquo esse dicatur in ducens, vt prius dubitata de loco dissoluat, an aliquid in seipso esse dicatur, & quomodo dilucidat. 44.
Lectio v. Quarundam suppositionum intellectus præmittitur ad assignandam definitionem loci necessarius. 45.
Lectio vi. Diluuntur ex præmissis locum formam, seu spatium aut materiam esse dicentes, veraq; eius, ac propria traditur definitio. 46.
Lectio vij. Quorumcumq; corporum tam proprius, quam communis assignatur locus: modus quoq; in eo existendi, & præcipue vltimi disseritur. 48.
Lectio viij. Ex data loci definitione, proposita circa esse loci dubia omnia soluuntur, eaq; omnium secundum naturam mobilium motus ac quietis rationem reddi posse asseritur. 49.
Lectio ix. Ad Philosophum naturalem, quod de vacuo consyderare spectat, & quomodo: rationesq; tam naturales, q̄ non naturales vacuum esse ostēdentes proponit. 49.
Lectio x. Vacui quibusdam significatis propositis, opiniones ipsum esse asserentium confutantur. 50.
Lectio xi. Vacuum non esse ex natura motus pluribus rationibus ostenditur. 52.
Lectio xij. Ex natura velocitatis, ac tarditatis motus illorum destruit sermonem, qui ex ijs esse vacuum demonstrasse arbitrabantur. 53.
Lectio xiij. Vacuum sic esse vti nomen sonat, tribus rationibus ostenditur. 55.
Lectio xiiij. Vacuum corporibus inditum non esse asseritur: non irrationabilia item fuisse Antiquorum de vacuo dubitata ratiocinatur, ipsorumq; omnium solutio ponitur. 55.
Lectio xv. Tempus an sit nec ne: & an vnum & idem Nūc contingat in toto tempore esse, vel plura quæritur. 57.
Lectio xvi. Quid temporis inquirens, quamuis ipsum motum non esse dicat, illud tamen sine motu non esse ratiocinatur. 58.
Lectio xvij. Tempus cum aliquid motus esse definierit quid nam sit eius latius manifestat. 58.
Lectio xviij. Quo pacto nunc ipsum idem, vel non idem, sit in toto tempore, qūo item tempus respiciat, continuet vel distinguat exactissima redditur ratio. 59.
Lectio xix. Quis nam numerus motus tempus sit, nonnullorum etiam de ipso dictorum rationes redduntur. 60.
Lectio xx. Quid sit in tempore esse. Quæ sint ea quæ sunt in tempore, tempusq; vt mouentia, ita & quiescentia mensurare. 61.
Lectio xxi. Quid ipsum nunc, Tunc, Iam, Modo, Olim, Repente significent ex Nunc, & temporis ratione insinuatur. 63.
Lectio xxij. Tempus generationis causam per se magis, corruptionis autē per accidens dicitur esse omnemq; mutationem, ac motum in tempore esse ratiocinatur. 64.
Lectio xxiij. Duæ de tempore dubitationes mouentur; ac soluuntur: altera de existētia, altera de ipsius vnitate. 64.

Summa libri Quinti Physicorum.

Motus diuiditur in species, de ipsius etiam Vnitate, ac Pluralitate multa dicuntur, de Contrarietate item motuum ac quietum agitur. folio. 66.

Lectio Prima. Motus per se a motu per accidens, & ab eo qui est secundum partem distinguitur, idq; cū mobilis tum mouentis, tum termini inductione explanatur, quicq; motus consyderandus sit aperit. 66.
Lectio ij. Tribus mutationis speciebus propositis duæ earum, generatio videlicet, ac corruptio a motus ratione excluduntur. 67.
Lectio iij. Nullam motus seu mutationis speciem in substātia, nec in ad aliquid, nec in actione & passione per se esse, multiplicibus rationibus ostenditur. 68.
Lectio iiij. Motus proprie tribus tantum in generibus esse dicitur. Quot item modis sumatur immobile ostenditur. 70.
Lectio v. Quorundam terminorum, Simul scilicet, Separatim, Tangere, Medij, Consequenter, & Habiti, ad motus vnitatem dignoscendam vtilium definitiones, & ad inuicem comparationes proponuntur. 71.
Lectio vi. Tribus modis motum vnū dici, proponitur. 72.
Lectio vij. Quibusdam modis propositis, ac probatis, quibus motum vnum, & continuum appellari dignum est, quis motuum insuper vnus vel plures dicatur, declarat. 73.
Lectio viij. Propositis modis, quibus motus ad inuicem contrariari contingit, quis motus cui motui opponatur ostenditur. 75.
Lectio ix. Quæ quies cui motui opposita sit: deq; quietum ad inuicem, & in mutationibus contrarietate sermo habetur. 76.
Lectio x. Tres dubitationes circa præmissa proponuntur, ac soluuntur. 77.

Summa libri Sexti Physicorum.

Motum ex indiuisibilibus componi q̄ sit impossibile, sed quod tempore cum quiete mensurari ei proprium sit. De diuisione item motus in partes, & ipsarum adinuicē ordine agitur. Errores item nonnulli circa motum destruuntur. folio. 79.

Lectio Prima. Nullum continuum ex indiuisibilibus componi multipliciter probatur. 79.
Lectio ij. Magnitudinem ac motum, sicut & continuū nullum, ex indiuisibilibus componi impossibile esse ostenditur. 79.
Lectio iij. Ad magnitudinis diuisionem temporis partitionem sequi, multis rationibus probatur. 80.

Lectio iiij. Finitum & infinitum, similiter tempus, & magnitudinem consequi: quodq; nullum continuum indiuisibile sit ratiocinatur. 82.
Lectio v. Indiuisibile temporis, ipsum nunc esse, in quo etiā nihil moueri, & quiescere dicitur, quodlibet item mobile diuisibile esse demonstratur. 83.
Lectio vi. Modos quosdam, quibus motus diuiditur: quæ item simul cū motu diuiduntur per singula exponit. 86.
Lectio vij. Illud, in quo aliquid primo mutatū est, indiuisibile esse dicitur: quomodoq; primū in quo aliquid mutatur dari contingat, multipliciter ostenditur. 87.
Lectio viij. Quodcunq; moueri præcedere aliquod mutatū esse & è cōuerso quibusdā rationibus demōstratur. 90.
Lectio ix. Finitum & infinitum quo pacto similiter in tempore, magnitudine, motu, ac mobili inueniantur ostenditur. 92.
Lectio x. Sicut in motu, & eo quod mouetur primum non datur, ita & in quiete, & eo quod quiescit primum non dari ostenditur. 93.
Lectio xi. Rationes Zenonis motum omnem auferentes diluuntur. 95.
Lectio xij. Impartibile quoquo modo moueri non posse triplici ratione ostenditur. 97.
Lectio xiij. Nullam mutationem infinitam esse multis rationibus probatur. 98.

Summa libri Septimi Physicorum.

Omne motum habere motorem, nec processum in infinitum esse, sed omnia ad primum reduci ostenditur. Motum item esse simul cū eo, quod mouet inductione probatur: & vtrum omnis motus omni motui sit comparabilis & quomodo perquiritur. folio. 99.

Lectio Prima. Omne motum ab alio moueri proponitur. 99.
Lectio ij. In mouentibus ac motis in infinitum non procedi, sed primum motum ac motorem dari cum suppositio, tum simpliciter probatur. 100.
Lectio iij. In motu locali mouens simul esse cum eo, quod mouetur monstratur. 101.
Lectio iiij. Alterans, & alteratum simul esse probatur. 102.
Lectio v. Quęcunq; alterantur, quod non secundum primę vel quartæ speciem qualitatis, sed secundū sensibiles tantum alterentur ostendit. 103.
Lectio vi. Circa animę habitus ac dispositiones, tū morales, tū intellectuales, quod alterationes nō sint ostendit. 104.
Lectio vij. Quæstione proposita, vtrum omnis motus omni motui comparabilis sit bonę comparationis conditiones declarat. 105.
Lectio viij. Motus tam genere diuersi, quam idem ad inuicem quomodo comparentur: deque generis pluralitate, ac speciei vnitate plura dicuntur. 107.
Lectio ix. Regulis nonnullis motum omnem comparari docet. 108.

Summa libri Octaui Physicorum.

Motum ipsum ex omni parte sempiternū fore cum ostensum fuerit, primum motorē penitus immobilem, perpetuum & vnum esse demonstratur. An etiam continuus detur motus, & quis nam primus sit inquiritur. Primū deniq; motorem indiuisibilem et impartibilem omniq; prorsus magnitudine carere concluditur. folio. 110.

Lectio Prima. De sempiternitate motus in communi quæstionem mouet, eiusq; partes prosequens, quātæ vtilitatis hoc scire sit ostendit. 110.
Lectio ij. Sententiam de motus sempiternitate ratiocinatur, visque rationum suarum ex Philosophis discutitur. 111.
Lectio iij. Disputat contra Anaxagoram, & Empedoclem negantes motus æternitatem. 113.
Lectio iiij. Trium rationū solutiones, quæ apparenter concludunt motum quandoq; incepisse, asseruntur. 114.
Lectio v. Proposita diuisione rerum omnium quo ad motum & quietem, nō omnia semper quiescere, aut semper moueri ratiocinatur. 115.
Lectio vi. Entia quædam esse, quæ nec semper mouentur, sed quādoq; mouentur, quādoq; quiescunt docetur. 117.
Lectio vij. Quodcunq; motum ab alio moueri multipliciter ostenditur. 118.
Lectio viij. De grauium ac leuium motore agitur. 119.
Lectio ix. Non esse processum in infinitum in mouentibus & mobilibus dicitur, omneq; mouens moueri demonstratur impossibile, sed q; est deuenire ad motorem vel omnino immobilem, vel seipsum mouentem. 120.
Lectio x. Quodcunq; seipsum mouens diuidi in duas partes, quarum altera mouens respectu alterius est, nec alio modo mouens seipsum reperiri, monstratur. 122.
Lectio xi. Quomodo partes seipsum mouentis consyderari valeant, & cuius rationis sint dicitur. 124.
Lectio xij. Primum mouens perpetuum & immobile esse, ex animalium seipsa mouentium generatione, ac corruptione monstratur. 124.
Lectio xiij. Primum mouens esse immobile, primumq; motum perpetuum multipliciter infinuatur ex mouentiū ratione. 126.
Lectio xiiij. Motum localem cæteris motibus priorem esse probatur. 127.
Lectio xv. Omnes alij motus a locali continuos esse non posse insinuatur. 128.
Lectio xvi. Nullum localem motum neq; rectum, neq; etiā reflexum perpetuo continuum esse posse, sed solum circularem deducitur. 129.
Lectio xvij. Aliquæ de motus reflexi continuitate quæstiones proponuntur soluunturq;. 131.
Lectio xviij. Quibusdam communibus rationibus ostenditur motum reflexum continuum non esse. 133.
Lectio xix. Solum circularem motum continuum esse demonstratur ac primum. 134.
Lectio xx. Motum circularem quibusdam communibus rationibus, & ex Antiquorum sententijs, primum, continuum ac regularem esse comprobatur. 135.
Lectio xxi. Potentiam finitam tempore infinito non posse mouere, neq; infinitam potentiam in magnitudine reperiri pro primi motoris vnitate ac natura probanda demonstratur. 136.
Lectio xxij. An projectorū motus continui esse valeāt. 139.
Lectio xxiij. Primum motorem indiuisibilem esse, & impartibilem nullamq; prorsus habere magnitudinem demonstratur. 139.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX CAPITVM LIBRORVM OMNIVM, QVI NVPER HVIC VOLVMINI ADDITA SVNT.

Summa libri de Principijs Naturæ.

QVæ principia causæ & elementa, & quot sint rerum naturalium proprietates, item & causarum nõnullæ diuisiones afferuntur. fol.145.
Caput primum. Ex natura generationis, quæ nam principia, causæ elementa sint rerum naturalium & quid. 145.
Caput Secundum. Quorundam quæ de causis dici solent redditur ratio. 145.
Caput Tertium. Causarum nonnullæ afferuntur diuisiones, earum etiam proprietates quædam narrantur. 146.

Summa Capitum libri de Natura materiæ.

CAput Primum. Quod materia prima non potest nisi per creationẽ in esse produci: & quod ipsa est primum subiectum in generatione Physica. fol.146.
Caput Secundum. Qualiter per mutationem formarum deueniatur in cognitionem materiæ, & secundum quam rationem materia est principium indiuiduationis. 147.
Caput Tertium. Quod tria sunt genera formarum. 147.
Caput Quartum. In quo ponitur opinio Commentatoris de dimensionibus interminatis & reprobatur. 147.
Caput Quintum. Qualiter res naturales generantur generatione Physica ex materia, & de modo constitutionis rei. 148.
Caput Sextum. Quid sint dimensiones interminatæ secundum veritatem. 148.
Caput Septimum. Quomodo dimensiones possint dici interminatæ, & quomodo eædem manent in generato, & corrupto. 149.
Caput Octauum. Quomodo in homine sunt plures formæ secundum essentiã, sed vna tantum secundum esse. 149.
Caput Nonum. Quomodo sit impossibile duo substantialia simpliciter esse in eodem composito materiali. 149.

Summa libri de Natura loci.

DE Loci natura, ac Quiditate, quidq; naturalium corporum locus sit. Quomodo item et quibus locus conueniat, tum ex propria, tum ex aliorum sententijs inquiritur. 150.
Caput Primum. Locum non esse formam, nec materiam, nec spatium, sed immobile primum cõtinentis. Quidq; proprius sit locus naturalium corporum tam mixtorũ, quam simplicium. 150.
Caput Secundum. Quæ nam sint, vel non sint in loco. multorum etiam afferuntur sententiæ, ac diluuntur, quomodo videlicet vltimæ sphæræ locus debeat. Quomodo demum superficies ac locus vltimi continentis cum sit, duę sint species quantitatis diuersæ. 151.

Summa libri Primi de Tempore.

CAput Primum. Tempus difficilis esse cognitionis ostenditur. An item tempus sit inquirens, obijcitur ad partes, ipsumque esse concluditur: an demum vnum & idem nunc numero sit in toto tempore determinatur. folio.151.
Caput Secundum. Tempus non esse motum, sed aliquid eius, scilicet numerum eius secundum prius ac posterius, ipsum insuper nec velox nec tardum dici ostenditur. 152.
Caput Tertium. Quæ sunt illa quæ mensurantur tempore, & quæ non. 152.
Caput Quartum. De differentia æternitatis, æui & temporis, & quid sit vnumquodq; eorum. 153.

Summa libri Secundi de Tempore.

CAput Primum. Quid sit tempus, & qualiter tempus in istis inferioribus participatur, et quę sit angelorum, & eorum operationum mensura. fol.153.
Caput Secundũ. Qualiter in toto tempore est instans idem re, differens in ratione. 154.
Caput Tertium. Cuius sit mensura instans temporis & æuum. 154.
Caput Quartũ. Quid mensurat operationes angelorũ. 155.
Caput Quintum. Quid sit in subiectum æui. 155.

Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti.

QVæstio de subiecto totius Naturalis Philosophiæ. folio. 156.
Quæstio de Dei glorioſi Infinitate intensiua. 158.

INDEX COMMENTARIORVM D. THOMAE AQVINATIS IN OCTO LIBROS PHYSICORVM,

Et eorum, quæ in hoc Volumine nuper addidimus.

In quo conclusiones, & omnia adnotatu digna ordine, ac iudicio summo dispositasunt.

ABstractionẽ negãtes ideas ponere oportet, quemadmodum Plato. folio.17. col.4.lit.E F
Achilles Zenonis, quo motum destruit. 95.3.E F G
Accidẽs infinitũ esse non potest. 36.1.A
Accidens, duplex separabile & inseparabile. 1.B D
Actio & passio vel sunt motus, vel idẽ motui. 32.1.A B
Actio & passio re vnum sunt, diuersa aũt rõne. 32.4.H
Actio & passio, si sint idem, non propterea vnus motus sunt. 32.4.H.33.1.A
Actiones denominantur a principijs, passiones vero ex terminis. 17.1.C
Actionis & passionis esse motum, nihil est aliud q̃ motus esse motum. 69.3.E
Actus est in eo cuius est actus. 34.3.E
Actum vnius in altero esse non est inconueniens. 31.2.G
Actiuæ qualitates passiuis priores sunt. 9.2.C
Æternitas motus necessaria est ad cognitionem primi principij. 111.1.A B
Æternorum quædam suæ immobilitatis ac necessitatis causam habent. 114.3.F
Æterna esse mobilia, & nõ motꝰ nõ est possibile. 111.4.G
Æternitas minus ostendit primi principij esse, quam nouitas motus. 111.1.B
Æternitatis rationes ab Aristo, adductæ quantum valeant. 113.1.D
Æquiuocationes multæ iuxta genera latent. 107.3.G
Æquiuoca comparari non possunt. 106.2.B
Agens quodlibet naturale in agendo reparitur. 31.4.F
Agere & pati, si idem sint, docentem addiscere non necesse est. 32.4.F
Agere pp finem cur antiqui naturæ adimebant. 27.2.A
Agentia naturalia & voluntaria determinata esse oportet, si aliquam adinuicem actionem seu passionem habere debeant. 112.2.B
Agunt & patiuntur inuicem entium multa. 30.2.D
Albatio, non albedo motus est: ad motum enim sic mutatio esset. 66.2.B
Aliquid est in potentia tantum, quoddam in actu tantum, & quoddam medio modo se habens, cui conuenit moueri. 30.1.B
Alterantis & alterati nullum est medium, præcipuæ in sensus alteratione. 102.3.F
Alteratio non est in ad aliquid. 104.1.C
Alteratio cur dicatur motus ad qualitatem. 70.4.E
Alteratio esse ad quartam qualitatis speciem videtur tamen ipsa necessario est ad qualitates tertiæ speciei. 101.4.G.103.2.D
Alteratio non est ad habitus, qui sunt partis animæ appetitiuæ. 104.1.C D
Alteratio dicitur & non augmentum vel decremẽtum, sicut & in cæteris motibus, illa mutatio, quæ ex magis in minus in eandem speciem motus tendit. 71.1.B
Alterari cõtinue aliq̃d, ĩ manifestis ẽ ambigere. 116.4.C
Alterationis principium ipsa loci mutatio videtur esse. 12.2.D.3.E F
Alterationes æque veloces contingit esse nedum temporis æqualitate, sed similitudinis formæ communi identitate: quæ similitudo ne dum passionis duplici seruata identitate, sed in subiecti numerali vnitate inspicienda est. 107.4.H.108.1.A B.108.2.A
Alteratione non existente augmentum fieri non est possibile. 127.3.H
Alterationum similitudinem ex subiecto, & passione diiudicare debemus. 108.2.C
Alteratio augmentum, neq; aliorum aliquis motus, continuus, & perpetuus esse potest. 116.4.E F.129.2.B
Alterari dicere quod perficitur, ridiculum est. 103.4.F
Alterantur & patiũtur sensus ipsi. 102.4.G H.103.1.A B
Alteratio non est motus continuus in infinitũ. 77.3.F G
Alterationes, & generationes violentæ contra naturam sunt. 77.3.E F
Amicitiam & litem rerum naturalium principia Empedocles asserens sine ratione sufficienti hoc opinasse videtur. 114.2.A B
Anaxagoræ principijs aduersari videtur quodlibet esse in quolibet. 7.3.H
Anaximander ita mundum ait incœpisse, q̃ ante nunquam fuerat. 6.4.E.34.4.E F
Anaxagoras falso putabat, ideo quiescere infinitũ quia seipsum fulcire videbatur. 37.1.H
Anaximander infinitum, diuinum, immortale, & incorruptibile esse affirmauit. 34.4.G
Anaxagoras opinatus fuisse falsum videtur, dum tantum intellectum mouentem suppositi in ipsa rerum constitutione. 114.1.A B
Anaxagoras recte posuit intellectum impassibilem, & immistum. 121.4.E F
Animalia imperfecta carent motu locali. 128.4.E
Anima non existente an sit tempus. 64.4.H.65.1.B D
Animal ipsum se ipsum mouet cum prius non moueretur, non secundum quãcunq; mutationem, sed secundum lationem tantum. 115.1.A
Animalia, q̃ neq; per artem, aut deliberatione agunt, maxime ostẽdunt ipsam naturã propter finẽ operari. 27.1.A
Animalium multæ fiunt a continente transmutationes. 115.3.E F
Animalis mouentis se ipsum, quod mouetur, & quod mouet inuicem diuisa necessario sunt. 118.3.H
Animatorum proprium esse videtur mouere seipsum, quod vitale quoddam est. 118.4.H
Animalia, quæ ex seipsis mouentur, & natura & extra naturam moueri oportet. 118.4.D E
Antiperistasi omnia simul moueri, & mouere. 139.3.H
Annuli similitudine ipsa ĩfiniti rõ manifesta fit. 39.4.G
Appetitus naturalis quid sit, & quomodo materiæ conueniat. 14.4.F G
Aqua in cineribus posita vacuum astruere vr. 50.4.E F
Aqua, dum est aqua, est in potentia ad leue, id est ad aerem: & similiter cum aer facta est, est in potentia ad actum leuis, quod est esse sursum. 120.1.C.D
Ars non deliberat, & tũ agit, pp finẽ. 18.4.E F G.29.4.H
Ars ea perficit quæ natura perficere nõ potest. 26.4.F G
Ars, quæ imitatur naturam, in his, quæ, natura, & arte, fieri valent, talem processum habet, quod in illa ex prioribus ad posteriora procedimus quemadmodũ in natura. 26.3.H.4.E.18.3.E
Ars imitatur naturam. 19.1.F
Ars imitatur naturam in his, quæ possunt, arte, & natura, fieri. 26.4.G

Artifex

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

Artifex ſibi ipſi materiam conſtruit. 18.4.F G H
Artificiata motum non niſi per accidens habent. 15.3.F
Artificiatorum omnium finis eſt homo. 18.4.F
Ariſtoteles generari ſcientiam ſicut Plato vult. Quod alibi reprobat. 105.2.B C
Ariſtoteles quando materiã fœminę, formam vero mari aſsimilat vſus eſt Platonis metaforis, vt ipſius damnaſſe videretur ſententiam de principijs. 14.4.H
Aſtrologia cum ea conſyderet quæ Phyſicus, pars phyſicæ eſſe videtur. 17.2.D
Atomum cur non poſſe moueri dicatur aptiſsima reddi tur ratio. 98.1.C D
Atomos poſſe moueri per ſe ſine ratione aſſeruit Democritus. 97.2.C D
Augmentum eſſe nequit niſi, alteratio, & vacuum aliquo modo ſint. 127.4.F.50.4.F.2.D
Augeri aliquid continue eſt impoſsibile. 116.3.E F G
Augens, & auctum immediata ſunt. 103.2.A
Auerroem male expoſuiſſe textum, primum, ſecũdum, & tertium, primi Phyſicorum. 1.4.E F
Auerroim quomodo reprobat Expoſitor in materia creationis. 111.2.C D.3.E F G
Auicennã fruſtra improbaſſe videtur Ariſtotelis rationes, quas ad oſtendendum ꝙ demonſtrari naturam eſſe impoſsibile eſt attulit. 16.2.A
Auicennæ rationes tres quibus improbat Ariſt. qui materia formam appetere dicebat. 14.4.E F G
Auicennæ rationes quædam aſſeruntur contra Ariſt. de monſtrationem, probare conantis nullum finitum in finitam habere potentiam, quæ pauci, vel nullius valoris eſſe oſtenduntur. 136.3.H

BEſtiæ nihil faciunt a fortuna. 23.4.H
Briſſonis Tetragoniſmus. 3.1.B C

CAſus, & fortuna ad genus cauſæ efficientis reducuntur. 24.3.E
Caſus & fortuna non eſſe videtur, quia de ijs mirãdum eſſe non meminiſſe antiquos. 21.3.F
Caſus & fortuna poſteriora ſunt intellectu, & ipſa natura. 24.1.G
Caſus idem ꝙ vanum, vel vano aliquid propinquius dicit. 24.2.A
Caſus inter cauſas per accidens connumeratur. 23.3.F
Caſus & fortuna ſic differunt, quod quæ a fortuna ſunt, a caſu eſſe poſſunt, non autem econuerſo. 23.3.G
Caſum cur negauerint Antiqui. 21.2.B C
Caſu quæcunq; fiunt, quæ a cauſa fiunt extrinſeca propter finem, quando non fiunt cauſa eius quod accidit. 24.1.C
Caſus non ſolum in ijs, quæ voluntarie agunt reperitur, ſed etiam in alijs animalibus, in rebus etiam animã rẽtib⁹, & ſi quo nã a fortuna differat. 24.1.A. 24.2.C D
Cauſarum determinatio cur neceſſaria eſt. 19.2.A B
Cauſa duplex, per ſe, & per accidens. 22.3.F G
Cauſarum modi quot ſint oſtenditur, & quomodo omnes ad quatuor reducuntur genera. 20.1.B C
Cauſa vno modo dicitur materia. 26.4.E
Cauſa dicitur alio modo de principio vnde motus, ideſt de efficiente. 193.F
Cauſa dicitur de ipſo fine. 19.3.E
Cauſa dicitur ipſum quod quid eſt, ideſt forma. 19.2.D
Cauſa diuiditur in potentia & actu operantem. 20.3.H
Cauſa in actu ſimul eſt cum ſuo effectu, & ſimul cum illo corrumpitur, ita tamen quod ex vtraq; parte ſingularia ſuſcipiantur, cauſa autem in potentia pereunte, non neceſſario effectus interijt. 20.4.H. 21.1.A
Cauſæ per accidens diuidi contingit, ſicut & cauſas per ſe, & quid ſit cauſa per accidens. 20.3.G
Cauſarum quomodo vna prior alia dicatur. 22.2.C D
Cauſæ quatuor tantum ſunt. 24.4.G H
Cauſæ plures qũo in vnam coincidunt. 23.1.A B
Cauſa per ſe, prior eſt ea, quæ eſt ſecundum alterum. 122.2.C D
Cauſæ ſibi inuicem ſunt cauſæ ſecundum diuerſas cauſarum ſpecies. 19.4.G H
Cauſis proportionaliter reſpondere debent effectus, ipſi ita quod generalibus generales effectus, & ſingularibus ſingulares reddantur. 21.1.C D
Cauſæ naturales in neceſſitate quomodo ordinentur ex proceſſu neceſſitatis in ſcientijs & artibus inuentę apparet. 28.3.G
Circulo ferri, & circulariter non eſt idem. 129.3.G H
Circularis motus non ſolum quia inter locales annumeratur, in infinitũ durare poteſt, & quia in eo finis principio copulatur, ſed, quia ſolus perpetuus eſt, omnibus alijs prior, & ipſorum menſura eſſe oſtenditur. 129.4.F G. 135.1.D.2.C D. 124.C D. 65.3.H.
Circulari & recto miſtus motus poſterior eſt. 135.1.A
Circularis motus perfectior & ſimplicior, quia in eo finis copulatur principio, & in eiſdem nequaquam eſt, rectus autem ſæpe in eiſdem eſt. 134.3.E F
Circularis motus, vnus numero exiſtens per infinitum tempus durare poteſt, neq; ex hoc aliquod inconueniens ſequitur. 98.4.H. 134.1.C D
Circulatio prima non eſt tempus, alioquin circulationis pars circulatio eſſet, multaque tempora ſimul eſſent. 58.1.D.2.A
Circulo motum ſemper eſt in principio, medio ac fine. 135.2.C D. 3.E
Circularis motus a ſe ipſo in ſe ipſum eſt, rectus vero ex ſe in aliud terminatur. 134.1.C.2.B
Circularis motus recto prior eſt natura, ratione, & tempore, & aliquando menſura exiſtens ſolus regularis eſt, ideo & perpetuus etiam neceſſario eſt. 135.1.B C G F
Circularis linea rectæ æqualis erit, ſi motus qui ſuper ipſas fiunt comparari poſsint. 106.2.C D
Cognitorum ordo tam ſecundum naturam, ꝙ in ratione noſtra quomodo ſumendus. 1.3.F G
Communium ſpeculatio prior eſt ea, quæ de particularibus eſt. 1.3.G H. 29.2.A B C
Comparatio fit in atomi ſpecie. 106.4.D. 107.1.A
Comparatio vera ibi eſt, vbi eſt vnum primum ſuſcepti uum. 106.4.E F G H
Comparabilia ſunt quæcunq; non ſunt æquiuoca, & quæ diuerſarum non ſunt ſpecierum, &c. 106.2.A B C D. 4.G H.
Cõfuſius nobis eſt notius, ignotius naturę. 1.3.B, 4.G H
Cœlum factum eſſe a cauſa quidam crediderũt. 21.4.H F
Cœlum eſſe factum voluit Plato, & cum ipſo etiam tempus. 112.3.F
Cœlum omnia continere dicitur, nec tamen ab aliquo contineri. 49.1.A B C
Contentum in aliquo ab ipſo realiter diſtinguitur in quo eſt. 44.1.C D
Conſequenter ſe habens, tangens, & continuum quid ſint, & quomodo naturæ ordine ſe reſpiciãt. 72.2.A B
Contrariorum vna eſt materia, ac ſcientia. 112.1.B C
Contrarietas eſt inter duos terminos maxime diſtantes. 69.1.B
Contrarium aliquid alicui quinq; modis cũ ſit, quinq; ſimiliter modis motuum contrarietas ſumendam eſſe docet. 75.2.A B
Contrariorum idem eſt cauſa. 21.1.A
Contraria ſecundum locum ſunt, quæ maxime diſtant ſecundum lineam rectam. 71.3.G, 4.F
Contraria quæ erant in genere, poſitionis. figuræ, & ordinis, antiqui rerum naturalium principia dicebant. 8.2.D, 3.F

Contraria

TOTIVS LIBRI

Contraria quomodo inuicem fiant. 7.1.A
Contraria principia antiqui poſuerunt cum vno materiali principio. 10.3.F G
Contrarietas mutationum ex terminis quidẽ ad quos intendimus tantum eſt. Non autem in motibus hoc ſufficit. 76.4.H
Contrarietas communis perfecti & imperfecti in ſubſtantia eſt. 69.1.B. 10.4.G
Condenſationis ratio vacuum aſtruens vana eſſe oſtenditur. 51.4.F G
Continua ea eſſe dicimus, quorum vnus eſt terminus. 72.1.C D
Continuitas tempori competit ex motu & magnitudine. 59.1.B C
Continuatio his tantum conuenit quæ ſecundum contactum vnum fieri apta nata ſunt. 72.1.C D
Continuum, ſi diuiſibile eſſet, partiretur impartibile.. 83.3.F G H. 4.E
Continuum ex indiuiſibilibus minime componitur, ſi definitiones continui, & eius, quod eſt tangere, & quod conſequenter, veræ ſunt. 79.1.B C D
Continet locatũ ipſe locus, ita ꝙ nihil eſt eius. 45.4.F G
Continens ideſt cœlum, ſeu aer, quomodo plurimas in animalibus cauſent tranſmutationes. 115.3.E
Conuerſio terminos habet indeterminatos. 135.1.D.2.E
Continuum omne ex indiuiſibilibus componi eſt impoſsibile. 84.1.A
Continuitate, magnitudo, motus & tempus, ſe conſequuntur. 61.3.G
Continue moueri dicitur illud, ꝙ non deficit moueri aliquo in tẽpore per eandẽ magnitudinẽ. 71.3.G H. 4.E
Continuari mobilia omnia apud Philoſophos dubium eſt. 101.1.D.2.A
Corporum ſenſibilium ſenſibilia ſunt elementa. 43.2.A
Corpori cuilibet, cum extra propriũ locũ eſt, ad ipſum ferri naturaliter & continue, proprium eſt, & cur etiã naturaliter quieſcit in eodem. 45.4.F G. 39.3.H
Corpus infinitum ſi eſt, aut graue, aut leue illud eſt. 38.1.C D
Corpora de neceſsitate naturæ ſuis in locis manent; & ex his violentia mouentur. 117.1.A B
Corpus habens aliud extra ſe corpus ipſum continens, in loco eſt, quod vero non habet, in loco non eſt. folio. 48.1.C D
Corpus aliquod infinitatem ſubire inconueniens eſt. 37.2.C.3.E
Corpus infinitum, cum ſit in omnem partem dimenſiones habens, eſſe non poteſt. 36.4.G H
Corruptio vocatur ea mutatio, quæ ex ſubiecto in non ſubiectum tendit. 68.1.D
Corruptionem corruptioni contrariam eſſe nihil prohibet, ſicut nec generationi generationem contrariam eſſe non eſt inconueniens. 75.4.E F
Corruptum, & generatum, in atomo corruptum eſſe, & generatum oportet. 88.3.H
Corruptionis cauſa per ſe eſt ipſum tempus. 62.2.C
Corrumpitur ac generatur, quod quandoq; eſt, & quandoq; non eſt. 125.2.A
Creationẽ tuetur Expoſitor cõtra Cõmẽtatorẽ. 111.2.D

DEfinitio eſt rei, qua decernimus vtrum idem ſit, aut aliud: ꝙ duobus modis intelligitur. 107.4.G
Definitione quid res ſit oſtenditur. 46.1.A
Definitione omnia obiecta diluuntur. 46.1.A
Definitione definiti proprietates clareſcunt. 46.1.A
Definitione ſit omnium difficultatum manifeſta cauſa. 46.1.A
Definitionibus partes quædam indiuiduales materiæ non conueniunt. Sed partes materia cõmunes quandoq; ipſas ingrediuntur. 28.4.H
Definitionis omnes partes ad genus cauſæ formalis reducuntur. 19.3.H
Definitionis communis regula. 5.4.G
Definitiones Phyſicæ & mathematicæ diuerſæ ſunt. 17.4.H
Definitio declarans ſpeciem quæ ſit. 107.4.F G
Deliberare non eſt præciſa agendi propter finem ratio. 27.4.F G
Democritus, & Empedocles, de forma tantum tractauerunt. 18.2.C
Democritus abſq; ratione atomos ex ſe moueri aſſeruit. 97.D C D
Demonſtratio Ariſt. qua probat finitum non poſſe per tempus infinitum mouere, quantum valeat. 136.3.H
Demonſtratio, qua probatur nullam finitam magnitudinem habere infinitam potentiam, quanti ſit valoris examinatur. 139.1.B C
Denſitas, & raritas, principium omnium paſsionum quomodo ſunt. 127.4.H
Denſi, ac rari, diſcrimine aliarum ſequitur differentia qualitatum. 57.1.C D
Denſi, ac rari, ratione quidam vacuum inditum corporibus eſſe affirmauerunt. 55.4.E F
Deorſum cur ferantur grauia non poterit aſſignari aliqua ratio, ſi motus ſurſum vacuum cauſa ſit. 56.1.C D
Diuerſitatis ſcientiarum cauſa duplex eſt. 1.1.D
Diuiſiua via vtilis eſt ad definitiones. 29.3.E
Diuiſionẽ magnitudinis vltimis carere neceſſe eſt, cum in infinitum diuiſibilis ſit. 41.1.A B
Diuiſio, non per ſe qualitati, ſed & quantitati, congruit. 87.4.E
Diuiſibile, cum contra ſuam diuiſionem diſtinguatur, Nunc omne indiuiſibile eſt. 84.2.C
Diuiditur omne in ea, ex quibus componitur. 79.3.F
Diſpoſitionis ratio ex relatione depender. 104.1.A B
Docentem addiſcere non eſt neceſſarium, ſi, agere, & pati, idem ſint. 32.3.H. 4.F
Duratio motus per infinitum tempus impoſsibilis eſt. 98.4.H

EMpedocles, litem, & amicitiam, principia rerum ponens, irrationabiliter dixit. 114.2.A B
Empedocles incœpiſſe mundum, ita quod aliquando erat ante, opinatus eſt. 110.3.H. 4.F
Empedocles, & Democritus, ex Philoſophis formam ex parte tractauerunt. 18.2.C
Ens multipliciter dicitur. 3.2.D.3.F
Entium quoddam naturale, quoddam artificiale eſt. 15.2.C.3.E
Entium, quędam ſunt propter finem deliberatum, quędam minime. 22.2.D
Entium propter finem, quædam per voluntatem fiunt, quædam vero non. 22.3.E
Ens trifariam diuiditur. 29.2.D.3.E F
Entium communis diuiſio ſecundum motus, & quietis diſpoſitionẽ quomodo ſit ſumẽda. 115.4.E F G H
Entium, quædam aliquãdo mouentur, aliquando quędam quieſcunt. 115.4.E
Entia omnia in loco eſſe communis ex antiquorum ſententia. 42.1.C
Entium, quædam aliquando quieſcere, quædam vero non. 115.2.A B
Ens omne immobile eſſe ob id quod vacuum non eſt Meliſſi eſt, fatua, & apparens, ratio. 50.3.G
Entium multa, agunt, & patiuntur, inuicem. 30.2.D
Ens mobile, non autem corpus mobile, ſubiectum eſt totius Naturalis philoſophiæ. 1.2.A
Eſſe, & fieri, propter aliquid reperitur in rebus naturalibus ſicut commune quiddam. 27.1.B C
Eſſe, qñ, tempus eſt, & in tempore, diuerſa ſunt. 62.1.D

Euſor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eufortuniũ est qũ sequitur aliquod potissimum bonũ. Infortunium vero qũ maximum malum. 23.1.D
Ex alio fieri bifariam intelligitur. 11.2.A B
Excessus omnis, determinatæ, ac datæ, magnitudinis nõ contingit sicut in diuisione. 39.2.C
Expositio Auerrois textus, Primi Physicorum, primi secundi, & tertij, & eius improbatio. 1.4.G
Experientia particulariũ scientiã assequimur. 104.4.F
Expulsio ea est, cum mouens, deserit id quod mouet. 101.4.E

FAcientis, & vtentis, discrimen. 18.4.E
Falsum, quod Zeno in sua ratione motum destruente supposuit. 96.1.B
Fieri ex alio secundum esse essentiale, & accidentale, accidit. 11.1.B C.2.A
Fieri & esse propter aliquid proprium est rerum naturalium. 29.1.C
Finis est causa causarum. 20.2.B
Finem & ea quæ a fine sunt cur idem artifex consyderare habet. 183.G.4.E
Fine carens perfectum haud esse potest. 40.1.A
Finiti diuisibilis idem est terminus. 58.1.A
Finitum, & infinitum, propria naturalium sunt. 33.3.G
Finitum, quod accipitur in magnitudine, vel secundum appositionem, vel diuisionem, permanet. Finitum vero, quod in successiuis accipitur, corrumpitur. 39.1.A
Finitam magnitudinem æquam potentiam habere cũ infinita est impossibile. 139.1.C
Finita magnitudo habere potentiam infinitam non potest. 139.1.C
Fœlices cur a vulgo fortunati dicantur. 23.4.F
Formã in materiã transmutari incõueniẽs est. 16.3.E H
Formã, materiã, mouentẽ, Naturalis speculatur. 25.3.E
Formæ ac materiæ speculatio naturalis scientiæ terminus est. 18.2.A
Formæ continere, materiæ vero contineri, proprium est. 40.3.E
Forma rei naturalis natura est, artificialis vero non, cum ex naturali naturale fiat, artificiale ex artificiali minime. 17.1.A B
Forma natura dicitur. 16.4.F G
Forma, & materia, si locus essent, quo modo vnũquodq; in suum pergeret locum, difficile esset videre, & locus erit in loco. Quod est absurdum. 44.2.B C
Forma & materia cum non separentur a re locum esse minime posse, quia locus a locato separatur. 44.1.B C
Forma duplex, completa, & incompleta. 17.1.D
Forma est magis natura quam materia. 16.4.G
Formam solus, Empedocles, & Democritus, tractauerunt. 18.2.C
Forma in numero causarum est. 19.2.D
Forma, & fine, generationis, quod idem est, omnia, quæ ad ipsam ordinantur, propter ipsam fiunt. 27.1.B C
Formam, & materiam, ad eandem scientiam contemplari spectat. 18.2.C
Fortasse non est albedo motus, sed albatio. 67.2.A
Fortuna & casus nihil esse videntur, dũ nullus Antiquorũ Philosophorũ de ipsis sermonem habuit. 21.2.D
ä Fortuna nihil faciunt proposito carentes, vt pueri, inanimata, & bestiæ. 25.4.G
Fortuna non est circa ea quæ semper sunt, quemadmodum natura. 27.3.G
Fortuna & casus posteriora sunt natura, & intellectu. 24.3.G
Fortuna a casu in quo nã maxime distinguat. 24.2.C D
Fortuna secundum aliquos, causa quædam est, sed humano intellectui immanifesta. 22.1.B
Fortuna est causa per accidens in his quæ fiunt fm propositũ propter finẽ in minori parte. 22.4.G H. 233.F
Fortunam bonam dicimus, cum bonũ aliquod, & è contra malam cum malum euenit. 23.2.D
Fortuna inuenitur in habentibus dominium suorum actuum. 23.4.E F
ä Fortuna effecta effectui per se coniunguntur, & ipsa per accidens fiunt. 22.3.G
ä Fortuna multa per accidens euenire. 23.1.B C
ä Fortuna cur aliqua fiant, & quomodo. 22.2.A B
Fortunam cœlestium causam esse destruitur. 24.3.G
Fortunatos cur vulgus fœlices vocat. 23.4.F
Fortuito facta esse diuiniora corpora, quæ partes mundi sempiternæ sunt, impossibile est. 21.4.H

GEneratio, si generetur, nõ erit assignare materiã ipsi generationi subiectã, quod est absurdũ. 70.2.C
Generationem generationi cõtrariam esse, sicut nec corruptionem corruptioni, nihil prohibet. 77.3.H
Generationis naturalis necessitas similis scientiarũ demonstratiuarum necessitati videtur quantum ad id, quod est necessitatis principium. 28.3.F G
Generationis naturalis animalium hic naturalis videtur ordo, vt primum semen, inde animal, postremo homo fiat. 27.2.C
Generatio vnius, est corruptio alterius. 4.3.G
Generatio duplex, aliqua simpliciter, aliqua vero fm quid: ea substantiæ est, hæc vero accidentis. 68.1.B C
Generatio non est motus, quia quod generatur non est hoc aliquid. 68.D C D
Generatio non est motus, quia quod generatur non est in loco. 68.3.E F
Generationes & corruptiones rerum necessario cũ motu sunt. 101.1.A
Generatio cum oppositos habeat terminos non potest esse in perpetuum continua. 129.2.A B
Generatum omne generabatur prius generatione cum motu præcedente. 89.4.E G
Generatum prius alteratur, & accrescit, vltimo localiter mouetur. 128.2.D
Generari imperfectionem dicit in eo quod generatur. 128.3.H
Generatio dicitur æque velox, si in æquali tempore generetur idem, & indiuisibile. 108.3.E
Generatum vt statim corrũpatur absurdũ est. 129.4.E
Generationẽ naturaliũ continere simpliciter necessariũ penes materiã sumptum inconueniens est. 28.1.B C
Generationes, & alterationes, violentæ contra naturam sunt. 77.3.E
Generatum videtur in eodem instanti generari, & corrumpi. 132.2.D
Generationis cui usq; oportet esse aliquẽ terminum ad quem. 68.4.G
Generatum omne latione vltimo mouetur. 128.2.D
Generatio dicitur mutatio ex non subiecto in subiectum. 68.1.B
Genus non dicit vnã naturam, species autẽ sic. 107.3.H
Genus duplex logicum & naturale. 107.3.H
Genera multas æquiuocationes continent. 107.3.H
Grani milij quodlibet non facit sonum, sicut totus modius. 109.3.G
Graue deorsum tendit, quia aptum natum est sic moueri. 119.4.H
Graue & leue multipliciter dicuntur esse in potentia. 120.1.B C
Grauia & leuia moueri a se ipsis absurdum est. 118.4.G
Grauia & leuia in propria loca natura, in opposita autẽ violentia mouentur. 118.4.G
Grauia & leuia, cũ mouentur natura, non est manifestũ, sicut cũ extra naturã mouentẽ ab alio moueri. 118.4.G
Grauia & leuia cum continua sint non mouent se ipsa. 119.1.D

Grauia & leuia ab alio mouentur. 119.2.B C
Grauia & leuia quomodo moueantur a generante. 120.2.C
Grauia, cum nõ sint sibi ipsis causa quietis, a se ipsis moueri nequeunt. 118.4.H
Grauia cur deorsum ferantur non erit aliqua ratio, si motus sursum vacuum causa sit. 56.1.D

HAbitum illud dicitur esse quod cum alicui consequenter sit, ipsum tangit. 71.1.A
Habitus, qui sunt in prima specie qualitatis, qui etiam corporei sunt virtutes, & vitia quædam appellantur. 104.1.A B
Habitibus animæ appetitiuæ abest alteratio. 104.2.A
Habitus ac dispositionis ratio ex relatione dependet. 104.1.A
Hesiodi sententia, si vera sit, locũ habere mirabilem potentiam constat. 42.4.H
Heraclitus omnia aliqũ ignem fore existimauit. 37.1.B
Heraclitus Mutationem posuit infinitam. 98.3.E
Heraclitus moueri omnia asserẽs, minus Naturalis scientiæ fines egreditur. 116.2.B
Hesiodus ante omnia Chaos asserens locum affirmasse videtur. 42.4.H

IAm est illud quod propinquum est præsenti indiuisibili nunc. 64.1.A B
Ideas ponere Plato coactus fuit dum aliquã intellectus abstractionem non cognouisse videtur. 17.4.E
Ignem quãdoq; omnia fore putabat Heraclitus. 37.1.B
Ignis cũ sursum naturaliter moueatur, terra aũt violenter, sursum & deorsum motus naturales sunt. 78.1.A
Ignis motu sursum an cõtrarius sit eius deorsum violentus motus, aut terræ naturalis deorsum. 78.4.E F
Indiuisibili tẽpore nõ potest aliquid quiescere. 94.3.E
Immobile tribus dicitur modis. 66.1.D
Immobile mouens aliquod esse necesse est. 121.2.B
Immobile omne esse ex eo arguitur, quod vacuum non est: ergo nec motus, sicut arguit Melissus. 50.3.G
Impartibile secundum quantitatem non mouetur, nisi per accidens. 97.2.B
Infortunium contingit esse, quando aliquod magnum malum euenit. 23.2.D
Impossibile multis intelligitur modis. 98.4.F
Impossibile ex possibili quandoq; sequi non potest, falsum vero sic. 121.3.E
Impulsio est, cum mouens non deficit ei quod mouetur. 101.4.E
Inanimata nihil faciunt a fortuna. 23.4.G
Infinitum esse q; sit impossibile ex ipsa corporis ratione constant. 41.1.A B
Infinitum esse ex quinq; ostendi posse videtur: ex tempore, ex decisione continui, ex perpetuitate generationis, ex ratione eius apparenti, & ex intellectus apprehensione. 35.1.A B C D
Infinitum speculari ex aliorum opinionibus conueniẽs est. 34.3.E F G
Infinitum corpus dissimilium partium dari in natura non est possibile. 37.3.E F
Infinitũ verius Parmenides, q; Melissus itellexit. 40.1.B
Infiniti generica ratio hæc est, q; semper eius sit aliud, & aliud accipere. 38.4.G H
Infinitum aliter definitur, quam aliqui philosophorum definierunt. 41.2.C D. 39.4.E
Infinitum, in tempore, in hominibus generatione, et magnitudine diuersis inuenitur modis. 41.1.D
Infinitum definire absurdum est. 40.2.D
Infinitum secundum excessum, sicut secundum diuisionem omnis datæ magnitudinis in natura non contingit. 39.2.C D
Infinitam potentiam in magnitudine infinita reperiri non est possibile. 139.1.B C D
Infinitum in maius in numeris reperitur, in minus vero non. 40.3.H. 4.E F
Infiniti rationem pari numero Pythagorei tribuebant. 33.4.H
Infinitum non est actu, sed potentia. 38.3.G H
Infinitum secundum diuisionem datur. 38.3.G H
Infinitum reducitur ex potentia in actum successiue. 8.4.F
Infinitum, diuisione, & appositione, genere conueniunt. 39.1.D
Infinitum est, cuius semper aliquid extra est accipere. 39.1. D. 2.B C
Infinitum cum materia similitudinem habet. 39.2.B
Infinitum secundum diuisionem & appositionem quomodo distinguantur. 39.2.C
Infinitum parti potius, quam toti simile est. 40.2.A
Infinitum in sensibilibus, & in intelligibilibus esse irrationabiliter Plato existimauit. 40.2.D
Infinitum in motu tempore, et magnitudine non vniuoce, sed analogice reperitur. 41.1.D
Infinitum est sicut materia, cui semper annectitur priuatio. 41.2.D
Infinitum principium ingenitũ esse, & omnia gubernare proprie dicitur. 34.4.E F
Infinitum passio est magnitudinis. 35.4.F
Infinitum si est, vel est substantia, vel accidens, aut nec accidens nec substantia. 35.2.C
Infinitum actu esse, & sicut substantia, & principium rerum absurdum est. 35.4.H. 36.1.B
Infinitum accidens esse est impossibile. 36.1.B C
Infinitum ad finitũ nullã rationẽ habet. 113.4. 114.1.A B
Infinitum quantitati congruit. 3.3.E
Infiniti definitio ex antiquis accepta perfecto potius cõuenit. 40.1.A
Infinitũ auferẽtibus, quæ nã impossibilia accidẽt. 38.3.E
Infinitum in actu nõ adstruitur ex ipsa magnitudinum diuisione in infinitum. 41.4.H
Infinitum ponentes omnes principium rerum faciunt, q; Pythagoricis proprium fuisse videtur. 33.4.E
Infinitam mutationem posuit Heraclitus. 98.3.E F
Infinitum locum esse cum non contingat, neq; possibile erit esse corpus infinitum. 38.1.C D
Infinitũ esse separatum nõ potest, sicut nec magnitudo, nec numerus per se existere separata possunt. 35.4.F
Infinita magnitudo dupliciter infinita esse potest secundum diuisionem, & secundum vltimum. 82.3.H
Infinitũ auferẽtes, quæ sequantur impossibilia. 35.2.B C
Infinitorum mouentium, non datur primum. 120.4.E
Infinitum aut finitũ sit naturale oẽ necesse est. 33.3.F G
Infiniti consyderatio necessaria est. 33.3.F G
Infiniti definitio, a Philosophis assignata, in annulo conspicitur. 39.4.F G
Infinitum transiri necesse erit, siue in numeris separatus siue in sensibilibus, ponatur. 36.2.A B C
Infinitum corpus, siue simplex, siue compositum, nõ potest esse. 36.4.E F
Infinitum transiri in tempore infinito quomodo sit possibile. 131.4.G H
Infinito tempore motum infinitum esse non est impossibile, ita tamen quod motus alius & alius intelligatur. 100.4.F G
Infinitum quoquomodo separatum aliquem inuenisse est impossibile. 35.3.G H
Infinitum quod partes eiusdem speciei habeat non est possibile esse. 37.2.C. 3.E
Infinito tempore per magnitudinem finitam non eandem transire non est possibile. 92.2.A B
Infinitum, quia toti simile est, ideo omnia continere ei pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprium est. 40.2.A B
In seipso esse primo & per se nihil potest. 45.1.D
In seipso aliquid esse per se, aut per accidens, siue secundum partem intelligitur. 44.4.H.45.1.A
In seipso aliquid esse per se, aut per accidens, non contingit. 45.3.H
Intellectum immistum & impassibilem rationabiliter posuit Anaxagoras. 121.4.E F
Intellectus dum reducitur in habitum scientiæ non suscipit aliquam alterationem, quia sciens ad aliquid est. 104.4.E F
Intellectus & natura priores sunt fortuna, & casu. 24.3.G
Instrumentum mouet, & mouetur, mobile mouetur, sed non necessario mouet, mouens vero vt sic tantum mouet. 121.3.F G
Infinitum spatium finito tempore aliquod mobile pertransire non potest. 82.4.F
Infinitam mutationē per se esse, vt asseruit Heraclitus, est impossibile. 98.2.D.3.E F
Infinitum in actu auferentes Mathematicam scientiam haud euertunt. 41.2.A B
In seipso, si aliquid primo sit, idem erit continens & contentum. 45.2.B C
Intelligentiæ, siue imaginationi non est credendum. 41.4.E F
Impartibile partiretur, si continuum indiuisibile esset. 83.3.H.4.E F
Indiuisibile diuisibile erit, si quo modo atomum moueatur. 98.2.A B C
Indiuisibile moueretur, si tempus componeretur ex ipsis nunc indiuisibilibus. 97.4.E F G
Infinitum si non sit aliquo modo, tempus principiū & finem habebit: quod est inconueniens apud opinantes mundum æternum. 38.3.E F
Infinitum corpus si reperiatur, graue illud, aut leue erit, quod est impossibile. 38.1.C D
Infinitum sicut elemento competeret, omnia alia eo corrumperentur. 36.3.F G.4.F G
Infinitum quiescere, quia fulcire seipsum videtur, impossibile est. 37.3.H
Infinitum, si erit accidens, non erit principium. 35.4.E
Infinitum multis dicitur modis. 35.3.E F
Infinitum in potentia tantum ex ipsa generatione concluditur. 41.3.G
Infinitum esse, vel nō esse rationes astruentes quantum valeant ostenduntur. 41.3.E F G H.4.E F G
Infinitum non est, quod est ex termino in terminum. 98.3.E F G
In aliquo esse quot modis dicatur. 44.3.F G
Irregularis motus est vnus, inquantum est continuus. 74.4.G H
Irregularitas in motu duplex attendenda est, aliquando enim est in medio, ideſt magnitudine, aliquando in modo motus. 74.3.G H

Lapis cp deorsum latus, aut manens in terra lateat mirabile est. 116.4.H
Lapis per longinquitatem temporis non fit durior aut mollior. 116.4.H
Latio cum sit motus in aliquid non est infinita. 98.4.E
Latio prior est alijs motibus secundum subsistendi consequentiam. 128.1.B C
Latio perfectione prior est alijs mutationibus. 128.4.E
Latio omnis secundum circulum, aut secūdum rectum, aut ex his mista est. 129.4.G H
Latio in rectum cum ad contrarios sit terminos in infinitum continua non est. 130.1.B D
Latio circularis cum principio finem copulet, nō autem, recta in infinitum continua erit. 134.1.B C
Lationem necessarium est primā esse motuum. 127.3.H
Latum ab alio quatuor intelligitur motibus tātum, pulsione, tractu, vectione, & vertigine. 101.3.H
Latio vltima est in vnoquoq; quod generatur. 128.3.F
Latio prior est tempore alijs motibus. 128.2.B
Lationum sola circularis perpetua esse potest. 129.4.F
Latione mouēs semper aliquid mouet, aliquo in tempore ad aliquam spacij quantitatem. 108.4.F
Latio alijs motibus perfectior ideo est, quia mouens seipsum secundum illam mouetur. 128.4.G
Latio nulla erit si vacuum sit. 52.3.H
Lationes omnes cur non sint comparabiles. 107.2.D.3.F
Leuia cum nō possint se ipsa oppositis mouere motibus a seipsis non mouentur. 119.1.A B
Leuia & grauia ad sua loca mouentur. 118.4.G
Linea recta circulari æqualis erit, si motus qui per ipsas fiunt comparari valeant. 106.1.C D
Linea non componitur ex punctis, sed inter ea semper mediat, sicut inter nunc tempus. 79.2.C D
Litem & amicitiam, Empedocles principia posuit, at irrationabiliter. 114.2.B
Loci mirabilis est potentia, si ea quæ dixit Hesiodus vera sunt. 42.4.H
Loci differentiæ sex sunt. 38.2.A
Loco omnia congruunt, quæ de ipso dicuntur siue a sapientibus, siue a vulgaribus hominibus, si recte eius definitio suscipiatur. 47.4.H
Loco hoc proprium esse videtur, vt neq; maior, neq; minor sit locato. 45.4.E
Loci definitio qualis esse debeat. 47.4.H
Loco siue magnitudini, prius & posterius primo insunt. 59.1.D
Locus quid nam sit, primus omnium conatus est Plato assignare. 43.4.H
Loci sententiæ a Platone positæ aduersari videntur ea, quę de ideis & numeris dicit, cp videlicet in loco non sunt. 44.2.A B
Locum & naturam dixit idem esse Plato in Thimeo. 43.4.H
Locus naturalis parti ac toti idem accommodabitur. 37.1.D
Locus forma ideo est quia continet, dissimiliter tamen ab ipsa forma. Nam, illa rem continere dicitur, locus vero corpus locatum. 46.4.E F
Locus, siue materia, siue forma sit, difficilis est cognitionis. 44.1.A
Locus si spatium esset, esset transmutabilis. 47.1.C
Locus quia, continet, & separatur a re, non est materia. 47.2.B C
Locus terminus est corporis cōtinentis. 47.3.E.47.4.G
Locum immobilem esse sicuti vas, quomodo intelligendum sit. 47.4.E
Locus cur spatium videtur esse. 46.4.F G
Locis propriis corpora naturalia, naturaliter quiescunt. 49.3.H
Locus proprius a natura determinatus est, ad quem cuncta naturaliter feruntur. 42.3.F G H
Loci completa definitione apparentes rationes ipsum destruentes soluuntur. 49.2.A B
Locus cum vacuo affinitatem habere videatur, necessarium fuit de loco disserere. 49.4.H.50.1.A
Locum posuisse videtur Hesiodus ante omnia Chaos affirmans. 42.4.H
Loco primum inest ita continere locatum quod nihil sit eius. 45.4.F
Loco cōtinetur illud corpus quod aliud extra se corpus habet. Quod vero nō habet minime i loco est. 48.1.C
Loci natura ac' differentiæ ob varias sapientum sententias obscura sunt. 47.3.F G

Locum

Locum nequaquam quæsiuissent sapientes nisi fuisset motus. 46.1.B C
Locum aliquem corpus suapte natura habet. 37.1.C D
Loco aliquo ofa sensibilia corpora continentur. 38.1.D
Loca propria de necessitate naturæ corpora nunq; deserunt, & ex his violentia mouentur. 117.1.A B
Loco separari ita a locato, cp tam ei non deficiat p̄priū est. 45.4.F G
Locus cum naturalibus corporibus cō munissimus sit, a Naturali contemplandus ideo est. 42.1.C D
Loci differentiæ non solum quoad nos, sed ex natura loci in toto vniuerso determinata sunt. 38.2.A
Loci mutatio alterabitur, vel latum localiter, aut sic mouebitur, si mutationis mutatio sit. 70.3.E
Locum infinitum esse, cum non cōtingat esse infinitū corpus est impossibile. 38.1.C D
Locum esse efficacissime ostenditur, dum natura, vnumquodq; fertur in situm locum. 42.1.3.F G H
Locorum, aliquis communis, proprius alter. 43.3.F G H
Locus quia motui extrinsece conuenit, ad Naturalem spectat. 42.1.C D
Locus quia entibus omnibus conuenire videtur, Naturalis de ipso determinationem facit. 42.1.C D
Locus, quia & secundum se, & quo ad nos dubius est, ob hoc necessaria est eius consyderatio Physicis. 42.2.A
Locus quòd sit ex rerū trāsmutatione videtur. 42.2.C D
Locus, an moles an quædam corporis sit aut altera natura certum non est. 43.1.A B
Locus si daretur duo corpora in eodem essent. 43.1.A B
Loci tres dimensiones sunt, longitudo, latitudo, & profunditas. 43.1.A B
Locus si esset quid a corpore distinctum, loci puncti ad ipsum punctum aliqua distinctio foret, quod est impossibile. 43.1.C D
Locus cum neq; elementum, neq; ex elementis sit, nihil esse videtur. 43.2.A
Locus cum nullum ex quatuor causarum modis induat nihil videtur esse. 43.2.B C
Locus si esset, & ipse in loco esset, & sic in infinitū, quod est absurdum. 43.2.C D
Locus, cum locatis crescere non valeat, quia immobilis est, nihil esse videtur. 43.2.D.3.E
Locus cum sit terminus locati forma est, quæ terminus est eius, cuius est forma. 43.3.G H
Locus quia a locato separatur forma, aut materia, quæ in separabilia sunt non esse videtur. 44.1.B C
Locus in eo quod separatur a re non est forma, prout vero continet non est materia. 44.1.C D
Locus si materia est, aut forma, difficile in suum quodq; perget locum. 44.2.B C
Locus si materia aut forma sit erit in loco ipse locus. 44.2.C D
Locus quod erit in loco, si affirmetur esse, apparētia quædam fuit Zenonis, quæ facile soluitur. 45.3.G
Locus particularis in cōi est sicut pars in toto. 46.2.C D
Locus aut est materia, aut forma, aut spatium, aut extrema corporis continentis. 46.3.G H
Longitudo infinita esse non potest, & tempus infinitum. 81.2.C
Longitudo in qua aliquid mouetur secundum locum diuisibile est. 87.4.E

Magnes tripliciter, seu triplici ratione trahi a ferro dicitur. 101.4.H.102.1.A
Magno & paruo quare Plato infinitū attribuit. 34.2.C
Magni ac parui eadem est materia. 80.1.D
Magnitudo, & numerus sicut per se separata existere re non possunt, sic neq; infinitum. 35.4.F
Magnitudo, motus, & tempus in mensura ac continuitate se inuicem consequuntur. 61.3.G
Magnitudo quælibet continua est. 82.2.D
Magnitudo omnis dupliciter infinita esse potest secundum diuisionem, & secundum vltima. 76.4.H
Magnitudinem, si ex indiuisibilibus componi contingeret, motus ex indiuisibilibus numero æqualibus motibus componeretur, ex quibus componitur magnitudo, super qua fit motus. 79.4.G
Magnitudinis diuisæ vltimum non datur, quia in infinitum diuisibilis est. 41.1.A
Magnitudinem finitam habere potentiam infinitā non est possibile. 139.1.B
Magnitudinis datæ non est quicunq; in maius excessus, sicut in diuisione. 139.2.C
Magnitudo, tempus ac motus ex indiuisibilibus non componuntur. 80.1.B C
Magnitudinem finitam si quod mobile pertranseat, finito in tempore, nihil intulit Zeno contra Christum. 95.4.E F G
Magnitudo finita erit, si tempus sit finitum. 93.1.B C D
Malitiæ ac virtutes sunt ad aliquid. 101.1.A
Mathematicus abstrahit a materia, & a motu, nec tamen mentitur id quod diuinissime declaratur. 17.3.H
Mathematici ac naturalis discrimen scire Naturalē oportet. 17.2.A
Mathematicus, ac Physicus eadem, licet consyderent, nō tamen eodem modo. 17.3.E F
Mathematicus ac Physicus non eodem modo definiunt. 17.4.G H
Materiæ indiuidualis quędam partes definitionem non ingrediuntur, at communes eius partes quandoq; definitiones rerum constituunt. 28.4.H
Materia cum ad formam dicatur in numero eorum, quę ad aliquid dicuntur computatur. 20.1.A
Materia a contrarijs non separatur, nisi forte secundum rationem. 14.4.G
Materia non est alia, & alia quia sub diuersis est contrarijs. 5.1.D
Materia statuæ non prædicatur in recto de forma statuę, sed denominatiue. 103.3.F H
Materiæ ac formæ consyderatio eiusdem est scientiæ. 18.2.C
Materiæ ac formæ aptą Platonis ad appetitum masculi ac fœminæ similitudo. 14.3.H.4.E G
Materiæ propria priuationi tribuere defectus priscorū est vnde materiæ & priuationis nullam distinctionē viderunt. 15.1.A B
Materia minus est natura, quam forma. 16.4.G
Materiæ necessitate rebus naturalibus, omnia quidam inconuenienter attribuunt, cum illarum dispositionem sicut artificialiū sine principijs materialibus non vidissent. 28.2.A
Materia a loco distinguitur, quia non separatur sicut locus. 44.1.B C
Materiæ ac formæ mutationem intelligere fatuum est. 16.3.E
Materiæ dispositio naturalibus propria est. 28.D A
Materiam & locum, quare Plato idem dixit. 43.4.E H
Materiæ contineri, formæ vero continere proprium est. 40.3.E
Materiam forma non appetere arguit Auicenna in Aristotelem. 14.4.E
Materiali principio contraria principia copulauerunt antiqui. 10.3.F G
Materiale principium quod poni in natura necessarium est, cuius nam conditionis sit. 11.4.E F
Medium quodammodo extremorum vtrūq; est. 67.3.G
Medium illud est, in quod motum continue secundum naturam aptum natum est prius prouenire, quam in vltimum. 71.3.G
Media secundum Zenonem cum in motu infinito sint,

++ quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

que nequaquam transiri possunt motum destruxisse credidit. 131.4.E
Mediæ scientiæ quæ sint. 18.1.A
Melissi fatua est,& apparens ratio motum destruēs,qua sic arguebat.vacuum non est: ergo nec motus est.omne ergo immobile erit. 50.3.G
Melissi erroris erat quod principium dupliciter acceptū simpliciter sumplit. 4.3.H
Melissus verius de infinito opinatus est quam Parmenides. 40.2.B
Mensuratur semper aliquid quodam proximo sui generationis. 65.3.G H
Metaphoræ Platonis circa naturam materiæ ac formæ non suscipiuntur a Peripateticis. 14.4.G H
Minimum in numeris secundum multitudinem inuenire est,non autem secundum magnitudinem. 61.1.B
Mirabile est lapidem deorsum latum, aut manentem in terra latere. 116.4.H
Mistus motus recto ac circulari posterior est. 135.1.A B
Mobile illud perpetuū, esse necessarium est,quod a mouente immobili semper mouetur. 127.1.A B
Mobilia omnia si sunt facta, ante primam mutationem alia præcesserat mutatio, qua mobile suppositum factum est. 111.4.E F
Mobile,per se,& primum,ab vtroque termino alterum est. 67.1.A
Mobile motū,cum partim sit in termino a quo, partim in termino ad quem diuisibile esse necesse est.85.1.D. 2.A B C D
Mobile infinitum minime est,si tempus aut magnitudo infinita sint vel finita, aut alterum sit finitum,& alterum infinitum. 93.1.B.2.B D.3.H.4.B
Mobile infinitum finitam magnitudinem finito in tempore pertransire non potest. 93.2.B
Mobile quod reflectitur, in signo a quo reflectitur quiescere necesse est. 131.2.C D.3.E F
Mobilia aut facta sunt,cum prius non essent,aut sunt perpetua. 111.4.E F
Mobilium aliqua per se,aliqua vero per accidēs mouentur, quorum aliqua per se moueri etiam possunt,aliqua vero non. 46.1.D
Mobilium aliqua natura,aliqua per violentiam mouentur. 118.1.C.2.D
Mobilis vnitas ad vnitatē motus exigitur. 73.1.D.2.A
Mobile aliquod,sicut quandoq; mouetur, quandoq; autem non mouetur, ita in toto hoc vniuerso idem accidere posse videtur. 114.4.E F
Mobilia omnia an continuari possibile sit. 101.1.A B
Mobile si æque velociter moueatur impossibile est moueri in magnitudine infinita per tempus infinitum. 92.3.GH.4.E F G
Mobile semper motui præintelligitur. 111.1.D.2.A B C
Mobilia æterna esse,& non motus inconueniens est. 111.4.E G
Mobile aliquod, infinitum spatium tempore finito pertransire non contingit. 82.4.F
Mobilis partes secundum circulum nūquam sunt simul in eodem loco. 96.3.H.4.E F
Mobile quod mouetur tardius vel velocius, an hoc sibi vere conueniat, posse videlicet moueri velocius vel tardius. 81.4.F G
Mobile omne,ac quiescēs in tempore mouetur, ac quiescit,non autem in nunc. 85.1.B C
Mobile omne diuisibile esse ostenditur. 85.1.D
Mobile omne,& q; mutatur distans esse oportet a termino a quo mutatur. 88.1.B C D
Mobile omne alicubi esse necesse est. 88.2.B
Mobile omne,aliqua specierum motus moueri oportet, & similiter quiescens aliqua quiete ijs motibus opposita quiescere necessarium est. 133.3.F H
Mobilia omnia mouentur ab aliquo intrinseco, vel extrinseco mouente. 120.2.B C
Mobili ac mouenti commune est, vt secundum omnem speciem motus simul sint. 101.2.B C
Mobilium per se, aliqua a se, aliqua vero mouentur ab alio & violentia. 118.1.C
Mobilia mota omnia consyderationis physicæ sunt. 25.1.D
Mobile cum iam motum est necesse est esse in termino ad quem,& in eo esse ad quod mutatur. 87.4.H
Mobilia,si se tangant,aut continua sint,non est possibile tempore finito infinita mobilia moueri. 101.1.A
Moderamine passionum virtutem consistere opinantur Peripatetici. 104.3.E
Monstra & peccata tā naturæ,quā artis quę sint. 27.2.A
Medium milij aliquem sonū facit, nec tamen recte intulit Zeno granū milij quodlibet sonum facere.109.3.G
Mora in stadio non sufficienter destruit motum, quem admodum Zeno ostendisse putauit. 96.1.A
Mota secundum eandem speciem magnitudinis eodem in tempore comparabilia sunt. 107.3.G H
Motum in pleno ad motum in vacuo nullam habet proportionem. 53.4.E H.54.1.C
Motum circulariter semper est in principio,medio,& fine. 135.2.C.3.E
Motum cōtinue a principio sui motus ad finē ad quem peruenit secundum loci mutationem continue ferebatur,nisi fuerit aliquod impediens. 133.2.A B
Motum a seipso secūdum naturam mouetur. 118.2.C D
Motum sempiternum facere non potest, quod per accidens mouetur. 126.3.E F
Motum aliquo in tempore primo in qualibet illius temporis parte moueri necesse. 90.1.C D
Motus quod actus existentis in potentia sit, apta probatio. 31.2.C D
Motum omnes affirmant quicunq; de natura aliquid dignum enunciauerunt. 110.2.D
Motui qui est ex albo in nigrum, cōtrariatur quies,quæ est in albo. 76.3.E F
Motui ideo quies contraria est, quia eius est priuatio. 76.2.B C
Motus non est in substantia,quia in ea non est contrarietas. 68.4.G
Motum plurem vel minorem cū tempore dijudicemus, erit tempus eius aliqua mensura. 59.3.G
Motus cum nec in substantia,nec sub actu ponatur,inter indeterminata ponendus videtur. 31.2.B C
Motum in communi & non motum primum, vt ait Commentator, tractauit Philosophus in principio Octaui. 110.1.D
Motum velocitates an determinatæ sint. 81.4.F G
Motui quæ nam quies contrarietur. 76.2.D.3.E
Motus pulsus,tractionis,& vertiginis,ad pulsum,& tractum,reduci videntur 102.2.B
Motu nō existēte prius & posterius nō erunt.112.2.C D
Motui ex ipsa magnitudine prius & posterius insunt. 59.2.A B
Motum per exitum definire inconueniens est cum exitus motum supponat. 29.1.H.30.1.A
Motus per se, qui in contrarijs & medijs,& cōtradictione est, consyderandus est, non autem qui per accidens. 67.3.E F
Motus quanto primo mouenti propinquior, tanto est velocior. 140.2.A B
Motus omnis,cum in tēpore fiat, quod est diuisibile,ipsum secundum tempus secari oportet. 87.1.B
Motus omnis alicuius est mobilis. 86.3.F G
Motus quiliber est in tempore. 81.4.F
Motum destruxisse videbatur Zeno, ideo, quia omne mobile ad medium vt perueniat prius necesse est,& cum

cum medij medium sit; & sic in infinitum &c.quod est inconueniens. 95.2.C D
Motus omnes præter localem,cum fiant per eadem semper non possunt esse continui. 134.3.G H
Motus speculatio ad rerum naturalium cognitionem necessaria est. 29.1.B C
Motum negātes scientijs oībus iniuriantur.116.1.B C D
Motum infinitum tempore finito esse non est impossibile, ita tamen quod motus & moueri alia & alia intelligantur. 100.4.F G
Motus sursum, si vacuum sit, causa difficile videbitur, cur grauia deorsum moueantur. 56.1.C D
Motum,qui non est inter contraria, perpetuum esse non est absurdum. 115.1.B C D
Motu vno semper existente, durare motus per infinitū tempus potest. 98.4.G H
Motus nouitas ex quo magis inspicienda est, an ex esse primi principij,an ex eius vnitate. 111.1.A B
Motuum nullus potest esse continuus ac perpetuus nisi localis. 129.1.C D
Motu non existente frustra locus quæreretur. 46.1.B C
Motus locales comparabiles sunt.& quare. 107.3.E F
Motus omnes cur non sunt comparabiles. 107.3.E F
Motus irregularitas dupliciter attendenda est, nam in medio aliquando, idest in magnitudine, aliquando autem in modo motus. 74.3.G H
Motus specie alteri erunt,si id in quo est motus alterum erit. 72.4.H.73.1.A
Motus, si ex momentis componitur, & tempus itidem ex indiuisibilibus componetur. 80.4.E
Motus naturalis nulla erit causa si vacuum sit. 52.2.B C
Motum in actione & passione esse, nihil aliud est, nisi motum esse in motu. 69.3.E
Motus nullo in tempore sequetur, si addetur ad mobile, & non ad mouens. 109.2.B
Motus,secundum quem aliquid seipsum moueat, difficilis est speculationis. 122.2.D
Motus primum non est accipere, nec etiam in statione primam eius partem dari est possibile. 94.1.D.2.A
Motus ac tempus in potētia tantū infinita sunt. 41.4.G
Motus secundum esse, & secundum suam durationem mensuratur a tempore. 61.4.E F
Motus quomodo tempore ipso per se mensuretur, quies autem per accidens. 62.4.F
Motus secundum partes mobilis diuiditur. 86.3.F G
Motus vbi actu vel potētia inuenitur,ibi inuenitur tempus. 64.4.G
Motus oppositio ex terminis vtrisq; attendi oportet. 75.2.D.3.A
Motum continue semper in aliquo signo quiescere oportet. 131.2.C D.3.E F
Moueri omne, si mutatum esse nō procedat in quolibet nunc temporis aliquid mutatum erit. 90.4.G H
Mouentia si quandoq; sint, & quandoq; non sint, erit aliquid generationis & corruptionis illorum causa. 31.4.H.32.1.A B
Mouens primum, si vnum est, perpetuum esse oportet, & si plura,plura perpetua erunt. 125.3.F G H
Mouentis seipsum vtraq; pars ab altera non mouetur. 123.1.B
Motus regularitas, vel irregularitas quæ sit, & quam ei vnitatem præbeat. 74.2.D
Motum ignorantes naturam ignorare necesse est.29.1.B
Motui cuilibet quinq; necessaria insunt,mouens, mobile,tempus,& duo termini. 66.1.G
Motuum comparationes differentiarum exigunt cognitionem. 107.3.E F
Motus primum mutatū esse an sit,et quō sit.89.1.B C D
Motus dicitur simpliciter vnus, qui est continuus simpliciter. 73.4.H.74.1.A B C D
Motus est tantum mutatio illa,quæ ex subiecto in subiectum est. 68.3.G H
Motum reflexum propriis rationibus quis ostendere poterit perpetuum esse non posse. 133.1.D.2.A B C
Motum cum nō aliter definiri possit eius definitio optima est. 31.1.A
Motum actum esse mobilis, vt sic, ex contrarijs esse est manifestum. 30.3.H.4.E
Motus omnis an cuilibet comparabilis sit. 105.3.E.2.F
Motus vnus an sit specie vnus, cum ex eodem mouetur in idem. 72.4.H.73.1.A B
Motum nunquam deficere eadem ratione probari potest qua ipsum non incœpisse probatum est. 112.4.H
Motus, si est motus, doctrinæ generatio doctrina erit. 70.2.D
Motus passiones si sint sicut albedo, difficile est videre. 67.2.A B
Motus ob suam paruam entitatem difficile, cognoici,ac definiri,potest. 30.4.F G H
Motum aliquando esse, aliquando non esse absq; ratione dicere figmentum est. 113.3.H
Motus definitio quod optima sit probatur. 30.4.F G H
Motus, cum cōmunior sit omnibus rebus naturalibus, quam continuum & infinitum, de ipso ideo prius determinandum est. 29.1.D.2.A B C
Motus non est præter res,ad quas est motus. 30.3.H
Motus secatur,quēadmodum & prædicamenta.29.4.H
Motus in quatuor prædicamētis est. 29.4.E
Motus est actus existentis in potentia,inquantum in potentia. 29.4.H.30.1.C
Motus quomodo sit actus. 30.2.A B
Motus qūo sit actus existentis in potentia. 31.2.B C
Motus est actus mobilis fm quod mobile est. 31.4.E
Motus est actus mobilis causatus a mouente. 31.4.G
Motus in vacuo nullam habet rationem ad motum,qui fit per plenum. 53.4.E
Motus quilibet motui cuilibet in velocitate proportionabilis est. 54.2.A B C D
Motus circularis mensura est oīum motuum. 65.4.E
Motus,qui per accidens siue ex parte mouentis, siue mobilis aut termini dicitur, quia indeterminatus est,a Naturali dimittendus est. 67.3.E
Motus in qualitate cur alteratio dicitur. 70.4.E
Motus secundum quantitatem cur nō vno nomine nominetur, sicut alteratio,sed augmentum,& decrementum dicitur. 70.4.F
Motus secundum vbi sui generis nomen cur non habet, sed communi nomine latio nuncupatur. 72.3.G H
Motus qui sunt in vna generis coordinatione vnus genere dicuntur. 72.4.E
Motus qui sunt sub aliqua atoma specie vnus specie dicuntur. 72.4.F G
Motus qui in specie, aut genere differunt,habiti esse possunt,an non continui. 74.1.B C D
Motus continuitas quæ nam exigat.73.4.H.74.1.B C D
Motus vnus perfectus,& imperfectus,dici pōt.75.2.A B
Motus a termino a quo non cōtrariatur, ei qui est ad terminum ad quem. 76.2.A B
Motus in idem tendentes contrarij non sunt. 75.1.C D
Motum quacunq; parte motus, semper moueri oportet. 86.1.B C
Motus recipit magis contrarietatem a termino ad quē, quam a termino a quo, cum ab illo speciem accipiat. 75.3.F G
Motus contrarij sunt,qui in contraria, & qui ex contrarijs in contraria sunt. 75.3.G H
Motus ratio in hoc consistit,quod ex subiecto affirmato in subiectū affirmatum sit, idest inter duos terminos, quorum vnus a quo,alius ad quem dicatur.75.4.E F
Motus ex altero extremorum ad medium motus est in

Universidad de Deusto
Biblioteca

contraria, sed non simpliciter. 76.1.D.2.A
Motus sursum & deorsum naturales sunt: nam motus, qui est sursum, igni naturalis est, terræ autem violentus. 77.4.G H
Motus violẽtus an habeat quietem oppositã. 78.3.E F G
Motus dupliciter diuisibilis est, tempore, & secundum partes mobilis. 86.1.B C
Motum continuum continuorum esse oportet. 86.4.F
Motum & moueri inter se, & eodem modo diuidi contingit. 87.2.A B
Motus an sit infinitus finito in tẽpore, nec ne. 98.4.G H
Motus vnus dicitur, aut genere, aut specie, aut numero. 100.3.F
Motus non diuersificãtur per motuum instrumenta, sed per figuras magnitudinum. 107.2.C D
Motus in communi tangitur a Philosopho in Octauo Physicorum, dum quærit an generabilis vel corruptibilis sit. 110.2.A B C
Motus vita quædam esse dicitur rerum omnium. 110.2.C
Motus cum corruptibilis, sit cum corruptũ aliquid erit, corrumpi oportebit. 113.1.B C
Motus magis naturalis esse videtur quam quies. 116.2.A B C
Motus localis tempore prior est alijs motibus. 122.3.G H
Motus contrarius motui contrario secundum directam contrarietatem opponitur, quietem vero secundum priuationem. 129.3.G H
Motus reflexus, quia mediam habet quietẽ perpetuus esse non potest. 139.4.G H. 133.1.D.2.C.4.E
Motibus in rectis contrarium est moueri ab eodem ad idem, in circularibus autem è contrario. 133.2.C
Motus, qui intercipitur statu, vnus esse nequit. 133.2.D
Motus vnus est, qui ab vno est mouente, & vnius mobilis. 126.1.A
Motus reflexus si sit continuus, & perpetuus, aliquid simul album erit, & non album. 133.4.F G
Motus diuersarum specierum licet sibi continuo tempore, succedant, continui tamen non sunt, sed consequenter se habentes. 133.4.H
Motus circularis perpetuus esse valens omnibus alijs prior est. 135.1.A B C
Motus rectus continuus in infinitum esse non potest, quia principio, medio, & fine determinatus est. 135.2.B C D
Motus proiectionis continuus non est, quia plura in ipso mouentia sunt, licet vnum sit mobile. 139.3.H.4.A
Motus continui motor vnus est. 131.3.E F
Motus, qui est a motore immobili, vel solus, aut maxime regularis est. 140.1.D
Motus in particulari quid sit. 33.2.D
Motus si fiat in vacuo nõ poterit assignari causa cur motum alicubi stet. 53.1.A B
Motum æquæ velociter si finitam magnitudinem pertranfit, in infinito tempore pertransire necessarium est. 92.2.C D
Motum in loco necesse & ipsum ab altero moueri. 100.1.B C
Motum & tempus cum simul sentiamus, tẽpus aliquid motus esse necesse est. 58.4.F G
Motui naturali igni sursum an contrarius sit eius deorsum violentus motus, aut terræ naturalis deorsum. 78.4.E F
Motuum localium nullus potest esse perpetuus, nisi circularis. 129.1.F G
Motum ex momentis componi est impossibile. 80.2.D
Motum primo & per se, & non ratione partis vnum, & idem esse illius rei in qua est motus, seu in eadem dispositione in aliquo tẽpore inconueniens est. 94.3.H
Motus ad relationem non est, nisi per accidens, inquantum ad aliquam mutationem semper consequitur noua aliqua relatio. 69.2.A B
Motus est æque velox cum alio eiusdem speciei. 107.1.B
Motus aliqui animalibus insunt, quorum non præexistit aliqua causa. 126.3.E F G
Motuum contrarietas ex quinque modis, quibus aliquid alicui contrarium esse dicitur, sumenda est. 75.1.D.2.A B
Motus circularis a seipso in seipsum est, rectus vero ex seipso in aliud. 134.1.C.2.B
Motus circularis in eisdem minime est, rectus autem sæpius in ijsdem est. 134.2.D.3.E
Motus circularis perfectior & simplicior est recto, cum in eo finis copuletur principio. 134.3.E
Motus circularis recto prior est, natura, ratione, & tempore. 135.2.B C D
Motus circularis terminos habet indeterminatos, rectus autem non. 135.2.B C D
Motus circularis omnium aliorum motuum, ideo mensura est, quia eis prior est. 135.3.C
Motus circularis solum cum regularis sit primus est. 135.3.H
Motus definitio ab antiquis cur sic fuit excogitata. 31.1.D.2.A
Motus ad tria tantum genera est, cum in substantia non sit. 70.3.G
Motus vnitas numeralis ex medij termini & temporis vnitate numerali consurgit. 73.1.C D.2.A
Motus aliquis non sequitur ad diuisionem mouentis, si mobile non diuidatur. 109.2.3.4
Moueri an omnia possint & quiescere, vel quædam sint possibilia moueri, & quædam quiescere. 118.1.A
Moueri omnia enunciant Heraclitus, non solum quædam, quorum motus latent nos. 116.2.C D
Mouentur ex seipsis habentia in se principium sui motus. 118.2.C D
Moueri omnia quãdoq; sub dominio amicitiæ, ac litis, quandoq; vero quiescere temporibus intermedijs, intellexisse videtur Empedocles. 117.2.D
Moueri aliquid circulo, & circulariter non est idem. 128.4.D
Mouere attribuitur alicui, vel secundum alterum, vel secũdum seipsum: & illud a seipso, aut ab alio. 126.4.G
Moueri alia semper, alia quiescere semper nõ est possibile. 117.1.C
Moueri aliquid tempore infinito per magnitudinem finitam est impossibile. 92.2.A
Moueri aliquid in nunc non est possibile. 84.3.H
Moueri in tempore omne quod est, non est necessarium. 62.3.G H
Moueri omnia semper, aut semper quiescere, aut quædã quiescere, & quædam moueri necesse est. 115.4.E F
Moueri quippiam in aliquo tempore gemine potest intelligi, & per se, & per partem. 90.1.C D.
Moueri id continue dicitur, quod nõ deficit in tempore per eandem magnitudinem moueri. 71.3.G H
Moueri per se, & per accidens quæ nam dicantur. 118.1.C D.2.C D.
Moueri quodlibet mutatum esse præcedit, & è contra. 90.2.C D.3.E.91.1.A
Mouetur aliquid in vacuo ex ratione mediꝰ motus: ergo in instanti. 53.2.B C D
Moueri aliquid ad aliquid, & esse in eodem simul absurdum est. 80.2.D
Moueri per accidens, ideſt per alterum inest corruptibilibus. 126.4.G H
Moueri per accidens, quomodo corporibus cœlestibus, & orbium motoribus conueniat. 126.4.G H

Mouere

Mouere seipsum vitale est, & animatorum proprium esse videtur. 118.4.G
Moueri omnia asserentes Naturalis Scientiæ fines egrediuntur, nec nõ hanc opinionem euentes. 116.1.B C D
Moueri ab altero quæcunq; oportet, quæ in seipsis principium sui motus minime habent. 99.1.D.2.A
Moueri a seipso nequaq; potest, quod ad alterius quietem a suo naturali motu quiescit. 99.2.D.3.E
Mouens omne moueri, aut per se, aut per accidens contingit, & si omne moueatur per se, vel per accidens nihil mouebitur quandoq;. 121.2.B
Mouens primum indiuisibile, impartibile, & omnino magnitudinis expers est. 140.4.G
Mouens primum, aut in primi mobilis circunferentia est, aut in centro. 140.2.A
Mouens primum impartibile esse necesse est. 140.4.G
Mouens primum, si a seipso non mouebitur, in infinitũ procedetur. 120.4.E F G H
Mouens primum absq; secundo mouere potest, non autem è conuerso. 120.3.G
Mouens motum an aliquem continuum motum causare possit. 112.3.H
Mouentium infinitorum non datur primum. 120.4.E
Mouentium aliquod mouet propria virtute, aliud minime. 120.2.D.3.F
Mouentium quædam vno tantum motu, quædam vero contrarijs motibus mouent, prima naturalia sunt, secunda agentia per intellectum. 112.1.A B
Mouens primum, nec finitam aut infinitam magnitudinem habere potest. 140.4.G H
Mouens non motum absque labore mouere dicitur. 140.1.B
Mouens, cum non semper adsit mobili, accidit motum eius terminari. 115.2.A B
Mouens bifariam mouet, vt efficiens, & vt finis. 101.2.B
Mouens vt efficiens simul est cum moto. 101.2.B
Mouens omne tripliciter trãsmutatur, quemadmodum & mobile. 66.4.F
Mouens secundum lationem semper mouet aliquid in aliquo tempore ad aliquam quantitatem spatij. 108.3.D.4.H
Mouens tam primum, quam secundum mouet, at primum magis mouet. 120.3.E
Mouens tantum mouet, instrumentum mouet & mouetur, mobile mouetur, sed non necessario mouet. 121.3.F G
Mouens, si necessario moueatur, duobus modis accipi potest, aut quod secundum eandem motus speciem quam mouet, aut secundum alteram. 121.4.F G
Mouens si moueat se ipsum secundum totum, idem erit & mobile secundum eundem motum. 122.4.E F
Mouens seipsum secatur in partem omnino mouetem, & in partem tantum motam. 123.4.G H
Mouens seipsum, cum maxime moueat se secundum lationem, perfectior ea erit alijs motibus. 128.4.G H
Mouens vltimum, puta aeris pars, cum nõ amplius mouet, fiftit proiectum. 139.2.C D
Mouens aliquod esse, quod seipsum moueat inconueniens reputari non debet, cum in genere animatorum & animalium id manifestissime videamus. 118.3.H
Mouens seipsum diuisum esse videtur in id, quod mouet, & quod mouetur. 118.3.F G H
Mouens aliquod immobile esse necessariũ est. 121.2.B D
Mouens moueri secundum eandem speciem motus est impossibile. 122.3.H.4.E
Mouens motum, an causare continuum motum possit. 140.3.E
Mouens, quod potentia mobile est, mouetur. 31.3.E
Mouens omne aliquid mouet, & aliquo, aut a seipso, aut alio inferiori mouente. 121.1.A B C
Mouentis se ipsum pars se ipsam nõ mouet quoquo modo. 123.3.E F
Mouentis, ac moti localiter a se ipso, vel ab alio nihil est medium. 101.3.F G
Mouens primum aliquod esse necessarium est, si fit motus æternus. 124.4.G H
Multum idem in aere, & aqua significat, nec in eo comparari illa possunt. 106.2.C D
Multum cum æquiuocum sit aeri, & aquæ rationabiliter comparari non posse videtur. 106.3.E
Mutatio, quæ est ex esse, mutationi, quæ in esse, est, opponitur. 76.4.E F
Mutatio magis a termino ad quem, quam a termino a quo denominatur. 67.1.B C
Mutatio ex subiecto in non subiectum corruptio cur dicitur. 67.4.H
Mutatio ex non subiecto in subiectum generatio vocatur. 68.1.B
Mutatio ex non subiecto in subiectum quomodo generatio rationabiliter dicatur. 68.1.B C
Mutatio ex magis in minus in eadem specie qualitatis, non augmentum vel decrementum dicitur, sed alteratio, & sic in cæteris motibus, qui sunt ex magis in minus, vel è contra. 71.1.A B
Mutationis mutationem esse, quot intelligatur modis. 69.3.G H
Mutationis mutatio non est, nec vt subiecti, neq; vt termini, mutationis autem per accidẽs aliquam esse mutationem impossibile non est. 69.3.E
Mutationibus omnibus hoc proprium est quod semper in eis omne mutatum esse mutari præcedit. 91.3.H.4.E F
Mutationem infinitam posuit Heraclitus. 98.3.E
Mutationis contrarietas in terminis tantum ad quos inspicienda est, in motibus vero præter hoc aliud exigitur. 76.1.A B
Mutationis si mutatio fit, loci mutatio alterabitur, aut latum localiter similiter alterabitur. 70.3.E
Mutatio localis nulla erit si vacuum sit. 52.3.H.4.E
Mutationem aliquam per se infinitam esse, vt asseruit Heraclitus falsum est. 98.3.E F
Mutatio cum sit inter duos terminos perpetua esse non potest. 114.3.G H
Mutationis siqua sit mutatio erit in infinitum processus. 70.1.A B
Mutari sequi ſ deficere, vel ipsum deficere est. 88.1.B C D
Mutantur aliqua & aliqua non, quia aliqua mouentur a perpetuo principio, alia autem non. 127.2.C D
Mutatum esse in mutationem, intelligitur esse ex parte termini mutationis, non autem ex parte principij. 88.2.G H.4.E
Mutatur aliquid quadrifariam, cum ex quodã in quiddam mobile moueatur. 67.4.E
Mutatum infinities erit mutatum, si quodlibet moueri mutatum esse præcedit. 90.4.G H
Mutatum cum prius mutaretur ante omne mutatum esse præcedit mutari. 91.2.B C
Mundum sic incœpisse putauit Empedocles, quod antea aliquando erat. 110.4.F G H
Mundus paruus aptissime dicitur homo. 125.1.A
Mundi excellentiores ac superiores, & sempiternas partes, licuit est cœlum, aliaq; diuiniora corpora, fortuito facta esse absurdum. 21.4.G H
Mundum generatum necessario cum motu ponunt non nulli. 110.2.D.3.E
Mundi vnitatem & ipsum generatum asserentes, infinitosq; ponentes motum semper fatentur. 110.2.D

NAtura esse dicuntur subiecta, & illis accidentia. 16.1.A B C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Naturam esse demonstrare ridiculum est. 16.1.C D
Natura quot modis dicitur. 16.2.C D.3.E F G H
Naturæ processus qualis sit. 26.3.H.4.E
Naturam quanquam deliberare non videamus,ipsam tamen propter finem agere certum est. 27.4.F G
Natura dicitur de forma. 16.4.F G
Natura est de numero eorum, quæ propter finem agũt. 25.4.G H
Naturę definitio. 15.4.E
Natura & intellectus priores sunt fortuna & casu. 24.3.G
Natura omnibus ordinationis est causa. 113.4.H
Natura est de his, quæ semper sunt, non autem fortuna. 27.3.G H
Natura in animalium generatione quomodo ordinate procedat. 27.2.D.3.E
Naturam ignorare oportet ignorantes motum. 29.1.B
Naturam non agere propter finem antiqui dixere. 27.1.D.2.A
Naturam esse male improbasse videtur Auicenna contra Aristotelem, qui eam esse indemonstrabile quoddam dixit. 16.2.A
Naturæ definitionem frustra conatur corrigere philosophorum quidam. 15.4.G
Natura quæ nam esse dicantur. 16.1.B
Naturam agere propter finem, maxime in animalibus apparet,quæ non operantur ex aliqua deliberatione, seu arte. 26.4.H
Naturale cum ex naturali, fiat,artificiale autem ex artificiali minime forma rei naturalis natura est, artificialis vero non. 17.1.A
Naturalis consyderationis circa formam & materiam terminus ac necessitas. 18.1.D
Naturale omne finitum,aut infinitum est. 33.3.F
Naturalis materialem causam, mouentem, ac formam contemplatur. 25.2.D.3.E
Naturalium cognitio ex cognitione motus pendet, & infiniti. 33.3.F G
Naturalem oportet scire, an motus æternus sit nec ne. 164.3.H
Naturalis scientia, an de materia tantum, aut de forma aut ex vtrisq; composito consyderet. 18.2.D
Naturalia, seu quæ secundum naturam sunt, nequeunt inordinata esse. 113.4.H
Naturalibus inest potentia ad id, quod est actus in altero. 30.2.D.3.E
Naturalia omnia ex necessitate materiæ esse, est inconueniens. 28.1.D.2.A
Naturalem quomodo per omnes causas demonstrare oporteat. 25.1.A
Naturalem de loco tractare necesse est. 42.3.B C
Naturalem scire oportet, si magnitudo sensibilis est infinita. 35.2.C
Naturalis scientiæ fines egrediuntur,qui omnia moueri asserentes tueri conantur. 116.2.A B
Naturalis non omnes contra se instantias soluere debet. 2.4.F
Naturalia an habeant sui motus principium. 15.3.F G
Naturalis consyderare finem debet, si natura propter finem agit. 25.3.F
Naturalis scientiæ debitus procedendi modus, quis sit. 1.1.C,2.D
Naturalis scientiæ subiectum est ens mobile,non autem corpus mobile. 1.2.A
Naturalis scientia circa magnitudinem & tempus, & infinitum,& motum versatur. 33.3.F
Naturalibus agentibus hoc necessariũ est,(si passionem, aut actionem adinuicem habere velint,)vt aliqua certa habitudine determinata sint. 112.2.A B C
Necessitas naturalium est ex suppositione. 28.2.A B
Necessarium duplex,absolutũ,& ex suppositione,quod naturalibus competit. 27.4.H.28.1.A
Numerus,siue separatus,siue in sensibilibus positus,si sit infinitus,infinitum transiri necesse erit. 28.1.D
Numerus si rerum substantia sit, quemadmodũ ait Plato quomodo maior & minor dicetur. 108.3.F G
Numeri numerati partes eædem non sunt,numeri autẽ simpliciter sic. 63.1.A B C
Numero non existente vt sit numerabile impossibile est. 65.1.A B
Numeri terminum,in minus inuenire est,non autem in maius. 40.3.H
Numeri minimum secundum multitudinem inuenitur, non autem secundum magnitudinem. 61.1.B
Numero pari Pythagorici infinitum attribuebant. 33.4.H.34.1.A
Nunc est quoddam successiuum, tempus continuãs præteritum scilicet futuro. 63.2.B C
Nunc secundum,quod,copulat,& continuat,idem est,alterum vero secundum quod diuidit, id quod primo significare videtur. 63.2.C D.3.E
Nunc quod primo, & per se,& non quod secundum alterum dicitur,indiuisibile est. 83.4.H.84.1.A
Nunc,cum non possit,ab altero distare, vel illi cõsequenter esse, idem erit in toto tempore, quod principium est futuri,& finis præteriti. 84.1.D.2.A
Nunc si diuidatur pars futuri erit in præterito, & è contra. 84.2.C D
Nunc cum ex vtraq; parte tempus habeat sine tempore intelligi nequit. 112.3.H
Nunc est mensura temporis notissimũ.quia.42.1.D.2.A
Nunc pars temporis non est, sicut nec punctus lineæ. 64.4.F
Nunc, aliud, & aliud,in toto tempore, esse impossibile est. 57.4.F
Nunc aliquid quiescere, an sit impossibile cum in illo prius & posterius non sit, sed temporis indiuisibile sit. 85.1.A
Nunc,si idem esset,quæ olim fuere,& ante mille annos si mul cum his erunt,quæ nunc sunt. 58.1.A B
Nunc cur non erit si tempus non sit, vel è contra. 60.2.B C
Nunc tantum de ipso tempore habemus. 57.3.G H

OMnia quandoq; moueri sub dominio amicitiæ & litis intermedijsq; temporibus quiescere volebat Empedocles. 117.2.D
Omnia quiescere asserentes dimittentes sensum intellectus sui infirmitatem ostendunt. 116.1.B
Omnia moueri tuentes,fines naturalis scientię egrediuntur. 116.2.A B
Omnia si vnum essent, tria absurda contingerent. 4.1.A
Opinio, ac phantasia, motus quidam esse videntur. 117.4.E
Opiniones Philosophorum tres de principiorum contrarietate. 8.2.C D.3.E F
Orbium motores quomodo moueantur per accidens. 116.4.G H
Ordinis omnium causa est natura. 113.4.H
Ordinis,figuræ,& positionis, & contraria contra naturalium principia sunt. 8.3.F

PAri numero, infinitum Pythagorici tribuebant. 33.4.H.34.1.A
Parmenides in sua ratione, qua vnum & finitum ens ipsum esse probabat, falsas assumpsit propositiones. 51.A B
Parmenides verius, quam Melissus de infinito ratiocinatur. 40.1.B
Paron Pythagoricus cur penitus tempus indiuisibile esse docebat. 64.1.D.2.A
Parti ac toti idem locus accommodatur. 37.1.D
Pars materia est totius. 4.2.A
Pars mouentis se ipsum non mouet se ipsam aliquo modo. 123.3.E
Partis & totius discrimen. 3.4.G
Particularium speculatio posterior est ea quæ de cõmunibus est. 29.2.A
Parui ac magni eadem est materia. 24.1.D.2.A
Passio non potest magis esse separata, quam eius subiectum sit. 35.4.F
Passionum omnium densitas & raritas principium esse videtur. 127.4.H
Passionibus sedatis prudens ac sciens anima fit. 105.1.C
Passio & actio,si sint idem, non sequitur illas vnum esse motum. 32.4.H
Passio, & actio motus quidam sunt vel idem motui. 32.1.A
Peccata tam in arte quam in natura quæ dicantur. 27.1.D
Pellentis & pulsi nullum est medium. 102.2.B
Peccatum sicut accidit ijs,quæ sunt secundum artem, sic & ijs,quæ secundum naturam sunt. 27.1.D
Perfectum imperfecto,ratione,natura,& tempore prius est. 135.1.C
Perfectum non est suo fine quoquo modo priuatum. 39.4.H.40.1.A
Perfecti & imperfecti oppositio, vt generalis contrarietas in substantia est. 68.4.H
Perfectum, & totum vel idem sunt,aut secundum naturam propinqua. 39.4.H
Peripatetici opinantur virtutem in passionum moderatione consistere. 104.3.E
Phantasia & opinio motus quidam sunt. 117.4.E
Physicus quæcunq; mota mouent consyderat. 25.1.D
Physicus & Mathematicus non eodem modo consyderant. 18.1.A
Physicus finalem causam magis, quam materialem consyderare habet. 28.3.F
Physicus,& Mathematicus, eadem consyderat, non tamen eodem modo. 17.3.E F
Physicus causas omnes speculatur, & per ipsas demonstrat. 25.1.A
Plantæ minus ostendunt naturam agere propter finem. 27.2.D
Platonis opinio, qua ens vniuoce prædicari asserebat, quid veritatis habeat. 6.2.A B
Plato in sensibilibus & materialibus, magno item & paruo infinitum quomodo tribuat,nec tamen eis vnquam vsus est. 33.4.G.39.3.G
Plato locum & materia cur idem in Timeo sensit:eiusq; de loco sententiæ quamplurimæ afferuntur,qui item in eo arguitur, quod ideas & numeros penitus loco abesse affirmat. 44.2.A B
Plato solus generasse tempus cum ipso cœlo, quando factum est. 112.3.E F
Platonis improbatio circa formæ ac materiæ metaphoras. 14.4.G H
Platonis,& Aristotelis in principiorum positione discrimen. 10.3.F G
Plato idæas ideo posuit, quia singularem intellectus abstractionem ignorasse videtur. 17.4.E
Platonis opinio de principijs potior est ea quæ Aristotelis est. 14.4.G
Platonici idem,sentientes de principijs naturæ cum Parmenide,multipliciter arguuntur. 6.1.C D
Pleni ad vacuum, si qua sit Proportio, æquali tempore quis ea transibit. 53.4.H.54.1.B
Positionis, figuræ & ordinis contraria Antiqui dicebãt rerum naturalium principia. 8.2.D.3.F
Possibili seu contingenti aliquo concesso nullum inconueniens accidit, falsum autem sequi potest.101.1.A B 121.2.D
Potẽtia aliqua, si moueat aliquod mobile in aliquo tempore,per tantum spatium, per ipsius dimidium,in dimidio sanè tempore mouebit. 109.2.D.3.E
Potentia aliqua, si moueat aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, medietatem illius mobilis per duplum spatium mouebit. 108.4.F G
Potentia eius, qui non habet scientiam,& eius, qui iam habet,alia,& alia est. 113.3.G
Potentia ens ab eo quod est in actu fit. 24.1.A B
Potentia, cum multipliciter dicatur, videre, ideo obscurum est, a quo nam grauia & leuia moueantur. 119.3.E
Prædicamentis non est aliquod commune vniuocum, sed analogum. 29.4.E
Prædicatum formam subiecti dicit. 10.2.A
Primo principio immobili permanẽte, ita q; nec per se, nec per accidens moueatur,totum vniuersum quandam permanentiam & sempiternitatem assequitur ex continuitate ad ipsum. 126.4.F G
Principia omnes fecisse videntur contraria ab ipsa veritate coacti non aliqua ratione moti, qui inter se differe plurimum videntur. 9.1.D.4.E
Principia prima quædam sunt, quorum nulla est causa, quædam vero,quorum est aliqua causa. 114.3.E F
Principiorum conditiones ac proprietates. 9.1.2.3.
Principia quod tantum tria sint, duo per se, & tertium per accidens,concluditur. 12.1.B C.2.A
Principia contraria cum vno materiali principio antiqui posuerunt. 10.3.F G
Principia rerum naturalium per se duo sunt. 12.1.C D
Principia intelligibilia magnitudinem aliquam haud conficiunt. 43.2.A B
Principia tantum tria esse tribus rationibus ostenditur. 10.1.A B C
Principium materiale necessarium est in natura, & cuius nam sit conditionis. 11.2.D.3.4.E F G
Principia non esse infinita probatur. 9.4.E
Principium vnum tantum esse impossibile est, & quot nam sint. 9.3.H.4.E F G H.10.1.2.A B C
Principia,si plura tribus essent, plures primæ contrarietates forent. 10.4.F G
Prius & posterius primo insunt loco siue magnitudini. 59.1.D
Prius et posterius motui insunt ex ipsa magnitudinis ratione. 59.2.A
Prius & posterius esse nequeunt, si motus non sit. 112.2.C D
Prius secundum subsistẽdi consequentiam quot modis intelligitur. 128.1.B C
Prius dicitur natura, quod generatione posterius est. 128.1.H.4.E
Prius in natura sicut est propter posterius, sic in arte ex prioribus ad posteriora procedimus. 26.3.H.4.E
Prius & posterius non sunt in ipso nunc. 85.1.A
Priuationi quod est materiæ tribuere defecisse ostendit antiquos non distinguentes ipsam a priuatione. 14.1.B C D
Priuatio est tertium principium naturæ, per accidens tamen. 15.1.B
Projectio continuus motus non est, quia plura in ipso mouentia sunt,licet est vnum mobile. 139.3.H.4.A
Proiectio est cum velocior sit motus eius quod fertur, quam sit eius naturalis motus. 102.2.D
Proiecta cum non tanguntur a proijciente, quo pacto moueantur. 102.3.E
Proiectum tandiu fertur cum motus mouẽtis fortior est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam sit eius naturalis motus. 102.3.E
Pueri inanimata, bestiæ, & omnino proposito carentes nihil faciunt a fortuna. 23.4.G
Pueri ob vehementem sensum turbationem difficile ad discunt. 105.1.B D
Plutarchus similitudinis ratione, lapides quibus Deorum aræ fiunt fortunatos esse dixit. 23.4.H
Pulsionis alia species impulsio dicitur, alia vero expulsio. 101.4.E
Pulsione & tractu mouetia, ac mota immediata esse probatur. 101.4.E
Pulsione mouens se habet vt terminus a quo, in tractu vero vt ad quem. 101.4.H
Pulsione tractu, & vertigine, vectionis motus fundatur. 101.4.F
Pythagoras cum Platone infinitum nulli accidere, sed per se existēs esse sentiebat, quod congruere ipsorum positionibus videtur. 33.4.E
Pythagorici in sensibilibus omne infinitum esse dicebant è contra Platonici. 33.4.F
Pythagorici extra cœlum in sensibilibus infinitum ponunt, quod Plato negat. 33.4.F
Punctus continuat & diuidit lineam, sicut nunc tempus inquantum est principium vnius partis, & finis alterius. 60.3.G H
Punctus cum partes non habeat cur non possit alium punctum tangere, seu alij consequenter se habere, ita quod ex eis aliqualiter valeat longitudo constitui. 79.3.E
Punctus locum haberet si esset ipse locus quid a corpore distinctum. 43.1.C D
Punctus & vnitas si sint quædam separata eadem nihilominus non sunt. 72.3.E
Punctorum vltima vna, vel simul esse non possunt. 79.2.A

Qualitates actiuæ passiuis priores sunt. 9.2.C
Qualitatis quarta species propria est motui alteratiuis. 103.2.B C D
Qualitatibus sensibilibus, ijsq, quæ ab illis quoquo modo pati possunt, alteratio conuenit. 103.2.B C
Qualitas, & locus, & passiones, quæcunq, quæ terminos motus esse dicimus, immobiles sunt. 12.3.G H
Quantitati diuisio per se conuenit, qualitati vero per accidens. 87.4.E
Quatuor sunt causæ. 24.4.E F G H
Quæstio circa Aristotelis demonstrationem vbi Commentator arguitur. 137.3.G
Quæstio. an mouens motum continuum causare valeat. 140.3.E
Quæstio. an verum sit, tardius & velocius motum moueri posse. 81.4.F
Quæstio. an anima non existente tempus sit. 64.4.H
Quæstio. An aliquid velocius vel tardius moueri valeat. 81.4.F G
Quæstio. Quid nam verius, omnia possibilia moueri, & quiescere, vel quędam sunt possibilia moueri & quiescere. 118.1.A
Quies cui sit contraria motui. 76.2.D
Quies cur motui contraria sit. 76.2.B C
Quies, quæ est in albo, motui, qui est ex albo in nigrum, contraria est, & ea quæ in sanitate ei, quæ est in morbo. 76.3.E
Quies in albedine, seu quæ est in termino ad quem, aut in termino a quo contrariatur motui, non autē quies, quæ est in aliqua alia specie contraria est motui vel quieti, sicut quies in albedine non opponitur albedini, aut quieti, quæ est in sanitate. 76 3.H
Quies sursum, motui sursum in deorsum contraria est. 77.4.G
Quietis quæ non semper fuit, an sit generatio. 78.2.B
Quies violenta per motum naturalem cum non genere tur eam non generari constat. 78.1.B C D
Quies in aliquo termino non est contraria motui, quo ab illo receditur. 78.1.B C D
Quies illis conuenit, quæ apta nata sunt moueri nec tamen mouentur. 94.2.D.3.F.84.4.H.62.3.H
Quies eius est immobilitas cui motus ineſt. 94.1.D
Quies si esset in ipso nunc, aliquid simul moueretur, & quiesceret. 85.1.A
Quies minus naturalis est, quam motus. 116.2.A B.1.C
Quieti motus opponitur secundum priuationis oppositionem. 129.3.G H
Quiete qui intercipitur motus vnus esse nequit. 133.2.D.3.E
Quies est priuatio motus. 116.2.B
Quietis quæ non semper fuit, si sit generatio in nunc motum esse an sit possibile. 84.3.H.4.E
Quietis naturalis, ac motus nulla erit causa, si vacuum sit. 52.2.B C
Quietis mensura est ipsum tempus, per accidens tamen. 62.3.F.4.F
Quiescere quid nam sit. 97.4.E F G H
Quiescere omnia dicere infirmitas quædam est intellectus. 116.1.B
Quiescere secūdum se totum aliquid, ex vno in alterum locum mutatum, impossibile est. 97.1.B C D
Quiescit illud, quod similiter se habet ipsum & partes eius nunc, & prius. 85.1.B C
Quiescere est esse in eodem per aliquod determinatum tempus, in nunc videlicet, quomodo opinantur falso Philosophorum nonnulli. 82.4.H.83.1.A
Quiescere omnia semper aut moueri semper, aut quædā moueri, aut quædam quiescere rerum naturalium, quædam dispositio est. 115.4.E F G
Quiescere aliquid in indiuisibili tempore non potest. 94.2.D.3.E F G
Quiescere quædam semper, alia vero moueri semper, rerum naturalium impossibilis dispositio. 117.1.C
Quiescere ipsum infinitum opinari, quia se ipsum fulcit irrationabile est. 41.2.D
Quiescens ad alterius quietem, a seipso nequaquam mouetur. 99.2.D.3.F
Quiescens licet motus expers sit, aptum tamen sit moueri, & aliquo modo tempore mensuretur. 62.3.H.4.E
Quiescens ea quiescit quiete, quæ est opposita speciei alicuius motus. 133.3.F G.4.E
Quiescens aliquo primo tempore & non ratione partis in qualibet illius temporis parte quiescere necesse est. 94.1.B C
Quiescens iterum, & quandoq; non mouetur, si possibile sit, non erit augmentum, vel violentus localis motus. 118.1.A

Rari ac densi discrimen aliarum sequitur differētia qualitatum. 57.1.C D
Rari ac densi ratione nonnulli apparenter concludunt vacuum quoddam corporibus inditū esse. 55.4.E F
Raritas ac densitas, principium omnium esse dicuntur. 127.4.H
Rectus motus, si perpetuus nō est, nec mistus perpetuus esse poterit. 129.4.H
Rectum motum velociorem esse circulari inconueniens, est, non prohibet illum æque velocem esse. 105.4.E F
Rectus motus cum principio, medio, ac fine terminetur continuus non est. 135.2.B C D
Rectis motibus cōtrariū est moueri ab eodem in idem, circularibus autem non. 133.2.C
Rectus motus ex seipso in aliud est, circularis vero a seipso

ipso in seipsum. 134.2.B
Rectus motus in ijsdem sæpe esse contingit, circularis autem non. 134.2.D.3.E
Rectus motus, quia in eo finis suo principio minime copulatur circulari motu imperfectior est. 134.3.E
Rectus motus posterior est, natura, ratione, & tempore, circulari. 135.1.B C
Rectus motus terminos determinatos habet, circularis vero minime. 135.2.B C D
Rectum motum, cum ad contrarios contingat esse terminos, in infinitum continuum esse est impossibile. 139.3.H.4.E F
Recta linea circulari æqualis erit, si motus qui per ipsas fiunt comparari valeant. 106.1.D
Rectus motus ac circularis priores sunt motu ex his misto. 135.1.A
Reflexum contrarijs moueri motibus necesse est. 130.B D.
Reflexus motus, quia mediam includit quietem, perpetuus esse nequit. 139.4.G H
Reflexus motus cōtinuus, & perpetuus si fit erit aliquid simul album, & non album. 133.4.F G
Regularitas, & irregularitas motus quæ fit, & quam ei vnitatem præbeat. 74.2.D.3.E
Relationis non est motus nisi per accidens, in quantum scilicet motum semper noua sequitur aliqua relatio. 69.2.A
Relationibus nunquam aduenit noua habitudo, nisi extremorum vtrunq;, aut alterum mutetur. 112.2.C
Repente dicimus, quod ob temporis paruitatem insensibile est. 72.1.C D

Scientia de natura circa magnitudinē et tempus cum fit, quæ fine infinito non contingit esse, de infinito speculari debet. 33.3.F G
Scientia contrariorum vna esse videtur. 112.1.B C
Scientiarum realium numerus ac partes. 1.1.2
Scientiam acquirentes generari aut alterari minime dicuntur. 105.3.B C
Scientiarum diuersitas a duplici est causa. 1.1.D
Scieniam nanscisimur particularium experimentis. 104.4.E
Scientijs tribuitur necessarium, sicut & naturalibus. 28.3.E G.
Scientiarum triplex genus ex rerum diuisione sumptum. 25.1. D.2.A B
Scientiæ mediæ quomodo sumantur. 18.1.A
Scientiæ generationem ex Platonicis sumit Aristoteles, quam alibi damnasse videtur. 105.2.C
Semina animalium a natura generantur, quemadmodū ipsa animalia. 27.3.E
Sempiterna tempori minime subsiciuntur, sed si quo mensurantur, ipso vbi mensurari contingit, quia non senescunt. 62.3.E
Senium an naturale sit. 78.1.B C
Sensibilia sunt quibus corpora ab inuicem differunt, secundum quæ sensus ipsos alterari & pati necessarium est. 102.4.E G
Sensibilibus qualitatibus tantum alteratio conuenit, & illa proprie alterari dicuntur, quæ ab his aliquo modo pati possunt. 103.2.B C
Sensibilia omnia semper moueri falsa est quorundam philosophorum opinio. 133.4.H
Separata vel seorsum ea dicuntur, quæ in altero loco sunt. 71.2.D
Simul ea dicuntur, quæ sunt in aliquo vno primo loco, & inter quæ nullum est medium. 71.2.D.101.2.B
Spatium infinitum per motum intransibilis est. 82.4.F
Spatium si locus esset, transmutaretur ipse locus. 47.1.C
Spatium super quod fit motus, si sit infinitum tempus non potest esse finitum. 93.4.E F
Spatium cur locus esse videtur. 46.4.F G
Species dicit vnam naturam, genus vero non. 107.3.G
Species, quando nam eadem, vel diuersa iudicanda sit. 107.4.G
Species alia eadem iudicāda non est, ex eo, quod eadem natura in alio, & alio est susceptibili. 107.4.F
Stadio mota motum non sufficienter destruunt, quem admodum putauerat Zeno. 95.4.H.96.1.A
Stoici nullam in anima virtutem ponunt, si sit in ea vel tantilla passio, cum virtus apud illos impassibilitas quædam sit. 104.3.F
Stare in aliquo primo, & non ratione partis & in qualibet temporis parte non stare inconueniens est. 94.1.B C
Sphæræ vltimæ partes aliæ actu, aliæ potentia sunt in loco. 48.4.E F
Sphæra vltima an sit in loco, & quomodo. 48.1.C D 2.A B C D.1.E F
Sphæra cum omnia contineat, sicut & tempus, eam non nulli esse tempus dixere, qui duplici defectu arguendi sunt. 58.2.A B
Sphæram ipsam falso quidam cœli motum, & eius tempus opinabantur. 58.1.C.2.A B
Sphæra vltima in loco dicitur esse per suas partes. 48.4.G H
Subiectum illud dicitur, quod non solum formam sustinet, sed id omne, quod est affirmatione monstratum. 67.4.G
Subiectum totius Naturalis Scientiæ quod sit. 1.2.A B C D
Subiectum quantum potest esse, & quale: ad vnum quorum per se, ad alterum per accidens se habet. 119.2.D.3.E
Subiectum & eius passio ex æquo ab inuicem separabilia vel inseparabilia sunt. 35.4.E
Subiectum prædicati materia est. 10.2.A
Subiecta, quām illis accidentia, a natura esse dicuntur. 16.1.C
Substantiæ an aliqua conueniat contrarietas. 68.4.H
Substantiæ contrarietas est, quæ perfectionis & imperfectionis ratione, tanquam communi radice contrarietatum omnium fundatur. 68.4.H
ad Substantiam non est motus. 70.3.G
Substantiæ separatæ, quies, vel motus, minime conueniunt. 62.4.G H
Substantiæ motus non conuenit, quia illa contrarietate caret, quæ motui necessaria est. 68.4.G H
Substantia vni existens, nulli accidens esse potest. 5.2.D
Supponere aliquid immanifestum ad tuēdam aliquam opinionem, maximum est vitium. 114.2.B
Supposita, inductione, aut demonstratione, probare debemus. 114.2.A B
Suppositionis necessitas naturalibus propria est. 28.1.A
Sursum & deorsum motus naturales sunt: nam motus sursum igni naturalis est, terræ autem violentus. 77.4.G H.78.1.A
Sursum cur leuia ferantur: deorsum grauia, difficilis est causa, si vacuum motus sursum causa sit. 56.1.D
Sursum aliquid citius fertur, quanto spatium per quod fertur vacuum, rarius sit. 56.2.A B

Tangere ea se dicuntur, quorum sunt vltima simul. 71.2.D.3.E
Tangens quid sit. 72.2.A B
Tardius & velocius, an aliquid moueri possit. 81.4.F G

Tempus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tempus,cœli motum nonnulli,vel ipſam ſphęram,arbi trabantur,at irrationabiliter. 58.1.C.2.A B C
Tempori ſubeſſe quando tempus eſt,idem nequaquam eſt. 62.1.B C D
Tempus & motus, non niſi in potentia infinita ſunt. 41.4.G
Tempus quia ex partibus, quæ non ſunt, ſcilicet'præterito & futuro, compoſitum eſt,nihil eſſe videtur. 57.3.E F
Tempus diſtinguitur a motu,qui vbiq; & apud omnia eſt:non tamen eſt ſine motu, ſed aliquid eius, cum ſimul ipſum, & motũ ſentiamus: & quid nam eius ſit, 58.3.G H.4.F G.59.2.B C.112.2.C D.58.4.F G H
Tempus, ſi eſſet circulatio, multa tempora ſimul eſſent. 58.1.D
Tempus,ſi non componitur ex ipſis nunc,nulla erit Zenonis ratio. 95.4.G H
Tempore menſurari, quod eſt eſſe in tempore, quomodo intelligatur. 62.1.B C
Tempus numerus motus eſt, non quo numeramus, ſed numerus numeratus,ideſt prioris & poſterioris. 59.2.D.3.G H.57.2.B C
Tempus continuatur,ac diuiditur ipſo nunc. 60.2.D
Tempus reiteratur ſecundum eaſdem partes ſpecie, ſed non numero. 61.2.C
Tempus menſura durationis motus eſt, ipſius eſſe. 61.4.E F
Tempus quomodo per ſe cauſa corruptionis ſit. 62.2.C D.
Tempus eſt menſura quietis per accidens. 62.3.F.4.G
Tempus ſemper eſt in ſui principio, & quomodo nunquam deficiet. 63.4.F G
Tempus ſapiẽtiſsimum quidam philoſophorum appellabant. 64.1.D
Tempus eſt exiſtente anima, vtcunq; autem eſſe dicitur anima non exiſtente. 65.1.B C
Tempora duo æqualia ſimul eſſe eſt impoſsibile. 65.3.E F
Tempus & motus inuicem menſurantur.65.3.G.61.3.E
Tempus numerus eſt primæ circulationis, ſecundum quam menſuratur,& ad quam omnes alĳ motus temporis menſuratione menſurari oportet. 65.4.F
Tempus eſt continuum, & in ſemper diuiſibilia diuiſibile. 82.1.A
Tempus,ſi eſt finitum,& magnitudo finita. 93.1.B C D
Tempus ingenitum omnes fatentur,quod Plato ſolus generare voluit. 112.3.E F
Temporis partes aliæ, & aliæ ſunt, ſicut & motus. 59.4.E
Temporis continuitas ex motu, & magnitudine eſt. 59.1.B C
Tempus cur vbiq; inueniatur, conſyderatione dignum eſt. 64.4.F
Tempus infinitum eſt,ac diuiditur quemadmodum magnitudo. 79.2.C D.4.E
Tempore finito mobilia infinita moueri non contingit. 100.2.B C D.3.E F G H
Tempus medium eſt inter ipſa nũc,ſicut linea inter puncta. 79.3.E F
Tempus finitum eſſe non poteſt, & longitudo infinita. 83.2.C D
Tempus ſicut & motus, & magnitudo ex indiuiſibilibus minime componuntur. 80.1.B C
Temporis conſyderatio qua ſerie,ſeu ordine procedat. 57.2.D
Tempore infinito infinitum tranſiri,quomodo ſit poſsibile. 131.4.G H
Tempus non omnia entia continere dicitur. 63.1.A D
Tempore infinito per magnitudinem infinitam nõ eandem moueri aliquid ſemper impoſsibile eſt. 92.2.A
Tempore indiuiſibili aliquid quieſcere non poteſt. 94.2.D
Tempus eſſe abſq; nunc non poteſt,& nunc principium habet & finem. 112.4.H
Tempore infinito quomodo aliquid moueri poteſt. 98.4.G H
Tempore finito infinitum ſpatium nullum mobile pertranſire poteſt. 82.4.F
Temporis præteriti, ac futuri idem nunc non eſt. 84.3.E
Tempus inter ipſa nunc, intelligi ſemper oportet. 112.3.H.4.E
Temporis menſura ipſum nunc eſt. 60.1.A
Tempori ſubiecta ab ipſo pati oportet,quod ex communi loquendi more manifeſtum eſt. 62.2.B C
Tempus ea continet,quæ ſub ipſo ſunt,ſicut locatum ipſe locus. 62.2.A
Temporis diuiſionem, motus diuiſio ſequi neceſſe eſt. 87.1.C D
Tempus penitus indiſciplinabile Paron Pythagoricus aiebat. 64.2.A
Tempus cum cœlo generari, ac factum eſſe voluit Plato. 112.3.E
Tempus ipſam ſphæram eſſe nonnulli ſenſere,qui dupliciter arguendi videntur. 58.2.A B
Tempus tardum, vel velox dicitur, & multum & paucum,quia numerus eſt: & longum,& breue,quia continuum. 61.1.C D
Tempori non ſubiacent,quæ ſempiterna ſunt, quia non ſeneſcunt. 62.3.E
Tempus & motus,cum ex æquo cum ipſa magnitudine diuidantur, Zenonis deſtruentes motum apparet fatuitas. 95.2.C
Tempore aliquo primo mutatum in qualibet temporis illius parte moueri oportet. 90.1.C D.2.A
Tempore menſurari, & motu quomodo intelligatur. 62.1.B C
Tempus & motus ex indiuiſibilibus non componitur. 80.4.E.97.4.F
Tempus principium & finem habebit, ſi infinitum aliquo modo non ſit. 38.3.E F
Tempus, ſi circulatio eſſet pars circulationis circulatio eſſet,& multa tempora ſimul eſſent. 58.1.A B.2.A
Tempus cur non ſit,ſi nunc non ſit,& è contra. 60.2.B
Tempus an aliquid ſit anima non exiſtente. 64.4.H
Tempus,ſi cuiuslibet motus menſura eſt, ſimul duo tempora æqualia erunt. 65.2.C D
Tempus,ſi ſemper eſt, & motus ſemper erit, ac ppetuus cum eius menſura ſit. 112.2.D
Tempus ibi inuenitur,vbi motus inuenitur,ſiue actu,ſiue potentia. 64.4.G H
Termini motus,ſicut mouens,& quod mouetur,triplici ter diuiduntur. 67.2.B C
Termini ad quem potius contrarietatis cauſa eſſe videntur,quam termini a quo. 76.1.A B
Terminus ad quem magis, quam terminos a quo cur magis mutationem denominant. 67.1.C
Terminum ad quem attingit omne, quod mutatum eſt. 87.4.H.88.1.A
Terra cum ſurſum violente moueatur,ignis vero naturaliter,& è contra,ignis deorſum violenter,terra autem naturaliter,erunt qui ſurſum & deorſum motus naturales. 77.4.G H.78.1.A
Terræ naturalis deorſum motus, motui naturali ignis ſurſum an contrarius ſit eius deorſum violentus motus. 78.4.E F
Tertium principium naturæ eſt ipſa priuatio, per accidens tamen. 15.1.B
Tetragoniſmi,Briſſonis,& Antiphontis,ac Hippocratis deſcriptiones. 3.1.B C D
Totum & partes an vnum ſint,vel diuerſa. 3.4.E F G
Totum & perfectum,vel idem, vel propinqua ſecundũ naturam ſunt. 39.4.H
Totum an ſeipſum a ſe ratione partis vel totius ratione moueat. 123.3.F.G H
Totum & infinitum cum ſimilia ſint, ideo ipſi infinito omnia continere attribuitur. 40.2.A B C
Totius & partis idem naturalis locus eſt. 37.1.D
Totius materia ipſa pars eſt. 40.2.A
Tractu, pulſione,ac vertigine, vectionis motus fundatur. 101.4.F
Trahit ferrum magnes triplici ratione. 102.1.A B
Trahere dicitur,quod mouet alterum ad ſe. 101.4.H
Trahẽtis ac tracti nullum eſt medium. 101.4.H.102.1.C
Tranſmutatur omne,aut per ſe,aut per accidens,ſiue per partes. 66.3.F G
Tria principia eſſe tribus rationibus oſtenditur. 10.1.A B.2.A
Tunc tempus determinatum per aliquod nunc, & cum intra præteritum, & præſens includatur quandoq; tempus deſicere neceſſe erit. 63.3.G H

VAcuum ſi non ſit commouebitur aliquid totum turbabitur cœlum,ideſt ſurſum ferretur. 56.2.C
Vacuum quomodo ſit in corporibus. 50.3.H
Vacuum ponentes potiores rationes adducunt. 50.2.D.3.F
Vacuum quiddam corporibus inditum eſſe,ex ipſa denſi ac rari ratione opinati ſunt quidam. 55.4.E
Vacuum aſſerentes neceſſario locum ponunt. 42.4.F
Vacuum motus aliquo modo cauſa eſt, vt intrinſecum corporibus, ipſa corpora deſerens,vt in omnibus videre licet. 56.1.C D
Vacuum ſiquid eſſet vidiſſent illud vtiq; in iſtis mobilibus infra mundum aliqui vel ſapientes. 55.3.G H
Vacuum ſi aliquid ſit, neceſſariam non erit corpora eſſe in loco, vel locus ſpatium quoddam ſeparatum erit. 55.3.F
Vacuum ponẽtes contraria ſupponere negantibus illud oportet. 54.4.H.55.1.A
Vacuo, ſi quod mobile ex ſui parte quoquo modo moueatur,nihil velocitatis eius cauſa erit. 54.4.E G
Vacuum ſi non ſit, augmentatio, vel localis motus non erit. 50.2.D.3.E F
Vacuum aſtruentes rationes, nullius eſſe roboris oſtenduntur. 52.1.C D
Vacuum eſſe ex quibus rationibus deducitur. 50.2.D.3.E F
Vacuum eſſe, ex condenſatione,quæ fieri in corporibus videtur,quantum valeat. 51.4.F
Vacuum id primo ſignificare videtur locum, ſcilicet in! quo nihil eſt, ſiue in quo non eſt corpus tangibile, ſiue hoc aliquid, ideſt aliqua ſubſtantia corporea. 1.1.B C.2.C.50.1.D
Vacuum, propter augmentum cum neceſſarium nequaquam ſit, irrationabiliter ergo ponitur.51.4.G. 52.1.A
Vacuum ſi eſt, non aſsignabitur proiectorum cauſa, nec quietis eius quod mouetur aliqua erit cauſa. 52.4.F G H
Vacuum inditum corporibus dupliciter eſſe intelligi poteſt. 55.4.H
Vacuum ſeparatum, ſeu coniunctum non reperitur. 57.2.B C
Vacuum ibi natum eſt eſſe, vbi corpus tangibile. 48.4.G H
Vacuum cognoſcere volentes intelligere oportet quid nam ſignificet vacuum. 51.1.A
Vacuum corporis materiam quomodo quidam Platonicorum opinabantur. 51.2.C
Vacuum,non corpus, ſed corporis ſpatium,quidam eſſe dicunt. 51.3.E
Vacuum quomodo motum in inſtanti ſi ſit inferat. 53.2.B C D
Vacuum aſſerentes ſicut negatiuas, ita & affirmatiuas communes rationes adducere neceſſarium eſt. 51.1.B C D
Vacuum ſi ſit, augmentum,ſeu alimentum non ſit. 50.4.E
Vacuum non eſſe, & ſui abſoluta ratione manifeſtum eſt. 51.3.H
Vacuum id eſſe dixerunt antiqui, in quo nihil ſenſibus ſubiectum videtur. 50.1.D.2.B
Vacui ad plenum cum nulla ſit proportio neq; motus, motus qui per hæc fiunt, nullam inuicem rationem habebunt,ſi qua vero ſit proportio vtriſq; quis tranſire poterit. 51.4.E H D
Vacui ſi quis motus fiat non erit aliqua cauſa quietis cũ mouetur. 53.1.A
Vacuum negantibus quemadmodum & locum auferentibus motum negare neceſſe eſt. 51.3.F G
Vacuum nonnullis,ideo aliquid eſſe videtur,quia locus aliquid eſt. 52.1.C D
Vacui ad plenum nulla eſt proportio. 53.3.G H
Vano caſus propinquus eſſe videtur. 24.1.D.2.A
Vectione motum, non per ſe, ſed per accidens mouetur, inquantum aliquid alterum in quo eſt mouetur, ſi ſit primum mouens. 101.4.F
Velocius vel tardius an aliquid moueatur. 81.4.F
Vectionis motus, vertigine, tractu, & pulſione fundatur. 101.4.F
Velocitas ac tarditas motus ſpecies nequaquã ſunt, neq; ſpecierum eius differentiæ, neq; idem quod grauitas, aut leuitas. 74.4.F
Velocius eſt,quod tempore æquali etiam in minori plus tranſit. 81.3.G
Velocius mobile per æqualem magnitudinem in minori tempore pertranſit,quam tardius mobile. 81.3.G
Velocius & tardius moueri in tempore omni accidit. 81.4.F
Velocior motus eſt,quanto motus primo mouenti propinquior eſt. 140.2.A
Violenta corpora ex ĩs locis moueri dicuntur, in quibus naturaliter manent. 117.1.A
Violentus motus, an quietem oppoſitam habeat. 78.3.E
Violentus motus nõ erit, ſi quid non mouetur quandoque,& iterum quieſcit. 118.1.A
Virtutes finitæ in magnitudine infinita eſſe non poteſt. 138.3.E
Virtutes & malitiæ ſunt ad aliquid. 103.4.H
Virtutes & vitia quædam eſſe videntur, habitus etiam corporei,qui primæ ſpeciei annumerantur. 104.1.A
Virtus moralis in delectationibus & triſtitĳs conſiſtit. 104.3.G
Virtutem in medio conſiſtere Peripatetici quomodo intellexere. 104.3.E
Virtutem aliquam animę ineſſe ſiqua in ea ſit paſsio impoſsibile eſt,ſicut Stoici affirmant. 104.3.E
Vita quædam rerum omniũ motus dicitur. 110.1.C.2.C
Vltimum,reſpectu partis vltimum dicitur. 79.2.A B
Vniuocum aliquod commune ad prædicamenta non reperitur. 29.3.H.1.E
Vnitas ac punctus li ſint quædam ſeparata, eadem eſſe non poſſunt. 72.3.E F

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

Vniuersalia priora in doctrina esse debent. 1.1.CD
Vniuersum quandoq; moueri, quandoq; autem quiescere nihil prohibet. 114.4.H
Vnum plura esse quomodo contingat. 4.1.D.2.C
Vnum tripliciter dicitur. 3.4.F
Vnum actum duorum esse non inconuenit. 32.3.G
Vnum omne inquantum omne indiuisibile. 40.3.H
Vnum & duo æquiuoca sunt aquæ & aeri. 106.3.EF
Vnum omnia esse, vt indiuisibile non possunt. 3.4.H
Vnum si omnia essent plura contingerent. 4.1.AB
Vnum principium esse impossibile esse probatur. 9.3.H
Voluntarijs, seu naturalibus, agentibus hoc necessarium, est, si passionem vel actionem habere ad inuicem velint, vt certa habitudine determinata sint. 112.2.ABC
Vtentis ac facientis discrimen. 18.4.EFG.19.1.BC

ZEno Eleates quomodo ex eo cum nulla magnitudo transire potest motum nullum esse intulit. 82.3.H.4.E
Zenonis Eleatis rationes quatuor apparēter motum destruentes. 95.2.CD
Zeno inerudite argumentabatur ex æquali loco corporis mobilis nihil moueri. 95.1.D
Zeno quomodo mutationem eam, quæ inter contradictoria est auferre nitebatur. 96.3.H.4.E
Zenonis ratio qua sphæricum motum amittere nolebat. 96.4.H.97.1.AB
Zeno nihil moueri ob id sensit, quod mobile prius ad medium quam magnitudinis finem peruenire oportebat. 131.2.CD

FINIS.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE PHYSICO AVDITV LIBER PRIMVS,

Cum S. Thomæ Aquinatis expositione.

SVMMA LIBRI.

Naturalium Principia tum ex Antiquorum, tum ex propria opinione uenatur, eaq; tria esse statuit, materiam scilicet ac formam per se: priuationem uero per accidens.

LECTIO PRIMA.

A principijs vniuersalioribus inchoandum, cum hęc nobis prius nota sint.

ARGY. *VM circa omnes doctrinas, quarum sunt principia uel causæ uel elementa, ex horum perceptione cognitio fiat atq; scientia: Tunc enim unamquanq; rē scire putamus, cum causas primas, principiaq; prima, & usq; ad elementa cognoscimus. patet & ea, quæ ad principia Naturalis scientiæ pertinent, ex tendum esse prius determinare.*

ANTIQVA, Tex. 1. QVoniam quidē intelligere & scire contingit circa omnes sciētias, quarum sunt principia aut causę, aut elemēta, ex horum cognitione: Tunc enim cognoscere arbitramur vnumquodq; cum causas primas et prima principia cognoscimus, & vsq; ad elementa: manifestum quidem, quòd quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de Natura est, prius determinare tentandum.

Causa diuersitatis scientiarum. VIA liber Physicorū, cuius expositioni intendimus, est primus liber Scientię Naturalis, in eiusdem principio oportet assignare quid sit materia & subiectū scientiæ Naturalis. Sciendū est igitur, ꝙ, cum omnis scientia sit in intellectu: per hoc autē aliquid fit intelligibile f actu, ꝙ aliqualiter abstrahitur a materia, fm ꝙ aliqua diuersimode se habēt ad materiā, ad diuersas sciētias pertinent. Rursus, cū omnis scientia per demonstrationem habeatur, demonstrationis autē medium sit definitio, necesse est fm diuersum definitionis modū scientias diuersificari. Sciendum igitur, ꝙ quædā sunt, quorū esse depēdet a materia, nec sine materia definiri possunt: quædam vero sunt, quæ licet esse nō possint nisi in materia sensibili, in eorum tū definitione materia sensibilis nō cadit. Et hæc differunt adinuicē, vt curuum & simum. nā simum est in materia sensibili: & necesse est ꝙ in eius definitione cadat materia sensibilis. est. n. simum nasus curuus. & talia sunt omnia naturalia, vt homo, lapis. Curuum vero licet esse nō possit nisi in materia sensibili, tū in eius definitione materia sensibilis non cadit. Et talia sunt omnia mathematica, vt nūeri, magnitudines, & figuræ. Quædā vero sunt, quæ nō dependent a materia nec fm esse nec fm rationē; vel quia nunq; sunt in materia, vt Deus et aliæ substātiæ separatę: vel quia non vniuersaliter sunt in materia, vt substantia, potētia, &

Sufficientia scientiarū realium, ex 6. Meta. c. 1.

A actus, & ipsum ens. De his igit est Metaphysica. De his vero, quæ dependent a materia sensibili fm esse, sed non fm rationem est Mathematica. De his vero, quæ dependent a materia nō solum fm esse, sed etiam fm rationem, est Naturalis, quæ Physica dicitur. Et, quia omne, quod habet materiam, mobile est, consequens est ꝙ ens mobile sit subiectum Naturalis philosophiæ. Naturalis autem philosophia de naturalibus est. Naturalia autē sunt, quorum principium est natura. Natura autē est principiū motus & quietis in eo in quo est. De his igitur, quæ habēt in se principiū motus, est sciētia Naturalis. Sed quia ea, quæ cōsequuntur aliquod commune prius et seorsum determinanda sunt, ne oporteat ea multoties pertractādo omnes partes illius repetere, necessariū fuit ꝙ præmitteretur vnus liber in Scientia Naturali, in quo tractaretur de ijs, quæ cōsequuntur ens mobile in cōmuni, sicut omnibus sciētijs præmittitur Philosophia prima, in qua determinatur de ijs quæ sunt cōmunia enti, inquantū est ens. Hic autē est liber Physicorū, qui etiā
B dicitur de Physico siue de Naturali auditu: quia per modū doctrinæ ad audiētes traditus fuit. Cuius subiectum est ens mobile simpliciter. Non dico autē corpus mobile, quia omne mobile esse corpus, probat in isto libro: nulla autē scientia probat suū subiectū: & ideo statim in principio de Cœlo, qui sequitur ad istum, incipitur a notificatione corporis. Sequuntur autē ad hunc librū alij libri Scientię Naturalis, in quibus tractatur de speciebus mobilū, puta in libro de Cœlo de mobili fm motū localē, qui est prima species motus. In libro autē de Generatione, de motu ad formā et primis mobilibus, s. elemētis, quantum ad trāsmutationes eorum in cōmuni: quantum vero ad speciales eorū transmutationes in libro Meteororū. De mobilibus vero mistis inanimatis in libro de Mineralibus: de animatis vero in lib. de Anima, et cōsequentibus ad ipsum. Huic autem libro præmittit Philosophus procœmiū, in quo ostendit ordinē procedenti in Sciētia Naturali. Vnde duo facit. Primo ostēdit,
C ꝙ oportet incipere a cōsyderatione principiorum. Secūdo, ꝙ inter principia oportet incipere a principijs vniuersalioribus ibi. [Innata autē.] Primo ponit talem rationem. In omnibus scientijs, quarū sunt principia, aut causæ, aut elementa, intellectus & sciētia procedit ex cognitione principiorum, causarū, & elementorū: sed scientia, quę est de natura, habet principia, elemēta, & causas: ergo in ea oportet incipere a determinatione principiorū. Quod añ dicit intelligere, refertur ad definitiones: quod vero dicit scire, ad demonstrationem. Nam sicut demōstrationes sunt ex causis, ita & definitiones, cum cōpleta definitio sit demōstratio sola positione differēs, vt dicitur in Primo Posteriorum. Per
D hoc autē, quod dicit principia, aut causas, aut elemēta, non intendit ibi idē significare. Nam causa est in plus ꝙ elemētum. nam elementū est quo cōponitur res primo, & est in eo, vt dicitur Quinto Metaphysicę, sicut literę sunt elemēta locutionis, non autē syllabæ. Causæ autē dicuntur, ex quibus res dependet fm esse suū vel fieri. vnde & etiā quę sunt extra, vel etiā quæ sunt in re causæ dici possunt, ex quibus non cōponitur res primo, non tū elementa. Principium vero importat quendā ordinem alicuius processus. Vnde aliquid potest esse principiū, quod nō est causa, sicut id, vnde incipit motus, non tū est causa: & pūctus est principium lineæ, non tamē causa. Sic igitur per principia, videtur intelligere causas mouētes & agentes, in quibus attēditur ordo processus cuiusdā. Per causas autem, intelligere videtur causas formales, et finales, ex quibus maxime depēdent res fm suum esse et fieri. Per elemēta vero proprie proprias causas materiales. Vtitur autē disiunctione nō copulatione, ad designandum ꝙ non omnis sciētia per omnes causas demonstrat. Nam Mathematica nō demōstrat nisi per causam formalem. Metaphysica demonstrat per causam formalē & finalem præcipue, & etiā agētem. Naturalis autē per omnes causas. Primum autē propositionem rationis inductæ probat ex cōmuni opinione, sicut Primo lib. Posteriorum dicitur: quia tūc quilibet experitur se cognoscere aliquid cum scit omnes causas ei⁹ a primis vsq; ad vltimas. Nec oportet

Subiectū totius Scientiæ naturalis ex 1. huius. t. c. 1.

ὁ φυσικὸς ἀκροατὴς φύσιος. Lib. 6. le. 3. te cōmen. 31. Lec. 2. te. cō. 2.

Partitio omnium librō. rū naturalis philosophiæ.

Diuisio libri.

Argumentatio Aristotelis.

Lec. 16. Te. cōm. 12.

Lect. 1. Te. cōm. 4.

Lec. 4. Tex. cōm. 5.

Cõtra cõmentatoris expoſitionem.

vt aliter accipiamus hic cauſas & elementa & principia ℈ ſupra, vt Cõmentator vult, ſed eodẽ modo. Dicit autem [vſq; ad elementa] quia id quod eſt vltimum in cognitione eſt materia. Nam materia eſt propter formam, forma autem eſt ab agẽte propter finem, niſi ipſa ſit finis. Vt puta dicimus, ℔ propter ſecare ſerra habet dentes: & ferreos oportet eos eſſe, vt ſint apti ad ſcindendum. Secundo ibi.

ARGY. *Hæc autem miſta natura nobis eſt uia, ut è notioribus nobis magisq; manifeſtis ad notiora naturæ, magisq; manifeſta proficiſcamur. Non.n. ſunt eadem nobis atq; ſimpliciter nota. Quapropter hoc modo, ex hiſce, quæ naturæ quidem minus ſunt manifeſta, nobis autem notiora, ad ea, quæ dilucidiora ſunt, magisq; nota naturæ proficiſcamur, neceſſe eſt. At confuſa primo nota nobis ſunt magis ac manifeſta. Elementa uero principiaq; poſterius ex hiſce nota per ipſorum diuiſionem fieri ſolent. Idcirco ex uniuerſalibus ad ſingularia proficiſcamur oportet.*

Tex.cõm.1. Innata autẽ eſt ex notioribus nobis via & certioribus, in certiora naturæ & notiora. Non.n. eadẽ nobis nota & ſimpliciter. Vnde quidẽ neceſſe ℈ modũ hunc procedere ex incertioribus naturę, nobis autẽ certioribus, in certiora naturę & notiora. Sunt autẽ primũ nobis manifeſta & certa cõfuſa magis: poſterius autẽ ex his fiũt nota elemẽta & principia diuidẽtibus hæc. Vnde ex vniuerſalibus ad ſingularia oportet ꝓcedere.

Probatio minoris.

Tex.cõm.3.

Tex.cõm.4.

Oſtendit ℔ inter principia oportet prædeterminare de vniuerſalioribus. Et primo per rationẽ, Secundo per quædam ſigna. ibi. [Totum.] Circa primũ ponit talẽ rationẽ. Innata eſt nobis via vt procedamus incipiendo ab ijs, quæ ſunt nobis magis nota, in ea quæ ſunt magis nota naturæ: ſed ea, quæ ſunt nobis magis nota, ſunt confuſa, qualia ſunt vniuerſalia: ergo oportet nos ab vniuerſalib⁹ ad ſingularia ꝓcedere. Ad manifeſtationẽ autẽ primę propoſitionis inducit, ℔ non ſunt eadẽ magis nota nobis & ſm naturã, ſed illa, q̃ ſunt magis nota ſm naturã ſunt minus nota ſm nos. Et, quia iſte eſt naturalis modus, ſiue ordo addiſcẽdi, vt verſiaſ a nobis notis ad ignota nobis, inde eſt, ℔ oportet nos deuenire ex notioribus nobis ad notiora naturę. Notandũ autem eſt ℔ nõ idem dicit nota eſſe nobis & nota ſimpliciter. Simpliciter autẽ notiora ſunt, quæ ſm ſe ſunt notiora. Sunt autem ſm ſe notiora, quæ plus habẽt de entitate: quia vnũ quodq; ℔ cognoſcibile eſt inquãtum eſt ens. Magis autẽ entia ſunt quæ ſunt magis in actu. vnde iſta maxime ſunt cognoſcibilia naturę. Nobis autẽ ecõuerſo accidit, eo ℔ nos procedimus intelligẽdo de potentia in actũ, & principium cognitionis noſtrę eſt a ſenſibilibus, quæ ſunt materialia & intelligibilia in potẽtia. Vnde illa ſunt prius nobis nota, q̃ ſubſtãtiæ ſeparatæ, quæ ſunt magis notæ ſm naturã, vt patet Secũdo Metaphyſices. Nõ ergo dicit nota naturæ, quia natura cognoſcat ea, ſed quia ſunt nota ſm ſe et ſm propriã naturam. Dicit autẽ [notiora & certiora] quia in ſcientijs nõ requiritur qualiſcũq; cognitio, ſed cognitionis certitudo. Ad intellectum autẽ ſecundæ propoſitionis. Sciendũ eſt ℔ confuſa hic dicuntur, quæ cõtinent in ſe aliqua in potẽtia & indiſtincte. Et, quia cognoſcere aliquod indiſtincte medium eſt inter puram potentiam & actum perfectum, ideo, dum intellectus noſter procedit de potentia in actum primo occurrit ſibi confuſum q̃ diſtinctũ. ſed tunc eſt ſcientia completa in actu, quando peruenitur per reſolutionem ad diſtinctam cognitionem principiorũ & elementorum. Et hæc eſt ratio, quare confuſa ſunt primo nobis nota quã diſtincta. Quòd aũt vniuerſalia ſint confuſa manifeſtũ eſt, quia vniuerſalia continent in ſe ſuas ſpecies in potentia: & qui ſcit aliquid. in vniuerſali ſcit illud indiſtincte. tũc autẽ diſtinguitur eius cognitio, quãdo vnumquodq; eorũ, quæ cõtinẽtur potẽtia in vniuerſali, actu cognoſcitur. qui enim ſcit animal non ſcit irrationale niſi in potentia. Prius autẽ eſt ſcire aliquid in potentia q̃ in actu. Secundũ igitur hũc ordinẽ addiſcendi, quo procedimus de potentia in actum, prius quò ad nos eſt ſcire animal q̃ hominem. Contrariũ autem huic videtur eſſe quod dicit Philoſophus in Primo Poſteriorũ, ℔ ſingularia ſunt magis nota quò ad nos: vniuerſalia vero naturę, ſiue ſimpliciter. Sed intelligẽdũ eſt ℔ ibi accipit ſingularia ipſa indiuidua ſenſibilia, quę ſunt magis nota quò ad nos, qa ſenſus cognitio, quæ eſt ſingulariũ præcedit cognitionẽ intellectus, quæ eſt vniuerſaliũ. Sed, quia cognitio intellectualis eſt perfectior, vniuerſalia autẽ ſunt intelligibilia in actu, non autẽ ſingularia, cũ ſint materialia, ſimpliciter & ſm naturam vniuerſalia ſunt notiora. Hic autem ſingularia dicit non ipſa indiuidua, ſed ſpecies: quæ ſunt notiores ſm naturam, vtpote perfectiores exiſtentes, & diſtinctam cognitionem habentes. genera vero ſunt prius nota quò ad nos, vtpote habẽtia cognitionẽ in potẽtia & cõfuſam. Sciendũ aũt ℔ Cõmentator aliter exponit.

Contradictionis ſolutio.

Lec.4. Tex.cõm.5. Reſpontio. Vide contra. Zim.

Expoſitio Cõmenta. 2.c.1. vſq ad. 4.

Dicit.n.℔ ibi [Innata eſt.] Vult oſtẽdere Philoſophus modum demonſtrationis huius ſcientiæ, quia ſcilicet demonſtrat per effectus & poſteriora ſm naturã, vt ſic quod ibi dicitur intelligatur de proceſſu in demonſtrãdo & non in determinando. Deinde cum dicit. [Sunt autẽ primũ] Intendit manifeſtare (ſm eum) quæ ſunt magis nota quo ad nos & minus ſecundũ naturã, ſ. cõpoſita ſimplicibus intelligẽs cõpoſita per confuſa. Vltimo aũt concludit ℔ procedendũ eſt ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia, quaſi quoddam corollariũ. Vnde patet, ℔ eius expoſitio non eſt conueniens, quia nõ coniungit totum ad vnam intentionem, & quia hic non intendit Philoſophus oſtendere modum demonſtrationis huius ſcientiæ: hoc enim faciet in Secũdo libro ſecundum ordinem determinandi. iterum quia cõfuſa non debent exponi compoſita, ſed indiſtincta: non enim poſſet concludi aliquid ex vniuerſalibus, cum genera non componantur ex ſpeciebus. Secundo ibi.

Contra eandem ſophiſtem.

ARGY. *Ipſum nanq; totũ ſenſu notius eſt. Vniuerſale uero totum eſt quoddam: quippe cũ multa cõplectatur: ut partes.*

Tex.c.5. Totum enim ſm ſenſum notius eſt. Vniuerſale autem totum quoddam eſt: multa enim cõprehendit vt partes vniuerſale.

Dubium. Reſpõſio.

Manifeſtat propoſitũ per tria ſigna, quorũ primũ ſumitur a toto integrali ſenſibili. & dicit ℔ totũ ſenſibile eſt notius ſecundũ ſenſum: ergo & totũ intelligibile eſt notius ſecundũ intellectum. Vniuerſale autem eſt quoddam totum intelligibile, quia comprehendit ſub ſe multa vt partes, ſ. ſua inferiora: ergo vniuerſale eſt notius quo ad nos. Videſ autem hæc probatio inefficax, quia vtitur toto & parte et cõprehenſione æquiuoce. Dicendum eſt aũt, ℔ totum integrale & vniuerſale cõueniunt in hoc, ℔ vtrũq; eſt confuſum. Sicuti.n.qui apprehendit genus nõ apprehendit ſpecies diſtincte, ſed in potentia tantum, ita qui apprehendit domum nondum diſtinguit partes: vnde, cum ratione confuſionis totum ſit prius cognitum quo ad nos, eadem ratio eſt de vtroq; toto. eſſe autem compoſitum non eſt commune vtriq; toti, vnde manifeſtum eſt quod ſignanter dixit ſupra, confuſa & non compoſita. Secundo ibi.

Contra Commentatorẽ.

ARGY. *Sic etiam & nomina quodammodo ſeſe habent ad definitionem. totum.n. quoddam indiſtinctumq; ſignificãt, ceu circulus. At ipſius definitio in partes ſingulas diuidit.*

Tex.c.5. Suſtinent autem idem hoc quodammodo & nomina ad rationem. totum enim quodammodo & indiſtincte ſignificat, vtputa circulus. Definitio autem ipſius diuidit in ſingularia.

Secundum ẽ gouum.

Ponit aliud ſignũ de toto integrali & intelligibili. Definitum.n. ſe habet ad definientia quodãmodo vt totũ integrale, inquantũ actu ſunt definiẽtia in definito. ſed tamen qui apprehendit nomen, vtputa hominẽ aut circulũ, non ſtatim diſtinguit definientia: vnde nomẽ eſt ſicut quoddã totũ & indiſtinctũ. ſed definitio diuidit in ſingularia, i. diſtincte

Contradictionis ſoluti.

ctincte ponit principia definiti. Videtur autem hoc eſſe contrarium ei quod ſupra dixit. Nam definientia videtur eſſe vniuerſaliora: quæ dixit prius eſſe nota nobis. Sed dicendum, ℔ definiẽtia ſm ſe ſunt prius nota nobis q̃ definitum: ſed prius eſt notũ nobis definitum, q̃ℓ ℔ talia ſint deſtientia ipſius, ſicut prius ſunt nota nobis animal et rationale q̃ homo. Sed prius eſt nobis notum homo confuſe, q̃ ℔ animal & rationale ſint definientia ipſius. Tertio ibi.

ARGY. *Pueri quoq; primum quidem uiros omnes patres & quaſius mulieres matres appellãt: poſterius autem horum utrunq; diſcernere diſtingueręq; uidentur.*

Et pueri primum appellant omnes viros patres, & fœminas matres: poſterius autem determinant horum vnumquodq;.

Ponit tertium ſignũ ſumptum ex vniuerſaliori ſenſibili. Sicut.n. vniuerſalius intelligibile eſt prius notũ nobis ſm intellectũ, vtputa animal homine, ita communius ſenſibile eſt prius notũ nobis ſm ſenſum: vtputa hoc animal, q̃ℓ hic homo. Et dico prius ſm ſenſum, & ſm locũ, & ſm tempus. Secundum locũ quidem, quia, cum aliquid a remotis videmus, prius percipimus ipſum eſſe corpus q̃ eſſe animal: & hoc, prius q̃ ℔ ſit homo, & vltimo ℔ ſit Socrates. Et ſimiliter ſm tẽpus puer prius apprehẽdit hunc vt quendã hominem, q̃ vt hunc hominẽ, qui eſt Plato, quin eſt pater eius. Et hoc eſt quod dicit. [pueri primũ appellãt omnes viros patres & fœminas matres, ſed poſteriꝰ determinãt]. i. determinare cognoſcũt vnũquodq;. Ex quo manifeſte oſtendit, ℔ prius cognoſcimus aliquid ſub confuſione q̃ diſtincte.

LECTIO II.

Antiquorum de entibus ac principijs ſententiæ quamplures: quamq; illarum improbare, & quomodo ad Naturalem pertinet.

ARGY. *Neceſſe eſt itaq; aut unum eſſe principium, aut plura. Et ſi ſit unum, aut immobile, ut Parmenides Meliſſusq; dicit: aut mobile eſſe oportet, ut Naturales cẽſere uidẽtur, quidam aerem, quidam aquam primum principium eſſe dicentes. Si plura ſint, aut finita, aut infinita eſſe neceſſe eſt. Et, ſi finita ſunt pluraq; uno, duo uel tria, uel quatuor, uel in alio quodam numero eſſe oportet. Si infinita, aut genere quidem unum: figura uero uel forma diuerſa. permdeq; Demo. aſſerebat, aut contraria etiã neceſſe eſt eſſe.*

Tex.c.6. Neceſſe autem eſt aut vnum eſſe principiũ, aut plura. Et ſi vnũ, aut immobile, ſicut dicunt Parmenides & Meliſſus: aut mobile, ſicut Phyſici. hi quidem aerem dicentes eſſe, alij vero aquam primũ principium. Si autem plura, aut finita, aut infinita. & ſi finita, plura autem vno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut ſm alium aliquem numerum. Et ſi infinita, aut ſic, ſicut dixit Democritus genus vnum, figura autem & ſpecie differentia, aut etiam contraria.

Poſito procemio, in quo oſtẽſum eſt ℔ Sciẽtia Naturalis debet incipere a principijs vniuerſalioribus, hic ſm prædictum ordinẽ incipit proſequi ea, quæ pertinẽt ad Sciẽtiam Naturalẽ. Et diuiditur in duas partes. In quarũ prima determinat de principijs vniuerſalibus Sciẽtiæ Naturalis. In ſecunda determinat de ente mobili in cõi, de quo intendit in hoc libro. Et hoc in Tertio lib. ibi. [Qm̃ autẽ natura eſt principiũ.] Prima in duas, In prima determinat de principijs ſubiecti huius ſcientiæ, i. de principijs entis mobilis inquantũ huiuſmodi. In ſecũda de principijs doctrinæ, In ſecundo libro ibi. [Eorũ quæ ſunt.] Prima autẽ in duas. In prima proſequitur opiniones aliorũ de principijs cõibus entis mobilis, In ſecũda inquirit veritatẽ de eis ibi. Omnes igitur cõtraria principia.] Circa primum tria facit. Primo ponit diuerſas opiniões Antiquorũ Philoſophorũ de principijs cõibus. Secundo oſtẽdit. ℔ aliquas earũ proſequi nõ pertinet ad naturalẽ ibi. [Id quidem igitur.] Tertio proſequitur opiniones improbando eorũ falſitatem ibi. [Principium aũt.] Circa primũ duo facit. Primo ponit diuerſas opiniones Philoſophorũ de principijs naturę. Secũdo oſtẽdit eandẽ diuerſitatẽ eſſe circa opiniones Philoſophorũ de entibus ibi. [Similiter aũt quærũt.] Dicit ergo primo, ℔ neceſſe eſt eſſe vnũ principiũ aut multa. & vtraq; pars habuit Philoſophos opinãtes. Quidam.n. eorũ poſuerũt vnũ principium, quidã multa. Eorũ, qui poſuerunt vnũ, quidã poſuerũt illud eſſe immobile, ſicut Parmenides et Meliſſus; de quorũ opinione infra patebit: quidã vero poſuerunt illud eſſe mobile, ſ. Antiqui Naturales. Quorũ quidã poſuerunt aerem eſſe principiũ naturaliũ, vt Diogenes: quidã vero aquã, vt Thales: quidã vero ignem, vt Heraclitus: alij vero aliud mediũ inter aerem, et aquã, vt uaporem. Nullus uero eorũ, qui poſuerunt principiũ vnum tantũ, dixit illud eſſe terrã propter eius groſsitiem. Huiuſmodi aũt principia mobilia dicebãt, quia per horũ alicuius rarefactionẽ & cõdenſationem alia fieri dicebãt. Eorũ vero, qui poſuerunt plura principia quidã poſuerũt ea finita, quidã poſuerunt infinita. Eorũ aũt qui poſuerũt ea finita: (licet plura vno) quidã poſuerunt ea eſſe duo, ſ. ignem & terrã, vt infra dicet Parmenides: quidã vero tria. ſ. ignem, aerem, & aquã. nam terrã quaſi compoſitã exiſtimabãt propter eius groſsitiem. Alij vero poſuerunt ea eſſe quatuor, ſ. Emp. vel etiã ſm aliquem aliũ numerum, quia & ipſe Empedo. cũ quatuor elementis poſuit duo alia, ſ. amicitiã & litem. Qui vero poſuerunt plura infinita diuerſificati ſunt. Democritus. n. poſuit indiuiſibilia corpora quæ dicũtur atomi eſſe principia omnium rerũ. Sed huiuſmodi corpora poſuit eſſe omnia vnius generis ſm naturã, ſed tũ differebant ſm figurã et formam. Et nõ ſolum differebãt, ſed cõtrarietatem adinuicem habebant. Ponebat.n. tres cõtrarietates, vnã ſm figuram, quę eſt inter curuũ, & rectũ: aliam ſm ordinem, quæ eſt prioris, & poſterioris: aliam ſm poſitionem, ſ. ante & retro, ſurſum & deorſum, dextrorſum et ſiniſtrorſum. Et ſic ex illis corporibus vnius naturæ exiſtentibus diuerſa fieri ponebãt ſm diuerſitatem figuræ poſitionis, et ordinis atomorũ. Ex hac autem opinione dat intelligere oppoſitã opinionẽ, ſ. Anaxagorę, qui poſuit infinita principia, ſed nõ vnius generis ſm naturã. Poſuit.n. principia eſſe infinitas partes carnis & oſſis minimas & aliorũ huiuſmodi, vt manifeſtũ erit inferiꝰ. Aduertendũ autem ℔ nõ diuiſit plura principia per mobilia et immobilia, quia nullus ponẽs prima principia plura, potuit ponere ea immobilia. Cũ.n, omnes ponerẽt cõtrarietatẽ in principijs, cõtraria aũt nata ſunt ſe alterare, cũ plura litate principiorũ ſmobilitas ſtare nõ poterat. Secũdo ibi.

Tex.c.7.

Notandum.

Lec.3. Tex.c.31. Solutio dubitationis tacitæ.

Pari modo quærere uidentur, & hi qui quærunt quot nam ſint ea quæ ſunt. Nam ea primum quærunt, ex quibus conſtant ea quæ ſunt, utrum unum an plura ſint. & ſi ſint plura, utrum ſint finita an infinita. Quare principium quærunt ac elementum, utrum ſit unum an plura.

ARGY.

Tex.c.7 Similiter autem quęrunt, & quæ ſunt quęrentes quot ſunt. Ex quibus.n. ſunt quæ ſunt, quærunt primum, vtrum hæc vnũ aut plura ſint. &, ſi multa, aut finita aut infinita. Quare principiũ & elementum quęrunt vtrum vnum aut multa.

Oſtendit ℔ eadem diuerſitas opinionũ eſt circa entia. & dicit, ℔ ſimiliter Phyſici, inquirentes de ijs quę ſunt, i. de entibus, quærũt quot ſunt, vtrũ, ſ. vnũ aut plura, & ſi ſint multa, vtrũ ſint finita vel infinita. Et ratio eſt, quia Antiqui Phyſici nõ cognouerũt niſi cauſam materialem, de alijs aũt parum tetigerũt. Ponebãt aũt formas naturales eſſe accidẽtia ſicut & artificiales. Sicut ergo tota ſubſtãria artificialiũ eſt eorũ materia, ita ſequebaſ ſm eos, ℔ tota ſubſtantia naturalium eſſet eorũ materia. Vnde, qui ponebãt tantũ vnũ principium, puta aerẽ, putabãt ℔ alia entia eſſent aer ſm ſuam ſubſtãtiã: & ſimile eſt de alijs opinionibus. Et hoc eſt quod dicit, ℔ [Phyſici quærũt ex quibus ſunt quæ ſunt]. i. inqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

rendo de principijs inquirũt causas materiales ex quibus E
entia esse dicũtur. Vnde patet cp qñ inquirunt de entibus,
vtrum sint vnũ aut plura, eorũ inquisitio est de principijs
materialibus, quæ elementa dicuntur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Considerare igitur, si id quod est unũ sit atq; immobile non ad Naturalẽ Physicum pertinet. Nã ut Geometræ nõ est ad com ratio, qui geometriæ principia tollit: sed aut ad aliam scientiã attinet, aut ad communẽ omnium facultatẽ, sic & illi nulla est ad eũ ratio, qui principia tollit. nõ est. n. principium si unũ est tantum, atq; unum hoc modo. Principium enim alicuius aut aliquorũ principium esse cõstat.*

Te.cõ.2. Id quidem igitur, si vnũ & immobile sit quod est, intẽdere, non de natura est intẽdere. Sicut. n. Geometræ nõ amplius ratio est ad destruentem principia, sed est aut alterius sciẽtię, aut omnibus cõmunis: sic neq; alicui de principijs. Nõ enim G
amplius principium est si vnũ solum, et sic vnũ. principium enim cuiusdam aut quorũdam est.

Ostendit, cp aliquã istarum opinionũ improbare nõ pertinet ad naturalem. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit, cp
Te.cõ.12. improbare opinionẽ Parmenidis et Melissi nõ pertinet ad Scientiã Naturalem. Secũdo assignat rationẽ, quare ad præsens est vtile eã reprobare ibi. [Sed, qñ de natura.] Circa primũ duo facit. Primo ostendit cp nõ pertinet ad Scientiã Naturalẽ improbare prædictã opinionem. Secundo cp non pertinet ad eã soluere rationes, quæ ad probandũ ipsam inducuntur ibi. [Aut soluere rationẽ.] Primũ ostendit duabus rationibus, quarum secunda incipit ibi. Simile igitur.
Te.10. Te.9. Dicit ergo primo, cp nõ pertinet ad Scientiã Naturalem intendere ad perscrutãdum de hac opinione, si ens est vnum et immobile. Iam. n. ostensum est, cp nõ differt ſm intentionem Antiquorũ Philosophorum ponere vnũ principium immobile, & ponere vnũ ens immobile. Et cp improbare hanc opinionem ad Naturalẽ nõ pertineat sic ostendit. Ad F
Geometram nõ pertinet inducere rationẽ cõtra destruentẽ sua principia: sed hoc vel pertinet ad aliquã aliam Scientiã particularẽ, (si tñ Geometria sic sit subalternata alicui particulari sciẽtię) sicut Musica Arithmeticæ subalternatur, ad quã pertinet disputare cõtra negantem principia musicæ, vel hoc pertinet ad Scientiã cõmunem, ſ. Logicã vel Metaphysicã. Sed prædicta positio destruit principia naturæ, qa [si sit solũ vnum ens, et sic vnũ], ſ. immobile, ut sic ex eo fieri alia non possint, sic tolletur ratio principij, quia omne principium aut est principium alicui⁹, aut aliquorum. Ad positionem igitur principũ sequitur multitudo: quia aliud est principium, aliud cuius est principium. Qui igitur negat multitudinem tollit principia. non igitur debet contra hanc positionem disputare Naturalis. Secundo ibi.

ARGY. *Simile est itaq; si hoc modo sit unum considerare, & de alia quauis positione differre, quæ sermonis causa dicitur, qualis est Heracliti: uel quispiam, id, quod est, H
unum hominem esse dixerit.*

Te.cõ.9. Simile igitur intendere est, si sic vnum est, & ad aliam positionem quamlibet disputare sermonis gratia dictã, vt heracliteam: aut si aliquis dicat hominem vnum, quod est, esse.

Ostendit idem alia ratione. Non. n. requiritur ad aliquã scientiã ut inducat rationẽ cõtra opiniones manifeste falsas & improbabiles. Nã quolibet proferente cõtraria opinionibus Sapiẽtis solicitũ esse stultũ est, vt dicitur Primo Topicorum. Hoc est ergo quod dicit, cp [intẽdere ad perquirendum si ens est sic vnum], ſ. immobile, simile est ac si disputaretur contra quamlibet aliam positionem improbabilẽ, vtputa contra positionem Heracliti, qui dixit omnia semper moueri, & nihil esse verum: vel contra positionem alicuius, qui diceret, cp totum ens est vnus homo, quæ quidẽ positio esset omnino improbabilis. Et tamen qui ponit esse ens vnum tantum immobile, cogitur ponere totum ens esse aliquod vnum. Sic igitur patet, cp non est huius sciẽtiæ contra hanc positionem disputare. Deinde cum dicit.

Aut contentiosam soluere rationem. quod quidem amhæ rationes habent & Parmenidis, & Melissi. Nam falsa sumunt, & forma sunt uitiosæ. Inepta autẽ magis est ratio ipsius Melissi, nec dubitationem habet. sed uno absurdo dato, cætera accidunt. Hoc uero nullã habet difficultatem. ARGY.

Aut soluere rationem litigiosam. quod sanè Te.c.12.
vtræq; quidẽ habent rationes & Melissi, & Parmenidis. etenim falsa recipiunt, & nõ syllogizantes sunt. Magis autẽ Melissi onerosa est ratio, & nõ habens defectum. Sed vno incõuenienti dato alia cõtingunt. hoc autẽ videre nihil difficile.

Ostendit cp nõ est Naturalis etiã soluere prædictorũ Philosophorum rationes. Et hoc propter duas rationes, quarũ secunda incipit ibi. [Nobis autẽ subijciãtur.] Probat ergo Te.11.
primo propositum per hoc, cp nõ exigitur in aliqua sciẽtia vt soluãtur rationes sophisticæ, quæ manifestum defectum habẽt vel formæ vel materiæ. Et hoc est quod dicit, cp simile est intẽdere ad improbabiles rationes [aut etiã soluere litigiosam rationem]. i. sophisticã. Hoc autẽ cp sint sophisticæ [habẽt vtræq; rationes & Melissi, & Parmenidis.] Peccant. n. in materia. [vnde dicit, cp falsa recipiũt]. i. falsas pro positiones assumunt. Et peccãt in forma. vnde dicit, cp non syllogizãtes sunt. Sed positio Melissi [est magis onerosa], i. vana & fatua [& nõ habens defectum]. i. nõ inducens dubitationem. & hoc infra ostẽdetur. Non est autem inconueniens cp vno inconuenienti dato alia sequantur. Sic igitur concludi potest, cp nõ requiritur ad Philosophum Naturalem, cp soluat huius rationes. Secundã rationem ponit ibi.

At nobis ea, quæ natura cõstant, aut omnia, aut aliqua moueri subijciatur. quod quidẽ patet inductione. Et insuper nec omnia sunt soluenda, sed ea tantum, quæ quispiam ex principijs ostendit falsa. Quæ uero hanc conditionem egrediuntur, nõ sunt soluẽda. Veluti quadrationẽ eam qui dẽ, quæ per partes extruitur, ad Geometrã dissoluere pertinet: Antiphõtis autẽ, nõ ad Geometrã redarguere spectat ARGY.

Nobis autẽ subijciantur, quæ sunt natura aut Te.c.11.
omnia, aut quædam moueri. Est autem manifestum hoc ex inductione. Similiter autẽ neq; soluere omnia cõuenit: sed aut quæcunq; ex principijs aliquis demõstrans mentitur. Quodcũq; vero nõ, minime: vt tetragonismũ, eum quidem, qui per decisiones, Geometrici est dissoluere: illum autẽ, qui Antiphontis, non Geometrici est.

Quæ talis est. In Scientia Naturali supponiſ, cp naturalia Secũda ratio. Obseruatioũ
moueãtur vel oĩa vel quædã [quædam], dicit, quia de quibusdam est dubiũ si mouenſ, & qualiter mouẽtur: puta de anima, de cẽtro terræ, de polo Cęli, et formis naturalibus et alijs huiusmodi. Et cp naturalia moueanſ potest manifestũ esse ex inductione, quia ad sensum apparet cp res naturales moueantur. Est etiã necessarium motũ supponi in Sciẽtia Naturali, sicut necessariũ est supponi naturã, in cuius definitione ponit motus. Est. n. natura principiũ motus, vt infra diceſ. hoc aũt habito cp motꝰ supponatur in Sciẽtia Naturali, vlterius procedit ad propositũ ostendendũ per hoc, cp nõ omnes rationes sunt soluẽdę in aliqua sciẽtia, sed solũ quæ cõcludunt aliquod falsum ex principijs illius sciẽtiæ: quæcũq; vero nõ cõcludunt ex principijs sciẽtiæ, sed ex cõtrarijs principiorũ, non soluuntur in illa sciẽtia. Et hoc probat per exemplũ in geometricis dicens, vt tetragonismũ. i. quadraturã circuli: hunc quidẽ, qui est per decisiões circũferentię, dissoluere pertinet ad Geometrã, quia nihil supponit contrariũ principijs sciẽtiæ. Voluit. n. quidam, inuenire quadratũ æquale circulo diuidẽdo circunferentiã circuli in multas


ὁ τετραγωνισμὸς quadratio vel quadratura, & dicitur ἀπὸ τραν quod est quatemitas. &

Sophista argumẽti brissonis ad Naturalẽ spectat. multas partes: et singulis partibus supponere lineas rectas: & sic inueniendo aliquas figuras, sicut rectilineas æquales alicui illarũ figurarũ, quæ cõtinetur a decisione circũferentiæ, et corda, ut pluribus aut oĩbus æstimabat se inuenisse figurã rectilineã æqualẽ toti circulo: cui facile erat inuenire quadratũ æquale per principia geometriæ: et sic purabat se inuenire posse quadratũ æquale circulo. Sed nõ sufficiẽter argumẽtabatur. quia licet decisiones illæ cõsumerẽt totam circunferentiã circularẽ: non tñ figuræ cõtentæ a decisione circũferentiæ & lineis rectis cõprehendebãt totã superficiẽ circularẽ. Sed dissoluere quadratũ Antiphõtis nõ pertinet ad Geometrã: quia utebaſ cõtrarijs principiorũ geometrię. Describebat. n. in circulo aliquã figurã rectilineã, puta quadratũ, & subdiuidebat arcus, quibꝰ sustẽtabanſ latera quadrati, singulos in duo media, & a pũctis decisionũ deducebat lineã rectã ad omnes angulos quadrati, et sic resultabat in circulo figura. viij, angulorũ, quæ plꝰ accedebat ad æqualitatẽ circuli ꝙ quadratũ. Iterũ diuidebat arcus quibus sustentabanſ latera figuræ. viij. angulorũ: singulos in duo media. & sic ducẽdo lineas rectas a pũctis decisionũ ad angulos ꝓdictæ figuræ resultabat figura. xvi. angulorũ, quæ adhuc plus accedebat ad æqualitatẽ circuli. Semp ergo diuidẽdo arcus & ducẽdo lineas rectas ad angulos figuræ præexistẽtis cõsurgit figura propinquius se habẽs ad æqualitatem circuli. Dicebat autẽ, cp non est procedere in infinitum in decisione arcuũ. Erat ergo deuenire ad aliquã figuram rectilineam æqualẽ circulo, cui poterit quadratum ęquari.


Falsa ostensio quadraturæ circuli per decisiones btissonis.



Falsa ostensio quadraturæ circuli Antiphontis.



Hippocratis Chij Tetragonismus.



Geometra nõ habet soluere rationem, sed metaphysicꝰ.

A Quia igitur supponebat cp arcus nõ semper diuiduntur in duo media: quod est cõtra principia Geometriæ, huiusmodi rationẽ dissoluere non pertinet ad Geometrã. Quia igiẽ rationes Parmenidis et Melissi supponũt ens esse immobile, vt infra patebit: hoc autẽ est cõtra principia suppositа in Sciẽtia Naturali, sequitur cp soluere huiusmodi rationes nõ pertinet ad Philosophum Naturalem. Deinde cum dicit.

Verum cùm non de natura quidem: naturales autem dubitationes ipsos accidat dicere: bene res sese habebit forsasse si parum de ipsis disseruerimus. hæc enim consideratio Philosophiam nimirum habet. ARGY.

Sed, quoniam de natura quidem, non autem Te.cõ.12.
naturales defectus contingit dicere ipsos, fortassis bene se habet aliquãtulum disputare de ipsis. habet enim philosophiam hic respectus.

Assignat rationem quare disputet contra prędictam po
B sitionem. Et dicit, cp, quia prædicti Philosophi loquebantur de rebus naturalibus: licet non inducerent [defectus] id est dubitationes naturales, vtile est ad propositum disputare de huiusmodi opinionibus, quia & si non sit Scientiæ Naturalis disputare contra huiusmodi positiones, pertinet tamen ad Philosophiam primam.

LECTIO III.

Parmenidis ac Melissi positio de entium ac principiorum vnitate, cum ex entis, tum ex vnius ratione arguitur.

Atq; ut a principio omnium accõmodatissime nostra ARGY.
hæc proficiscatur oratio, cùm id, quod est pluribus modis dicatur, quo nã modo dicunt unum omnia esse? utrum ut substantiam cuncta, an ut quantitatem, an qualitatem? Et rursus, utrum substantiam quidem, unam autem esse cũcta, uelut hominem unum, aut equum unum, aut animã
C *unam. An qualitatem, & hanc identidem unam, ut albedinem, aut caliditatẽ, aut aliquid tale. hæc. n. omnia inter se nimium differunt, ut dici nõ possint. nam, si est substantia, & qualitas, atq; quantitas, siue separata seiunctaque sint ea quæ sunt, non unum sed plura profectò sunt. Sin uero qualitas sint uniuersa uel quantitas: siue sit substantia, siue non sit, absurdum est sanè: si id, quod esse non potest, absurdum oporteat appellare. Nihil. n. cæterorum præter substãtiam separatum per se esse potest: uniuersa. n. hæc de subiecto dicuntur, de substantia quidem ipsa. Atqui Melissus id, quod est, infinitum asserit esse. Id ergo quod est, quantitas est quædam. Infinitum enim in quantitate numerum est. Substantia aut infinita, aut qualitas, aut affectus infinitus esse nõ potest, nisi per accidens: si simul & quanta sit quædam. Infiniti nanq; ratio quantitate utitur, nõ*
D *substantia, nõ qualitate. Si igitur & substãtia sit & quantitas, id quod est, non unum, sed ãno esse uidentur. Si uero sit solum substantia, infinitum sanè non est: neque magnitudinem ullam habebit, erit enim quantitas quædam.*

PRincipium autem maxime est omniũ pro- Te.cõ.13.
prium, qm̃ multipliciter dicitur, quod est, quomodo dicunt dicentes vnũ esse omnia, vtrũ substantiã vnum oĩa, aut quantitatẽ, aut qualitatem? Et iterũ vtrum substantiam vnã omnia, vt hominẽ vnum, aut equũ vnum, aut animã vnã: aut qualitatẽ vnã erunt hęc, vt albũ, aut calidum, aut aliquid aliorũ talium? hęc. n. omnia differunt multũ, & sunt impossibilia dicta. Siquidem. n. Te.cõ.14.
erunt & substãtia & quale & quantũ, & hęc siue resoluta adinuicẽ, siue non, multa sunt quę sunt.

Si vero omnia, aut quale, aut quātū sunt, siue cū sit substantia, siue cum non sit, incōueniens est, si oportet inconueniens dicere impossibile. nullū autem aliorū seperabile est extra substantiā. Omnia nāq; de subiecto dicūtur, ipsa substātia. Melissus autē, quod est, infinitū dicit esse. quantum itaq; aliquid est quod est: infinitū.n.in quātitate est. Substantiā aūt infinitā, aut qualitatē, aut passionē esse, nō cōtingit nisi fm accidēs, si simul & aliquæ quātitates sunt. Infiniti autē ratio quātitati cōgruit, sed nō substātiæ neq; qualitati. Sigdē igit substātia est & quātū, & duo non vnū est, qđ est: si vero substātia solū, nō infinitū est, neq; magnitudinē habebit vllā. quātum. n. quoddā erit.

Te.cō.15.

Te.cō.31.

Secunda pars te. 22

Te.cō.16.

Postquam posuit opiniones Philosophorū de principijs, hic disputat cōtra eos. Et primo cōtra illos, qui nō naturaliter de natura sunt locuti. Secundo cōtra illos, qui naturaliter de natura sunt locuti ibi. [Sicut autē Phylici.] Circa primū duo facit. Primo disputat cōtra positionē Melisi & Parmenidis. Secūdo contra rationes eorū ibi. [Ex quibus demōstrant.] Circa primū duo facit. Primo disputat cōtra positionem hāc, ens est vnū, per rationem sumptā ex parte entis, quod est subiectū in propositione. Secundo per rationem sumptā ex parte vnius, quod est prædicatū, ibi. [Amplius qm.] Dicit ergo primo, q̄ id, quod maxime accipiendum est pro principio ad disputādum contra positionē pr̄ dictam, est, q̄ id [quod est] i. ens, dicit multipliciter. Quærendum.n.est ab eis, qui dicūt ens esse vnū, quomodo accipiant ens: vtrum, i. pro substātia, vel pro qualitate, vel pro aliquo aliorū generum. Et, quia substātia diuiditur in vniuersalē, & particularem, i. substantiā primā, & secundam et iterū in multas species, quærendū est, vtrum dicant ens esse vnum, vt hominē vnū, aut vt equū vnum, aut animā vnā: aut vt qualitatē vnā, aut album, aut calidū, aut vt aliquod huiusmodi, multū.n.differt quodcūq; istorū dicatur. Opōrtet igitur, q̄ si ens est vnū, q̄ vel sit substātia & accidens simul, vel accidēs tantū, vel substantia tātum. si autē sit substantia & accidēs simul, nō erit vnū ens tantū, sed duo. Nec differt quantū ad hoc, vtrū substantia & accidēs sint simul in vno, vt vnū vel diuersa. quia licet sint simul in vno, non tñ sunt simpliciter vnū, sed vnū subiecto. Si uero dicatur, q̄ sit accidēs tantum, & nō substātia: hoc est omnino impossibile. nā accidens sine substātia omnino esse non potest. omnia.n.accidentia de substātia dicuntur, sicut de subiecto: & in hoc ratio eorū consistit. Si vero dicatur, q̄ sit substātia tātum sine accidēte, sequitur q̄ nō sit quantitas. nā quantitas accidens est. Et hoc est cōtra positionē Melisi, posuit.n.ens esse infinitū. vnde sequitur q̄ sit quantū, quia infinitū per se loquēdo non est nisi in quantitate. Sed substātia & qualitas & huiusmodi nō dicuntur infinita nisi per accidēs, inquātum, i. sunt simul in quātitate. Cū ergo Melissus ponat ens infinitum, nō potest ponere substantiā sine quantitate. Si ergo est substantia & quantitas simul, sequitur, q̄ non sit tantum vnum ens, sed duo. Si vero sit solum substantia, non est infinitum: quia non habebit magnitudinem neq; quantitatem. Nullo igitur modo potest esse verum quod Melissus dicit, ens esse vnum. Secundo ibi.

ARGY.

Præterea cum multipliciter & ipsum unū, sicut et id, quod est, dici soleat, cōsyderandum est quonā modo ipsum Vniuersum unū asserit esse. Atq; unū dicitur, partim cōtinuum ipsum, partim indiuisibile, partim ea, quorū eadē atq; una est ratio, ut temetū ac unū. Si igitur est continuū ipsum unum, multa profectō est. continuum.n.in infinitū est diuisibile. Existit autē dubitatio de parte ac toto nō ad sermonem fortassis accommodata, sed per ipsam consyderanda, utrum unum an plura sint pars atq; totum, et quo

Quā soluit in hac. 7. meta. Te.cō.60.

E

pacto sint unum uel plura, & si sint plura, quo nam modo sint plura. Et de partibus non continuis eadē sunt quærenda. & si utraq; pars & ipsum totū sint unum perinde atq; indiuisibile, ipsæ profectō partes unū identidē erunt.

Te.cō.16.

Amplius, quoniā et ipsum vnū multipliciter dicitur, quēadmodum & quod est, intendēdum quomodo dicūt vnū esse omne. Dicitur.n.vnū, aut continuum, aut indiuisibile, aut quorum ratio vna & eadem, quæ aliquid erat esse, quēadmodum * vappa & vinum. Siquidē igitur continuum, multa sunt quod est. in infinitum enim diuisibile est continuum. Habet autem dubitationem de toto & parte, fortassis autem non ad hāc rationem, sed ad ipsam fm seipsam. Vtrum vnum aut plura pars & totū, & quomodo vnū aut plura, & si plura quomodo plura: & de partibus non continuis. & si toti vnum vtrunq; est sicut indiuisibile, quoniā & eadem eisdem erūt.

*a.l. merum, Te.cō.17.

F

Ponit secundā rationem acceptā ex parte vnius. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationē, Secūdo ostēdit quomodo quidā errauerunt in solutione ipsius ibi. [Conturbati.] Dicit ergo primo, q̄ sicut ens dicit multipliciter, ita et vnū, et ideo cōsyderandū est quomodo dicātur omnia esse vnū. Dicitur.n.vnū tripliciter, vel sicut cōtinuum est vnū, vt linea & corpus. vel sicut indiuisibile est vnū, vt punctū: vel sicut vnū dicuntur illa, quorū ratio est vna, seu definitio, sicut vappa & vinū dicuntur vnū. Primo ergo ostēdit, q̄ nō possunt dicere, q̄ omnia sunt vnū cōtinuatione, quia cōtinuū est quodammodo multa. omne.n.cōtinuum est in infinitū diuisibile, & sic cōtinet in se multas partes. et qui ponit ens cōtinuū, necesse est q̄ ponat quodāmodo multa: & nō solū propter multitudinē partiū, sed etiā propter diuersitatē, quæ videtur esse inter totū & partes. est.n.dubitatio vtrū totū et partes sint unū aut plura. Et licet forsitā hęc dubitatio ad propositū nō ptineat, tū per seipsam vtilis est ad cognoscēdū. et nō solū de totis cōtinuis, sed etiā de totis cōtiguis, quorū partes nō sunt cōtinuę, sicut partes domꝰ, quę sunt vnū cōtactu et cōpositione. Et intelligēdū est, q̄ totū fm quid est idē parti, & nō simpliciter. si aūt simpliciter totum esset idē vni partium, eadē ratione esset idē alteri partium. Quæ autē vni & eidē sunt eadē sibi inuicē sunt eadē. Et sic sequit̄ q̄ ambæ partes, si ponātur simpliciter esse idē toti, q̄ sint idē adinuicē. & sic sequeretur q̄ totum sit indiuisibile non habens diuersitatem partium. Secundo ibi.

Te.cō.18.

Hinc & ex 7. Me.te. 60. elicitur quæstio de identitate reali totius & partis.

ARGY.

Atqui, si unum est ut indiuisibile, nullā sanē quātitas, nulla qualitas erit. Neq; igitur infinitum est id, quod est, ut dicit Melissus, neq; finitum, ut Parmenides asserit. Ipse nanq; finis est, ut patet indiuisibile, non ipsum finitum.

H

At vero, si est indiuisibile, nullum erit quantum neq; quale, neq; iam infinitū quod est, sicut Melissus dicit, neq; finitū, sicut & Parmenides. Terminus enim indiuisibilis finitus non est.

Ostēdit, q̄ omnia nō possunt esse vnū, sicut indiuisibile est vnū, quia quod est indiuisibile nō potest esse quantum: cū omnis quātitas sit diuisibilis, & per cōsequēs nō potest esse quale, vt intelligat̄ de qualitate, quę fundatur sup quātitatē. Et, si nō est quantum, nō potest esse finitū, sicut dixit Parmenides, neq; infinitū, sicut dixit Melissus, q̄a terminus indiuisibilis, vtpote punctus, est finis, & nō finitus: quia finitum & infinitum conueniunt quantitati. Tertio ibi.

ARGY.

At uero, si omnia, quæ sunt, ratione sunt unū, ut uestimentū ac tunica, fit ut Heraclyti sententiā dicant. eadē.n. erit boni maliq; ratio, et nō boni ac boni. Quare idē erit bonum atq; non bonū, & homo ac equus idē, & homo atq;

non

non homo. At sermo ipsorū, nō unū ea, quæ sunt, sed nihil A *potentia, & endelechia.* *Hoc igitur modo facientibus impossibile videtur, quæ sunt, vnū esse.

* Te.cō.22 ἢ ἐνδελεχείᾳ aut actus vel perfectio.

*Te.cō.19.

At vero, si ratione vnū sunt omnia quæ sunt, sicut est tunica & indumentū, Heraclyti rationē contingit dicere. idem.n.erit & bono & malo, et non bono esse & bono. Quare idem erit bonum & non bonum: & homo & equus. Et non solū de eo, quod vnum sunt quę sunt, ratio erunt, sed de eo quod nihil. Et tali igitur esse & tāto idem.

Postquam Philosophus improbauit positionē Parmenidis & Melisi ponentiū ens esse vnū, hic ostēdit, q̄ ex eadē radice, quidā Posteriores Philosophi ī dubitationē inciderunt quandā. Errauerūt.n. Parmenides et Melissus, eò q̄ ne sciuerūt distinguere vnū. unde, quę aliquo modo, sunt vnū simpliciter esse vnū enūciabāt. Posteriores aūt Philosophi nescientes distinguere vnū, pro inconuenienti reputabāt, q̄ idem aliquo modo sit vnū et multa: quod tū cōuicti rationibus cōfiteri cogebātur. Et ideo dicit, q̄ [posteriores Philosophi turbati sunt] i. in dubitationē inciderūt, quēadmodum & Antiqui, s. Parmenides et Melissus, ne forte cogerētur hoc dicere, q̄ idē sit vnū & multa, quod incōueniēs videbaē vtriq;. Et ideo primi, ponentes omnia vnū, totaliter multitudinē auferebāt. Posteriores vero multitudinē auferre conabātur a quibuscūq;, quæ ponerent esse vnū. Et ideo quidā in propositionibus [vt Lycophron] auferebant hoc verbū est. dicebant.n. q̄ nō est dicendū, homo est albus, sed homo albus. Cōsyderabant.n. q̄ homo & albus sunt quodammodo vnū: alioquin albū de homine non prædicaret. sed videbaē eis, q̄ hęc dictio, est, cū sit copula verbalis, inter duo copularet: et ideo totaliter ab eo, quod est vnū, multitudinem auferre volētes, dicebāt nō esse apponendū hoc verbum, est. Sed, quia imperfecta oratio videbaē, & imperfectum sensum generari in animo auditoris, si ponātur nomina absq; additione alicuius verbi, hoc volētes corrigere, alij mutabāt modum loquēdi, & nō dicebant homo albus propter imperfectionē orationis, nec homo est albus, ne daret intelligi multitudo, sed homo albatur, quia per hoc, q̄ est albari, nō intelligitur res aliqua, vt eis vldebatur, sed quædā subiecti trāsmutatio. Et similiter dicebāt nō esse dicendum homo est ambulās, sed homo ambulat, ne per additionē huius copulæ verbalis, est, id, quod reputabāt vnū, s. hominē albū, facerēt esse multa, ac si vnū & ens dicerētur [singulariter], i. vno modo, & nō multipliciter. sed hoc est falsum. q̄a id, quod est vnū vno modo, pōt esse multa alio: sicut q̄d est vnū subiecto, potest esse multa ratione, sicut albū & musicū idē sunt subiecto, sed ratiōe multa. alia. n. est ratio musici, & alia albi: vnde concludi potest q̄ vnū sit multa. Alio etiā modo cōtingit q̄ id, quod est vnū toto & actu, sit multa fm partium diuisionē. Vnde totū est vnū in sua totalitate, sed habet partiū multitudinē. Et quāuis ad id, quod est vnū subiecto & multa ratione aliquod remediū adinuenirent auferētes hoc verbum est, vel cōtinuantes vt supra dictum est, tū in hoc, s. toto & partibus omnino deficiebant, respōdere nescientes: & cōfitebantur tanq; aliquod incōueniens vnū esse multa. Sed hoc nō est inconueniens, qū vnū & multa nō accipiūtur vt opposita. Vnū. n. in actu, & multa in actu opponūtur, sed vnum in actu, & multa in potentia non sunt opposita. Et propter hoc subdit, q̄ vnum dicitur multipliciter, i. vnum in potentia, & vnum in actu: & sic idem nihil prohibet esse vnum in actu, & multa in potentia, sicut patet de toto & partibus. Vltimo autē inducit conclusionem principaliter intentā, s. q̄ ex prædictis rationibus, patet, q̄ impossibile est omnia entia esse vnum.

LECTIO V.

Facile esse Antiquorum rationes soluere, vt rationis Melissi solutio præ se fert, ostendit.

ARGY.

Atqui neque difficile est ea soluere, quibus illi homines hanc suam sententiam ostendebant. uterque enim contendendo ratiocinatur, et Parmenides, & Melissus. nam falsa sumunt & rationes forma uitiosas efficiunt. Melissi tamen ratio magis est inepta, neque ullam dubitationem habet profectō. Sed, uno absurdo dato, cætera accidunt. quod quidem nullam habet difficultatem.

ET ex quibus autem demōstrant soluere nō difficile est: vtriq;.n. sophistice syllogizant & Parmenides & Melissus, & nanque falsa reci-

Parmenidis hæc sententia & sophista, & in Parmenide, Plato reijcit.

piunt,& non syllogizantes sunt. Est autem magis Melissi onerosa ratio & non habens defectum. sed vnō inconuenienti assignato alia contingunt. hoc autem nihil graue est.

Postquam Philosophus improbauit positionē Parmenidis & Melissi, hic incipit soluere eorū rationes. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit quomodo ratiōes eorū sunt soluendæ, Secūdo soluit rationes Melissi ibi. [Quod quidē igit.] Tertio soluit rationē Parmenidis ibi. [Et ad Parmenidē.]

Te.cō.13. Te.cō.14. Dicit ergo primo, cp nō est difficile soluere rationes, ex quibus syllogizāt Parmenides et Melissus, quia vtriq; sophisticē syllogizant, & in eō cp assumūt falsas propositiones, et in eō cp non seruant debitā formam syllogismi. Sed ratio Melissi [est magis onerosa] .i. vana & fatua [& non habens defectum,] id est non inducens dubitationem. Assumit enim quod contrariatur naturalibus principijs, & manifestē falsum, scilicet cp ens non generetur. Vnde nō est graue, si vno inconuenienti dato, alia sequantur. Secundo ibi.

ARGY. *Patet itaq; uitiose Melissum argumentari. Putat enim sumpsisse, Si omne quod factum est, principium habet, id quod factum non est, principium non habere.*

Te.cō.13. Quōd quidem igitur Melissus paralogizat, manifestū est. Opinatur enim accipere, si quod factum est omne habet principium: quoniā & quod non est factum, non habet principium.

Ratio. Melissi. Soluit rationē Melissi, quæ talis erat. Quod factū est habet principiū: ergo quod nō est factū non habet principiū. sed ens nō est factum: ergo nō habet principiū. & per cōsequens nō habet finē. sed quod nō habet principium et finē est infinitum: ergo ens est infinitū. Quod aūt est infinitum est immobile, non. n. haberet extra se quo moueretur. Iterū quod est infinitū est vnum: quia, si esset multa, oporteret esse aliquid extra infinitū: ergo ens est vnū, & infinitum, & immobile. Ad ostendendū autem cp ens non generatur inducebat quandā rationē: qua etiam vtebātur quidam Philosophi Naturales, vnde ponit eā infra circa finē huius primi libri. Hanc autē rationem improbat quantū ad quatuor. Primo quantū ad hoc, quod dicit, quod factum est habet principium: ergo quod non est factum non habet principium. Hoc autem non sequitur, sed est fallacia consequentis. Arguit enim a destructione antecedentis: ad destructionem consequentis, cum recta forma argumentandi sit econuerso arguere. Vnde nō sequitur, si est factum habet principium: ergo, si non est factum nō habet principiū: sed sequeretur, ergo si non habet principiū, non est factū. Secūdo ibi.

Tex. 15. Cōtra Melissi rationē quadrupliciter.

ARGY. *Deinde hoc etiam est absurdum cuiuslibet esse principium rei, & non temporis et generationis (non simplicis) sed etiam alterationis, quasi non fieret ulla mutatio simul.*

Postea & hoc inconueniens, omnis esse principium rei, & non temporis & generationis (nō simplicis) sed alterationis, tanquam non momētaneæ factæ mutationis.

Improbat prędictā rationem quantū ad illam illationē non habet principiū, ergo est infinitū. Principium. n. dicitur dupliciter. vno modo dicitur principiū temporis & generationis. & sic accipitur principiū cum dicitur, quod factum est habet principiū: uel quod non est factū non habet principiū. Alio modo est principiū rei vel magnitudinis, & sic sequeretur, si nō habet principiū est infinitum. Vnde patet, cp accipit nomē principū, ac si esset vno modo dictū. Et hoc est quod dicit, cp incōueniēs est dicere [cp principiū omnis]. i. cuiuscūq; habētis principium [sit principiū rei] .i. magnitudinis, & cp nō sit alio modo dictū principiū tēporis & generationis: non tū ita cp simpliciter generatio & momētanea, quæ est inductio formę ī materia habeat principium, quia simplicis generationis non est accipere principiū, sed totius alteratiōis, cuius terminus est generatio, est accipere principiū, cum nō sit momētanea mutatio, & aliquādo generatio dicatur propter suū terminū. Tertio ibi.

ARGY. *Præterea cur, si est unū, immobile est? Cur. n. et unuersum non perinde atq; pars quæ quidem est unum? hæc inq aqua in eodē loco mouetur. Deinde cur alteratio non erit?*

Te.cō.14. Postea propter quid est immobile, si vnū est. Sicut enim & pars vna, cùm sit hæc aquæ, mouetur in ipsa, quare & non omnis? Postea propter quid alteratio non erit?

Improbat prædictā positionem quantum ad tertiā illationē, qua infertur. est infinitū: ergo est immobile. & ostendit, cp hoc nō sequitur dupliciter. Primo quidē in motu locali, quia aliqua pars aquę potest moueri in seipsa, ita cp nō moueatur ad locū extrinsecum, sed sm congregationē et disgregationem partiū. sicut, si totum corpus infinitum esset aqua, esset posibile, cp partes eius mouerētur infra totum, & non procederent extra totū locum. Item improbat quātum ad motum alterationis, quia nihil prohiberet infinitū alterari vel in toto vel in partibus. Non enim propter hoc oporteret ponere aliquid extra infinitum. Quarto ibi.

ARGY. *At uero neq; specie unum esse potest, nisi eo, ex quo fit ortus: hoc autem pacto nonnulli etiam Naturales unum esse omnia dicūt. Sed illo modo esse non potest: homo nāq; specie differt ab equo, & contraria inter sese simili modo.*

At vero nec specie possibile est vnū esse, sed sicut ex quo. Sic enim & Physicorum quidam vnum dicunt, illo autem modo nō. Homo nāq; ab equo alterum est specie, & cōtraria inuicem.

Improbat prędictā rationem quō ad quartā illationem, qua cōcludebatur, cp, si ens est infinitū, cp sit vnū. Non. n. sequebatur cp sit vnū sm speciem, sed forte sm materiā: sicut quidam Philosophorum Naturaliū posuerunt omnia esse vnum sm materiam, non autem sm speciem. Manifestum est enim cp homo & equus differunt sm speciē. & similiter contraria sunt differentia ab inuicem secundum speciem.

LECTIO VI.

Positionem Parmenidis, vnum omnia asserentis, esse falsam, multiplici ratione probatur.

ARGY. *Idem & ad Parmenidem modus est rationum, & si qui alij proprij sunt. Atq; solutio est, partim ex eò, quia falsa sumit: partim ex eò, quia non concludit.*

Te.cō. 15. Et ad Parmenidem autem idem modus rationum est, & si aliqui alij proprij sunt. Et solutio, partim quidem quia falsa est, partim autem quia non concluditur.

Ratio Parmenidis. Secūda pars. tex. 30. Lec. 9. Postquam Philosophus improbauit rationē Melissi, hic improbat rationem Parmenidis. Et primo improbat eam, Secundo excludit dicta quorundam, qui male obuiabāt rationi Parmenidis ibi. [Quidā autē rationibus.] Circa primum duo facit. Primo ponit modos quibus obuiandū est rationibus Parmenidis. Secūdo illis modis eam soluit ibi. [Falsa quidē.] Circa primū sciendum, cp ratio Parmenidis talis erat, vt patet primo Meta. Quicquid est præter ens, est nō ens: sed quod est nō ens est nihil: ergo quicquid est præter ens est nihil, sed ens est vnum: ergo quicquid est præter vnū est nihil. ergo est tantū vnum ens. Et ex hoc concludebat, cp esset immobile, quia nō haberet a quo moueret, nec haberet extra se, quo moueretur. Ex ipsis autē eorum rationibus, patet cp Parmenides cōsyderabat ens sm rationē entis. & ideo ponebat ens esse vnū & finitum. Melissus autē consyderabat ens ex parte materiæ. cōsyderabat. n. ens sm cp est factū, vel non factū, & ideo ponebat ens esse vnum et infinitum. Dicit ergo cp idē modus est procedēdi cōtra rationem Parmenidis, & cōtra rationē Melissi. Nam sicut ratio Melissi soluebatur ex eo cp assumebat propositiones falsas, & ex eo cp non recte concludebat sm rectam formam syllogisticam, sic & ratio Parmenidis soluitur, partim quia falsa

falsa assumit, & partim quia non recte concludit. Dicit autem & esse alios modos proprios disputandi cōtra Parmenidem, quia contra eum disputari potest ex propositionibus ab eo sumptis, quæ sunt aliquo modo verę & probabiles. Sed Melissus procedebat ex eo, quod est falsum & improbabile. f. cp ens non generatur. vnde non disputauit contra eum per propositiones ab eo sumptas. Secundo ibi.

ARGY. *Nam falsa quidē sumit, quia id quod est, pluribus modis dicitur: ipse uero simpliciter illud accipit dici.*

Improbatōnis Parmenidis Falsa quidem: quoniam simpliciter accipit quod est dici, cum dicatur multipliciter.

Prosequitur prædictos modos. Et primo primū, Secūdo sm ibi. [Nō cōcluditur autē.] Dicit ergo primo, cp Parmenides assumit propositiones falsas, [quia accepit quod est ens dici simpliciter]. i. vno modo, cū tū dicatur multipliciter. Dicitur. n. ens vno modo substātia, alio modo accidens: & hoc multipliciter sm diuersa genera. Potest etiam accipi ens, prout est cōe substātiæ & accidēti. Patet autē cp propositiones ab eo sumptæ in vno sensu sunt veræ, & in alio sensu sunt falsę. Nā, cū dicitur, quicquid est præter ens, est non ens: verū est si ens sumatur, prout est cōe substantiæ & accidenti: si aūt sumatur pro accidēte, vel pro substātia tātum, falsum est, vt infra ostēdetur. Similiter, & cū dicit, cp ens est vnum: verum est si accipiatur pro aliqua una substātia, vel pro aliquo vno accidente: non tū verum erit in illo sensu, cp quicquid est præter illud ens, sit non ens. Secundo ibi.

hic immediate.

ARGY. *Non concludit autem, quia, si sola alba sumantur, ipso albo unum significante, non minus alba plura erunt & non unum. Nam album ipsum, nec continuatione erit unum, nec ratione. alia nāq; ratio erit albi, alia eius, quod album fuscepit. Atq; non erit præter album ipsum separabile quicquam. Non. n. hoc, ratione propriā habet, quo separabile est: sed albi ratio & eius, in quo est, non est eadem sed diuersa. At Parmenides nondum id ipsum uidebat.*

Peccat in forma Parmenidis ratio. Non concludit autem, quia, si sola alba accipiantur, significante vnum albo, nihilominus multa alba sunt, non vnum. Non enim continuatione erit vnum album, neque ratione. aliud enim erit esse albo, & susceptibili, & non erit extra album nihil diuisum. non enim inquantum est separabile: sed esse alterum est albo, & ei cui ineſt. Sed hoc Parmenides nondum vidit.

Prosequitur secundū modū solutionis, cp. f. ratio Parmenidis non recte concludebat. Et primo ostēdit in simili. Secundo adaptat ad propositū ibi. [Necesse igitur.] Dicit ergo primo, cp ex hoc sciri potest, cp ratio Parmenidis nō concludit recte, quia forma argumētādi nō est efficax in omni materia, quod oporteret si esset debita forma argumētādi. Si. n. accipiamus albū loco entis: & dicamus, cp albū significat unum tm̄, & nō dicatur æquiuoce: & dicamus sic. Quicquid est præter albū est non albū: & quicquid est nō albū est nihil. nō sequitur cp albū sit vnum tm̄. Primo quidem, quia non erit necessarium vt omnia alba sint vnum continuum. vel aliter. [Nō. n. erit vnum album cōtinuatione] id est ex hoc ipso quod est cōtinuum, nō erit vnum simpliciter, quia cōtinuum est quodāmodo multa, vt supra dictū est. Et similiter nō erit vnum ratione. Alia. n. est ratio albi. & susceptibilis. & tm̄ non erit aliquid præter album quasi ab eo diuisum. nō est enim aliud album a susceptibili, quia album sit separabile a susceptibili, sed quia alia est ratio albi & susceptibilis. Sed hoc nondum erat consyderatū tempore Parmenidis, scilicet cp aliquid esset vnum subiecto & multa ratione. & ideo credidit cp, si nihil sit extra aliquod subiectum, cp sequatur id esse vnum. Sed hoc falsum est, tum propter multitudinem partium, tum propter diuersam rationem subiecti & accidentis. Secundo ibi.

Tex. 5.

ARGY. *Necesse est igitur eos sumere, qui id quod est, unum in-*

quiunt esse, nā solum unum significare id quod est, de quo prædicabitur: sed etiam quod proprie est ens, & quod proprie unū est. Accidens. n. de subiecto aliquo dicitur. Quare illud cui id, quod est accidit, nō erit: est enim aliud ab eo quod est. Erit ergo quippiam quod non est. Non ergo id quod proprie est ens, alij inerit. Non. n. rationem entis subibit, nisi id quod est plura significet, hoc pacto, ut quodq; quippiam sit. At id quod est unum significare supponitur.

Necesse est igitur accipere is qui dicūt, quod est, vnū esse, non solum vnum significare quod est, de quo vtiq; prædicetur, sed & quod vere est, & quod vere vnū: accidens. n. de subiecto quodam dicitur. Quare cui accidit quod est, nō erit. alterum. n. est ab eo, quod est. Erit itaq; aliquid cum non sit. *Non itaq; inerit alij exilitēs quod vere est. Non. n. erit ens aliquod ipsi, nisi multa quod est, significet, sic cp sit aliquod vnūquodq;. Sed supponitur quod est, significare vnum.

Te.cō.16. Te.cō.17. * a.l. nō itaq; erit aliud existens, & quod vere est.

Adaptat similitudinē ad propositū, & quod dictum est de albo, ostendit similiter se habere circa ens. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit, cp non sequitur ens esse vnum simpliciter, propter hoc, cp subiectū & accidēs sunt diuersa sm rationē, Secundo propter multitudinē partium ibi. [Neq; igitur magnitudo.] Circa primū duo facit. Primo ostendit cp, cū dicitur, Quicquid est præter ens, est nō ens, hoc, quod est ens, nō potest accipi pro accidēte tātum, Secundo cp nō potest accipi pro substātia tātum ibi. [Si igitur quod vere.] Dicit ergo primo, cp, cū dicitur, cp quicquid est præter ens est nō ens, si ens dicatur vnū significare, oportebit quod significet nō quodcunq; ens, vel de quocūq; prædicatur: sed significet [quod vere est,] id est substantiam, & significet [quod vere est vnū], .i. indiuisibile. Si. n. ens significet accidens, cum accidēs prædicetur de subiecto, oportet cp subiectum nō sit, cui accidit accidēs, quod ponitur: ens si. n. quicquid est præter ens est nō ens. i. præter accidēs, & subiectū est alterum ab accidēte, quod significat hoc, quod dico ens, sequit cp ens prędicetur de nō ente. Et hoc est, quod cōcludit. [Erit itaq; aliquid, cum nō sit.] Ac si dicat. ergo sequit, cp nō ens, sit ens. Hoc autē est impossibile, quia hoc est primū supponendum in sciētijs, cp contradictoria non prædicentur de se inuicem, vt in quarto Meta. dicitur. Vnde cōcludit cp, si aliquid sit vere ens, supposita hac propositione, quicquid est præter ens, est non ens, sequitur cp illud non sit accidens inhærens alij: quia tunc non contingeret ipsi subiecto sic esse aliquod ens, id est cp ipsum subiectum haberet rationē entis, nisi ens multa significaret. ita cp vnūquodq; illorum multorum esset aliquod ens. Sed supponitur a Parmenide cp ens significat vnum tantum. Secundo ibi.

Te.cō.17. Idē cōtra c.3 o Vera est propositio in vniuocis & de accidēte, quod e regiōe a subtilitate fugit.

Si igitur id, quod proprie est ens, nō accidit cuiquā, sed aliquid illi aliud accidit, cur id, quod est ens proprie ens significat potius, quàm non ens: nam, si id erit, quod proprie est, ens erit etiā album. Album autem nō est proprie ens. Neq; enim id quod est, ipsi accidere potest. nihil est. n. ens quod non est proprie ens. Album ergo non est ens. Atque nō hoc quidem pacto, ut quippiam nō sit, sed ut omnino nō sit. Si igitur uti diximus id, quod est proprie ens, erit etiā album, sit ut id nō sit ens, quod est proprie ens. uere enim dicemus, si illud albū esse dixerimus. At hoc nō ens, uti supponebatur, significabat. Quare, si album etiam proprie ens significat, nō unum id, quod est. sed plura sane significat.

ARGY.

Si igitur quod vere est nulli accidit, sed illi aliquid, magis quod vere est significat quod est, cp quod nō est. Si. n. erit quod vere est idē & albū: albo autem esse nō est, quod vere est neq; enim

accidere

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidere ipſi poſſibile eſt, quod eſt. neq; n. quod eſt, eſt quod nō vere eſt. Nō ergo quod eſt. eſt ꝙ album eſt. Non ſic autem ſicut cum aliquid non ſit, ſed omnino nō ſit. Quod vere ita q; eſt, nō eſt. verum. n. eſt dicere, qm̃ album eſt. hoc autē non quod eſt ſignificauit. Quare, ſi & album ſignificat quod vere eſt, multa ergo ſignificat quod eſt.

Poſtquam cōcluſit ꝙ, cū dicitur quicquid eſt præter ens, eſt nō ens, per ens nō poteſt intelligi accidēs, oſtēdit ꝙ nec etiam ſubſtātia. Vnde dicit. Si igitur quod vere eſt nō ſit accidēs alicui, ſed illi aliquid accidit, oportet ꝙ in hac propoſitione, quicquid eſt præter ens, eſt nō ens [magis ſignificet quod vere eſt]. i. ſubſtātia per ens, q̃ per nō ens. Sed nō poteſt hoc ſtare. Ponatur. n. ꝙ id, quod vere eſt ens, i. illa ſubſtantia ſit albū: album autem non eſt quod vere eſt. Iā. n. dictū eſt, ꝙ id, quod vere eſt, non eſt poſsibile accidere alicui. Et hoc ideo quia [quod nō vere eſt]. i. quod nō eſt ſubſtantia [non eſt quod eſt]. i. nō eſt ens. Sed quicquid eſt præter ens. i. præter ſubſtantiā eſt nō ens. Sic ergo ſequitur ꝙ albū non ſit ens. Et nō ſolum ita ꝙ nō ſit hoc ens, ſicut homo nō eſt hoc ens, quod eſt aſinus, ſed ꝙ omnino non ſit. quia ipſe dicit, ꝙ quicquid eſt præter ens eſt nō ens, & quod eſt non ens eſt nihil. Ex hoc ergo ſequit ꝙ nō ens prędicetur de eo, quod vere eſt: quia albū prædicatur de ſubſtātia, quæ vere eſt: et tñ album nō ſignificat ens, ut dictū eſt. Vnde ſequitur ꝙ ens, ſit nō ens. Et hoc eſt impoſsibile, quia vnū contradictoriorum nō prædicatur de altero. Vnde, ſi ad euitandum hoc incōueniens dicamus, ꝙ vere ens non ſolum ſignificat ſubiectum, ſed etiam ipſum album, ſequitur vt ens multa ſignificet. Et ita nō erit tantum unū ens, quia ſubiectum & accidēs plura ſunt ſecundum rationē. Deinde cum dicit.

ARGY. *Neque igitur magnitudinem habebit id quod eſt, ſi id ſit, quod eſt proprie ens. Ratio nanque partis utriuſque diuerſa animirum eſt.*

Te. cō. 28. Neque igitur magnitudo erit quod eſt, ſiquidem quod vere eſt, eſt quod eſt. Vtriq; enim alterum eſt eſſe partium.

Parte ſecunda. 28. Te. cō. 29. & 30. Oſtendit, ꝙ nō ſequitur ex ratione Parmenidis ꝙ ſit tantum vnum propter multitudinē partium. & primo quantum ad partes quātitatiuas, Secundo quantū ad partes rationis ibi. [Quod autem diuiditur.] Dicit ergo primo ꝙ, ſi ens tantum vnum ſignificet, non ſolum nō poterit eſſe accidens cū ſubiecto, ſed neq; etiā ens erit aliqua magnitudo, quia omnis magnitudo eſt diuiſibilis in partes, vtriuſq; autem partis non eſt eadem ratio, ſed altera. Vnde ſequitur ꝙ illud ens vnum non ſit ſubſtantia corporea. Secundo ibi.

ARGY. *Diuidi autem id, quod eſt proprie ens in aliquid aliud proprie ens, ex ratione etiā patet. Veluti ſi homo ens proprie quippiā eſt, & animal neceſſe eſt proprie quid eſſe, et itidem bipes. nam, ſi ita non ſit, accidentia erunt profectō. Aut igitur homini, aut alij ſubiecto cuipiā accidunt. At neutrum eſſe poteſt. Accidēs. n. aut dicitur quod ineſſe poteſt, ac nō ineſſe, aut id in cuius ratione id cui accidit ſumitur. ceu ceſſio quidē eſt illud quod ſeparatur: ſimitas autem id, in cuius ratione ſumitur naſus, cui ſimitatem dicimus accidiſſe. Præterea in eorū ratione, quæ in definitiua ratione ſunt, aut eorū ex quibus quippiam cōſtat, nunquā ipſius totius ratio meſt, ceu in bipede ratio hominis, aut in albo ratio hominis albi. Si hæc igitur ita ſunt, atq; homini bipes accidit, ſeparabile ipſum eſſe neceſſe eſt. quæ fieri poteſt ut homo bipes non ſit. Vel in ratione bipedis inerit ipſius hominis ratio. at fieri nequit. illud enim in ratione hominis ineſt. Quòd, ſi bipes ac animal alij cuipiam accidunt, & neutrum eſt quod proprie ens, homo*

E *quoque ex his erit profecto quæ alij accidunt. At quod proprie eſt, nulli ſit accidens, & de quo ambo dicuntur atque vtrunq; dicatur, & id quod ex illis componitur. Ipſum igitur uniuerſum ex indiuiſibilibus conſtat.*

Quod aūt diuiditur quod vere eſt, in quod vere eſt aliquid aliud ratione, manifeſtū eſt. vt homo, ſi eſt quod vere eſt aliquid, neceſſe eſt & animal quod vere eſt aliquid eſſe, & bipes. Si. n. nō quod vere eſt, aliquid eſt, accidētia erūt: aut igit homini, aut alij alicui ſubiecto. ſed īpoſſibile eſt. Accidens enim dicitur hoc, aut quod contingit eſſe & nō eſſe: aut cuius eſt in ratione hoc, cui accidit, vt ſedere quidē ſicut ſeparabile: in ſimo autem eſt ratio naris, cui dicimus accidere ſimum,

F Amplius quæcūq; in definitiua ratione inſunt, Te. cō. 29. aut ex quibus ſunt, in ratione horū non eſt ratio totius, vt in bipede ratio hominis, aut in albo, q̃ eſt albi hominis. Si igitur hæc hūc habēt modū, & homini accidat bipes, neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. quare cōtinget vtiq; non bipedem eſſe hominē, aut in ratiōe bipedis inerit hominis ratio. ſed impoſſibile eſt, illud. n. in illius ratione in eſt. Si aūt alij accidūt bipes & animal, & non eſt vtrūq; quod vere eſt aliquid: & homo vtiq; erit accidētiū alteri. Sed quod vere aliquid eſt ſit ac Te. cō. 30. cidēs nulli, et de quo ambo et vtrūq; et quod eſt, ex his dicatur. Ex indiuiſibilibus itaq; eſt omne.

G Oſtendit, ꝙ nō poſsit eſſe ens ſubſtātia definibilis. Manifeſtum eſt. n. ex definitione [ꝙ id, quod vere eſt]. i. ſubſtantia, diuiditur in plura, quorū vnūquodq; eſt quod vere eſt, id eſt ſubſtātia, et aliud ſm rationē. Vt ponamus, ꝙ id vnū, quod vere eſt, ſit homo. cum ſit animal bipes, neceſſe eſt ꝙ animal ſit, & bipes ſit: & ſic vtrunq; eorū erit [quod vere eſt]. i. ſubſtātia. ꝙ ſi nō ſint ſubſtātiæ erunt accidentia: aut igitur homini aut alteri alicui: ſed impoſsibile eſt, ꝙ ſint accidentia homini. Et ad hoc oſtēdendum duo ſupponit. Primum eſt, ꝙ accidēs dicitur dupliciter. Vno modo accidēs ſeparabile, quod cōtingit ineſſe & non ineſſe, vt ſedere. Alio modo accidēs inſeparabile & per ſe: et hoc eſt accidēs, in cuius definitiōe ponitur ſubiectū, cui accidit. ſicut ſimum eſt per ſe accidēs naſi, quia in definitione ſimi ponit naſus. eſt enim ſimum naſus curuus. Secundū, quod ſupponit eſt, ꝙ, Accidens dupliciter. ſi aliqua ponūtur in definitione alicuius definiti, aut in definitione alicuius eorū, ex quibus cōſtat definitio, impoſsibile eſt, ꝙ in definitione alicuius horū ponat definitio totiꝰ definiti. ſicut bipes ponit in definitione hominis, et quædā alia, quæ ponuntur in definitione bipedis vel animalis, ex

H quibus definit homo, impoſsibile eſt, ꝙ ponat homo in definitione bipedis, aut in definitiōe alicuius eorū, quę cadūt in definitione bipedis vel animalis. alioquin eſſet definitio circularis, & eſſet idē prius & poſterius, et notius & minus notū. Omnis. n. definitio eſt ex prioribus & notioribus, vt in Sexto Top. dicitur. & eadē ratione, cū in definitione ho- Cap. 4. minis albi ponatur albū, non eſt poſsibile ꝙ in definitione albi ponatur homo albus. His igit poſitis, ſic argumētatur. Si bipes eſt accidēs homini, neceſſe eſt vel ꝙ ſit accidens ſeparabile, & ſic cōtingit hominem nō eſſe bipedē, quod eſt impoſsibile: vel erit inſeparabile, & ſic oportebit ꝙ homo ponatur in ratione bipedis, quod eſt etiā impoſsibile, quia bipes ponitur in ratione eius. impoſsibile eſt igit, ꝙ bipes ſit accidēs homini, & eadē ratione neq; animal. Sed, ſi dicatur, ꝙ ambo ſunt accidētia alicui alij, ſequeretur ꝙ etiā homo accidat alicui alteri. ſed hoc eſt impoſsibile. iā. n. ſupra dictū eſt, ꝙ illud: quod vere eſt, nulli accidit: homo aūt ſupponitur eſſe illud, quod vere eſt, vt ex ſuperioribus patet.

Quòd

Quòd autē ſequatur, hominē accidere alteri, ſi animal et bipes alteri accidūt, ſic manifeſtat. quia de quocūq; dicuntur ambo ſeorſum, ſ. animal & bipes, de eodē dicetur vtrūq; ſimul, ſ. animal & bipes. et de quocūq; dicit animal et bipes, dicit qd̃ eſt ex eis, ſ. homo, quia nihil eſt aliud homo q̃ animal bipes. Sic igitur patet, ꝙ, ſi ponatur vnū tantū ens, non poſſunt poni partes quantitatiuæ, neq; partes magnitudinis, neq; partes rationis. ſic igitur ſequit, ꝙ omne ens ſit de numero indiuiſibiliū, ne ponentes vnum ens cogamur ponere multa propter partes. Commē. autem dicit, quòd ibi.

Expō Auerr. 90, 30. [Sed quod vere eſt.] Ponit ſecundam rationem Parmenidis, ad oſtendendum quòd ens ſit vnum, quæ talis eſt. Ens, quod eſt vnum, eſt ſubſtantia & non accidens: & per ſubſtantiam intelligit corpus, ſi autem corpus illud diuidatur in duas medietates, ſequitur ꝙ ens dicatur de vtraq; medietate & de congregato ex eis. Et hoc vel procedit in infinitum, quod eſt impoſsibile ſm ipſum, aut erit diuidere vſque ad puncta, ꝙ etiam eſt impoſsibile. Vnde oportet ꝙ

Improbatio eiuſdem. ens ſit vnum indiuiſibile. Sed hæc expoſitio eſt extorta, & contra intentionē Ariſt. ſicut ſatis apparet literā inſpiciēti.

LECTIO VII.

Arguuntur qui, ne ad entium pluralitatem cogerentur, non ens aliquid eſſe dictis rationibus cedebant.

ARGY. *Quidam autem utriſque rationibus conceſſerunt. Ei quidem, quæ omnia unum eſſe cōcludit, ſi id, quod eſt, unū ſignificat: id, quod haud eſt, eſſe dicentes. Ei uero, quæ ex partitione procedit indiuiduas magnitudines facientes.*

QVidam autem rationibus vtriſque acquieuerūt. Huic quidem quoniā omnia vnum ſunt, ſi quod eſt vnum ſignificat: quoniam eſt, & quod non eſt. Ei autem, quę deciſione indiuiduas facientes magnitudines.

Poſtquā Philoſophus improbauit rationē Parmenidis ducendo ad quædā incōuenientia, hic improbat poſitionē quorūdam, qui prædicta incōuenientia cōcedebant. Et circa hoc duo facit. Primo ponit poſitionē eorum, Secūdo improbat eā ibi. [Manifeſtū autem.] Conſyderandū primo, ꝙ ſupra Philoſophus cōtra rationem Parmenidis duabus rationibus vſus eſt. Vna ad oſtēdendum, ꝙ ex ratione Parmenidis nō requiritur omnia eſſe vnū propter diuerſitatē ſubiecti & accidentis. quæ quidē ratio ducebat ad hoc inconueniens, ꝙ nō ens eſt ens, vt ex ſuperioribus patet. Alia vero ratio procedebat ad oſtendendū ꝙ non ſequit omnia eſſe vnū, propter hoc, ꝙ, ſi eſſet magnitudo, ſequeretur magnitudinē eſſe indiuiſibilē: quia, ſi ſit diuiſibilis, erūt quodammodo multa. Platonici vero vtriq; rationi acquieuerunt cōcedendo impoſsibilia, ad quę deducunt. Acquieuerunt ergo primæ rationi, quæ ducebat ad hoc, ꝙ nō ens eſſet ens, ſi aliquis diceret, ꝙ ens ſignificet vnū, vel ſubſtantiā tantum vel accidēs tantum: & per hoc vellet dicere ꝙ omnia ſunt vnū. Huic rationi dico acquieuerūt ꝙ nō ens eſſet ens. Dicebat. n. Plato ꝙ accidens eſt nō ens. & propter hoc dicitur in Sexto Meta. ꝙ Plato poſuit ſophiſtica circa non ens, quia verſatur maxime circa ea, quæ per accidēs dicuntur. Sic ergo Plato intelligēs per ens ſubſtantiā, concedebat primam propoſitionē Parmenidis dicētis, ꝙ quicquid eſt præter ens eſt nō ens, quia ponebat accidēs, quod eſt præter ſubſtantiā, eſſe non ens. non tñ concedebat propoſitionem hāc, ſ. quicquid eſt nō ens, eſt nihil. Licet. n. diceret accidēs eſſe non ens: non tñ dicebat accidens eſſe nihil, ſed aliquid. Et propter hoc ſm ipſum non ſequebatur, ꝙ ſit vnū tantū. Sed alteri rationi, quæ ducebat ad hoc, ꝙ magnitudo eſſet indiuiſibilis, aſſentiebant, faciendo magnitudines eſſe indiuiſibiles ex deciſione, i. dicendo, ꝙ magnitudinum diuiſio ad indiuiſibilia terminatur. Ponebat. n. corpora reſolui in ſuperficies, & ſuperficies in lineas, & lineæ in indiuiſibilia, vt patet in Tertio de Cœlo & Mundo. Secundo ibi.

Te. cō. 31. Lec. 6 Te. cō. 4. Te. cō. 4. Te. cō. 5.

ARGY. *Patet autem & uerum non eſſe. ſi id, quod eſt, unum ſignificat, et fieri non poteſt ut ſimul ſit contradictio, non*

A *fore quicquam non ens. Nihil enim obſtat, ut id, quod non eſt, non ſit abſolute non ens: ſed non ens quippiam ſit.*

Manifeſtum autē eſt, & qm̃ non verum eſt, ꝙ Te. cō. 31. ſi vnū ſignificat quod eſt, & non poſſibile eſt ſimul contradictionē eſſe, nō erit nihil, quod non eſt. Nihil. n. prohibet quod non eſt, non ſimpliciter eſſe: ſed non ens aliquid eſſe, quod non eſt.

Improbat prædictam poſitionem quātum ad hoc, quod cōcedebat, ꝙ nō ens eſt aliquid. Nam quātū ad illud, quod cōcedebat, indiuiduas eſſe magnitudines, improbat ſuo loco in ſequētibus ſcientiæ naturalis. Improbat autē primum dupliciter. Primo oſtēdendo, ꝙ nō ſequitur ex ratione Platonis ꝙ nō ens ſit aliquid. Secūdo quantū ad hoc, quod dicebat, ꝙ niſi hoc ponatur. ſ. ꝙ, ſi nō ens, quod eſt accidēs, nō ſit aliquid, ſequitur omnia eſſe vnum ibi. [Dicere igitur.] Dicit ergo primo manifeſtū eſſe, quod nō eſt verum, ꝙ iſta ratio Platonis ſequatur, qua ſic deducebat. Ens vnū ſignifi cat, ponebat. n. ens eſſe genus, et vniuoce dictū de omnibus ſm participationē primi entis. Et iterū ponebat, ꝙ cōtradictoria nō ſunt ſimul vera. Ex his duobus arbitrabat ſequi, non ens nō eſſe nihil, ſed aliquid. Si. n. ens ſignificat vnum, quod eſt ſubſtātia, oportebit ꝙ quicquid eſt nō ſubſtantia ſit nō ens: quia, ſi eſſet ens, cū ens non ſignificet niſi ſubſtantiam, ſequeretur ꝙ eſſet ſubſtātia, & tūc eſſet ſimul ſubſtantia & nō ſubſtantia, quod eſt cōtradictoria ſimul vera eſſe. Si igit impoſsibile eſt contradictoria ſimul vera eſſe, & ens ſignificat vnum, quod eſt ſubſtantia, ſequetur, ꝙ quicquid eſt non ſubſtantia eſt non ens: ſed aliquid eſt non ſubſtātia, ſcilicet accidens: igitur aliquid eſt non ens. & ſic non eſt verum, ꝙ non ens ſit nihil. Oſtendit autem Ariſt. ꝙ hoc nō ſequitur, quia, ſi ens ſignificat principaliter vnum, quod eſt ſubſtantia, nihil prohibet dicere ꝙ accidens, quod non eſt ſubſtantia, nō ſit ſimpliciter ens. ſed tamē non propter hoc oportet ꝙ illud, quod non eſt aliquid, i. ſubſtantia, dicatur abſolute nō ens. Licet ergo accidens nō ſit ens ſimpliciter non tamen poteſt dici abſolute non ens. Secundo ibi.

Dicere quoq; ſi non quippiam aliud erit præter id ipſum, quod eſt, unum omnia fore, perabſurdum eſt ſanè. Quis enim ipſum quod eſt aliud quicquam eſſe intelligit quàm id, quod eſt proprie ens? Quod & ſi ita eſt, nihil tamen prohibet multa eſſe ea, quæ ſunt, ut diximus. Patet igitur impoſsibile eſſe ut id, quod eſt, hoc modo ſit unum. ARGY.

Dicere igitur extra ipſum quod eſt, niſi aliqd erit aliud, vnū omnia eſſe, incōueniens eſt. Quis enim addiſcit ipſum quod eſt, niſi quod vere eſt, aliquid ſit? Si autē hoc, nihil tñ prohibet multa quæ ſunt eſſe, ſicut dictum eſt. Quòd quidē igit ſic vnū eſſe quod eſt īpoſſibile ſit manifeſtū eſt.

Tertio lib. Cœ. & Mun. & 6. huius. Duplex improbatio prędictæ poſitionis.

Concludit vlterius, ꝙ nō ſequitur, ſi non ens, quod eſt accidens, nō ſit aliquid, ꝙ omnia ſint vnū. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ nō inconueniens eſt dicere, ꝙ ſequaē omnia eſſe vnū, niſi aliquid ſit extra ens: quia per ens nō poteſt intelligi niſi ſubſtātia, quę vere eſt. ſed, ſi ſubſtātia ſit, nihil prohibet eſſe multa, ſicut iam dictum eſt, etiam remota magnitudine & accidēte: quia definitio ſubſtātiæ diuidit in multa, quæ ſunt de genere ſubſtātię, ſ. homo, animal, & bipes. Et vlteriꝰ ſequitur, ꝙ ſm diuerſas differentias generis ſint multę ſubſtantiæ in actu. Et vltimo infert concluſionem intentam, ꝙ nō omnia ſunt vnū, ſicut dicebat Parmenides & Meliſſus.

LECTIO VIII.

Opiniones Naturalium Philoſophorum de primis principijs.

Vt Naturales autem dicunt, duo ſunt modi. Quidam enim id quod eſt, unum ſubiectū corpus fecerunt, aut triū unum: aut aliud, quod igne quidem ſpiſſius, aere uero ſubtilius eſt. Cætera aūt em generari dicunt denſitate, raritateq; multa facientes. hæc autē ſunt contraria, & uniuerſaliter ARGY.

ſaliter exceſſus atq; defectus, quemadmodum Plato magnum dicit & paruum. Verum hic quidē hæc materiam facit, ipſum autem vnum formā. Illi uero vnum quidem, ipſum inquam ſubiectum materiā, cōtraria vero differentias atq; formas. Quidam aūt ex ipſo vno contrarietates, quæ quidē in ipſo ſunt, ſequeſtrari dicunt, vt Anaximander. Et qui vnū & plura principia inquiunt eſſe, ut Empedo. ac Anaxag. ex ipſa nāq; congerie cætera ſegregant. Differunt tamen. Alter. n. conuerſionem horum, alter ſemel ſegregationis principiū facit. Et alter infinita ea, quæ ſunt ſimilium partium atq; contraria: alter ea, quæ uocantur elementa tantummodo ſumit.

Te.cō.32. SIcut aūt Phyſici dicūt, duo modi ſunt. Hi qui dem. n. vnum faciētes, quod eſt corpus ſubiectum, aut trium aliquod, aut aliud, quod eſt igne denſius, aere autē ſubtilius: alia autem generant denſitate & raritate multa facientes, hæc autem ſunt contraria. Vniuerſaliter autē excellentia & defectus, ſicut magnū dicit Plato et paruū. niſi q̄ hic quidem hæc facit materiā, vnum autē ſpeciē. Alij vero vnum quidē ſubiectum materiā, contraria autē differentias & ſpecies. Quidā autem ex vno inhærētes cōtrarietates ſegregant, quem admodum Anaximāder dixit, & quicunq; vnū & multa dicunt eſſe, ſicut Emp. & Anax. ex cōmiſtione nanq; ſegregant alia. Differunt autem abinuicem, eò q̄ hic circulationem facit horum: hic autē ſemel. Et hic quidē infinitas ſimiles partes et cōtrarias: ille vero vocata elementa ſolum.

Poſtquam Philoſophus improbauit opinionē de principijs eorū, qui de natura non naturaliter ſunt locuti, hic proſequitur opiniones eorū, qui de principijs naturaliter ſunt locuti non remouentes motū: & ideo vocat eos Phyſicos, i. Naturales. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit diuerſitatē opinionum, Secūdo proſequitur vnā earum ibi. [Videtur autē.] Dicit ergo primo, q̄ ſm opinionē Naturalium Philoſophorum duo ſunt modi, ſm quos generātur res ex principijs. quorū vnū tangebāt Philoſophi naturales ponentes vnum tantū principium materiale: ſiue eſſet vnū de tribus elemētis, ſ. igne, & aere, & aqua, quia terrā ſolam nullus poſuit principiū, vt ſupra dictū eſt: ſiue aliquod mediū inter ea, vt puta q̄ eſſet dēſius igne & ſubtilius aere. Ab iſto autē vno principio dicebāt omnia alia generari ſm raritatem et denſitatē, vt puta, qui ponebant aerē principium, dicebant, q̄ ex eo rarefacto generaī ignis: ex eo autē cōdenſato generatur aqua. rarum autē & dēſum ſunt cōtraria: & reducuntur ad excellentiā & defectū, vt ad quædā vniuerſaliora. nā dēſum eſt, quod habet multū de materia: rarū autem, quod parum. & ſic quodāmodo concordabant cum Platone, qui ponebat magnū & paruum principia: quę etiā pertinēt ad excellentiā & defectū. Sed in hoc differebāt a Platone, quia Plato poſuit magnū & paruū ex parte materiæ: quia ponebat vnū principium formale, quod eſt quædā idea participata a diuerſis ſm diuerſitatē materiæ. Antiqui vero naturales ponebāt contrarietatē ex parte formę: quia ponebant primum principiū vnam materiā, ex qua multa cōſtituuntur ſm diuerſas formas. Alij vero Antiqui Naturales ponebant res fieri ex principijs, ex hoc q̄ ipſa cōtraria & diuerſa extrahebātur ab vno, in quo erāt quaſi cōmiſta & confuſa. ſed in hoc differebant, quia Anaximāder ponebat illud vnū confuſum eſſe principiū, non autem illa multa, quæ in eo erant cōmiſta: vnde ponebat vnū tantum principium. Emp. vero et Anaxa. ponebāt magis eſſe principia illa, quę in eo permiſcebātur: & ideo ponebāt multa principia, licet

Rarum ac dēſum quid.

Platonis opi.

Anaximāder Empedocles. Anaxagoras.

E & illud vnū cōfuſum quodāmodo principium poneretur. Sed Ana. & Emp. differebāt in duobus. Primo quidē, quia Emp. ponebat circulationē quandam cōmiſtionis & ſegregationis. ponebat. n. Mundum multoties eſſe factū, & multoties corruptū: ita q̄, cum mūdus corruptus fuit amicitia omnia cōfundente in vnū, iterum mūdus generaretur litę ſeparāte & diſtinguente. & ſic cōfuſioni ſuccedit diſtinctio et ecōuerſo. Sed Anax. ponebat ſemel tantum Mundū factū eſſe: ita q̄ a principio omnia eſſent cōmiſta in unum. ſed intellectus, qui incœpit extrahere & diſtinguere, nunq̄ ceſſabit hoc facere, ita q̄ nunq̄ erūt omnia cōmiſta in vnū. Alio modo differūt in hoc, q̄ Ana. poſuit principia eſſe infinitas partes ſimiles et cōtrarias, ſicut Ifinitas partes carnis, q̄ ſunt ſimiles inuicē: & infinitas partes oſſis, & aliorū, quę habēt partes ſimiles: cū tū quarundā ſit ad alias cōtrarietas, ſicut partium oſſis ad partes ſanguinis eſt cōtrarietas ſm humidum et ſiccū: ſed Emp. poſuit principia illa ſolum quatuor, quæ cōiter dicunē elementa, ſ. ignem, aerē, aquā, et terram.

F

LECTIO IX.

Rationes quamplures contra Anaxagoram, infinita principia aſſerentem, aſſeruntur.

Videtur autem Anax. ſic infinita eſſe putaſſe, quia cō munem illā opinionem Naturaliū uerā eſſe exiſtimabat, nihil inquā ex eo, quod nō eſt, fieri atq; oriri. Quapropter hoc dicūt modo erāt omnia ſimul, et generationē alterationem inquiūt eſſe quidā uero cōgregationē, ac ſegregationē. ARGY.

VIdetur autē Anax. ſic infinita opinari, vt accipiat cōmunem opinionem Phyſicorum eſſe veram, tanquā non fiat nullum eorum, ex eo quod non eſt. Propter hoc. n. dicunt q̄ erant ſimul omnia, & fieri huiuſmodi ſtatuerūt alterari. Alij autē congregationem & ſegregationem. Te.cō.33.

Poſitis diuerſis opinionibus naturaliū Philoſophorū de principijs, hic proſequitur vnā earum, ſ. opinionem Anaxi. quia hæc opinio videbaī aſsignare cauſam cōmunem omnium ſpecierū motus. Et diuidit in duas partes. In prima ponit rationē ipſius, In ſecūda obijcit contra eā, ibi. [Si igitur infinitū.] Circa primū tria facit. Primo præmittit ea, quæ Anax. ſupponebat, et ex quibus argumētabaī. Secundo ponit ſuæ rationis proceſſum ibi [Si. n. omne, quod eſt fit.] Tertio ponit eius reſponſionē ad quandam tacitā obiectionem. Ibi [Apparet autē.] duo aūt ponebat Anax. ex quibus procedebat, quorū primum eſt, quod etiā ab omnibus Naturalibus Philoſophis ſupponebatur, q̄, ſ. ex nihilo nihil fiat. Et hoc eſt, quod dicit, q̄ Anax. ex hoc videbatur opinari eſſe principia infinita, quia accipiebat cōmunem opinionem omniū Philoſophorum Naturaliū eſſe veram: hanc, ſ. quòd id, quod ſimpliciter nō eſt, nullo modo fieret. * quia. n. hoc ſupponebāt tanq̄ principiū ad diuerſas opiniones proceſſerūt. Vt. n. cogerent ponere aliquid de nouo fieri, quod prius omnino nō eſſet, poſuerunt aliqui omnia prius ſimul extitiſſe, vel in aliquo vno confuſo, ſicut Anax. et Emped. vel in aliquo principio materiali, ſ. aqua, igne, et aere: vel in aliquo medio illorū. Et ſm hoc, duos modos factionis ponebāt. Quidam. n. poſuerūt omnia ſimul præexiſtere, ſicut in vno principio materiali: & dixerūt q̄ fieri nihil aliud eſt, q̄ſ alterari. ex illo. n. vno principio materiali omnia fieri dicebāt per condenſationē & rarefactionē eiuſdem. Alij vero, qui ponebāt omnia præexiſtere ſimul, ſicut in aliquo cōfuſo & cōmiſto ex multis, dixerūt q̄ fieri rerū nō eſt aliud q̄ congregatio & ſegregatio. Et oēs hi decepti fuerūt, quia neſciuerunt diſtinguere inter potentiā et actū. Ens. n. in potētia eſt quaſi mediū inter purū non ens & ens in actu. Quæ igitur naturaliter fiūt, non fiūt ex ſimpliciter nō ente, ſed ex ente in potentia: non autē ex ente in actu, vt ipſi opinabantur. Vnde quæ fiunt nō oportet præexiſtere actu, vt ipſi dicebāt, ſed potētia tantum. Deinde cum dicit.

Principium ſuppoſitum. Anaxagoras.

G

H

Inſuper ex eò, quia contraria ex ſeſe mutuo fiunt, inerant ergo. ARGY.

Amplius

Te.cō.34. Amplius ex eò, quòd fiunt ex alterutris: contraria inerant ergo. A

Ponit ſecundū quod ſupponebat. Dicebat. n. q̄ cōtraria fiunt ex alterutris. videtur enim ex calido fieri frigidum & econuerſo. Et ex hoc concludebant, q̄, cum ex nihilo nihil fiat, q̄ vnum contrariorum prę exiſtit in altero. Quod quidem eſt verum, ſed potentia: nam frigidum eſt potentia in calido, non autem actu, vt Anaxagoras æſtimabat, propter hoc, quòd neſciebat accipere eſſe in potentia, quod eſt eſſe medium inter purum non eſſe, & eſſe actu. Secundo ibi.

ARGY. *Nam ſi omne quidem quod fit, aut ex entibus, aut ex non entibus fieri neceſſe eſt atque oriri, ex non entibus autem nihil fieri poteſt. de hac enim opinione Naturales omnes conſentiunt, reliquum iam accidere neceſſario putauerunt, ex entibus quidem, atq; ex hiſce, quæ inſunt fieri quodq;, atq; oriri, ex inſenſibilibus uero nobis ob paruitatem molis, ut dicunt. Quapropter inquiunt quodq; in quo libet eſſe miſtum, quia quodlibet ex quouis oriri uidebant.*

Si. n. omne quod eſt fit, neceſſe eſt fieri aut ex ijs quæ ſunt, aut ex ijs quæ nō ſunt. horum autē illud, quod eſt ex ijs, quę nō ſunt, aliquid fieri impoſsibile eſt. (de hac. n. conueniunt opinione, omnes, qui de Natura ſunt) reliquum iā contingere ex neceſſitate putauerunt ex ijs, quę ſunt et iſunt fieri: ſed propter paruitatē magnitudinū, ex inſenſibilibus nobis. Vnde dicūt omne i omni miſceri, propter id, q̄ omne ex oīvidebāt fieri.

Ponit deductionē rationis ipſius, & procedebat ſic. Si aliquid eſt, neceſſe eſt q̄ fiat aut ex ente, aut ex non ente. Sed horum alterū excludebat, ſ. q̄ aliquid fieret ex nō ente, propter cōmunem opinionē Philoſophorum ſupra poſitā. Vnde cōcludebat reliquum mēbrum, ſ. q̄ aliquid fiat ex ente: puta, ſi aer fit ex aqua, q̄ aer prius exiſtit. Non autē diceret q̄ aer fiat ex aqua, niſi in aqua præexiſteret aer. vnde volebat accipere, q̄ omne, quod fit ex aliquo, præexiſteret in eo ex quo fiebat. Sed, quia hoc videbatur cōtra id, quod apparet ſenſui: nō. n. apparet ad ſenſum, q̄ illud, quod generatur ex aliquo præexiſtat in eo, ideo hāc obiectionē excludebat per hoc, quod ponebat: q̄ id, quod fit ex aliquo præexiſteret in eo ſm quaſdā partes minimas, quę ſunt nobis inſenſibiles propter ſuā paruitatem. puta, ſi aer fit ex aqua, partes aliquæ minimæ aeris ſunt in aqua, nō autē in illa quantitate, in qua generatur. & ideo per cōgregationē illarum partium aeris adinuicē et ſegregationē ex partibus aquæ, dicebat fieri aerē. Habito igit hoc, q̄ omne, quod fit ex aliquo præexiſtat in eo. Aſſumebat vlterius omne ex omni fieri. Vnde concludebat q̄ quodlibet eſſet in quolibet permiſtū ſm partes minimas & inſenſibiles. Et, quia infinities vnū ex alio fieri poteſt, infinitas partes minimas in vnoquoq; eſſe dicebat. Deinde cum dicit. B

ARGY. *Videri uero atq; dici diuerſa ex eo planè quod in miſtione infinitorum maxime ob multitudinem ſuam excedit. Nam totum album, aut nigrum, aut dulce, aut os, aut carnem ſyncere non eſſe quicquam: ſed cuius plurimum habet quodq;, id ipſius rei uideri naturam eſſe dicebant.* C

Apparere aūt differētia & appellari altera abinuicē ex magis ſupabundāti propter multitudinē in miſtura infinitorū. Sincere quidē. n. totum albū, aut nigrū, aut carnē, aut os non eſſe, ſed qđ plus vnūquodq; habet, hoc videī eſſe natura rei.

Excludit quandā tacitam obiectionē. Poſſet. n. aliquis obijcere, ſi infinitę partes cuiuslibet rei ſunt in quolibet, ſequetur q̄ nō abinuicē res differāt, nec abinuicē differre videanē. Ad hoc ergo quaſi reſpōdens dicit, q̄ res videnē differre abinuicē: & nominātur etiā diuerſa ex eo, quod maxime ſuperabundat in eis: cū tū infinita ſit multitudo partiū minimarū, quæ cōtinentur in aliquo miſto. & ſic nihil eſt pure & totaliter albū, aut nigrū, aut os: ſed id, quod plus eſt in vnoquoq;, hoc videtur eſſe natura rei. Deinde cū dicit.

Si infinitum igitur quò infinitum eſt, eò eſt ignotum. ARGY.

Infinitum quidem multitudine aut magnitudine, quātum quoddam ignotum erit. infinitum autē forma, quale quoddam ignotū. Cum igitur principia rerum tā multitudine, quā ſpecie ſint infinita, fieri profectò nequit, ut ea, quæ ex hiſce cōſtat, ſciātur. Nondū. n. cōpoſitum ſcire putamus, cum ex quibus et quot ipſum conſtat haud cognoſcimus.

Si igitur infinitum, ſm q̄ infinitū ignotū eſt, ſm multitudinem quidē & magnitudinē infinitum ignotū quantum eſt quoddam: ſecundum ſpeciē autem infinitū ignotū, quale quoddā eſt. Principijs autē infinitis exiſtētibus & ſm multitudinem & ſm ſpeciē, impoſsibile eſt quæ ſunt ex his cognoſcere. ſic. n. cognoſcere cōpoſitum arbitramur, cum ſcimus ex quibus et quantis ſit. Te.cō.35.

Improbat poſitionem prędictam. Et circa hoc duo facit. Primo improbat eā abſolute. Secundo cōparat eam ad opinionem Empe. ibi. [Melius autē.] Circa primū duo facit. Primo ponit rationes ad improbādum opinionem Anax. Secūdo improbat modum poſitionis ibi. [Nequaquam.] Circa primū ponit quinq; rationes, quarū prima talis eſt. Omne infinitū eſt ignotum, ſm q̄ infinitū eſt. Et exponit quare dicit, ſm q̄ infinitū: quia, ſi eſt infinitū ſm multitudinem vel magnitudinē, erit ignotum ſm quātitatem. ſi aūt eſt infinitū ſm ſpeciem, puta q̄ cōſtituatur ex infinitis ſm ſpeciē diuerſis, tūc erit ignotum ſm qualitatem. et huius ratio eſt, quia id, quod eſt notū apud intellectum, cōprehenditur ab ipſo quantū ad omnia, quæ ipſius ſunt, quod non poteſt cōtingere in aliquo infinito. Si igitur alicui⁹ rei principia ſunt infinita, oportet ea eſſe ignota, vel ſm quātitatē, vel ſm ſpeciē. ſed, ſi principia ſunt ignota, oportet eſſe ignota ea, quæ ſunt ex principijs. Quod probat ex hoc, quia tūc arbitramur nos cognoſcere vnumquodque compoſitum [cum ſcimus ex quibus & quantis ſit], i. quando cognoſcimus & ſpecies & quantitates principiorum. Sequitur igitur de primo ad vltimum, q̄, ſi principia rerum naturalium ſunt infinita, q̄ naturales res erunt ignotæ ſm quantitatem vel ſm ſpeciem. Secundam rationem ponit ibi. Eo.te primi cōmen. & primo Poſt.

Præterea, ſi neceſſe eſt ipſum mole quantūuis eſſe poſſe, cuius pars magnitudine, paruitateq; quātauis eſſe poteſt. (dico autem aliquā talium partium quæ inſunt, et in quas totū ipſum diuiditur.) Eſſe uero poteſt plāta uel animal di ctu modo quātūuis mole patet: neq; partiū ullam identidē mole quantāuis eſſe poſſe. erit. n. et totū quātūuis ſimili modo. At os, et caro, et iſtiuſmodi cætera, partes ſunt animalīū, et fructus plantarū. Patet igit neq; os, neq; carnē, neq; aliud quicquā eo modo, quē diximus, mole quantūuis eſſe. ARGY.

Amplius autem, ſi neceſſe eſt cuius pars contingit quātacunq; eſſe ſm magnitudinē et paruitatem, & ipſum totū contingere. (dico autem talium aliquā partium, in quam, cū inſit, diuiditur totum.) ſi autē impoſsibile eſt animal aut plantā quantācūq; eſſe ſm magnitudinē et paruitatem, manifeſtum eſt, quoniā neq; partium quālibet. erit. n. totum partibus ſimile. caro autē & os, & huiuſmodi partes ſunt animalis, & fructus plātarum. Manifeſtum igitur, quoniā impoſsibile eſt carnem, aut os, aut aliquod aliud quātumcunq; eſſe magnitudine, aut in maius, aut in minus. Te.cō.36.

Quæ

Secūda ratio.

Quæ talis est. Si alicuius totius partes nō habēt aliquam determinatā quantitatem, siue magnitudinē vel paruitatem, sed cōtingit eas quantascūq; esse, vel fm magnitudinē vel paruitatē, necesse est cp totū non habeat determinatam magnitudinē vel paruitatē, sed cōtingat esse cuiuscūq; magnitudinis vel paruitatis. & hoc ideo, quia quātitas totius cōsurgit ex partibus, sed hoc intelligendum est de partibus existētibus actu in toto, sicut caro, neruus, & os existunt in animali. Et hoc est quod dicit. [Dico autē talium aliquam partiū, in quā cum insit.] f. actu [diuiditur aliquod totū.] et per hoc excluditur partes totius cōtinui, quę sunt potentia in ipso. Sed impossibile est cp animal vel plāta, vel aliqđ huiusmodi habeat se indeterminate ad quātamcunq; magnitudinem vel paruitatē. est. n. aliqua quātitas ita magna, vltra quā nullum animal extēditur, et aliqua ita parua, infra quā nullum animal inuenitur. Et similiter dicēdum est de plāta: ergo sequitur ad destructionē consequētis, cp necę aliqua partiū sit indeterminatæ quantitatis, quia simile est de toto & partibus. Sed caro & os, & huiusmodi sunt partes animalis, & fructus partes plātarum: impossibile est igitur, cp caro, & os, et huiusmodi habeāt indeterminatā quātitatem vel fm maius, vel fm minus. Nō ergo est possibile cp sint aliquæ partes carnis aut ossis, quæ sint insensibiles propter paruitatē. Videtur autē hoc, quod dicitur, contrarium esse diuisioni cōtinui in infinitum. Si. n. cōtinuum in infinitū diuisibile est: caro autē continuum quoddā est: videtur cp sit in infinitū diuisibilis. Omnē igitur paruitatem determinatam transcendet pars carnis fm diuisionem infinitam. Sed dicendum, cp licet corpus, mathematice acceptum, sit diuisibile in infinitum: corpus tamē naturale non est diuisibile in infinitū. In corpore. n. mathematico nō cōsyderatur nisi quātitas, in qua nihil inuenitur diuisioni repugnans, sed in corpore naturali inuenit forma naturalis, quæ requirit determinatā quātitatē, sicut & alia accidētia. Vnde nō potest inueniri quātitas in specie carnis, nisi infra aliquos terminos determinatas. Tertiā rationem ponit ibi.

Sententia Anthoris de maximo & minimo.

Dubium. Responsio. Cōmen. dicit corpꝰ autem naturale in infinitū diuisibile at quod diuidi nō possit ex penuria contingit ido neorū instrumentorum. Secundo de Anima cō. 41

ARGY. *Præterea, si talia omnia in cūctis insunt, neq; generatur quicquā, sed mest ac segregatur, atq; appellatur ab eo, quod in ipso magis abundat: ex quouis denicq; fit quodlibet segregatione, uelut aqua ex carne, et caro ex aqua. Cū omne corpus finitū ablatione finiti corporis consumatur atq; tollatur, constat non posse in unoquoq; quodq; ineſſe.*

Amplius, si omnia insunt quidem huiusmodi inuicem & non fiunt, sed segregātur cum insint: dicuntur autem & a plurimo: fit autem ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua segregatur, & caro ex aqua: omne autem corpus finitū resecatur a corpore finito, manifestum est, cp nō contingit in vnoquoq; vnumquodcp esse.

Tertia ratio. Omne corpꝰ finitū, qđ ex eo exit corpꝰ finitū, multoties, necessario consumet illud. Secūda parte huius te.

Circa quā duo. f. Primo præmittit quædā ex quibus argumētatur. Secūdo ponit deductionē rationis ibi. [Remota. n.] Circa primū tria proponit. Primū est, cp omnia simul sunt fm positionē Anax. vt dictū est. ex quo vult deducere ad incōueniens. Dicebat. n. Anax. vt dictū est, cp omnia huiusmodi, quæ sunt similiū partium, vt caro & os, & similia insunt inuicē, et nō fiunt de nouo, sed segregātur ex aliquo, in quo prę extiterūt sed vnūquodcp denominatur [a plurimo]. i. a pluribus partibus in se existētibus. Secundū est, cp quodlibet fit ex quolibet sicut ex carne fit aqua per segregat onē. & similiter caro ex aqua. Tertium est, cp omne corpus finitū resecatur a corpore finito. hoc est, si a corpore finito quantūcunq; magno auferatur multoties finitū quantumcūq; paruum, toties poterit auferri minus a maiori, cp totū maius cōsumetur a minori per diuisionem. Ex his autem tribus cōcludit quod principaliter intendit, scilicet, cp non sit vnumquodcp in vnoquoque, quod est contrarium primo istorum positorū trium. Sic enim contingit in rationibus ducentibus ad impossibile, cp concludatur finaliter destructio alicuius præmissorum. Secundo ibi,

ARGY. *Ablata enim ex aqua carne, rursusq; ex aqua reliqua segregata: et si semper minor ea, quæ secernitur erit, nō tamē omni magnitudine minor euadet. Quare, si segregatio stabit, nō in quolibet quoduis erit. in reliqua. n. aqua nihil inerit carnis. Si uero nullus segregationis exitus erit, sed semper sequestratio fiet finita i magnitudine, sanè æqualia finita erūt multitudine infinita. quod quidē est impossibile.*

Remota. n. ex aqua carne, & iterū alia facta, ex reliqua segregabit: quāuis semper minor erit segregata. sed tn nō excellit magnitudo paruitatem. Quare, siquidē stabit segregatio, non omne in omni inerit: in reliqua. n. aqua nō inerit caro. Si vero nō stabit, sed habebit semper remotionē in finita magnitudine, æqualia finita inerūt, infinita fm multitudinē. hoc autem impossibile est.

Tertie ratiōis deductio.

Deducit argumentatione, & assumit quod in præcedēti argumentatione conclusum est. Dicit. n. cp, si ex aqua remoueatur caro (dum. s. ex aqua generaē caro) &, si iterū ex resi dua aqua fiat alia segregatio carnis, ęjus semper remaneat aliqua minor quātitas carnis in aqua, tū magnitudo carnis nō excedit aliquā paruitatē, i. contingit dare aliquā paruā mēsuram cārnis, qua nō erit minor aliqua caro, vt ex superiori ratione apparet. Hoc ergo habito, cp in aqua sit parua caro, qua nulla sit minor, sic procedit. Si ex aqua segregatur caro, & iterū alia caro, aut stabit ista segregatio aut nō. si stabit, ergo in residua aqua non erit caro: & sic nō erit quodlibet in quolibet. si autē nō stabit, ergo in aqua semper remanebit aliqua pars carnis, ita tn cp in secūda segregatione sit minor q̄ in prima, & in tertia minor q̄ in secūda. Et, cū non fit descēdere in paruitatē partium in infinitū, vt dictū est, il lę minimæ partes carnis erūt æquales & infinitæ numero in aliqua aqua finita: alioquin nō procederet in infinitū segregatio. Sequitur igitur cp, si segregatio nō stat, sed semper in infinitū remouetur caro ex aqua, cp in aliqua magnitudine finita, f. aqua, sint quędā finita fm quantitatē & equalia adinuicē: & infinita fm numerū, si infinitæ minimæ partes carnis: & hoc est impossibile & cōtrarium ei, quod supra positū est, f. cp omne corpus finitū resecat ab aliquo corpore finito: ergo et primū fuit impossibile, f. cp quodlibet esset in quolibet vt Anax. posuit. Cōsyderandum est autē cp nō sine causa Philosophus apposuit æqualia in hoc vltimo incōueniēti, ad quod ducit. Nō. n. est incōueniens cp in aliquo finito sint infinita inæqualia si attendat ratio q̄titatis: quia, si diuidat continuū fm eandē proportionē, erit procedere in infinitū. vt puta, si accipiat tertiū totius, & tertiū tertn, & sic deinceps sed tn partes acceptæ nō erūt equales fm quantitatē. Sed, si fiat diuisio per partes æquales, nō proceditur in infinitū, etiam si sola ratio q̄titatis in corpore mathematico consyderetur. Quartam rationem ponit ibi.

Notabile

ARGY. *Præterea, si corpus omne parte aliqua ab eo sublata fieri se minus necesse est, carnis autem quantitas definita est ad molem utranq;: patet minima ex carne nullum omnino corpus secerni posse: alioquin minima minor erit.*

Adhæc autem, si omne quidem corpus remoto quodam minus necesse est fieri, carnis autem determinata est quantitas & magnitudine & paruitate: manifestum est quōd ex minima carne nullum segregabitur corpus. erit enim minus minima.

Te. cō. 38. Quarta ratio.

Quæ talis est. Omne corpus remoto aliquo fit minus, cū omne totum sit maius sua parte: cum autem quantitas carnis sit determinata fm magnitudinem et paruitatem, vt ex dictis patet: necesse est esse aliquam minimam carnē. ergo ab eo nō potest aliquid segregari, quia sic esset aliquod minus minimo. Non igitur ex quolibet potest fieri quodlibet per segregationem. Quintam rationem ponit ibi.

Insuper

ARGY. *Insuper in infinitis corporibus caro iam infinita, sanguis cerebrumq; ineſſet. Vnumquodq; tamen esset ab aliis separatum, & nihilominus infinitum. hoc autem metas egreditur rationis.*

Quinta ratio

Amplius aūt in ifinitis corporibus inest vtiq; ifā caro infinita, & sanguis, & cerebrū separata tn ab inuicē, nihil aūt minus entia sunt, quę sunt: et infinitum vnūquodq;. hoc aūt irrationabile est.

Quę talis est. Si infinitę partes vniuscuiusq; sunt in vnoquoq;, & quodlibet est in quolibet, sequetur cp in infinitis corporibus sint infinitę partes carnis, & infinitę partes sanguinis vel cerebri: & quantumcunq; inde separentur adhuc remanent ibi. Sequeretur ergo, cp infinita sunt in infinitis infinities, quod est irrationabile. Deinde cum dicit.

ARGY. *Id uero, quod asseritur, nunquam segregata omnia fore, non scienter quidem dicitur, recte tamen. Affectus. n. inseparabiles sunt. Cum igitur colores, atq; habitus misti sint, si fuerint segregati, erit quippiam album, aut sanum profecto, quod non aliud quicquam erit, nec in subiecto. Quare ipsa mens absurda est sanè, ea quærens, quæ fieri nequeunt: si separata quidem reddere uult: hoc autem efficere nequit tam quantitatis quàm qualitatis etiam ratione. quantitatis quidem, quia non est minima magnitudo: qualitatis autem, quia affectus inseparabiles sunt.*

Te. cō. 39.

Nunquam autem segregatū esse, nescientis dicitur, recte autē dicitur. palsiones. n. inseparabiles sunt. Si igitur misti sunt colores & habitus, si segregentur, erit aliquid album & sanum, non alterum aliquid cum sit, neq; de subiecto. Quare inconueniens est impossibilia quærens intellectus, si vere velit quidem segregare. Hoc autē facere est impossibile & fm quantitatē et fm qualitatem. Secundum quātitatem quidem, quoniā non est minima magnitudo: secundum qualitatem autē, quoniā inseparabiles sunt passiones.

Improbat positionē Anax. quantū ad ponēdi modum. & hoc dupliciter. Primo, quia nō intelligebat propriā positionem. Secundo, quia nō habebat sufficiēs motiuum ad ponēdum eā. ibi. [Non recte autē.] Dicit ergo primo, cp in hoc, quod dicit cp segregatio nunq̄ finietur, nescit quid diceret, quāuis aliquo modo verum dixerit, quia accidētia nunq̄ possunt separari à subst̄ātijs. & tū ponebat permistionem nō solum corporum, sed etiam accidentiū. Cum. n. aliquid fit albū dicebat, cp hoc fiebat per abstractionē albedinis prius cōmistæ. Si igitur colores & alia huiusmodi accidentia ponantur esse cōmista, vt ipse dicebat, si aliquis hoc suppositio dicat, cp omnia cōmista possunt segregari, sequeretur cp fit albū & sanum, et nō sit aliquod subiectū, de quo dicantur & in quo sint, quod est impossibile. Relinquitur igitur hoc verū esse, cp non omnia cōmista possunt segregari, si accidētia etiam cōmisceantur. Sed ex hoc sequit̄ inconueniēs. ponebat. n. Ana. cp omnia a principio erāt cōmista, sed intellectus incœpit segregare. Quicūq; autē intellectus quærit facere, quod impossibile est fieri, est indecens intellectus: quare inconueniens erit intellectus ille impossibilia intendens [si vere velit,] ideſt totaliter velit segregare, quod est impossibile: & fm quantitatem, quia non est minima magnitudo, vt Anaxa. ponebat, sed ex quolibet minimo potest aliquid auferri: & fm qualitatem, quia accidentia non sunt separabilia a subiectis. Secundo ibi.

Te. cō. 40.

ARGY. *Neq; etiam recte generationem eorum, quæ partium sunt conformium capit. Lutum nanq; tum in luta, tū non in luta diuiditur. Nec ut lateres ex domo, & domus ex lateribus fit, sic aqua & aer ex sese mutuo sunt & fiunt.*

A Non recte autem generationem accepit similium specierum. Est. n. vt lutum in luta diuiditur, est autem vt non. & non idem modus est, vt lateres ex limo, & domus ex lateribus. Sic autem aqua & aer ex alterutris, & sunt & fiunt. Te. cō. 40

Improbat prędictā positionem quātum ad hoc, cp nō habebat sufficiēs motiuum. Quia. n. videbat Anax. cp aliquid fit magnū ex cōgregatione multarū partium similium paruarum, sicut torrēs ex multis guttis, credidit ita esse in omnibus. Et ideo dicit Aristo. cp [nō recte accepit generationē similium specierū]. i. cp semper oporteret aliquid generari ex similibus fm speciē. Quædam. n. ex similibus generanē, & in similia resoluuntur, sicut lutū diuiditur in luta. in quibusdam autē non est sic, sed quædam generātur ex dissimilibus. Et in his etiā non est vnus modus, quia quædā fiunt ex dissimilibus per alterationem, sicut lateres non ex lateribus, sed ex luto: quædam vero per compositionem, sicut domus non ex domibus, sed ex lateribus. Et per hunc modum aer & aqua fiunt [ex alterutris]. i. sicut ex dissimilibus. Alia litera habet [sicut lateres ex domo] & sic ponit duplicem modum, quo aliquid fit ex dissimilibus, scilicet per compositionem, sicut domus fit ex lateribus: & per resolutionem, sicut lateres fiunt ex domo. Secundo ibi. Litera simplicij sic habet.

Melius autem est potiora principia finitaque sumere, quod quidem Empedocles facit. ARGY.

Melius autem est minora & finita recipere, quod vere facit Empedocles. Te. cō. 41.

Improbat positionem Anax. per cōparationem ad opinionem Empedo. & dicit, cp melius est cp fiant principia pauciora & finita, quod fecit Empedo. q̄; plura & infinita, quod fecit Anaxagoras.

LECTIO X.

Quamplures Antiquorum rationes famosę, prima principia contraria esse enarrantur.

C *Omnes igitur cōtraria principia faciunt: & qui unum sum unū esse, atq; immobile dicūt. Parmenides. n. calidum frigidumq; principia facit, atq; hæc ignē terramq; appellat, et qui rarum et densum principia inquiunt esse. Democritus quoq; plenum ipsa atq; uacuū asserit esse, quorum alterum ut ens, alterū ut non ens esse dicit. Insuper et hasce differentias affert, positionem inquam, figuram, ac ordinem: hæc autem contrariorum genera sunt. Positiones. n. supra & infra, ante et retro. Figura uero, angulis cōstans atq; non cōstans, rectū & circunflexū species sunt. Pat et igitur omnes cōtraria quodāmodo principia facere rerum.* ARGY.

OMnes igitur cōtraria principia faciunt: & dicētes cp vnum sit omne & immobile (etenim Parmenides calidum & frigidum principia facit: hæc autem appellat ignem & terram.) Et quidam rarum & densum. Et Demo. firmum & inane: quorum aliud quidē sicut quod est, aliud autem sicut quod non est, esse dicitur. Adhuc positione, figura, & ordine. hæc autem genera contrariorum sunt. Positione, sursum & deorsum, ante, & retro: Figura, angulus, rectū, circulatū. Quōd quidem igitur contraria quodammodo omnes faciunt principia, manifestum est. Te. cō. 42

Positis opinionibus Philosophorū de principijs naturæ, hic incipit inquirere veritatē. Et primo inquirit eā per modū disputationis ex probabilibus procedēdo, secūdo ostendit veritatē per modū demonstrationis. ibi. [Si ergo nos dicamus.] Circa primū duo facit. Primo inquirit de contrarietate principiorū. Secundo de numero eorū ibi. [Consequens autē vtiq;.] Circa primū tria facit. Primo ponit positionem Secūda parte Te. cō. 47 Secūda parte

Universidad de Deusto
Biblioteca

Te.cō.36. Secūda parte Te.cō. 42. Te.cō. 48

sitionem Antiquorum de cōtrarietate principiorū. Secūdo inducit ad hoc rationē ibi. [Et hoc rationabiliter.] Tertio ostēdit quomodo se habebāt in ponēdo Philosophi contraria principia ibi. [Vsq; quidē igitur.] Dicit ergo primo, q̄ omnes Antiqui Philosophi posuerūt contrarietatē in principijs. Et hoc manifestat per tres opiniones Philosophorū. Quidam.n. dixerūt q̄ totū vniuersum sit vnū ens immobile. quorū Parmenides dixit, q̄ omnia sunt vnū fm rationē, sed plura fm sensum. et inquantū sunt plura ponebat in eis cōtraria principia, s. calidū & frigidum: et attribuebat calidum igni, frigidū vero terrę. Secūda vero opinio fuit Philosophorum Naturaliū, qui posuerūt vnum principiū materiale mobile. & dicebāt, q̄ ex eo fiebāt alia fm raritatē & densitatem, & sic ponebāt rarum et densum esse principia. Tertia vero opinio est eorū, qui posuerūt plura principia: inter quos Democritus posuit omnia fieri ex indiuisibilib⁹ corporibus: quę quidē adinuicem coniūcta in ipso cōtactu quoddam vacuū relinquebāt, & huiusmodi vacuitates vocabat poros, vt patet in Primo de Generatione. Sic igit̄ omnia corpora ponebat cōposita ex firmo & inani, i. ex pleno & vacuo. Vnde plenū & vacuū dicebat principia naturæ sed plenū attribuebat enti, vacuū vero nō enti. Ite licet corpora indiuisibilia omnia essent vnius naturæ, tū ex eis dicebat constitui diuersa fm diuersitatē figuræ, positionis, & ordinis. Vnde ponebāt principia esse cōtraria, quæ sunt in genere positionis, s. sursum & deorsum, ante & retro: cōtraria, quæ sunt in genere figurę, s. rectū, angulare & circulare: & similiter contraria, quæ sunt in genere ordinis, s. prius & posteri⁹, de quibus nō fit mētio in litera, qa manifesta sunt. Et sic cōcludit quasi inducēdo, q̄ omnes Philosophi posuerunt principia esse contraria fm aliquem modum. De opinione autem Anaxagoræ, & Empedoclis mentionem non fecit, quia eas supērius magis explicauit. Et tamen hi ponebant etiam quodammodo contrarietatem in principijs: dicentes omnia fieri congregatione & segregatione, quæ conueniunt in genere cum raro & denso. Secundo ibi.

Te.cō. 8.

Omnes Antiq philosophi posuerūt contrarietatē in principijs.

Te.cō. 59 Lec. 4

ARGV. *Idq; non sine ratione. Principia nanq; neq; ex sese mutuo, neq; ex alijs, & ex ipsis omnia esse oportet. contrarijs autem primis hæc insunt. Quia nanq; sunt prima, ideo nō ex alijs sunt: quia uero cōtraria sunt, ideo nō ex sese mutuo fiunt. Verum idipsum quo pacto sit, & ratione cōsyderemus oportet. Sumendum est igitur primum, nō quoduis eorū, quæ sunt, in quoduis agere: neq; quoduis pati à quouis aptum esse: neq; ex quibuscunq; quiduis fieri, nisi quis per accidens sumpserit. Quo nanq; pacto fiet albū, uel nigrum ex musico: nisi albo uel nigro sit accidēs musicum? sed albū quidem fit è non albo: atq; ex hoc non quouis, sed è nigro uel aliquo mediorum, musicum autē è non musico: atq; ex hoc non quouis, sed ex immusico uel è medio. si aliquid inter ipsa medium est. Neq; rursus in quoduis primum vnū quodq; corrūpitur, uelut album, in non musicum, nisi idipsum nonnunquam accidat: sed in nō album corrumpitur: atq; in hoc nō quoduis, sed in nigrum, aut in medium. Eodem modo musicum et iam in non musicū: atq; in hoc non quoduis sed in immusicum, uel in medium, siquid inter ipsa medium sit corrumpitur. similiter fit et in cæteris. nam & ea, quæ non simplicia, sed composita sunt, eandem sub eunt rationem. sed latet ipsum ex eō, quia dispositiones oppositæ nominibus carent. Etenim omne constructum ex inconstructo: atq; inconstructum è constructo fiat necesse est. Constructum etiam in inconstructum, & in ipsum non quoduis, sed in oppositum necesse est corrūpatur. Nihil autem interest, siue in cōstructione, siue in ordine, siue in compositione hæc ipsa dicantur. patet. n. eandem rationem in cunctis esse, atq; domum, statuā, & quoduis aliud similiter fieri. domus.n. ex nō compositis, sed hoc modo diuisis: & statua, figuratorumq; quoduis e non sic figurato cōfici fieriq; uidetur. Atq; hæc partim ordine, partim cōpositione constant. Si igitur hæc uera sunt, omne, quod fit, è cōtrario profecto, aut e medio fit: et omne, quod corrūpitur, in contrariū corrumpitur, uel in medium. Media uero sunt ex contrarijs, ceu colores ex albo et nigro. Quare omnia, quæ natura fiunt, aut cōtraria aut ex contrarijs sunt.*

Et hoc rationabiliter. Oportet.n. principia, neq; ex alterutris esse, neq; ex alijs, & ex his omnia. cōtrarijs autē primis insunt hæc. Propter id q̄ prima quidē, non sunt ex alijs: ob id vero, q̄ sunt cōtraria, nō sunt ex alterutris.* Sed oportet hoc in ratione cōsyderare qualiter cōtingat. Accipiendū igitur est primū, quod omnium, quæ sunt, nihil neq; facere aptum natū est, neq; pati contingens à contingenti: neq; fit quodlibet ex quolibet, nisi aliquis accipiat fm accidēs. qualiter n. fiat albū ex musico: nisi accidēs fit albo, aut nigro musicū: sed album quidē fit ex non albo: & hoc nō ex omni, sed nigro, aut medijs. Et musicū ex nō musico: sed nō ex omni, sed ex immusico, aut si aliquis ipsis est mediū. Neq; igit̄ corrumpitur in cōtingens primum, vt album nō in musicum: nisi forte fm accidēs, sed in non albū: & nō in cōtingens, sed in nigrū aut medium. similiter autē musicū in non musicum: & hoc nō in contingens, sed in immusicū: aut si ipsis aliqd mediū est. Similiter autē hoc est & in alijs. q̄m non solū simplicia eorū, quæ sunt, sed & cōposita fm eandē se habent rationē. Sed propter hoc, q̄ oppositæ dispositiones nō denominatæ sunt, latet hoc cōtingens. necesse. n. omne consonans ex inconsonanti fieri: et inconsonans ex cōsonanti: & corrumpi cōsonans in inconsonantiam, & hanc non in contingentem, sed in oppositam. Differt autem nihil inconsonantia dicere, aut ordine, aut cōpositione: manifestum. n. est q̄ eadē sit ratio. At vero domus & statua, & quodlibet aliud fit similiter. domus quidem. n. fit nō ex eō q̄ cōposita sunt, sed ex eō q̄ diuisa sunt hæc sic; & statua, et figuratorum aliquod ex non figurato: et vnūquodq; horū alia quidē ordo, alia vero cōpositio quędā sunt. Si ergo hoc verum est, q̄ omne, quod fit, fiat & corrūpatur quod corrumpitur, aut ex contrarijs aut in contraria, & in horum media. Media autem ex contrarijs sunt, vt colores ex albo et nigro. Quare omnia erunt, quæ natura fiūt, aut contraria, aut ex contrarijs.

Ex tribus primorū cōtrariorū proprijs antiquos principia cōtraria rationabiliter posuisse, s. ductione ostēdit. * Te.cō. 41.

Te.cō. 44.

Te.cō. 45.

Te.cō. 46.

Te.cō. 47.

Ponit probabilem rationē ad ostendendū q̄ prima principia sunt cōtraria, quę talis est. Tria videtur de ratiōe principiorum esse. Primū, q̄ non sint ex alijs, Secūdum, q̄ non sint ex alterutris, Tertium, q̄ omnia alia sint ex eis: Sed hæc cōueniunt primis cōtrarijs: ergo prima contraria sunt principia. Ad intelligendum autem quid vocet prima contraria, cōsyderandum, q̄ quædam contraria sunt, quæ ex alijs cōtrarijs causantur, sicut dulce, & amarū causantur ex humido & sicco, & calido & frigido. sic autē nō est procedere in infinitum, sed est deuenire ad aliqua cōtraria, quę nō causantur ex alijs cōtrarijs, et hęc vocat prima cōtraria.

De ratiōe priorum principiorū, tria. Prima contraria, quę.

His

Prima conditio. Secunda Te.cō. 51. Tertia

Qualiter fiat omnia ex cōtrarijs.

His igitur primis cōtrarijs tres prædictæ cōditiones cōueniunt principiorū. Ex eo ergo q̄ prima sunt, manifestū est, q̄ non sunt ex alijs: ex eo vero q̄ cōtraria sunt, manifestum est q̄ non sunt ex alterutris, quāuis. n. frigidū fiat ex calido, inquantū id, quod prius est calidū sit frigidū: tū ipsa frigiditas nunquā fit ex caliditate, vt postea dicetur. Tertiū vero, qualiter omnia fiāt ex cōtrarijs, oportet diligentius inuestigare. Ad hoc igitur ostēdendū præmittit primo, q̄ neq; actio, neq; passio potest accidere inter [cōtingentia]. i. inter ea, quę cōtingunt simul esse. uel inter [cōtingentia]. i. inter quæcunq; īdeterminata. Neq; quodlibet fit ex quolibet, sicut Anaxag. dixit, nisi forte secundū accidens. et hoc manifestatur primo in simplicibus. albū. n. nō fit ex musico, nisi fm accidēs forte, inquantū musico accidit albū, vel nigrū: sed albū fit per se ex nō albo, quod est nigrū, vel medius color. et similiter musicus ex nō musico. & nō ex quocunq; nō musico, sed ex opposito, quod dicitur immusicū, i. quod est natū habere musicā, et non habet: vel ex quocunq; medio inter ea. Et eadē ratione non corrūpitur aliquid primo et per se in quodcunq; contingēs, sicut albū nō corrumpitur in musicum, nisi per accidēs, sed per se corrūpitur in non albū: & non in quodcunq; non album, sed in nigrū, aut in medium colorē. & idem dicit de corruptione musici, & de alijs similibus. Et huius ratio est, quia omne, quod fit, & corrūpitur, non est antequā fiat, nec est postquā corrūpitur: vnde oportet q̄ id, quod q̄ se aliquid fit, & in quod per se aliquid corrumpitur, tale sit, quod in sua ratione includat nō esse eius, quod fit, vel corrūpitur. & similiter manifestat hoc in compositis. & dicit, q̄ similiter se habet in cōpositis, sicut in simplicibus, sed magis latet in cōpositis: quia opposita cōpositorum nō sunt nominata, sicut oppositū albi. vnde, si reducantur ad aliqua nominata, erit manifestū. Nam omne cōpositum cōsistit in aliqua cōsonantia. cōsonans autem fit ex incōsonanti: & incōsonans ex consonanti. et similiter cōsonans corrumpitur in inconsonantiā, non in quamcunq;, sed in oppositā. Incōsonantia autē potest dici, vel fm ordinē tantum, vel fm cōpositionem. Aliquod. n. totum cōsistit in cōsonantia ordinis, sicut exercitus: aliquod vero in cōsonantia cōpositionis, sicut domus. & eadem ratio est de vtroq;. Et manifestū est, q̄ omnia composita fiunt similiter ex incōpositis, sicut domus fit ex incōpositis, & figuratum ex infiguratis: & in omnibus his nihil attenditur nisi ordo, & cōpositio. Sic igitur quasi per inductionē manifestū est, q̄ omnia, quæ fiūt vel corrumpuntur, fiunt ex cōtrarijs, uel medijs: vel corrūpuntur in ea. media autē fiunt ex contrarijs, sicut colores medij ex albo & nigro. Vnde concludit, q̄ oīa, quæ fiunt fm naturā, vel ipsa sunt contraria, sicut albū & nigrū: vel fiūt ex cōtrarijs, sicut media. Et hoc est principale intentū, quod intēdit concludere, s. q̄ omnia fiāt ex cōtrarijs: quod erat tertia conditio principiorum. Tertio ibi.

Ale. & Simplicius recte [in quibus] hoc addiecit Aristoteo quidem q̄ non habet cōtrariū. aut cōtraria nō recipit ingenitū est, & corruptioni nō subijcitur. hoc n. medio l. cęli, ingenituram cęli probat Aristl.

ARGV. *Plurimi igitur, et cæterorū hucusq; profectī penè cōsentiunt, quēadmodū diximus antea. Nam omnes elemēta et ea, quæ ab ipsis principia nūcupātur (quāquā sine ratione) tamen contraria ponunt, quasi ab ipsa ueritate compulsi.*

Te.cō. 48.

Vsq; quidē igitur hoc ferē secuti sunt, & alio rum plurimi, quemadmodum diximus prius. omnes enim elementa, & ab ipsis vocata principia, & vere sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipsa veritate coacti.

Ostendit hic Philosophus, quomodo se habuerūt philosophi in ponēdo principia esse cōtraria. Et primo quomodo se habuerūt quātum ad motiuū positionis, secūdo quomodo se habuerūt quantum ad ipsam positionē, ibi [Differunt autē adinuicem.] Dicit ergo primo, q̄ sicut supra dictum est, multi philosophorū secuti sunt veritatem, vsq; ad hoc, q̄ ponerēt principia esse cōtraria. quod quidē licet bene ponerēt, non tū quasi ab aliqua ratione moti hoc ponebāt, sed sicut ab ipsa veritate coacti. Verū. n. est bonū intellectus, ad quod naturaliter ordinat̄, vnde, sicut res cognitiōe carentes mouētur ad suos fines absq; ratione, ita interdum intellectus hominis quadā naturali inclinatiōe tēdit in veritatem, licet rationē veritatis non percipiat. Secundo ibi.

Secūda pars 48. te.

Aliqua demōstratiua in causa [in 2. Simplic.]

Differunt tamen, quia quidā priora, quidā posteriora. & alij ratione, alij sensu notiora accipiūt: quidam. n. calidum frigidumq;, quidā humidum atq; siccum: alij par & impar. nōnulli concordiam discordiāue causas generationis esse dixerūt. hæc autem inter sese dicto differūt modo. ARGV.

Differunt autem abinuicem, in eo quod alij quidem priora, alij posteriora accipiunt. et quod hi quidem notiora fm rationem, illi autem fm sensum. Hi quidem enim calidum & frigidum, illi autem humidum & siccum: alij autem impa rem & parem. quidam autem concordiam & discordiam causam ponunt generationis. hæc autem abinuicem differunt fm dictum modum.

Ostendit quomodo prædicti Philosophi se habebant in prædicta positiōe, et circa hoc duo facit. Primo ostēdit quomodo differebāt in ponendo principia esse cōtraria. Secundo quomodo simul differebāt, & cōueniebant. ibi. [Quare est eadē dicere.] Dicit ergo primo, q̄ Philosophi, ponentes principia esse cōtraria, dupliciter differebāt. primo quidē, quia aliqui eorum, rationaliter ponentes, accipiebāt pro principijs priora cōtraria: alij vero minus prouide cōsyderantes accipiebāt posteriora cōtraria vt principia. Et eorū, qui accipiebāt priora cōtraria, quidam attendebant ad ea, quæ erāt notiora fm rationē: quidam vero ad ea, quæ sunt notiora fm sensum. Vel potest dici, q̄ per hāc secundā differentiam assignatur ratio primæ differētiæ. nā ea, quæ sunt notiora fm rationē, sunt priora simpliciter: quæ vero sunt priora fm sensum sunt posteriora simpliciter, et priora quō ad nos. manifestū est autē, q̄ oportet principia esse prima. Vnde illi, qui iudicabant prius secundū id, quod est notius rationi, ponebāt principia contraria, & priora simpliciter. qui vero iudicabāt prius secūdū id, quod est notius sensui, ponebant principia posteriora simpliciter. Vnde quidā ponebāt prima principia calidū & frigidū: alij vero humidū & siccum. & vtraq; sunt fm sensum notiora. Tū calidum et frigidū, quæ sunt actiuę qualitates, sunt priora humido & sicco, quæ sunt qualitates passiuæ: quia actiuū naturaliter est prius passiuo. Alij vero posuerūt principia notiora secūdum rationem. quorum aliqui posuerūt principia parē & imparem, s. Pythagorici existimantes substātiam omnium esse numeros, & q̄ omnia cōponuntur ex pari & impari, sicut ex forma & materia. nā pari attribuebāt infinitatem et alteritatem propter eius diuisibilitatē, impari vero tribuebant finitatem, & idētitatem propter suam indiuisionem. Quidam vero posuerunt causas generationis et corruptionis concordiam & discordiam, s. sequaces Empedoclis, quę sunt etiam secundum rationem notiora. vnde patet, q̄ in istis positionibus apparet prædicta diuersitas. Secūdo ibi.

Te.cō. 49.

Qualitates actiuæ sunt priores passiuis.

ARGV. *Quare eadem quodāmodo, diuersa quoq; dicunt. diuersa quidem, sicut & plurimis uidetur: eadem autem, similitudine rationis: ex eadem nanq; serie sumunt. contrariorum. n. alia continent, alia continentur. Hoc igitur pacto eodem modo diuersoq;, & deterius, ac melius dicunt. Et quidem ratione, quidam sensu notiora sumunt, ut antea diximus. Etenim uniuersale quidem notius est ratione. singulare autem sensu. Ratio nanq; ipsius est uniuersalis, sensus uero particularis. Veluti magnum quidem et parum ratione: rarum autem & densum sensu sunt notiora. Patet igitur oportere contraria principia rerum esse.*

Quare est eadem dicere quodāmodo, et altera abinuicem, altera quidem quēadmodum videbitur pluribus: eadē vero fm analogiam, accipiūt

Te.cō. 49 ἀναλογία proportio.

enim ex eadē coordinatione. Hęc quidem.n.cōtinent, alia autem continentur cōtrariorum. Sic igit̄ similiter dicūt: & aliter: & peius, & melius. Et hi quidē notiora ſm rationē, ſicut dictum eſt prius: illi autē ſm ſenſum. Vniuerſale quidē.n. ſm rationē notum eſt, ſingulare aūt ſm ſenſum: ratio quidē.n. vniuerſalis eſt, ſenſus autē particularis, vt magnū et paruum ſm rationē eſt: rarum autem & dēſum ſm ſenſum. Quōd quidē igitur cōtraria oportet eſſe principia, manifeſtum eſt.

Te.c.50.

Oſtendit quomodo in differentia prædictarū opinionū eſt etiam quædā conuenientia, concludens ex prædictis, q̄ quodāmodo Antiqui philoſophi dixerunt eadē principia, & quodāmodo altera. altera quidē ſm q̄ diuerſi diuerſa cōtraria aſſumpſerūt, ſicut dictū eſt: eadē vero ſm analogiā, i. proportionem: quia principia accepta ab omnibus habēt eandem proportionē. Et hoc tripliciter. Primo quidē, quia

Te.c.6. Triplex ſimilitudo in principijs primis.

quęcunq; principia accipiuntur ab eis ſe habent adinuicē, vt cōtraria, & hoc eſt q̄ dicit, q̄ omnes accipiunt principia ex eadē coordinatione, ſ. contrariorum. omnes.n. accipiunt cōtraria pro principijs, ſed tñ diuerſa. Nec eſt mirū, ſi ex coordinatione contrariorū diuerſa accipiātur principia, quia inter contraria quædā ſunt cōtinentia, vt priora & cōiora: & quædā contenta, vt poſteriora et minus cōia. Iſte eſt igitur vnus modus, quo ſimiliter dicūt, inquantum omnes accipiunt principia ex ordine cōtrariorum. Alius modus in quo cōueniunt ſm analogiā eſt, q̄ quæcūq; principia accipiuntur ab eis vnū eorum ſe habet vt melius, et aliud vt peius, ſicut cōcordia, vel plenum, vel calidū, vt melius: diſcordia vero, vel vacuū, vel frigidū vt peius. & ſic eſt cōſyderare in aliis. Et hoc ideo eſt, quia ſemper alterū cōtrariorū habet priuationē admiſtam. Principiū.n. cōtrarietatis eſt oppoſitio priuationis & habitus, vt dicit̄ in. 10. Meta. Tertio modo cōueniunt ſm analogiam in hoc, q̄ omnes accipiūt principia notiora: ſed quædā notiora ſm rationē, quædam vero ſm ſenſum. Cū.n. ratio ſit vniuerſalis, ſenſus vero particularis, vniuerſaliora ſunt notiora ſm rationē, vt magnū & paruum: ſingularia vero ſm ſenſum, vt rarum et dēſum quæ ſunt minus cōia. Et ſic vltimo, quaſi epilogādo cōcludit quod principaliter intēdit, ſ. q̄ principia ſunt cōtraria.

Lec.7. Te.c.6.13.

LECTIO XII.

Non ſuffiecit prima principia duo contraria eſſe, ſed tertiam naturam dari oportet: nec plura tribus principia ſunt.

ARGV. *Deinceps uero conſyderandum eſt, utrum duo, an tria, an plura principia ſint.*

COnſequens autem vtiq; erit dicere, vtrum duo aut tria, aut plura ſint.

Poſtquam inquiſiuit Philoſophus de cōtrarietate principiorum, hic incipit inquirere de numero eorum. & circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem, Secundo excludit quæ non cadunt ſub quæſtione. ibi. [Vnum quidem.] Tertio proſequitur quæſtionē. ibi. [Quoniā autē finita.] Dicit ergo primo, q̄ poſt inquiſitionē de cōtrarietate principiorum, cōſequens eſt inquirere de numero eorum, utrū, ſcilicet ſint duo, aut tria, aut plura. Secundo ibi.

Te.c.54.

ARGV. *Vnum enim principium eſſe non poteſt, quia non ſunt ipſa contraria unum.*

Vnum quidem enim impoſsibile eſt, quoniā non vnum contraria.

Excludit ea quæ non cadūt ſub quæſtione. Et primo q̄ nō ſit tantū vnum principiū. Secūdo q̄ nō ſint infinita. ibi [Infinita aūt non.] Dicit ergo primo, q̄ impoſsibile eſt eſſe vnū principium tantū. Oſtenſum eſt. n. q̄ principia ſunt cōtraria: ſed cōtraria nō ſunt vnū tm̄, quia nihil eſt ſibi ipſi cōtrarium: ergo principia nō ſunt vnum tantū. Secundo ibi.

Immediate inferius.

ARGV. *Nec etiam infinita: quia id, quod eſt, ſub ſcientiam ſanè non cadet.*

E Infinita autē nō: qm̄ neq; ſcibile quod eſt erit.

Oſtēdit q̄ nō ſunt infinita principia, quatuor rationib⁹. Quarū prima talis eſt. Infinitū inquantū huius eſt ignotū: ſi igitur principia ſunt infinita: oportet ea eſſe ignota. Sed ignoratis principijs ignorātur ea, q̄ ſunt ex eis: ergo ſequitur q̄ nihil in mundo poſsit ſciri. Secundā rationem ponit ibi.

ARGV. *Vna quoq; cōtrarietas eſt in omni genere uno. Subſtantia uero genus eſt quoddam unum.*

Et eſt vna contrarietas in omni genere vno. Subſtantia autem vnum quoddam genus eſt.

Quę talis eſt. Principia oportet eſſe prima cōtraria, vt ſupra oſtēſum eſt: prima aūt cōtraria ſunt primi generis, q̄ eſt ſubſtātia. ſubſtātia autem, cū ſit vnum genus, habet vnā primā contrarietatē. prima.n. cōtrarietates cuiuslibet generis eſt primarū differētiarum, per quas diuidit̄ genus. ergo non ſunt infinita principia. Tertiam rationem ponit ibi.

Lec.10. per totum.

F *Et quia generatio ex finitis fieri poteſt. atq; præſtabilius eſt ex finitis, ut opinatur Empedocles quam ex infinitis fieri generationem exiſtimare. Cuncta enim quæ ad generandas res pertinent, ex finitis perinde atq; Anaxagoras ex infinitis reddere putat.*

ARGV.

Et quod cōtingit ex finitis, melius ex finitis, quemadmodū Empedocles, c̄ę ex infinitis. Omnia nanq; ex finitis aſsignare opinatur, quemadmodum Anaxagoras ex infinitis.

Quę talis eſt. Quod poteſt fieri per finita, magis eſt ponēdum per finita fieri: q̄ per infinita: ſed ratio omniū, quæ fiūt ſm naturā, aſsignatur ſm Emped. per principia finita: ſicut per Anaxagoras per principia infinita: ergo non eſt ponendum principia eſſe infinita. Quartam rationem ponit ibi.

G *Præterea alijs alia priora contraria ſunt, & ex alijs alia fiunt, ceu dulce & amarum, & album & nigrum. principia uero manere ſemper oportet. Ex his igitur neque unum neq; infinita principia eſſe conſtat.*

ARGV.

Amplius ſunt alia alijs priora contraria. Et fiunt altera ex alteris, vt dulce & amarum: & album & nigrum. principia autem ſemper oportet manere. Quōd quidem igitur neque vnum, neq; infinita ſunt, manifeſtum eſt ex his.

Te.c8.51.

Quæ talis eſt. Principia ſunt contraria: ſi ergo principia ſunt infinita, oportet omnia cōtraria eſſe principia. Sed nō omnia contraria ſunt principia. quod patet ex duobus. Primo quidē, quia principia oportet eſſe prima cōtraria: non autē omnia cōtraria ſunt prima, cū quædā ſint alijs priora. Secundo, quia principia nō dicūtur eſſe ex alterutris, vt ſupra dictū eſt: contraria autem quædā fiunt ex alterutris, vt dulce & amarū & album & nigrū, nō ergo principia ſunt

Lec.10. Te.c.42.

infinita. Et ſic vltimo cōcludit, q̄ principia nō ſunt vnum tantū, neq; infinita. Conſyderādum eſt autem, q̄ Philoſophus hic diſputatiue procedit ex probabilibus. vnde aſſumit ea, quæ videntur pluribus: quę nō poſſunt eſſe falſa ſm totum, ſed ſunt ſm partem vera. Verum eſt igitur quodam modo, q̄ cōtraria fiunt ex inuicem, vt ſupra dictum eſt, ſi ſumatur ſubiectum cōtrarijs: quia id, quod eſt album, poſtea fit nigrum: ſed tamen ipſa albedo non conuertitur in nigredinem. Sed quidam Antiquorum ponebant q̄ nec etiā coaſſumendo ſubiectum, prima contraria fiunt ex inuicem. Vnde Empedocles negabat elementa fieri ex inuicem. Et ideo Ariſto. hic ſignanter nō dicit calidum fieri ex frigido, ſed dulce ex amaro, & album ex nigro. Deinde cum dicit.

H Notabile.

Te.c8.42.

Cum autem ſint ſimita non facere duo ſolum, rationem aliquam habet. Dubitauerit enim non incongrue quiſpiā: quonam pacto denſitas apta eſt facere raritatem: aut raritas denſitatem, & alia quæuis contrarietas ſimili modo. Non enim concordia diſcordiam: neq; econtra diſcordia

ARGV.

concordiam congregat, & aliquid facit ex ipſa: ſed aliud quid tertium ambæ. Atqui ſunt qui plura etiam ſumunt, ex quibus eorum, quæ ſunt, naturam conficiunt.

A

Quoniam autem finita, facere duo tātum, vel non facere duo tantū habet quādam rationem. Deficiet.n. aliquis, qualiter denſitas raritatem facere aliquid apta nata ſit, aut hæc dēſitatem. ſimiliter autē & alia quæcunq; contrarietas. Non.n. cōcordia diſcordiā inducit, & facit aliquid ex ipſa; neq; diſcordia ex illa: ſed vtraq; alterum quid dam tertium. Quidam autem & plura recipiunt ex quibus parant eorum quæ ſunt naturam.

Proſequitur illud, quod erat in queſtione, ſ. in quo numero ſint principia. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit q̄ nō ſunt duo tantū principia, ſed tria. Secūdo oſtēdit, q̄ nō ſunt plura. ibi [Plura autē tribus.] Circa primum duo facit. Primo oſtēdit per rationes non eſſe tantum duo principia, ſed oportet addi tertiū. Secundo oſtēdit, q̄ in hoc etiā Antiqui philoſophi cōuenerūt. ibi [Vnde & aliquis priorē.] Circa primū ponit tres rationes. Dicit ergo primo, q̄ cū oſtēſum ſit q̄ principia ſunt cōtraria: & ita nō poſſunt eſſe tantum vnum principiū, ſed duo ad minus: nec iterum ſint infinita principia, reſtat cōſyderādum, vtrū ſint duo tantū, vel plura duobus. Quantū.n. ad hoc quod ſupra oſtēſum eſt, q̄ cōtraria ſunt principia, videtur q̄ ſint duo tantum principia: quia cōtrarietas eſt inter duo extrema. [Sed in hoc deficiet aliquis], i. dubitabit. Oportet.n. q̄ ex principijs fiāt alia, ut ſupra dictū eſt. ſi autem ſint tantū duo contraria principia, non videtur quomodo ex illis duobus poſſint omnia fieri. Non.n. poteſt dici, q̄ vnum eorū faciat aliquid ex reliquo. non. n. dēſitas nata eſt cōuertere ipſam raritatē in aliquid: neq; raritas denſitatē. & ſimiliter eſt de qualibet alia cōtrarietate. non.n. cōcordia mouet diſcordia, & facit aliquid ex ipſa, neq; ecōuerſo: ſed vtrunq; contrariorum trāſmutat aliquod tertiū, quod eſt ſubiectū vtriuſq;. Calidum.n. non facit eſſe calidā ipſam frigiditatē, ſed ſubiectum frigiditatis: nec ecōtra. Videtur ergo q̄ oporteat poni aliquod tertium, quod ſit ſubiectū contrariorum ad hoc, q̄ ex cōtrarijs alia poſsint fieri. Nec refert quantū ad præſens pertinet, vtrum illud ſubiectū ſit vnum, vel plura. quidā.n. poſuerunt plura principia materialia, ex quibus præparant naturam entium. non enim dicebāt eſſe naturam rerum materiam, vt infra in Secundo dicetur. Secundam rationem ponit ibi.

Lec.1. Prima. Lec.2.

Secūda parte 36.1c.

Te.c6.53.

Ter.c.19.

ARGV. *Inſuper & id quiſpiam dubitauerit, niſi quiſpiam aliā quandam contrarijs naturam ſubiecerit. Nullius enim eorum, quæ ſunt, ſubſtātiam contrariam eſſe uidemus: principium autem de nullo ſubiecto dicatur, oportet, alioquin principij principium erit. Subiectum enim principium & prius prædicato eſſe uidetur.*

Te.c.52.

Adhuc autē amplius, et de hoc aliquis dubitabit, niſi aliquis alterā ſuppoſuerit cōtrarijs naturā. Nullius.n. videmus eorū, quę ſunt, ſubſtantia cōtraria. Principiū autē non de ſubiecto oportet dici aliquo: erit.n. principiū principij. Subiectū enim principiū: & prius videtur eſſe prędicato.

D

Secunda.

Et dicit, q̄ niſi cōtrarijs, quæ ponūtur eſſe principia, ſupponatur aliquid aliud, ſurget maior dubitatio, c̄ę præmiſſa. Primum.n. principiū nō poteſt eſſe accidēs aliquod de ſubiecto dictū. cum.n. ſubiectū ſit principium accidētis, quod de eo prædicat̄, & ſit eo prius naturaliter, ſequeret̄, ſi primū principium eſſet accidēs, & de ſubiecto prædicarū, q̄ principij eſſet principiū, & q̄ primo eſſet aliquid prius. Sed, ſi ponamus ſola cōtraria eſſe principia, oportet principiū eſſe aliquod accidēs de ſubiecto dictū: quia nullius rei ſubſtātia eſt cōtraria alteri, ſed ſolū cōtrarietas eſt inter accidētia. Relinquitur igit̄ q̄ nō poſſunt ſola cōtraria eſſe principia.

Conſyderandum autem q̄ in hac ratione vtitur prædicato pro accidēte, quia prædicatum deſignat formam ſubiecti. Antiqui aūt credebāt omnes formas eſſe accidētia. Hic aūt procedit diſputatiue ex propoſitionib⁹ probabilibus, quæ erāt apud Antiquos famoſæ. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGV. *Præterea ſubſtantiam non eſſe contrariam ſubſtantiæ dicimus. Quōnam igitur pacto ſubſtantia ex non ſubſtantijs? aut non ſubſtantia ſubſtantia prius erit?*

Amplius non eſſe dicimus ſubſtantiam contrariam ſubſtantiæ. Qualiter igitur ex non ſubſtantijs ſubſtātia vtiq; erit? Aut quomodo prius non ſubſtantia ſubſtantia erit?

Quæ talis eſt. Omne, quod nō eſt principiū, oportet eſſe ex principijs: ſi igitur ſola cōtraria ſint principia, ſequetur, cum ſubſtantia nō ſit cōtraria ſubſtantiæ, q̄ ſubſtātia ſit ex nō ſubſtantijs. & ſic, quod nō eſt ſubſtantia ſit prius q̄ ſubſtātia: quia quod eſt ex aliquibus eſt poſterius eis, hoc autē eſt impoſsibile. Nam primū genus entis eſt ſubſtātia, quæ eſt ens per ſe. Nō igitur poteſt eſſe q̄ ſola cōtraria ſint principia: ſed oportet & tertium poni. Deinde cum dicit.

Te.c.53.

ARGV. *Quamobrem neceſſe eſt eum, qui priorem atq; hāc rationem ueram eſſe exiſtimauerit, ſi ambas ſeruare uoluerit, tertium aliquod contrarijs ipſis ſubijcere. Quemadmodum dicunt hi, qui ſolam unam quādam naturam uniuerſum aſſerunt eſſe: ut aquam, aut ignem, aut medium, quod inter hæc collocarunt. atq; uidetur ipſum medium magis. nam ignis, terra, aer, & aqua, cum contrarietatibus ſunt annexa. Iccirco non ſine ratione agunt, qui ſubiectum ipſum aliud ab his faciunt. Cæterorum autem quidam aerē ponunt. aer enim minime reſpectu cæterorum differentias ſenſibiles habet, atq; hunc ſequitur aqua.*

Vnde ſi aliquis priorem verā putabit eſſe rationem, & hanc, neceſſarium eſt, ſi debet ſaluare vtraſq; rationes, ſubeſſe quoddam tertium. Quē admodum dicunt vnam quandā naturam dicentes omne: aut aquam, aut ignem, aut mediū horum. Videtur autem medium magis. Ignis.n. & terra, & aer, & aqua cum contrarietatibus cōplexa ſunt. Vnde non irrationabiliter faciūt ſubiectum alterum ab his faciētes. Aliorum autem quidam aerem. aer.n. minime habet aliorum differentias ſenſibiles. Conſequenter autem aqua.

C

Te.c.54.

Oſtendit quomodo ad hoc etiā cōcordat poſitio Philoſophorum. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat, quomodo ponebāt vnum materiale principiū. Secūdo quomodo ponebant etiā cū vno materiali principio, præter hæc duo principia cōtraria, ibi [Sed omnes vnū hoc.] Conſyderādum eſt autē circa primū, q̄ Philoſophus in præcedētibus more diſputantiū viſus eſt opponere ad vtrāq; partē oppoſitam. Nam primo probauit, q̄ principia ſunt cōtraria: & nūc induxit rationes ad probandū, q̄ cōtraria nō ſufficiūt ad hoc, q̄ ex eis res generētur. Et, quia rationes diſputatiuę verū concludit tantū ſm aliquid, ſed nō ſm totū, ex vtriſq; rationibus veritatē concludit. & dicit q̄, ſi aliquis putet veram priorem rationē, quæ probabat principia eſſe contraria: & hāc immediate poſitā, quæ probabat cōtraria principia nō poſſe ſufficere ad ſaluandū vtranq;, eſt neceſſe dicere, q̄ quoddā tertium ſubſit cōtrarijs, ſicut dixerūt ponētes totū Vniuerſum eſſe naturā quandam vnam: intelligentes per naturā, materiam, ſicut aquā, aut ignem, aut aērem, aut medium horū, ut vaporem, aut aliud huiuſmodi. Et magis videtur de medio. Hoc.n. tertiū accipitur vt ſubiectū contrarijs: & quodāmodo vt diſtinctū ab eis. Vnde illud, quod minus habet de cōtrarietate, cōuenientius ponitur tertium principium præter cōtraria. Ignis.n. & terra, et aer, & aqua

Ter.c.17. Notandum. Lec.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habent contrarietatē annexā, ſ. calidi & humidi, & frigidi & ſicci. Vnde nō irrationabiliter faciūt ſubiectū aliquid alterū ab his, in quo minus eſt excellētia cōtrariorū. Poſt hos autē melius dixerūt, qui poſuerunt aerē principiū: quia in aere inueniūtur qualitates contrarię minus ſenſibiles. Poſt hos qui poſuerunt aquā. Qui vero poſuerunt ignē peſſime dixerūt quantū ad hoc, quia ignis habet qualitatē contrariam maxime ſenſibilē, et magis actiuā: quia in ipſo eſt excellētia calidi. Quāuis, ſi cōparentē elementa ſm ſubtilitatē, melius videātur dixiſſe, q poſuerūt ignē principiū: vt alibi dī. Quod. n. eſt ſubtilius videt eſſe ſimplici⁹ & prius. Vnde terrā nullus poſuit principiū, ꝓpter ſui groſſitiē. Secūdo ibi

ARGY. Vti prǽmonuimus, vt ſolā terrā intelligas, nā & ea Empe. inter elementa primum principium poſuit.

Verum enim omnes hoc unum in figuras cōtrarias uertunt, denſitate inquā raritate q;, et intenſione remiſſioneue. quæ quidē exceſſus ommno, defectus q; ſunt, ut antea diximus. Hæc etiā opinio uetus quædā eſſe uidetur. Vnum inquam, & exceſſum atq; defectum principia rerum eſſe. Attamen non eodem modo. Sed Priſci duo quidem agere: unum autem pati dicebant. At Poſteriorum quidam è cōtra. unum quidem agere, duo uero pati potius aſſerunt. Tria igitur elementa rerum eſſe putare ex his, et iſtiuſmodi alijs animaduerſis, uidebitur aliquem rationem habere, ſicut antea diximus.

Te.cō.55. Sed omnes vnum hoc contrarijs figurant, vt denſitate & raritate: et eo quod maius et minus. hæc autem omnino ſunt excellentia videlicet, & defectus, licut dictum eſt prius. Et videtur antiqua eſſe opinio, ꝙ vnum, & ſuperabundantia, et defectus principia rerum ſint: ſed non eodē modo. ſed Antiqui duo quidem facere: vnum autē pati. Poſteriorum autē quidam cōtrarium: vnū quidem facere, duo vero pati magis dicūt. Tria quidem igitur dicere elementa eſſe, & ex his, & ex huiuſmodi alijs intendētibus, videbitur vtiq; habere quandam rationem, ſicut diximus.

Oſtēdit quomodo cū vno materiali principio poſuerūt principia cōtraria. et dicit ꝙ omnes ponentes vnū materiale principiū dicebant illud figurari vel formari contrarijs quibuſdā, vt raritate & dēſitate, quæ reducūtur ad magnū & paruū, & excellentiam & defectū. Et ſic, hoc, quod Plato poſuit ꝙ vnū, & magnum & paruū ſint principia rerum, fuit etiam opinio Antiquorū Naturalium, ſed differenter. Nā antiqui cōſyderātes ꝙ vna materia variat per diuerſas formas poſuerunt duo ex parte formæ, quæ eſt principium agendi: et vnū ex parte materiæ, quę eſt principiū patiēdi. Sed Platonici, cōſyderantes quomodo in vna ſpecie diſtinguuntur multa individua ſm diuiſionē materiæ, poſuerūt vnū ex parte formæ, quæ eſt principiū actiuum: & duo ex parte materiæ, quæ eſt principiū paſſiuū. Et ſic concludit principale intētum, ꝙ præmiſſa & ſimilia cōſyderantibus rationabile videbit ꝙ ſint tria naturæ principia. Et hoc dicit deſignans ex probabilibus proceſiſſe. Deinde eū dicit.

ARGY. *Sed tribus ponere plura nullā. Ad patiendum. n. ſufficies eſt unū ipſum. Si uero quatuor cōtrarijs ſimplicis, duæ cōtrarietates ponātur: utriſq; ſeorſum alia quædā natura media ſubijciatur oportet. Quod, ſi ex ſeſe mutuò genera ue poſſunt, ſuperuacanea nimirum altera cōtrarietas erit.*

Plura autem tribus non amplius. ad patiendū quidem enim ſufficiens eſt vnum. Si autem quatuor exiſtentibus duæ erunt cōtrarietates: oportebit ſeorſum vtriſq; eſſe alteram quandam naturam. Si autem ex ſe inuicem poterint generare, ociosa vtiq; altera contrarietatum erit.

Te.cō.56.

Oſtendit quomodo nō ſunt plura principia tribus, duabus rationib⁹. Quarū prima talis eſt. Quod poteſt fieri per pauciora, ſuperfluū eſt ſi fiat per plura: ſed tota generatio rerum poteſt cōpleri ponendo vnū principium materiale, et duo formalia: quia ad patiedū ſufficit vnū materiale principium. Sed, ſi eſſent quatuor principia cōtraria, & duę primæ cōtrarietates, oporteret ꝙ vtraq; contrarietas haberet aliud & aliud ſubiectū: quia vnū ſubiectum videtur eſſe primo unius cōtrarietatis. Et ſic, ſi duobus cōtrarijs poſitis, et vno ſubiecto poſſunt res fieri adinuicē, ſuperfluum videtur, ꝙ ponatur alia contrarietas. Non igitur ponenda ſunt plura, q̄ tria principia. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Et inſuper fieri nequit, ut primæ cōtrarietates ſint plures. Subſtantia nanq; unum quoddam eſt genus eius quod eſt, ut patet. Quare non genere, ſed antecedendo ſequendo ue duntaxat inter ſeſe principia differrent. Semper enim una eſt contrarietas in genere uno: atq; omnes contrarietates ad unam reduci uidentur. Patet igitur, neq; unum elemētum, neq; plura duobus, uel tribus eſſe. horum autem utrum ſit aſſerendū, magnam dubitationē nimirū habet.*

Simul autē & impoſſibile eſt plures eſſe contrarietates primas. Subſtantia. n. vnum quoddā genus eſt entis. Quare in eo quod prius, et poſterius ſunt differunt abinuicē principia tantū: ſed non genere. * Semper. n. in uno genere cōtrarietas eſt vna. omnes. n. cōtrarietates reduci videntur in vnā. Quod quidē igitur neq; vnū ſit elementum, neq; plura duobus, vel tribus manifeſtum eſt. horum autē, vtrum ſit verum, quemad modum diximus, dubitationem habet multam.

* Semper. q. in vno genere eſt vna cōtrarietas idē ſupra. ite. cō. 50. & in. Meta. Tex. cō. 15. Te. cō. 57.

Quæ talis eſt. Si plura ſunt principia q̄ tria oportet eſſe plures primas contrarietates: ſed hoc eſt impoſſibile, quia prima contrarietas videt eſſe primi generis, quod eſt vnū, ſ. ſubſtātia. vnde omnia cōtraria, quę ſunt in genere ſubſtātiæ nō differunt genere, ſed ſe habēt, licut prius, & poſteri⁹: quia in vno genere eſt tantū vna cōtrarietas, ſ. prima: eo ꝙ omnes aliæ cōtrarietates videtur reduci ad vnā primam. Sunt autē aliquæ primæ differētiæ cōtrarię, quibus diuidi tur genus, ergo videtur ꝙ non ſint plura principia, q̄ tria. Conſyderandū eſt autē, ꝙ vtrunq; probabiliter dictū eſt, ſ. & ꝙ in ſubſtantijs non ſit contrarietas: & ꝙ in ſubſtātijs ſit vna cōtrarietas prima. Si. n. accipiatur ipſum, quod eſt ſubſtantia, nihil eſt ei contrarium: ſi vero accipiantur formales differentiæ in genere ſubſtantiæ, contrarietas in eis inuenitur. Vltimo autem quaſi epilogando concludit, ꝙ neq; ſit vnum tantū principium, neq; plura duobus vel trib⁹. Sed vtrum horum ſit verum, habet multam dubitationem, ſicut ex præmiſsis patet, ſ. vtrum ſint duo tantum, vel tria.

Notabile. Quomodo in ſubſtātijs, ratione differētiarū contrarietas ſit.

LECTIO XIIII.

In omni generatione, tam naturali q̄ artificiali tria repetiuntur, ſubiectum, terminus, & oppoſitum, quę principiorum rationem habent.

ARRY. *Hoc igitur modo nos dicimus primo de omni generatione ſimpliciter pertractantes. Eſt enim naturæ accommodatum, primum communa dicere, deinde ea, quæ circa unumquodq; ſunt propria contemplari.*

Secundō naturā noſtram [aut Simplicius] ex cōmunibus eſſe incipiēdum, qui prius confuſa q̄ diſtincta cognoſcimus.

Sic igitur nos dicamus primū de oī generatione aggrediētes. eſt. n. ſm naturam cōia prius dicere, & ſic circa vnūquodq; propria ſpeculari.

Poſtquā Philoſophus proceſsit ad mueſtigādum numerum principiorū diſputatiue, hic incipit determinare veritatem. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat veritatem, In ſecūda ex veritate determinata excludit dubitationes & errores Antiquorū. ibi [Quod aūt ſingulariter.] Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit ꝙ in quolibet fieri naturali tria inueniuntur, In ſecūda ex hoc oſtēdit tria eſſe

Secūda parte 71. tex. Te. cō. 65.

eſſe principia. ibi [Manifeſtū eſt igitur ꝙ ſiquidē ſunt eau-ſæ.] Circa primū duo facit. Primo dicit de quo eſt intētio, Secundo proſequitur intentū. ibi [Dicimus. n. fieri.] Quia ergo ſupra dixerat, ꝙ multam habet dubitationem vtrum ſint tantū duo naturæ principia, vel tria, cōcludit ꝙ de hoc primo dicendum eſt conſyderantes de generatione, vel factione in communi ad omnes ſpecies mutationis. in qualibet enim mutatione inuenitur quoddam fieri, ſicut quod alteratur de albo in nigrum, de albo ſit non albū, & de non nigro fit nigrū. & ſimiliter eſt in alijs mutationibus. Et rationem ordinis aſsignat, quia neceſſe eſt primo dicere communia, & poſtea ſpeculari ea, quæ propria ſunt circa vnū quodq̄, ſicut in principio libri dictum eſt. Secundo ibi.

Te.cō.58.

ARGY. *Nam quippiam è quopiam: ac aliud ex alio fieri dicimus aut ſimplicia dicentes, aut compoſita. Dico autem hoc pacto. fit enim homo muſicus & non, muſicus muſicus: aut non muſicus homo, muſicus homo. Simplex itaque dico ipſum fiens hominem inquam, & non muſicum: & id etiam quod fit, id eſt muſicum. Compoſitum uero, & id quod ſit, & ipſum fiens: etiam cum non muſicū hominem, muſicum hominem fieri dicimus.*

Te.cō.58. Dicimus enim fieri ex eo aliud, & ex altero alterum, aut ſimplicia dicentes, aut compoſita. Dico autem ſic hoc. eſt enim hoc fieri hominē muſicum, eſt autem non muſicum aliquod, fieri muſicum hominē: aut non muſicum hominē, muſicum. Simpliciter quidem igitur dico, ꝙ fit homo, & non muſicum, & quod ſimpliciter fit muſicum, compoſitum autem, & quod fit, & quod factum eſt, cum non muſicū hominē dicamus fieri, aut muſicum, aut muſicum hominē.

Tex cō. 60. Secūda parte Te. 58.

Profequitur propoſitū. Et circa hoc duo facit. Primo. n. præmittit quædā, quæ neceſſaria ſunt ad propoſitū oſtendendum, Secūdo oſtendit propoſitū ibi [Determinatis autem his.] Circa primū duo facit. Primo præmittit quandā diuiſionem, Secūdo oſtēdit differentiā inter partes diuiſionis. ibi [Horum autē.] Dicit ergo primo ꝙ, cū in quolibet fieri aliud dicatur fieri ex alio, quantū ad fieri ſm eſſe ſubſtāiale: vel alterū ex altero, quantū ad fieri ſm eſſe accidentale, propter hoc, ꝙ omnis mutatio habet duos terminos, dupliciter cōtingit hoc dicere, eo ꝙ termini alicuius factionis, vel mutatiōis poſſunt accipi, vt ſimplices, vel cōpoſiti. Et hoc ſic exponitur. aliqū enim dicimus homo fit muſic⁹, & tūc duo termini factionis ſunt ſimplices: & ſimiliter qū dicimus, ꝙ nō muſicū fit muſicum. ſed, qū dicimus nō muſicus homo fit muſicus homo, tunc vterq; terminorū eſt cōpoſitus. Quia, cum fieri attribuitur homini, vel nō muſico vterq; eſt ſimplex: & ſic id, quod fit. i. cui attribuitur fieri, ſignificatur fieri vt ſimplex. Id vero, in quod terminatur ipſum fieri, quod ſignificatur fieri vt ſimplex, eſt muſicum. ut cū dico, homo fit muſic⁹, vel nō muſicus fit muſicus. ſed tūc vtrunq; ſignificatur fieri vt cōpoſitū, ſ. [Et quod fit], i. id, cui attribuitur fieri [& quod factū eſt], i. id, ad quod terminatur fieri: cū dicimus, nō muſicus homo, fit muſicus. tunc. n. eſt compoſitio ex parte ſubiecti tantum, & ſimplicitas ex parte prædicati. Sed, cū dico, nō muſicus homo fit muſicus homo, tunc eſt compoſitio ex parte vtriuſq;. Secundo ibi.

ARGY. *Horum autem alterum non ſolum hoc aliquid, ſed etiā ex hoc fieri dicitur: ceu è non muſico muſicus. alterum non hoc in omnibus dicitur modo. non enim ex homine muſicus, ſed homo fit muſicus dicitur.*

Horum autem quidē non ſolū dicitur hoc aliquid fieri, ſed etiā ex hoc, vt ex non muſico muſicus. Hoc aūt nō dicit in omnibus, vt ex homine factus ſit muſicus, ſed homo factus ſit muſicus.

Oſtendit duas differentias inter prædicta. quarū prima eſt, ꝙ in quibuſdā præmiſſorum vtimur duplici modo loquendi, ſ. ꝙ hoc fit hoc, & ex hoc fit hoc, dicimus. n. ꝙ non muſicus fit muſicus, & ex nō muſico fit muſicus. Sed nō in omnibus ſic dicitur. non. n. dicitur, ex homine fit muſicum: ſed homo fit muſicus. Secundam differentiam ponit ibi.

ARGY. *At uero eorum, quæ ut ſimplicia fieri dicimus, alterū permanens fit, alterū non permanens. nam homo quidem permanet, cum fit muſicus homo: non muſicū autem & immuſicum, neq; ſimplex, neq; compoſitum permanet.*

Te.cō.59. Eorum autē, quæ fiūt ſicut ſimplicia dicimus fieri, aliquid quidē permanēs fit, aliud vero non permanens. homo quidē permanet muſicus factus, & homo eſt: ſed non muſicū & immuſicū, neq; ſimpliciter, neq; compoſitum permanet.

Et dicit ꝙ, cū duobus ſimplicibus attribuitur fieri, ſ. ſubiecto & oppoſito, alterū iſtorum eſt permanēs, & alterum non permanēs. quia, cum aliquis iā factus eſt muſicus permanet homo, ſed nō permanet oppoſitum: ſiue ſit negatiue oppoſitum, vt non muſicum, ſiue priuatiuæ, aut contrariæ, vt immuſicum. Neq; etiam compoſitum ex ſubiecto & oppoſito permanet: non enim permanet homo non muſicus, poſtquam homo factus eſt muſicus. Et tamen iſtis tribus attribuebatur fieri. dicebatur enim ꝙ homo fit muſicus, & non muſicus fit muſicus, et homo non muſicus fit muſicus: quorum trium ſolum primum manet completa factione, alia vero duo non manent. Deinde cum dicit,

ARGY. *Quæ cū ita ſint, hoc eſt ex omnibus quæ fiūt accipiendum. ſiquis miſcuerit uti diximus, aliquid ſemper ſubijci oportere: ipſum inquā fiens. quod etſi numero unū eſt, non tamen eſt ſpecie unum. atq; pro eodem accipio. ſpecie ratio neq; differre. non eſt. n. eadem hominis et immuſici ratio.*

Te.cō.60. Determinatis igit his, ex omnibus, quę fiunt, hoc eſt accipere, ſi aliquis intenderit, ſicut diximus: quoniam oportet aliquid ſemper ſubijci, quod fit. & hoc, ſi numero eſt vnum, ſed ſpecie non vnum eſt. ſpecie enim dico & ratione idem. non enim idem eſt homini, & immuſico eſſe.

Hic immediate ſequitur. Te.cō.64.

Ex ſuppoſitione præmiſſorum oſtendit propoſitum, ſ. ꝙ in qualibet factione naturali inueniantur tria. Et circa hoc tria facit. Primo enumerat duo, quæ inueniunt in qualibet factione naturali. Secūdo probat, quod ſuppoſuerat. ibi [Et hoc quidē permanet.] Tertio cōcludit propoſitū. ibi [Quare oſtēſum eſt.] Dicit ergo primo ꝙ ſuppoſitis præmiſsis, ſi quis voluerit cōſyderare in omnibus, quæ fiūt ſm naturā, hoc accipiet, ꝙ ſemper oportet ſubijci aliquid, cui attribuit fieri. Et illud, licet ſit vnum numero, vel ſubiecto, tū ſpecie, vel ratione nō eſt idē. cum. n. attribuitur homini ꝙ fiat muſicus: homo quidē eſt vnū ſubiecto, ſed duo ratione. non. n. eſt idem homo ſm rationem, et non muſicus. Tertium autē non ponit, ſcilicet ꝙ in generatione neceſſe eſt aliquid generari: quoniam illud manifeſtum eſt. Secundo ibi.

ARGY. *Atq; alterum permanet. id enim quod non opponitur permanet: homo nanq; permanet, non muſicum autem et immuſicum non permanet: neq; id, quod ex utriſq; compontur, uelut immuſicus homo.*

Et hoc quidem permanet, illud vero non permanet. Non oppoſitum quidem permanet. homo enim permanet: muſicum autem & immuſicum non permanet: neq; ex ambobus compoſitum, vt non muſicus homo.

Probat duo, quæ ſuppoſuerat. Primo ꝙ ſubiectū cui attribuit fieri ſit duo ratione. Secūdo ꝙ oporteat in quolibet

Te.cō.61. fieri suppoñi subiectum ibi [Multipliciter autē.] Primum ostendit dupliciter. Primo quidē per hoc q̄ in subiecto, cui attribuitur fieri, est aliquid, quod p̄manet, & aliqd, quod non permanet. quia id, quod nō est oppositum termino factiōis, permanet. homo, n. permanet, quādo fit musicus, sed non musicū, non permanet: neq; cōpositum, vt homo non musicus. Et ex hoc apparet, q̄ homo, et nō mulicus nō sunt idē ratione, cū vnum permaneat, & aliud non. Secūdo ibi.

ARGV. *At vero quippiā è quopiam, & non hoc fieri in hisce magis dicitur quæ non permanent, ceu ex immusico fieri musicū dicitur, ex homine uero nō dicitur. Verū & in his ce, quæ permanēt, interdum eodem dicitur modo: ex ære nanque ſtatuam, non æs ſtatuam fieri dicimus. in eo tamen quod opponitur, & non permanet, vtroque dicitur modo, & ex hoc fieri hoc, vt ex musico musicus: & hoc fieri hoc, velut immusicus musicus. Iccirco & in compoſito ſimiliter dicitur. ex immuſico nanque homine, atque immuſicus homo, muſicus homo fieri dicitur.*

Te.cō. Ter cō. 61. Sed ex aliquo fieri aliquid, & nō hoc fieri aliquid, magis quidem dicitur in non permanentibus. vt ex immusico musicum fieri, ex homine autem non. At vero & in permanentibus aliquando dicitur similiter. ex ære enim statuam dicimus fieri, non æs statuam. Hoc autem ex opposito, & non permanenti vtroliber dicitur, ex hoc hoc, & hoc hoc. & nanque ex musico & immusicus fit musicus. Vnde & in compositō similiter est. etenim ex immusico homine, & immusicus homo dicitur fieri musicus.

Te.cō. Lec.4 Ostendit idē alio modo, quia in nō permanentibus magis dicitur ex hoc fit hoc, q̄ hoc fit hoc: licet tū et hoc possit dici, sed nō ita proprie. dicimus. n. q̄ ex nō musico fit musicus. Dicimus etiā, q̄ non musicus fit musicus, sed hoc per accidēs, inquātum. subi, cui accidit esse nō musicū fit musicus. Sed in permanētibus non sic dicitur, non. n. dicimus, q̄ ex hoc fit musicus, sed q̄ homo fit musicus. Q̄nq; tū in permanentibus dicimus ex hoc fit hoc, sicut dicimus q̄ ex ære fit statua. sed hoc cōtingit. quia hoc ære intelligimus infiguratū: & ita dicit hoc ratione priuationis intellectæ. Et licet ex hoc fieri hoc dicam⁹ in permanētibus, magis tū vtrūq; cōtingit in nō permanētibus dici, & hoc fit hoc, & ex hoc fit hoc: siue nō permanēs accipiat oppositū, siue compositū ex opposito & subiecto. Ex hoc ergo ipso, q̄ diuerso modo vtimur loquēdi circa subiectū et oppositum, manifestū est, q̄ subiectū & oppositum, vt homō & nō musicus, & si sint idem subiecto, sunt duo tamen ratione. Deinde cum dicit.

ARGV. *Cum autem fieri multis modis dicatur, & quædā non absolute fieri, sed hoc aliquid fieri: quædā ſimpliciter fieri dicantur, quod quidem ſolis ſubſtantijs competit. In cæteris quidem patet aliquid ipſum inquam fiens neceſſario ſubijci. nam & quantū, & quale, & ad aliquid, & quādo, & vbi, ſit aliqua re ſubiecta. Propterea quod ſubſtantia ſola de nullo ſubiecto dicitur alio: cætera autem vniuerſa de ſubſtantia ipſa dicuntur. At ſubſtantiam etiam & quæcūq; alia ſimpliciter ſunt ex ſubiecto fieri aliquo, patefiet ſanè diligenter conſideranti. ſemper enim eſt aliquid, quod ſubijcitur, ex quo generatur id, quod fit: plātæ nanq; & animalia ex ſemine fiunt.*

Te.cō. 61. Multipliciter aūt cū dicat fieri, & horū quidem non simplr fieri, sed hoc aliquid fieri, simpliciter aūt fieri substantiarū solum est, ēm quid aliorū, manifestum, q̄ necesse est subijci aliquid, quod fit. Etenim quantū, & quale, & ad alterū, & qñ, & vbi fiunt in subiecto aliquo, ppter id, quod sola substantia de nullo alio dicit subiecto, sed alia oīa de substantia. Quod aūt & substātiæ, & quæcunque alia simpliciter entia, ex quodam subiecto fiant, consyderanti fiet vtiq; manifestū. semp enim est aliquid, quod subijcitur, ex quo fit, quod fit, vt plantæ, & animalia ex semine.

Ostendit alterū, quod suppoſuerat, ſ. q̄ in omni factione naturali oporteat esse subiectum. & hoc quidem per rationem probare pertinet ad Metaphyſicū. vnde probatur in 7. Meta. sed hic probat tantū per inductionē. & primo ex parte eorum, quæ fiunt. secundo ex parte modorū fiendi. ibi [Fiunt autē quæ fiunt.] Dicit ergo primo q̄, cum fieri dicatur multipliciter, fieri simpliciter est solū fieri substantiarum, sed alia dicūtur fieri ſm quid. Et hoc ideo, quia fieri importat initiū essendi. ad hoc ergo q̄ aliquid fiat simpliciter, requiritur q̄ prius nō fuerit simpliciter: quod accidit in ijs, quæ substantialiter fiunt. quod. n. fit homo nō solum prius non fuit homo, sed simpliciter verum est dicere ipſum non fuiſſe. cum autē homo fit albus, non est verū dicere q̄ prius non fuit, sed q̄ prius non fuerit talis. In ijs igitur, quæ fiunt ſm quid, manifestū est q̄ indigent subiecto, nā quantitas, & qualitas, & alia accidentia, quorū est fieri ſm quid, non possunt esse sine subiecto. Solus. n. substātiæ est nōn inesse subiecto. Sed etiā in substantijs, ſiquis conſiderat, manifestum fit q̄ fiunt ex subiecto: videmus enim q̄ plantæ, & animalia fiunt ex semine. Secundo ibi.

Secūda pars huius tex.

ARGV. *Eorum autem, quæ fiunt ſimpliciter, quædam tranſfiguratione fiunt, vt ſtatua: quædam adiutione, vt ea, quæ incrementa ſuſcipiunt: quædam ablatione, vt è lapide Mercurius: quædam compoſitione, vt domus: quædam alteratione, vt ea quæ vertuntur materia. Atq; patet ex ſubiectis omnia fieri, quæ hoc pacto fiunt.*

Tex.cō.63. Fiunt autem quæ fiunt simpliciter, alia quidē transfiguratione, vt statua: alia appositione, vt quæ augmentantur: alia vero abstractione, vt ex lapide Mercurius: compositione autem, vt domus: alteratione vero, vt quæ conuertuntur secundū materiam. Omnia autem, quæ sic fiunt, manifestum est quoniam ex subiectis fiunt.

Ostendit idē inducēdo per modos fiēdi, & dicit q̄ eorū quæ fiunt, quædam fiunt trāsfiguratione, sicut statua fit ex ære: quædā fiunt ex appositione, vt patet in omnibus augmentatis, sicut fluuius fit ex multis riuis: alia vero fiūt abstractione, sicut ex lapide fit per sculpturā imago Mercurij. Quædā vero fiunt cōpositione, sicut domus: quædam vero fiunt alteratione, sicut ea, quorū materia alteratur, siue fiāt ſm naturā, siue ēm artē: & in omnibus his apparet q̄ fiunt ex aliquo subiecto. Vnde manifestū fit, q̄ omne quod fit, fit ex subiecto. Sed aduertēdum est q̄ artificialia connumerauit inter ea, quæ fiūt simpliciter (q̄uāuis formæ artificiales sint accidentia) quia artificialia quodā modo sunt in genere substantiæ per suam materiam, vel propter opinionē Antiquorum, qui similiter æstimabant naturalia vt artificialia, vt in Secundo dicetur. Deinde cum dicit.

Dignū scitu

Tex.cō.12.

ARGV. *Quare patet ex dictis, omne quod fit ſemper compoſitum eſſe. Atq; eſt quidem aliquid quod fit, eſt autē aliquid quod iſtud fit. & hoc eſt duplex. Eſt enim aut ſubiectum, aut oppoſitum. atque opponi quidem immuſicum, ſubijci autem hominem dico. Et vacuitatem quidem figuræ & informitatem, vel inordinationem oppoſitum: æs autem lapidem aurumq; ſubiectum.*

Quare

Te.cō.64. Quare ostensum ex dictis est, quoniam quod fit, semper compositum est. Et est quidem aliquid quod fit, est autem aliquid, quod hoc fit. & hoc dupliciter. Aut enim subiectum, aut oppositum. dico autem opponi quidem non musicum: subiici autem hominē, & infigurationem, & inordinationē, & informationē oppositū: æs autem & lapidem & aurum dico subiectum.

Lec.2 Concludit propositū, et dicit ostēsum esse ex dictis q̄ id, cui attribuitur fieri semper est cōpositū. Et, cū in qualibet factiōe sit id, ad quod terminatē fieri, & id, cui attribuit fieri quod est duplex, ſ. subiectū & oppositū, manifestū est q̄ in quolibet fieri sunt tria; ſ. subiectū, & terminus factionis, & oppositū eius. Sicut, cū homo fit musicus, oppositū est non musicū: & subiectū est hōmo: & musicus est terminus factionis. Et sīl infiguratio & informitas & inordinatio sunt opposita: sed æs & aurū & lapides sunt subiecta i artificialib⁹.

LECTIO XIII.

Materiam ac formam principia per ſe tam in eſſe quàm in fieri rerum naturalium eſſe: Priuationem vero per accidens principium eſſe inducitur.

ARGV. *Si igitur eorum, quæ natura conſtant, cauſæ, atque principia ſunt, ex quibus primis conſtant, ac facta ſunt, non per accidens, ſed vnumquodq; id, quod per ſubſtantiam dicitur, patet omnia fieri ex ſubiecto ac forma. muſicus enim homo ex homine quodammodo, muſicóue cōponitur. rationes enim in illorū rationes diſſolues. Vniuerſa igitur quæ ſiunt ex hiſce porrò fieri patet.*

Te.cōm.65. MAniſeſtū igitur q̄, ſiquidē ſunt cauſæ & principia eorū, quæ natura ſunt, ex quibus primis ſunt & fiunt, non ſm accidens: ſed vnumquodq; quidem dicitur ſm ſubſtantiam, quod fit ex ſubiecto & forma. cōponitur enim muſicus homo ex homine & muſico quodammodo: reſolues enim rationē in rationes eorū.

Compositum reſoluitur in ſua componentia.

Te.cō.66. Manifestū igitur est q̄ fiant, quæ fiunt, ex his.

Postquam Philosophus ostēdit, q̄ in quolibet fieri naturali tria inueniūtur, hic ex præmissis intēdit ostēdere quot sunt principia naturæ. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit propositū, Secundo recapitulādo ostendit quæ dicta sint, et quæ restāt dicenda. ibi [Primum quidem igitur dictum.] Circa primū duo facit. Primo ostēdit trianaturę principia, Secundo notificat ea. ibi [Subiecta autē naturæ.] Circa primū tria facit. Primo ostēdit veritatē de principijs naturæ, Secūdo ex veritate ostēſa ſoluit præmiſſas de principijs dubitatione. ibi [Vnde est q̄ ſicut duo.] Tertio, quia ab antiquis dictū est q̄ principia sunt cōtraria, ostēdit vtrum sem per requirātur cōtraria, vel non. ibi [Quod quidē igitur.]

Secūda parte Te. 70. Te.cō. 69.

Te.cō. 67

Te.cō. 68.

Circa primū duo facit. Primo ostēdit duo esse principia naturæ per ſe, Secundo ostēdit tertium esse principiū naturæ per accidēs, ibi [Est autē subiectum.] Circa primū vtitur tali ratione. Illa dicūtur esse principia & cauſæ rerū naturalium, ex quibus sunt & fiūt per ſe, & nō ſm accidēs: ſed omne, quod fit, est & fit ex subiecto & forma: ergo subiectū & forma sunt per ſe cauſę et principia omnis eius, quod fit ſm naturā. Quòd autē id, quod fit ſm naturā, fit ex subiecto & forma, probat hoc modo. Ea, in quæ reſoluitur definitio alicuius rei sunt componentia rem illam: quia vnūquodq; reſoluitur in ea, ex quibus componitur. ſed ratio eius, quod fit ſm naturam, reſoluitur in subiectum & formam: nam ratio hominis muſici reſoluitur in rationem hominis, & in rationem muſici. ſiquis enim velit definire hominem muſicum, oportet q̄ aſſignet definitionem hominis & muſici. ergo id, quod fit ſm naturam, est & fit ex subiecto & forma. Et notandum est q̄ hic intēdit inquirere principia non ſolum fiendi, ſed etiam eſſendi: vnde ſignanter dicit.

[Ex quibus primis ſunt & fiunt.] Et dicit. [Ex quibus primis] id est, per ſe & non ſm accidens. Per ſe ergo principia omnia, quæ fiunt ſecūdum naturam, sunt subiectum & forma. Secundo ibi.

ARGV. *Atqui ſubiectum ipſum, numero quidem eſt vnum, ratione autem duo. Homo nanq; & aurū, ac omnino materia numerabile eſt. eſt enim hoc aliquid magis, atque id quod fit: non per accidens eſt & ipſo gignitur. At priuatio ipſum inquam oppoſitum, accidens, forma autem eſt vnum. ut ordo, vel muſica, vel eorum aliquid, quæ ſimili modo dicuntur.*

Priuatio est principiū per accidens.

Eſt autem subiectum numero quidē vnum, ſpecie vero duo. homo quidem enim & aurum, & omnino materia numerabilis est. Hoc enim aliquid magis, & non ſecundum accidēs ex ipſo fit, quod fit. Priuatio autem & contrarietas accidens. Vnum autē ſpecies, vt ordinatio, aut muſica, aut aliorum aliquid ſic prædicantium.

Addit tertium principium per accidens, & dicit q̄ licet subiectum sit vnum numero, tamen specie & ratione duo (vt supra dictum est:) quia homo & aurum, & omnis materia numerum quendā habet. est. n. ibi considerare ipſum subiectum, quod est aliquid positiue. ex quo fit aliquid per ſe, & non per accidens, vt hoc quod est homo & aurū: & est ibi considerare id, quod accidit ei, ſ. contrarietatem & priuationem, vt immuſicum & infigurarum. Tertium autem est ſpecies vel forma, sicut ordinatio est forma domus: vel muſica hominis muſici, vel aliquod aliorum, quæ hoc modo ponuntur. Sic igitur forma & subiectum sunt principia per ſe eius, quod fit ſm naturam: ſed priuatio vel contrarium est principium per accidens, inquantum accidit subiecto, sicut dicimus q̄ ædificator est cauſa actiua domus per ſe, ſed muſicum est cauſa actiua domus per accidens, inquantum accidit ædificatori esse muſicum. Et ſic homo est cauſa per ſe, vt subiectum hominis muſici: ſed non muſicum est cauſa. & principium eius per accidens.

Obiectionis exclusio, quo nā modo priuatio cū subiecto non accidat, ſit principium per accidens.

Poteſt aliquis obijcere q̄ priuatio non accidit subiecto, qñ est ſub forma: & ſic priuatio non est principiū essendi per accidens. Et ideo dicēdum, q̄ materia nunquā est ſine priuatione: quia, qñ habet vnā formam, est cū priuatione alterius formæ: & ideo, dum est in fieri aliquid quod fit, vt homo muſicus, in subiecto, qñ nondū habet formā, est priuatio ipſius muſicæ: & ideo principiū per accidens hominis muſici in fieri est non muſicū: hoc. n. accidit homini dum fit muſicus. Sed, qñ iam aduenit ei hæc forma, adiungitur ei priuatio alterius formæ, & ſic priuatio formæ oppositæ est principium per accidens in eſſendo. Patet ergo ſm intēſionē Arist. q̄ priuatio, quæ ponitur principiū naturæ per accidens, non est aliqua aptitudo ad formā: vel inchoatio formæ, vel aliquod principium imperfectum actiuum (vt quidam dicunt) ſed ipſa carentia formæ, vel contrarium formæ, quod ſubiecto accidit. Deinde cum dicit.

ARGV. *Quapropter ipſa principia, tum duo, tum tria dicenda ſunt, et tum contraria. Veluti ſi quiſpiam dicat muſicum & immuſicum: aut caldum et frigidum, aut conſtructū & inconſtructum. Tum non contraria, fieri. n. non poteſt ut mutuo cōtraria patiantur. Soluitur autem & hoc, quia aliud eſt ipſum ſubiectum. hoc. n. non eſt, ut patet, contrarium. Quæ principia neq; plura cōtrarijs quodammodo ſunt, ſed duo (ut ita dicam) numero. Neq; rurſus penitus duo, quia ipſorum ratio eſt diuerſa, ſed tria: diuerſa. n. eſt hominis ratio, & immuſici, & vacantis figura, & æris.*

Vnde est q̄ ſicut duo dicenda sunt esse principia, est autē ſicut tria. Et est quidem ſicut contraria, vt ſi aliquis dicat muſicum & immuſicū,

Te.cō. 67

aut calidū & frigidum, aut cōsonans et inconsonans: est autem sicut nō, ab alterutris. n. pati contraria impossibile est: soluitur autem propterea, cp aliud est subiectū, hoc enim non est contrariū. Quare neq; plura contrariorum sunt principia quodammodo, sed duo: vt est dicere numero. Neque iterum penitus duo propter id, quod alterum est esse ipsis, sed tria: alterum enim est esse homini, & non musico esse, & infigurato & æri.

Soluit secundū determinatam ueritatē dubitationes omnes præcedētes, & cōcludit ex prædictis cp quodāmodo dicendū est esse duo principia, s. per se: & quodāmodo tria, si coassumatur principium per accidens cū principijs per se. Et quodāmodo sūt principia cōtraria, vt si aliquis accipiat musicum & nō musicum, & calidū & frigidū, & consonās et inconsonās. Et quodāmodo principia non sunt cōtraria, si accipiātur sine subiecto: quia sic cōtraria nō possunt pati abinuicē. nisi hoc soluatur per hoc, quia cōtrarijs supponit aliquod subiectū, ratione cuius adinuicē patiuntur. Et sic concludit cp principia nō sunt plura cōtrariorum, i. contrarijs: hoc est cp cōtraria, sed sunt duo tantū per se. Sed nec totaliter duo, quia vnū eorum secundum esse est alterum, subiectum enim secundū rationem est duo, sicut dictum est, & sic sunt tria principia: quia homo & nō musicus, & gs et infiguratum differunt secundum rationē. Sic igitur patet, cp priores sermones, disputati ad vtranq; partem, fuerunt secundum aliquid veri, sed non totaliter. Deinde cum dicit,

ARGV. *Quot igitur principia sunt naturalium rerum, quibus generatio competit, & quonammodo sunt tot, satis iam explicauimus. Atq; patet aliquid ipsis contrarijs subijci oportere, & contraria duo esse, modo autem quodam alio non necessarium esse. Erit enim sufficiens cōtrariorum alterum ad faciendū absentia præsentiaq; sui mutationem.*

Tex. 68. Quot quidem igitur principia circa generationem Physicorum, & quō tot sint, dictū est. Et ostensum est, qm̄ oportet subijci aliquid contrarijs, & cōtraria duo esse, sed quodā non alio mō necessariū. Sufficiens. n. erit alterum contrariorum facere absentia & præsentia mutationem.

Ostendit quomodo sunt duo cōtraria necessaria, & quo modo nō. & dicit manifestū esse ex dictis quot sunt principia circa generationē naturaliū, & quomodo sint tot. ostensum est. n. cp oportet duo esse contraria, quorum vnum est principiū per se, & alterū per accidēs: & cp aliquid subijcitur cōtrarijs, quod est etiā principium per se. sed aliquo modo alterum cōtrariorum nō est necessariū ad generationē. sufficit. n. alterum contrariorū qñq; facere mutationem absentia sua & præsentia. Ad cuius euidentiā sciendum est, cp sicut in Quinto huius dicetur, tres sunt species mutationis, s. generatio, & corruptio, & motus. Quorū hæc est differentia, quia motus est de vno affirmato in aliud affirmatū, sicut de albo in nigrū. Generatio autē est de negato in affirmatum, sicut de nō albo in albū: uel de nō homine in hominem. Corruptio autē est de affirmato in negatū, sicut de albo in non albū, vel de homine in nō hominē. Sic igitur patet, cp in motu requirūtur duo cōtraria & vnum subiectū. Sed in generatione & corruptiōe requirit̄ præsentia vnius contrarij & absentia eius quæ est priuatio. Generatio autē et corruptio saluātur in motu. nā, quod mouetur de albo in nigrum, corrumpitur albū et fit nigrum. Sic igitur in omni mutatione naturali requirit̄ subiectū, et forma, et priuatio. Non autē ratio motus saluatur in omni generatione & corruptione, sicut patet in generatione & corruptione substantiarum. Vnde subiectū & forma & priuatio saluātur in omni mutatione, nō autē subiectum, & duo cōtraria. Hæc etiā oppositio inuenitur in substātijs, quæ est primū genus: non

Quonā mō vnū vel duo sufficiāt in q̄cūq; ghatiōe contraria.

10. me. Te. 06. 13. 14.

autem oppositio contrarietatis. nam formæ substantiales non sunt contrariæ, licet differētiæ in genere substātiæ contrariæ sint, secundum cp vna accipitur cum priuatione alterius, sicut patet de animato & inanimato. Deinde cū dicit.

Natura autem ea, quæ subycitur, similitudine rationis sub scientia cadit. Nam ut ad statuam æs aut ad lectticam lignum: aut ad aliquid aliud eorum, quæ formam habent, materia æs atq; informe sese habet antequàm suscipiat formam. sic ad substantiam & hoc aliquid atq; id, quod est hæc sese habere uidetur. Vnum igitur hæc principium est. Non tamen est unum neq; ens perinde atque hoc aliquid. Vnum etiam principium est ratio, & insuper id, quod est contrarium huic ipsa inquàm priuatio. Hæc autem quonam pacto duo sunt atq; plura, paulo antea diximus. ARGV.

Tex. cō. 69. Subiecta autem natura scibilis est secundum analogiam. Sicut enim ad statuam æs, aut ad lectulum lignum, aut ad aliorum aliquod habentium formam in materia, & informe se habet priusquàm accipiat formā, sic ipsa se ad substantiam habet, & hoc aliquid, & quod est. Vnum quidem igitur principium est, non sicut vnum existens, neq; sic vnum, sicut hoc aliquid, vnum autem secundum quòd ratio. Amplius autem contrarium huic priuatio est. Tex. cō. 70. Hæc autem quomodo duo, quomodo plura dictum est.

Manifestat prmissa principia, et dicit, cp natura, quę primo subijcitur mutationi, i. materia prima, non potest sciri per seipsam: cū omne, quod cognoscit̄, cognoscatur per suā formam: materia autē prima consyderatur subiecta omni formæ. sed scitur [secundū analogiam], i. secundū proportionē. Si. n. cognoscimus cp lignū est aliquid præter formā scamni & lectī: quia qñq; est sub vna forma, qñq; sub alia. Cum igitur videamus hoc quod est aer, qñq; fieri aquam, oportet dicere cp aliqd existēs sub forma aeris, qñq; sit sub forma aquę: et sic illud, quod est aliquid præter formā aquę & præter formā aeris, se habet ad ipsas substātias naturales, sicut se habet æs ad statuā, & lignū ad lectum, & quodlibet materiale & informe ad formā, et hoc dicimus esse materiā primā. Hoc est igitur vnū principiū naturæ. quod non sic unū est, sicut hoc aliquid, hoc est, sicut aliquod indiuiduum demonstratū, ita cp habeat formā & vnitatē in actu: sed dicitur ens & vnū inquantum est in potētia ad formā. Aliud principiū autem est ratio vel forma. Tertium aūt est priuatio, quæ cōtrariatur formę. Et quomodo ista principia sint duo, & quomodo tria, dictū est prius. Deinde cum dicit.

Primum igitur dictum est: contraria solum principia esse. Deinde necessarium est quoddam etiam aliud subijci, triaq; esse. Ex hisce uero, quæ nūc diximus, patet, quænam est differentia contrariorum: & quo modo principia se habent: & quid est ipsum subiectum. Sed utrum forma substantia sit, an subiectum, nōdum emersit. Patet tamen tria principia rerum esse: et quonā pacto atq; quis ipsorum sit modus. Quot igitur & quæ sint principia rerum ex hisce quæ diximus sit perspectum. ARGV.

Primum quidem igitur dictum est cp principia contraria sunt. Posterius autem, cp necesse est & aliud quoddam subijci & esse tria. Ex his autē nunc manifestum est, quę differentia contrariorum, & quomodo se habent adinuicem principia, & quid sit subiectum. Vtrum autem substātia species, aut subiectum, nondum manifestum est,

Quæ nūc vsq; dicta sint, & q̄ dicenda sit persint.

est. Sed cp principia tria, & quomodo, & quis modus eorum dictum est. Quot quidem igitur & quæ sint principia, ex his consyderetur. Te. 06. 72.

Resumit quæ dicta sunt, & ostendit cq restant dicenda. Dicit ergo, cp prius dictum est, cp contraria sunt principia: & postea, cp eis aliquid subijcitur, & sic faciunt tria principia. Et ex his, quæ nunc dicta sunt, manifestū est quæ differentia sit inter contraria: quia vnum est principium per se, & aliud per accidens. Et iterum dictum est, quomodo principia se habeant adinuicem: quia subiectū & contrarium sunt vnum numero & duo ratione. Et iterum dictum est, quid est subiectum, secundū cp manifestari potuit. Sed non dictum adhuc est, quid sit magis substantia, vtrum forma vel materia. hoc enim dicetur in principio Secundi. Sed dictum est cp principia sunt tria, & quomodo, & quis est modus ipsorum. Et vltimo concludit principale intentum, s. cp manifestum est quot sint principia & quæ sint. Te. c. 11.

LECTIO XIIII.

Ex notitia eorum, quæ de materię quiditate probantur, Antiquorum dubitationes duplici solutione soluuntur.

ARGV. *Post hæc autem & dubitationem Veterum unice hoc pacto solui dicamus. Primi nanq; Philosophi Veritatem atq; naturam eorum quæ sunt quærentes, exorbitarunt, quasi ad aliam viam quandam a ruditate depulsi. Atque asserunt neq; fieri quicq; eorum quæ sunt, neq; corrumpi: propterea quòd necesse est quidem omne quod fit, aut ex ente aut ex non ente fieri generariq;: neutrum aūt esse potest. Neq; enim sit id quod est: iam enim est. Et ex non ente nihil fieri potest: aliquid enim subjiciatur oportet. Atq; hoc pacto id quod deinceps accidit augentes, neque multa inquiunt esse, sed solum ipsum quod est. Illi igitur ob eā, quæ dicta sunt, hanc habuerunt opinionem.*

Quod autē singulariter sic soluitur & Antiquorū defectus, dicamus post hæc. Quærentes. n. secūdum Philosophiā Primi veritatem & naturā rerum, diuerterūt vt in viam quandam aliā abscedentes ob infirmitatē: & dicunt neq; fieri eorū quę sunt nullū, neq; corrumpi, propter id, cp necessariū est fieri quod fit, aut ex eo quod est, aut ex eo quod nō est. Ex his aūt vtriscq; impossibile est esse. neq;. n. quod est fieri cōtingit̄ est. n. iam. neq; ex eo, quod nō est nihil vtiq; fieri: subijci. n. aliquid oportet. Et sic consequenter cōtingens augmentantes, non esse multa dicunt, sed tantum quod est. Illi igitur talīū accipiebāt opinionem propter ea, quæ dicta sunt. Te. c. 8. 72.

Postq̄ Philosophus determinauit veritatē de principijs naturæ, hic excludit Antiquorū dubitationes per ea, q̄ determinata sunt de principijs. Et primo dubitationes, seu errores, qui prouenerunt ex ignorantia materiæ: Secūdo dubitationes, seu errores, qui prouenerunt ex ignorantia priuationis ibi. [Tangentes igitur quidā.] Tertio reseruat alteri scientiæ dubitationes, quæ accidunt circa formam ibi. [De principio aūt fm speciem.] Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationē & errorem, in quem Antiqui inciderunt ex ignorantia materiæ: Secundo soluit eorum dubitationē per ea, quæ sunt determinata ibi. [Nos aūt dicimus.] Dicit ergo primo cp post determinatam veritatē de principijs, dicēdum est, cp solum ista via, ois defectus, id est dubitatio Antiquorū, soluitur. Et hoc est signum esse verū, quod de principijs dictum est. Nā veritas excludit oēm falsitatem & dubitationē: sed posito quocunque falso oportet aliquā difficultatem remanere. Dubitatio aūt & error Antiquorum Philosophorum hic fuit. Primi, qui fm Philosophiam inquisierunt veritatem & naturam rerum, diuerte

Te. c. 79. Te. c. 83. Te. 06. 73.

Termo demōstrationis nauis est soluere omnē quæstionem.

runt in quandā aliam viam a via veritatis, et a via naturali, quod accidit eis propter infirmitatem intellectus eorū. Dixerunt enim, cp nihil neq; gñatur neq; corrūpitur, quod est & contra veritatē & contra naturā. Et ad hoc ponendū eos infirmitas intellectus coegit: quia nescierunt hanc rōnē soluere, per quam videbatur probari, cp ens non generat. Quia si ens fit, aut fit ex ente, aut ex non ente: & vtrūq; horum videbatur esse impossibile, s. cp ens fiat ex ente, & cp fiat ex non ente. Quod enim ex ente aliquid fieri fit impossibile, ex hoc manifestum est: quia id, quod est, non fit: nihil enim est anteq̄ fiat, & ens iam est: ergo non fit. Quod etiam ex nō ente aliquid fieri fit impossibile, ex hoc manifestum est, quia oportet aliquid subijci ei quod fit, vt supra ostensum est: & ex nihilo nihil fit: & ex hoc cōcludebatur, cp entis non erat generatio neq; corruptio. Et vlterius in hoc argumentantes augebant suam positionem, vt dicerent cp non essent multa entia, sed vnum ens tantum. & hoc dicebant propter rationem prædictam. cum enim ponerent vnum esse materiale principium: & ex illo nihil dicerent causari secundum generationem & corruptionem, sed solū secundum alterationem, sequebatur cp id remaneret semper vnum secundum substantiam. Secundo ibi. Lec. 12. Vide Auer. in hoc loco. qa melior & clarior est ei⁹ ex positio.

ARGV. *Nos aūt vno quidem modo nihil inter hæc dicimus interesse, ex ente inquàm aut è non ente fieri: & id quod non est, aut quod est agere quippiam aut pati, aut quoduis hoc fieri, & medicum agere quippiam aut pati: aut è medico aliquid esse aut oriri. Quare, cùm id dicatur dupliciter, patet & ex ente fieri aut id quod est agere, aut pati, duobus modis idem dici. ædificat igitur medicus, non ut est medicus, sed ut ædificator: & albus fit, nō hoc sanè, quò medicus est, sed quò niger. Medetur autem & medicinam amittit, quò medicus est. Atq; cum maxime ipsum medicum agere quippiam, aut pati dicamus, vel è medico fieri, si illud agat vel patiatur vt medicus, patet & hoc, e non ente inquàm fieri, id significare vt nō ens est. Quod quidem, cum non distinxissent illi, longe à ueritate semoti sunt. & ob ignorationem hanc adeo insuper ignorarunt, vt nihil fieri prorsus: neq; cæterorum quicquam esse arbitrarentur, sed omnem tollerent generationem. Nos autē et ipsi dicimus nihil quidem fieri simpliciter ex non ente: tamen ex non ente per accidens fieri. Ex priuatione enim, quæ est per se non ens, & quæ non inest, fieri dicimus. Afficitur itaq; id admiratione, ac impossibile esse uidetur ex nō ente fieri. Similiter autem neq; ex eo quod est, neq; id quod est fieri nisi per accidens, sic autem & hoc fieri dicimus eodem modo, ceu si animal ex animali fieret, & aliquod animal ex quopiam animali, ut sic canis ex equo fieret. etenim canis non solum ex animali quodam, sed ex animali etiā fiet. sed nō ut est animal, iam. n. id ipsum est. Si uero quippiā emersurum est animal nō per accidens, nō erit ex animali. Et si quid ens oritur, non ex ente, neq; è nō ente fiet. dictū est. n. quid significat è non ente fieri: eo nāq; pacto quo est nō ens. Insuper neq; hoc esse inquā omne aut nō esse tollimus. Is igitur unus est modus solutionis.* Lec. 13.

Nos autē dicimus quidem ex eo, quod est, aut ex eo, quod nō est, fieri: aut quod est, aut quo nō est aliquid facere, aut pati, aut quodlibet fieri hoc uno quidē modo nihil differt, ut Medicū aliquid facere, aut pati, aut ex Medico aligd esse aut fieri. Quare qm̄ hoc dupliciter dicitur, manifestū est qm̄ & ex eo quod est, & ex eo quod non est, & quod est aut facere aut pati. ędificat quidē igitur Te. 06. 73. Te. 06. 74.

Medicus

Medicus non secundum q̄ Medicus, sed secundum q̄ ædificator: & albus fit non inquantum Medicus, sed inquantum niger. Medicatur autem & nō medicus fit, inquantum est medicus. Qm̄ autem maxime proprie dicimus medicum aliquid facere aut pati, aut fieri ex medico, si secundum q̄ medicus hoc patiatur aut faciat, manifestum ex eo quod non est, fieri, & hoc significat inquantū non est. Quod illi quidē non percipientes deliquerunt, & propter hāc ignorantiam intantū ignorauerunt q̄ nihil opinati sunt fieri, neq; esse aliorū, sed auferebant omnē generationem. Nos autē & ipsi dicimus fieri quidem nihil simpliciter ex eo, quod non est, sed tamen fieri ex eo quod non est, vt secundum accidens. ex priuatione enim quod est quidem per se non ens, nō in existente fit. Mirabile autem videtur & impossibile sic fieri aliquid ex eo quod non est. Similiter autem nec ex eo quod est neq; quod est fieri, nisi secundum accidens. sic autem & ex hoc fieri eodem modo, vt si ex animali animal vtiq; fiat, & ex quodam animali quoddam animal, vt si canis ex equo fiat. fiet quidem enim vtiq; non solum ex quodā animali canis, sed etiā ex animali, sed nō inquantū est animal: est enim iam hoc. Si autem aliquid debet fieri animal nō secundum accidēs, non ex animali erit. Et si aliquid quod est, non ex eo quod est, neq; ex eo qđ nō est. quod.n. est ex eo quod nō est, dictum est nobis quid significet, qm̄ inquantum non est. Amplius autem & esse omne aut non esse non remouetur. vnus quidem igitur modus hic est.

Te.cō.71 Ex non ente nō fit aliquid per se, sed per accidens.

Te.cō.76. Ex ente aliquid per s., a per accidens fieri quomodo cōtingat.

Te.cō.77. Secūda parte 78.te. Te.cō.78.

Soluit prædictā obiectionem. Et circa hoc duo facit. Primo soluit dupliciter prædictā obiectionem, Secundo cōcludit principale propositum ibi. [Quare secundum q̄ vere.] Prima diuiditur in duas, secundū duas solutiones, quas ponit. Secūda ibi. [Alius autē qm̄.] Dicit ergo primo q̄ quātum ad modū loquēdi nō differt dicere, q̄ aliquid fit ex ente, vel nō ente: vel q̄ ens aut nō ens faciat aliquid aut patiatur, siue de quocūq; alio: & dicere huiusmodi propositiōes de medico, s. q̄ Medicus faciat aliquid aut patiatur: vel q̄ ex medico fit aliquid, aut fiat: sed dicere, q̄ Medicus faciat aliquid, aut patiatur, vel q̄ ex Medico fiat aliquid, duplicē habet intellectū: ergo dicere, q̄ ex ente aut ex non ente fiat aliquid, aut q̄ ens aut nō ens faciat aliquid aut patiatur, duplicē habet intellectū. Et sic est si in quibuscūq; alijs terminis ponat: puta si dicatur, q̄ ex albo fiat aliquid, aut q̄ album faciat aliquid, aut patiat. Quod autē duplicē habeat intellectū, cum dicitur, q̄ Medicus aliquid facit aut patiat: aut q̄ ex Medico fit aliquid, sic manifestat. dicim⁹.n. q̄ Medicus ædificat, sed hoc nō facit inquantū est Medicus, sed inquantū ædificator est. Et similiter dicimus q̄ Medicus fit albus, sed nō inquantū est Medicus, sed inquātum est niger. Alio modo dicimus, q̄ Medicus medicatur inquantum est Medicus. Et similiter q̄ Medicus fit nō Medicus inquantū est Medicus: sed tūc dicimus proprie & per se Medicum aliquid facere vel pati. Vel ex Medico aliquid fieri, qū hoc attribuitur Medico inquantū Medicus. Per accidens autē qū attribuitur ei, nō inquantū est Medicus, sed inquātū est aliquid aliud. Sic igitur patet, q̄, cū dicitur Medicū facere aliquid aut pati, vel ex Medico fieri aliquid, dupliciter intelligitur, s. per se & per accidēs. Vnde manifestū est, q̄, cū dicit aliquid fieri ex nō ente proprie & per se, intelligitur hoc si fiat aliquid ex nō ente, inquantū est nō ens, & similis ratio est de ente. Et hāc distinctionē Antiqui nō percipientes intantum peccauerunt, q̄ nihil sunt opinati fieri, nec opinati sunt q̄ aliquod aliorū prēter id, quod ponebāt primū principium materiale, haberet esse substātiale. Puta dicētes aerem esse primū materiale principiū dicebāt omnia alia significare quoddā esse accidētale. Et sic excludebāt omnem generationē substātialem, solam alterationē relinquentes, ex eo. s. q̄ quia nō fit aliquid ex nō ente per se, vel ente, opinabātur q̄ nihil possit fieri ex ente vel nō ente. Sed nos etiā ipsi dicimus, q̄ ex nō ente nihil fit simpliciter & per se, sed solum secundū accidens: quia quod est, i. ens per se quidē, non est ex priuatione. & hoc ideo, quia priuatio non intrat essentiā rei factæ. Ex hoc autē aliquid fit per se, quod ineſt rei postq̄ iam facta est. sicut figuratū fit ex infigurato non per se, sed per accidēs: quia postq̄ iam est figuratū, infigurato nō ineſt ei. Sed iste est mirabilis modus fiendi aliquid ex nō ente, & qui videbāt impossibilis Antiquis Philosophis. Sic igitur patet q̄ ex nō ente fit aliquid, nō per se, sed per accidēs. Similiter si quæratur, vtrū ex ente fiat aliquid, dicēdum est q̄ ex ente fit aliquid per accidēs, sed nō per se. Et hoc manifestat per tale exēplū. ponamus.n. q̄ ex equo generetur aliquis canis, quo posito manifestū est q̄ ex quodam animali fiet quoddā animal: & sic ex animali fiet animal, non tū fiet animal ex animali per se, sed per accidens: nō.n. fit inquantū est animal, sed inquantū est hoc animal: quia animal iā est actu anteq̄ fiat canis, quia est equus, sed non est hoc animal, quod est canis: vnde per se hoc animal, quod est canis, fit ex nō hoc animali, i. ex nō cane. Sed si fieret animal per se & nō per accidēs, oporteret, & q̄ fieret ex nō animali. Sic etiā est de ente. fit.n. ens aliquod ex nō ente hoc, sed accidit ei q̄ nō est hoc, quod sit ens. vnde nō fit aliquid per se ex ente, neq; per se ex nō ente. hoc.n. per se significat aliquid fieri ex non ente', si fiat ex non ente inquātum est non ens, ut dictū est. Et sicut cū hoc animal fit ex hoc animali, vel hoc corpus ex hoc corpore non remouetur omne corpus, nec omne nō corpus, nec omne aīal vel non animal ab eo ex quo aliquid fit, sic nō remouetur ab eo ex quo fit hoc ens, neq; omne esse, neq; omne nō esse: quia id, quod fit hoc ens, quod est ignis, habet aliquod esse, quia est aer: et aliquod nō esse, quia nō est ignis. Iste igit̄ est vnus modus solūēdi prædictā dubitationem. Sed iste modus soluēdi insufficiens est. si.n. fit ens per accidēs ex ente et ex nō ente, oportet ponere aliquid ex quo fiat ens per se, quia omne quod est per accidēs reducit ad id quod est per se. Ad ostendēdū igit̄ ex quo fit aliquid per se subiūgit secundū modum ibi.

Alius autem est per potentiam atq; actum. dici autem hæc possunt potentia atq; actu. hoc autem alijs in locis ex actē magis determinauimus. ARGY.

Alius autem quoniam contingit eadem dicere secundum potentiam & actum hoc autem determinatum est in alijs per certitudinem magis.

Et dicit q̄ cōtingit aliqua dicere & secundum potentiā & fm actū, vt certius determinatū est in alijs. s. in. 9. Meta. Ex ente igit̄ in potētia fit aliquid per se. ex ente aūt in actu vel ex nō ente fit aliquid per accidens. Hoc aūt dicit, quia materia, quę est ens in potētia est id, ex quo fit aliquid p se. hæc est.n. quæ intrat substātiā rei factæ. Sed ex priuatione vel forma præcedēte fit aliquid per accidēs, inquātū materiæ, ex qua fit aliquid per se, cōueniebat esse sub tali forma, vel sub tali priuatione. sicut statua ex ære fit p se: sed ex non habente talē figuram, & ex habente aliā figuram fit statua per accidēs. Vltimo concludit principale propositum ibi.

Intellectus causę per se ac p accidēs

Quare ut dicebamus dubitationes illæ soluuntur, ob quas quædam eorum, quæ dicta sunt, compulsi tollūt Antiqui. ob hoc enim tantum exorbitarunt ab ea uia, qua ad generationem corruptionemue atq; omnino mutationem accedetur. Hæc enim natura, si usa fuisset, omnem hanc ipsorum ignorationem utiq; dissoluisset. ARGY.

Quare

Quare secundū q̄ vere dicimus, defectus soluuntur, propter quos coacti remouent p̄dictorum quædam. propter hoc. n. in tantum destiterunt priores a' via in gñationem & corruptionē & oīno mutationem. hæc enim vtiq; visa natura, omnem soluit hanc ipsorum ignorantiam.

dix ignorātia materię Antiquorum procedit error.

Dicens q̄ sicut vere dicimus, defectus, id est dubitationes soluuntur propter prædicta. Ex quibus dubitationibus coacti Antiqui aliqui remouerunt quædam prędictorum, scilicet generationem & corruptionem & pluralitatem substantialiter differentium. Sed hæc natura manifestata, scilicet materiæ, soluit omnem illorum ignorantiam.

LECTIO XV.

Materiam à ptiatione distingui: eamq; ingenerabilem & incorruptibilem esse ostendit.

ARGY. *Ipsam igitur et Alij quidam, sed non sufficienter utiq; tetigere. Primum enim ex non ente simpliciter aliquid fieri atq; oriri fatentur, ea sanè ratione, qua Parmenidem re Ele dicere arbitrantur. Deinde, si est una numero, & una solum potentia ipsis esse uidetur.*

Te.cō.79. TAngentes quidem igitur & alteri quidam sunt ipsam, sed non sufficienter. Primum quidē enim confitentur simpliciter fieri aliquid ex eo, quod non est, inquantum Parmenidem recte est dicere. Postea videtur ipsis si vere est numero vna, & potentia tantum vnam esse.

Secūda parte 79.te.

Postq̄ Philosophus excluſit dubitationes & errores Antiquorū Philosophorum prouenientes ex ignorantia materiæ, hic excludit errores prouenientes ex ignorātia priuationis. Et circa hoc tria facit, primo ꝓponit errantiū errores. secundo ostendit dr̄iam huius positionis ad veritatem supra ab ipso determinatam ibi. [Sed hoc differt.] Tertio probat suam opinionē veram esse ibi. [Subiecta quidē natura.] Dicit ergo primo, q̄ quidā Philosophi tetigerūt materiam, sed non sufficiēter: quia nō distinguebant iter priuationē & materiā. Vnde quod est priuationis attribuebāt materiæ. Et, quia priuatio secundū se est non ens, dicebant q̄ materia fm se est non ens. Et sic sicut aliquid per se simpliciter fit ex materia. sic confitebanē q̄ simplr & p se aliquid fit ex non ente. & ad hoc ponendum duabus rationibus inducebantur. Primo quidē ratione Parmenidis dicentis, q̄ quicquid est prꝫter ens est nō ens: unde, cum materia fit prꝫter ens, quia nō est ens actu, dicebāt eam simpliciter esse non ens. Secundo vero, quia videbāt eis q̄ id, quod est numero vnū vel subiecto, sit etiā ratione vnū: quod hic appellat esse potētia vnum: quia ea, quæ sunt ratione vnū, sic se habent q̄ eadē est virtus vtriusq̄. Ea vero, quæ sunt subiecto vnū, sed non ratione, non habent eandē potētiam seu virtutē, vt patet in albo & musico. Subiectum autē & priuatio sunt vnū numero, vt ęs & infiguratum, vnde videbātur eis q̄ essent idē ratione vel virtute. sic igitur hic accipit vnitatem potētiæ. Sed nequis hic dubitet occasione horū verborum quid sit potētia materiæ, & vtrū sit vna vel plures: dicendū est q̄ actus & potentia diuidunt quodliber genus entiū, vt patet in nono Meta. & in tertio huius. Vnde sicut potentia ad qualitatē nō est aliquid extra genus qualitatis, ita potētia ad esse substātiale nō est aliquid extra genus substātiæ. Non igit̄ potētia materiæ est aliqua proprietas addita super essentiā eius: sed materia fm suam substantiam est potētia ad esse substantiale. & tm̄ potentia materię subiecto est vna respectu multarum formarum, sed ratione sunt multæ potentiæ secundum habitudinē ad diuersas formas. Vnde in Tertio huius dicetur, q̄ posse sanari & posse infirmari differt secundum rationem. Secundo ibi.

Cōmentatorum aliq. quę hic S. Tho. dicit, Auer. doctrine aduersari contendunt.

ARGY. *Hoc autem plurimum sanè differt. nos enim materiā priuationemue, diuersa dicimus esse. atq; materiam quidē non ens esse per accidens: priuationē uero per se censemus.*

A *Et illam quidem prope atq; quodammodo substantiam: priuationem uero substantiam nullo modo esse assermus.*

Sed hoc differt plurimum. nos quidem enim materiam & priuationem alteram dicimus. Sed horum, hanc quidē non esse secundum accidēs materiam: priuationem autem per se non esse. & hanc quidem prope rem et substantiā aliqualiter materiam: priuationem autem nequaquā.

Ostendit differentiā suæ opinionis ad opinionē prꝫmissam. Et circa hoc duo facit. primo aperit intellectū suæ opinionis. secundo ostēdit quid alia opinio ponat ibi. [Quidā autem quod nō est.] Dicit ergo primo q̄ multū differt aliquid esse vnū numero vel subiecto, & esse vnū potētia vel ratione. Quia nos ipsi dicimus, vt ex superioribus patet, q̄ materia & priuatio licet sint vnū subiecto, tñ sunt alterū ratione. quod patet ex duobus. primo quidem, quia materia est nō ens fm accidēs, sed priuatio est non ens per se. hoc.n. ipsum, quod est infiguratū, significat nō esse: sed gs nō significat nō esse, nisi inquantū ei accidit infiguratū. secundo vero, quia materia est prope rē, et est aliqualiter. qa est in potētia ad rē: et est aliqualiter substātia rei, q̄ intrat in cōstitutionē substātię. Sed hoc de priuatione dici nō pōt. Secūdo ibi.

Te.cō.12. Lec.c.60.

At illi id quod non est, magnum paruumque similiter inquunt esse: aut utrunque simul, aut utrumque seorsum. Quare modus hic trinitatis diuersus ab illo penitus est. Hucusq; nanq; progressi sunt, ut aliquam naturam oporteret subijci dicant: hanc tamen unam faciūt. nam etsi quandam dualitatē facit, magnum & paruum ipsam appellās, nihilominus tamen idem facit. alteram enim despexit. ARGY.

Quidam autē quod non est magnū & paruū similiter aut simul vtrunq;: aut seorsum vtrūq;. Quare penitus alter modus est hic trinitatis, & ille. Vsque quidem enim ad hoc peruenīunt, q̄ oportet quandam supponi naturam, hanc tamē vnam faciunt. etenim si aliquis dualitatem facit dicens magnum et paruum ipsam, nihilominus idem facit: alteram enim despexit.

Te.c. 80.

Quo nā modo Platonici, materiā a priuatione nō distinguebant.

Manifestat intellectū opinionis platonicæ: et dicit q̄ Platonici ponebant quidē duo ex parte materię, s. magnum et paruum: sed tñ aliter ꝫ Aristo. quia Aristo. ponit ista duo esse materiā & priuationem, quæ sunt vnū subiecto, & differunt ratione. sed isti non ponebant q̄ alterum istorū esset priuatio, & alterū materia, sed priuationem coassumebant vtriq;, s. paruo & magno: siue acciperēt ista duo simul, utpote cum loquebantur non distinguentes eā per magnum & paruū: siue acciperēt vtrum ꝫ seorsum. Vnde patet q̄ omni & magnū & paruum: & Arist. qui posuit materiā, et priuationem, & formā. Platonici vero vsq; ad hoc peruenerunt prę alijs Philosophis Antiquioribus, q̄ oportet vnā quādā naturā supponi omnibus formis naturalibus, quæ est materia prima. sed hāc faciunt vnū tantum, sicut subiecto ita & ratione, nō distinguentes inter ipsam & priuationē. quia, etsi ponant dualitatē ex parte materiæ, s. magnū & paruū, nihilominus nō faciunt differentiā inter materiā & priuationem, sed faciūt mentionem tantum de materia, sub qua cōprehenditur magnū & paruum: & priuationem despexerunt, de ea mentionem nō facientes. Deinde cum dicit,

ARGY. *Etenim materies quidem permanens una cum forma causa est eorum quæ fiunt, perinde ac mater. Aut contrietatis altera pars, nec esse omnino persæpe ei uidebitur, qui mente ipsius maleficium intuetur. nam cùm sit quoddam diuinum & bonum ac appetibile, alterum ipsi contrarium esse dicimus.*

Subiecta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Subiecta quidem materia cum forma causa est eorum quę fiunt, sicut mater. altera uero pars contrarietatis multoties imaginabitur ad maleficium ipsius protendenti intellectum, neq; esse penitus, & esse extra omne. Existenteenim quodam diuino & optimo & appetibili, aliud quidem contrarium esse ipsi dicimus.

Probat q̄ sua opinio habet veritatē. & circa hoc duo facit. Primo ostēdit propositū, s. q̄ oporteat priuationē distingui a materia. Secundo ostēdit quomodo materia corrūpatur vel generetur ibi. [Corrūpitur autem.] Primum autē ostendit dupliciter. Primo quidē ostensiue. Secundo ducendo ad impossibile ibi. [Aliud autē aptum natum.] Dicit ergo primo, q̄ ista natura, quę subiicitur, scilicet materia simul cū forma, est causa eorum, quæ fiunt secundum naturā ad modum matris. sicut enim mater est causa generationis in recipiēdo, ita & materia. sed, si quis accipiat alteram partem contrarietatis, s. priuationem, protendens intellectum circa ipsam, imaginabitur ipsam non ad constitutionē rei pertinere, sed magis ad quoddā malū rei: quia est penitus non ens, cū priuatio nihil aliud sit q̄m negatio formæ in subiecto: & est extra totū ens. vt sic in priuatione locū habeat ratio Parmenidis. quicquid est præter ens est nō ens: nō autē in materia, vt dicebāt Platonici. Et q̄ priuatio pertineat ad malum, hoc ostēdit per hoc, q̄ forma est quoddam diuinum & optimum appetibile. Diuinum quidem est, q̄ omnis forma est quædā participatio similitudinis diuini esse, quod est actus purus. vnumquodq; n. intantum est actu in quantum habet formam. Optimum autem est, quia actus est perfectio potentiæ, & bonum eius, & per consequens sequitur q̄ sit appetibile: quia vnumquodq; suam appetit perfectionem. Priuatio autem opponitur formæ, cum non sit aliud quām remotio eius. Vnde, cum id quod opponitur bono & remouet ipsum, sit malum: manifestum est quōd priuatio pertinet ad malum. vnde sequitur q̄ non sit idem quod materia, quæ est causa rei sicut mater. Secundo ibi.

ARGV. *Alterum suapte natura affectat atq; appetit ipsum. Illis autem euenit ut contrarium, interitum appetat suum, & tamen fieri nequit ut aut forma seipsam appetat, quippe cum non indigeat sui: aut contrarium, cum contraria mutuo seipsa corrumpant. Sed hoc est materia perinde appetens illud, atque si fœmina marem, & turpe appetat pulchrum. uerum non est per se, sed per accidens turpe, nec per se fœmina, sed per accidens.*

Aliud autem natum aptum appetere & desyderare ipsum secundum ipsius naturam. quibusdam autem accidit contrarium appetere sui ipsius corruptionem, & neq; suiipsius & possibile est appetere speciem propter non esse indigens, neque contrarium. corruptiua enim sunt adinuicem contraria. Sed hoc est materia, sicut, si fœmina masculum, & turpe bonum, nō quod per se est turpe, sed secundum accidens.

Ostendit idem per rationē ducētem ad impossibile hoc modo. Cum forma sit quoddā bonum & appetibile, materia, quę est aliud a priuatione & a forma est apta natā appetere & desyderare ipsam secūdum suam naturam. Sed quibusdam, qui non distinguunt materiā a priuatione accidit hoc incōueniens, q̄ cōtrarium appetet corruptionem suiipsius, quod est inconueniens. Et q̄ hoc accidat sic ostendit. quia, si materia appetit formā, non appetit eam secundum q̄ est sub ipsa forma, quia iam non indiget esse per eam (appetitus autem omnis est propter indigentiā, quia est nō habiti.) similiter & nō appetit eam secundum q̄ est sub contrario vel priuatione, quia vnum contrariū est alterius corruptiuum, & sic aliquid appēteret sui corruptionem. Manifestum est igitur q̄ materia, quæ appetit formam est aliud ratione, sicut a forma, ita & a priuatiōe. Si enim materia appetit formā secundum propriam naturam, vt dictum est, si ponitur q̄ materia & priuatio sint eædē ratione, sequitur q̄ priuatio appetit formā, et ita appetit suiipsius corruptionem, quod est impossibile. vnde & hoc impossibile est, q̄ materia & priuatio sint eædem ratione. Sed tū & materia est hoc, s. priuationem habens: sicut, si fœmina appetat masculum, & turpe appetat bonum, non q̄ ipsa turpitudo appetat bonum sibi cōtrarium, sed secundum accidens: quia id, cui accidit esse turpe, appetit esse bonū. et similiter fœmineitas nō appetit masculinū, sed id, cui accidit esse fœminā. Et similiter priuatio nō appetit esse formam, sed id, cui accidit priuatio, s. materia. Sed contra hæc verba Philosophi Auic. tripliciter opponit. Primo quidē quia materiæ non competit neq; appetitus animalis, vt per se manifestū est: neq; appetitus naturalis, vt appetat formā, cum nō habeat aliquam formā, vel virtutem inclinantē ipsam ad aliquid: sic enim graue naturaliter appetit locum infimum, inquantum sua grauitate inclinatur ad locū talem. Secundo obiicit ex hoc, q̄, si materia appetit formam, hoc est, quia caret omni forma, aut quia appetit multas formas habere simul, quod est impossibile: aut quia fastidit formā quam habet, & quærit habere aliā: & hoc etiam est vanum. nullo igitur modo dicēdum videtur q̄ materia appetat formā. Tertio obiicit per hoc, quia dicere q̄ materia appetat formā, sicut fœmina masculū, est figurate loquentium, s. Poetarum, & non Philosophorum. Sed huiusmodi obiectiones facile est soluere. Sciendum est. n. q̄ omne, quod appetit aliquid, vel cognoscit ipsum, & se ordinat in illud: vel tēdit in ipsum ex ordinatione & directione alicuius cognoscēntis, sicut sagitta tēdit in determinatū signum ex directione & ordinatione sagittantis. Nihil est igitur aliud appetitus naturalis q̄m ordinatio aliquorum secūdum propriam naturam in finem suum. Non solum autē aliquid ens in actu per virtutē actuam ordinatur in suum finem, sed etiā materia secundum q̄ est in potentia. nam forma est finis materiæ. Nihil igitur est aliud materiā appetere formam, q̄m eam ordinari ad formam, vt potētia ad actum. Et, quia sub quacūq; forma sit, adhuc remanet in potētia ad aliam formam, ideo est ei semper appetitus formæ, non propter fastidium formæ quā habet, nec propter hoc q̄ quærat cōtraria esse simul, sed quia est in potentia ad alias formas dum vnam habet in actu. Nec etiam vtitur hic figurata locutione, sed exēplari. dictū est. n. supra q̄ materia prima scibilis est secundum proportionem, inquantum sic se habet ad formas substantiales, sicut materię sensibiles ad formas accidētales. Et ideo ad manifestandum materiā primam, oportet vti exemplo sensibilium substātiarum. Sicut igitur visus est exēplo æris infigurati & hominis nō Motici ad materiā, ita nunc ad eius manifestationē vtitur exemplo fœminę virum appetentis, & turpis appetentis bonum: hoc enim accidit eis inquantum habent aliquid de ratione materiæ. Sciendum tamen est, q̄ Arist. hic loquitur cōtra Platonem, qui talibus metaphoricis locutionibus vtebatur, alsimilans materiam matri & fœminæ, & formam masculo. Et ideo Aristo. vtitur contra eum metaphoris ab eo assumptis. Deinde cum dicit.

At uero tum corrumpitur atq; gignitur, tum neq; sit neq; corrumpitur. Nam ut est quidē id, in quo, per se corrumpitur, id enim quod corrūpitur in hoc, est ipsa inquam priuatio. ac suapte potentia, non per se, sed nec occidat nec oriatur necesse est. nam si gignitur, subiaciatur aliquid primum oportet, ex quo hoc pacto nascetur, ut insit in ipsa: hoc autem est ipsius natura. Quare fit, ut sit antea quām sit orta. Etenim materiam id dico, quod primum est unusquisq; subiectum, è quo quippiam eo fit pacto ut non per accidens insit, si corrumpitur, ad hoc ultimum sanè proficiscetur. quare erit corrupta antequām sit corrupta.

Corrum-

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER SECVNDVS,

Cum S. Thomæ expositione.

SVMMA LIBRI.

De Natura & naturalium rerum quiditate, et earum quatuor causarum generibus per se: deq; Casu ac Fortuna causis per accidens, eorumq; uarijs effectibus ac modis.

LECTIO PRIMA.

Summa lectionis Primæ. Quid natura sit quęue natura aut secundum naturam sint, q̄ modo; natura sit demonstrate ridiculum esse, cum eam esse, per se notum sit.

ARGV. *Eorum, quæ sunt, quædam sunt natura, quædam ob alias causas. Natura quidē sunt animalia, partesq; ipsorum, et plantæ, & simplicia corpora, ut terra, ignis, aer, & aqua. hæc enim & huiusmodi res, natura dicimus esse. Omnia autem, quæ dicta sunt ab hisce, quæ non natura constant, differre uidentur. nam ea quidem, quæ natura constant, principium in seipsis habent motus & statuse, partim eius, qui loco accommodatur, partim accretionis decretionisue, partim alterationis habere uidentur. At lectica, uestis, & quicquid sit aliud simile generis, quo quidem huiusmodi nominibus appellantur, atq; ab arte sunt, hoc nullum principium mutationis insitum habent. quō uero ipsis accidit, ut sint lapidea, uel terrea, uel ex his mista, eō motus quietisue principiū habent.*

Te. cō. 1. Eorum quæ sunt, quædā, natura, et quędam ab arte sunt.

Orum, quæ sunt, alia quidē sunt natura, alia vero propter alias causas. Natura quidē sunt animalia quæq; & partes ipsorum, & plantæ, & simplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer & aqua. hæc enim & huiusmodi esse natura dicimus. Omnia autē, quæ prædicta sunt, videntur differentia ad non natura existentia. quæ qui dem enim natura sunt, omnia videntur habere in se ipsis principium motus & status: hæc quidem secundum locum, illa vero secundum augmentum & decrementum, quædam autē secundum alterationem. Lectulus autē & indumentum & si aliquod huiusmodi genus est, secundū q̄ quidem fortitum est prædicationem vnamquamq;, & inquantū est ab arte, neq; vnum habet impetum mutationis innatum. Secundum autem q̄ contingit ipsis lapideis aut terreis esse, aut mistis ex his, habent hoc tantum.

Te. cōm. 1.

POstquām Philosophus ī primo libro determinauit de principijs rerū naturaliū, hic determinat de principijs scientiæ naturalis. Ea autē, quæ primo oportet cognoscere in aliqua scientia, sunt subiectū ipsius, et mediū, per quod demonstrat. Vnde hic Secundus liber in duas partes diuidit. In prima determinat de quibus sit cōsyderatio scientiæ naturalis, In secūda ex quibus causis demonstrat ibi. [Determinatis autē his.] Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quid sit natura, In secunda quot modis dicitur, ibi [Videtur autē natura.] Prima diui-

Nota differēmé inter principia rerū naturalium, & scientiā, nam dilues quæ q̄ com. fautoribus, in præcedēti cāmento primi contra S. Thomæ obiiciuntur. Te. cō. 27. Te. cō. 16.

Te. cō. 7.

Tecō. 82.

Corrumpitur autem & fit, est quidem vt sic, est autem vt non. Secundum quidē enim quod est id in quo, secundum se corrumpitur, quod. n. corrumpitur in hoc, est priuatio: inquantum autem secundum potentiam, non per se, sed incorruptibiiem & ingenitam necesse est esse ipsam. Si enim fiat, subiici aliquid oportet primum, ex quo fit: hoc autem est hęc natura. quare erit antequām fieri: Dico. n. materiā, primum subiectū vniuscuiusq; ex quo fit aliquid cùm insit non secundum accidens. et si corrumpitur in hoc abibit vltimū. quare corrupta erit antequām corrumpatur.

Ostendit quomodo materia corrūpatur. et dicit, q̄ quodammodo corrūpitur, & quodāmodo non: quia secūdum q̄ est in ea priuatio, sic corrūpitur, cum cessat in ea esse priuatio, vt si diceremus æs infiguratū corrumpi, qñ desinit esse infiguratū. Sed fm se, inquantū est quoddā ens in potentia, est ingenita et incorruptibilis. Quod sic patet. si. n. materia fiat, oportet ei aliquid subiici ex quo fiat, vt patet ex superioribus. Sed primū, quod subiicit in generatione est materia: hoc. n. dicimus materiā, primū subiectum, ex quo aliquid fit per se, & non secundū accidens, & ineſt rei iā factę, & vtrunq; eorū ponitur ad differentiā priuationis ex qua fit aliquid per accidēs, & nō ineſt rei factę. sequitur ergo, q̄ materia sit anteqū fiat, quod est impossibile. Et similiter omne, quod corrūpitur, resoluitur in materiā primam. qñ igitur iam est materia prima, tunc est corruptum. Et sic, si materia prima corrumpatur, erit corrupta anteqū corrūpatur, quod est impossibile. Sic igitur est impossibile materiam primam generari vel corrumpi. Sed ex hoc nō excluditur, quin per creationem in esse procedat. Deinde cum dicit.

Quod materia prima, & quo sit ingenerabilis & incorrupubilis secundum se.

Pro fide nostra nota.

ARGV. *De principio uero formali, utrum unū sit an plura: & quodnam sit, aut quæ sint, primæ Philosophiæ diligēter ex quisiteq; officium est determinare ac pertractare. quare hæc contemplatio illo in tempore reseruetur: De naturalibus uero formis, quæ oriuntur ac occidunt, in hisce, quæ posterius ostendentur, dicemus ac pertractabimus. Hoc igitur pacto sint hæc à nobis determinata: principia inquam esse, & quænam, & quot numero sint. Rursus autem alio principio sumpto dicamus.*

Te. cōm. 8.

De principio autem secundum formā vtrum vnum aut plura, aut quot, aut quæ sint per certitudinem primæ Philosophiæ opus est determinare. ergo in illud tempus reponatur. De physicis autem & corruptibilibus speciebus in posterius demonstrandis dicemus. Quòd quidem igitur sint principia, & quę, & quot numero, determinatum sic à nobis sit. Item autē, aliud principium incipientes dicamus.

Quia iam excluserat errores circa materiā et priuationē, restare videbat vt excluderet errores & dubitationē circa formam. Posuerunt enim quidā formas separatas, s. ideas, quas reducebāt ad vnā primam ideam. Et ideo dicit, q̄ de principio formali vtrum sit vnū vel plura, & quot & quæ sint, pertinet determinare ad Philosophiam primā, & vsq; ad id tēpus reseruetur: quia forma est principiū essendi, & ens inquantū huiusmodi, est subiectū Primæ Philosophię. sed materia & priuatio sunt principia entis trāsmutabilis, quod a Philosopho naturali cōsyderatur. Sed tū deformis naturalibus & corruptibilibus in sequētibus huius doctrinæ determinabitur. Vltimo autē epilogat quæ dicta sunt, & dicit, q̄ sic determinatum est, q̄ principia sunt, & quæ, & quot. Sed oportet iterum aliter principium facere scientiæ naturalis, inquirendo, s. principia scientiæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secũda parte
tex. 6.
Tex. cõ. 4.
Tex. cõ. 5.
Ibidem.

diuiditur in duas. In prima ostẽdit quid sit natura. In secũda excludit intẽtionem quorundã tentantium demõstrare ꝙ natura sit ibi. [Quod autẽ natura sit.] Circa primũ duo facit. Primo notificat naturã. Secundo ea, quæ denotantur a natura ibi. [Naturã autem habent.] Circa primum tria facit. Primo inuestigat definitionẽ naturæ. Secũdo concludit eam ibi. [Est igitur natura.] Tertio exponit ipsam definitionem ibi. [Dico autẽ non secundũ accidens.] Dicit ergo primo ꝙ inter omnia entia, quædã esse dicimus a natura: quædã vero ab alijs causis, puta ab arte vel a casu. Dicimus autẽ esse a natura quælibet animalia, & partes ipsorũ, sicut carnẽ & ossa, & etiam plãras, & corpora simplicia: sicut elẽmenta, quæ nõ resoluũtur in aliqua corpora priora, vt sunt terra, ignis, aer & aqua. hęc. n. omnia & similia a natura esse dicũtur. Et differũt hæc omnia ab his, quæ nõ sunt a natura: quia omnia huiusmodi videtur habere ĩ se principiũ alicuius motus & ſtatus, quædã quidem secundũ locum, sicut grauia & leuia, & etiã corpora Cælestia: quædã vero secundum augmentũ & decrementũ, vt animalia & plantę: quædã vero secundum alterationẽ, vt corpora simplicia: et omnia, quæ cõponuntur ex eis. Sed ea, quæ nõ sunt a natura, sicut lectus & indumẽtum & similia, quæ accipiunt huiusmodi prędicationẽ, secundũ ꝙ sunt ab arte: nullius mutationis principiũ habent in seipsis nisi per accidẽs, inquãtum. ſ. materia, & substãtia corporum artificiatorũ sunt res naturales. Sic igitur inquantũ artificialibus accidit esse ferrea vel lapidea, habent aliquod principiũ motus in seipsis, sed non inquantum sunt artificiata: cultellus. n. habet in se principiũ motus deorsum, nõ inquantũ est cultellus, sed inquantum est ferreus. Sed videtur hoc nõ esse verum ꝙ fm quamlibet mutationẽ rerum naturaliũ principium motus sit in eo quod mouetur. In alteratione. n. & generatiõe simplicium corporũ, totum principium motus uidetur esse ab extrinseco agente, puta cum aqua calefit: vel aer in ignem conuertitur, principium mutationis est ab exteriori agẽte. Dicunt ergo quidã, ꝙ etiam in huiusmodi mutationibus principium actiuũ motus est in eo, quod mouetur, nõ quidem perfectũ, sed imperfectum, quod coadiuuat actionẽ exterioris agẽtis. dicunt. n. ꝙ in materia est quædã inchoatio formæ, quã dicunt esse priuationẽ, quæ est tertium principium naturæ. Et ab hoc principio intrinseco, generationes & alterationes corporum simplicium naturales dicuntur. Sed hoc nõ potest esse, quia, cũ nihil agat nisi secundum, ꝙ est in actu, prædicta inchoatio formæ, cũ nõ sit actus, sed aptitudo quædã ad actum, nõ potest esse principium actiuũ. Et præterea etiã, si esset forma cõpleta, nõ ageret in suũ subiectum alterãdo ipsum: quia forma nõ agit, sed compositũ, quod nõ potest seipsum alterare nisi sint in eo duæ partes, quarũ vna sit alterans & alia alterata. Et ideo dicendum est, ꝙ in rebus naturalibus eo modo est principium motus, quo eis motus cõuenit. quibus ergo cõuenit mouere, est in principiũ actiuum motus: quibus autẽ cõpetit moueri, est in eis principiũ passiuum, quod est materia. Quod quidẽ principiũ, inquantum habet potentiã naturalem ad talem formã et motum, facit esse motũ naturalem. Et propter hoc factiones rerũ artificialiũ nõ sunt naturales: quia licet principium materiale sit in eo, quod fit, non tñ habet potẽtiam naturalem ad talẽ formam. Et sic etiã motus localis corporum Cælestium est naturalis, licet sit a motore separato, inquantũ in ipso corpore Cæli est potẽtia naturalis ad talem motũ. * In corporibus vero grauibus & leuibus est principiũ formale sui motꝰ. sed huiusmodi principiũ formale nõ potest dici potẽtia actiua, ad quã ptinet motus ille, sed cõprehenditur sub potẽtia passiua. Grauitas. n. in terra nõ est principiũ vt moueat, sed magis vt moueaẽ: quia sicut alia accidentia cõsequuntur formã substantialẽ, ita & locus: & per consequens moueri ad locum. non tñ ita, ꝙ forma naturalis sit motor, sed motor est generans, quod dat talem formam, ad quam talis motus consequitur. Secundo ibi.

Quæ cum ita sint, patet naturã principium esse quoddam, & causam ut id moueatur a quo; quiescat, in quo pri-

mo, per se, et non per accidẽs inest. Dico autem non per accidens, quia sibi ipsi quispiam Medicus sanitatis causa fieri potest. attamen non quo sanatur eo medicinam habet, sed accidit ut idem sit medicus subiensq; sanationem. qua propter & separentur nonnunquam. Similiter sese habet & unumquodq; cæterorum, quæ per artem efficiuntur: nihil enim ipsorum effectionis in se principiũ habet. Sed quædã in alijs, atq; extrinsecus habẽt, ut domus & unumquodq; eorũ, quæ manu conficiuntur: quædã in seipsis quidem id habent, non tamen per se, quæcunq; causæ per accidens sibi fieri possunt. Id igitur est Natura quod dictũ est.

Tex. cõ. 3. Quod sit natura.

Est igitur Natura principium alicuius & causa mouendi & quiescẽdi in quo est primum, per se, & non secundum accidens. Dico autem non secundum accidẽs, cũm fiat vtiq; ipse sibi aliquis causa sanitatis, cum sit medicus. sed tamẽ non secundũ ꝙ sanatur medicinã habet, sed accidit eundem medicum esse & sanari. vnde et diuiduntur aliquando abinuicem. Similiter autẽ & aliorum vnumquodq; quę fiunt. nullũ enim ipsorum habet in seipso factionis principium: sed alia quidem in alijs & ab exteriori, vt domus & aliorum manu incisorum vnumquodque: alia autem in seipsis quidem, sed non secundum seipsa. Quæcunq; autem secundum accidẽs fiunt causæ sunt vtiq; ipsis. est igitur Natura quod dictum est.

Concludit ex præmissis definitionem naturæ hoc modo Naturalia differunt a nõ naturalibus inquãtum habent naturã: sed nõ differunt a nõ naturalibus, nisi inquantum habẽt principiũ motus in seipsis: Ergo natura nihil aliud est, ꝙ principiũ motus et quietis in eo in quo est, primo & per se, & non fm accidẽs. Ponitur autem in definitione naturæ principiũ, quasi genus, & nõ aliquid absolutũ: quia nomẽ naturæ importat habitudinẽ principij. Quia. n. nasci dicuntur ea, quæ generãtur coniuncta generãti, vt patet in plãtis & animalibus, ideo principiũ generationis vel motus natura nominatur. Vnde deridẽdi sunt qui volẽtes definitionem Arist. corrigere, naturã per aliquod absolutũ definire conati sunt, dicẽtes, ꝙ natura est vis insita rebꝰ, vel aliquid huiusmodi. Dicitur autẽ [principiũ & causa] ad designandum, ꝙ non omnis motuum natura est eodẽ modo principium in eo quod mouetur, sed diuersimode, vt dictum est. Dicit autẽ. [mouẽdi & quiescendi.] quia ea, quæ naturaliter mouẽtur ad locũ, similiter, vel magis naturaliter in loco quiescunt. Propter hoc. n. ignis naturaliter mouetur sursum, quia naturaliter ibi est: & propter quod vnũquodq; & illud magis. Non tñ intelligẽdũ est, ꝙ in quolibet, quod mouetur naturaliter, natura sit etiã principiũ quiescendi. quia corpus Cæleste naturaliter quidẽ mouetur, sed nõ naturaliter quiescit. sed hoc pro tãto dicitur, quia nõ solũ motus, sed etiã quietis principiũ est. Dicit autẽ. [in quo est:] ad differentiã artificialium, in quibus nõ est motus nisi per accidens. Addit autẽ [primum] quia natura, & si sit principium motus cõpositorum, non tñ primo. Vnde, ꝙ animal mouetur deorsum, nõ est ex natura animalis inquantũ est animal, sed ex natura dñantis elementi. Quare autẽ dicat [per se & nõ secundum accidẽs.] exponit cõsequenter cũ dicit. [Dico autẽ non secundum accidens:] Contingit. n. aliqñ ꝙ aliquis Medicus est sibiꝑpsi causa sanitatis: & sic principiũ suę sanationis est in eo, sed per accidẽs. vnde principium sanationis in eo nõ est natura: nõ enim fm ꝙ sanat habet medicinã, sed secundum ꝙ est Medicus. accidit autẽ eundem esse medicũ & sanari: sanatur. n. inquantum est infirmus. & ideo per accidẽs coniunguntur, & aliqñ per accidens diuidũtur, cõtingit. n. alium esse medicũ sanantem, et

alium

Natura quid.

Absolutũ per absolutũ definim habet, sicut econtra relationim per respectum. Deridẽdi sũt volẽtes corrigere definitionẽ Aristotelis de natura, primo posteriorum. Tex. cõ. 7.

Vel potest dici, ꝙ verificas distinctiue, eo quod quæ habẽt quietẽ, principiũ est eis natura, ꝙ vero motũ, & ijs natura principiũ essendi patet quoniã modo centrũ terræ, omnino imobile, naturæ definitionẽ, subeat.

alium infirmũ, qui sanatur. Sed principiũ motus naturalis est in corpore naturali, quod mouetur, inquantũ mouetur: inquantũ. n. ignis habet leuitatem, fertur sursum. nec diuiduntur adinuicẽ, vt aliud sit corpus, quod mouet sursum, & aliud leue. sed semper vnũ & idem. Et sicuti est de medico sanãte, ita est de omnibus artificialibus. nullũ. n. eorũ habet in seipso suæ factionis principiũ, sed quædã fiunt ab extrinseco, vt domus, & alia, quæ manu inciduntur: quędam autẽ fiunt a principio intrinseco, sed per accidens, vt dictũ est. Et sic dictum est, quid sit natura. Deinde cum dicit.

ARGY. *Naturam autem habent quæcunque tale principium habent: atque hæc omnia subiecta sunt. subiectum enim quoddam, & in subiecto est semper natura.*

Tex. cõ. 4. Naturam autẽ habẽt quæcũq; huiusmodi habẽt principiũ: & sunt hæc omnia subiecta: subiectum. n. quoddã & in subiecto est natura semp.

Definit ea, quæ a natura denominantur, & dicit, ꝙ habẽtia naturam sunt illa, quæ habent in seipsis principium sui motus. Et talia sunt omnia subiecta naturę. quia natura est subiectum, secundũ, ꝙ natura dicitur materia: & est in subiecto, fm ꝙ natura dicitur forma. Deinde cum dicit.

ARGY. *Secundum uero Naturam sunt & hæc ipsa: & etiam ea quæ hisce per se competũt, ut igni ferri sursum. hoc enim natura quidem non est, neq; habet naturam, sed competit et est natura atq; secũdũ naturã. Dictũ est igitur quid est natura, & quid id, quod natura, atq; secundũ naturã est.*

Tex. cõ. 5. Secundum naturam autem sunt & hæc quicũq; his insunt secũdum se, vt igni ferri sursum. hoc enim natura quidem non est, neq; habet naturam, sed a natura & secundum naturam est.

Tex. cõ. 6. Quid quidẽ igitur natura sit, dictũ est: & quid, quod a natura, & secundum naturam.

Exponit quid sit fm naturã. Et dicit, ꝙ fm naturã esse dicuntur tã subiecta: quorũ esse est a natura: ꝙ etiã accidẽtia ꝙ in eis insunt causata ab huiusmodi principio: sicut ferri sursum nõ est ipsa natura: neq; habẽs naturã: sed est causatũ a natura. Et sic dictũ est qd sit natura, & quid sit illud, quod habet naturã, & quid sit fm naturam. Deinde cum dicit.

ARGY. *Enuti autem naturam esse ostendere: ridiculum est. Patet enim tales esse rerum complures. Ostendere uero ea quæ manifesta sunt per ea quæ non sunt manifesta: hominis est profecto qui nequit id quod est per se notum: & id quod non est per se notum discernere. Atque id fieri posse non est obscurum. Ratiocinabitur enim de coloribus quispiam ortus cæcus. Quare necesse est tales homines de nominibus loqui: nihil autem intelligere.*

Manifestum quãtum ad fi. est: sed nõ ꝙ. tũ ad quid é.

Ridiculũ est demonstrare naturã esse.

Quòd autem est natura tentare demonstrare ridiculum est. manifestũ enim est, ꝙ huiusmodi rerum sunt multa. Demõstrare autem manifesta per immanifesta, non potentis iudicare est propter ipsum, & non propter ipsum cognitum. Quod autem contingat hoc pati, non immanifestum est. Syllogizet. n. aliquis cũ natus sit cæcus de coloribus quare necesse est huiusmodi de nominibus habere rationẽ, nihil autem intelligere.

Excludit præsumptionem quorundã volentiũ demonstrare, ꝙ natura sit, & dicit, ꝙ ridiculũ est, ꝙ aliquis tentet demonstrare, ꝙ natura sit, cũ manifestum sit fm sensum, ꝙ multa sunt a natura, quæ habent principiũ sui motus in se. Velle autem demonstrare manifestũ per non manifestum, est hominis, qui non potest iudicare quid est notũ propter se, & quid nõ est notũ propter se: quia dum vult demõstrare id, quod est notũ propter se, vtitur eo quasi non propter

Autem.

se noto. Et ꝙ id cõtingat aliquibus manifestum est, aliquis enim cęcus natus a sylogizet. cõtrarijs: cuti tã non est per se notũ id, quo vtitur vt. quia nõ habet intellectũ rei. Sed vtitur ipso nomine, eo, ꝙ cognitio nostra ortũ habet a sensu, & cui deficit vnus sensus deficit una scientia. Vnde cæci nati, qui nunq; senserunt colorẽ, nõ possunt aliquid de coloribus intelligere: & sic vtunt nõ notis quasi notis. et econtra accidit his, qui volũt demonstrare naturã esse, quia vtũtur notis vt nõ notis. Naturã autẽ esse, est per se notũ inquantũ naturalia sunt manifesta sensui. Sed quid sit vniuscuiusq; rei natura, vel quod principiũ motus, hoc nõ est manifestũ. Vnde patet ꝙ hoc, ꝙ irrationabiliter Aui. conatus est improbare Arist. dictum. volens, ꝙ naturã esse posit demonstrari, sed non a Naturali: quia nulla scientia probat sua principia. sed ignorãtia principiorũ mouẽtium non impedit quin naturã esse sit per se notũ, vt dictum est.

LECTIO II.

Quot nam modis dicatur natura, quidnè magis naturæ nomine dignum sit materia, an forma, cuius item duplex esse genus dicit.

Natura autem substantiaq; eorum, quæ sunt natura, ARGY. *id quibusdam esse uidetur quod primũ cuilibet inest, informe per se. Vt eluti lectice quidẽ natura, lignum: statuæ autem æs. Cuius hoc signum Antiphon esse dicebat. nam, si qu ispiam lecticam obruerit humo, umq; putredo acceperit ut germen emittat, nõ lectica sed lignum inde emerget, atq; pullulabit. Propter eaq; dispositio quidem, quæ lege atque arte conficitur, per accidẽs est. Substantia uero est illa, quæ, et continue dispositiones hasce suscipiens permanet. Quod si cuilibet etiam istorum ad aliud quippiam hoc idẽ accidit, ut æri quidem auroque ad aquam: ossibus autem atq; lignis ad terrã: cæterisq; similiter, patet illa naturam ipsorum atque substantiam esse. Quapropter quidam terram, quidam aquam, quidam horum aliqua, quidam hæc omnia eorum, quæ sunt, naturam esse dixerũt. quod enim quisq; tale esse putauit, siue unum siue plura, id totq; uniuersam substãtiam esse dicit. cætera uero cuncta affectus horum habitus ac dispositiones. Et horum quidem quoduis perpetuum esse. non enim ex seſe mutationem ipsis competere, cætera autem infinities fieri atq; corrumpi. V no igitur modo natura sic dicitur, prima cuiq; subiecta materies, eorũ quæ motus in se mutationisq; principiũ habent.*

Tex. cõ. 7. Natura primo modo dicitur, subiectum primũ. i. materia omnium habentiũ in seipsis principiũ mutationis subiectũ Antiphon.

Vldetur autẽ nonnullis natura & substantia eorum, quę natura sunt esse quod primum inest vnicuiq; nõ formatũ per seipsum. vt lectuli natura lignum, statuæ autem ęs. Signum autem dicit Antiphon: qm̃ si aliquis proiecerit lectum deorsum: & accipiat potentiã putrescẽs vt vtiq; sit germen: nõ vtiq; fieri lectũ: sed lignum. tãc̃ dicat, fm accidens esse dispolitionẽ fm legem & artem, substantiã autem illa, quæ permaner, hæc patiens cõtinue. Sic autem et horũ vnũquodq; ad alterũ aliquod idem hoc sustinuit (vt ęs quidẽ & aurum ad aquã: ossa autẽ & ligna ad terram, similiter autẽ et aliorum quodlibet) illa naturam esse & substantiã ipsorum. Vnde sanè hi quidẽ terram, alij vero ignẽ, alij aerẽ dicunt, quidã autẽ aquam, quidã vero quædã horum. Sed alij omnia hæc naturã esse eorum, quæ sunt. quot. n. aliquis acceperit ipsorũ huiusmodi, siue vnum siue multa hoc & tãta dicit esse omnem substantiam, alia autem omnia passiones istorum, & habitus

Tex. cõ. 8.

Tex. cõn. 9.

& di-

Te.cō.10. & dispositiones. Et horum quidem quodlibet esse perpetuum. nō enim esse mutationem ipsis ex seipsis. alia autem fieri & corrumpi infinities. Vno quidē modo natura sic dicitur, prima vnicuiq; subiecta materia habentium in seipsis motus principium & mutationis.

principium huius lec. 2. Postquam Philosophus ostēdit quid est natura, hic ostēdit quot modis natura dicit. Et primo ostēdit, cp natura dicitur de materia, secūdo, cp dicitur de forma ibi. [Alio autē modo.] Circa primū sciendum est, cp Antiqui Philosophi naturales, nō valentes vsq; ad primā materiā peruenire, vt supradictū est, aliquod corpus sensibile primā materiā omnium rerū ponebant, vt ignē, vel aerem, vel aquam. & sic sequebatur, cp omnes formæ aduenirēt materiæ tanquā in actu existenti, vt cōtingit in artificialibus. nā forma cultelli aduenit ferro iā existenti in actu. Et ideo similem opinionē accipiebāt de formis naturalibus sicut de artificialibus. Dicit ergo primo, cp quibusdā videtur, cp hoc sit substantia & natura rerū naturaliū, quod primo fit vnicuiq;, quod fm se consyderatū est informe. vt, si dicamus, cp natura lecti est lignū, & natura statuæ est æs. nā lignum est in lecto, & fm se consyderatū non est formatū. Et huiusmodi signum dicebat Antiphon esse hoc, cp, si aliquis proiiciat lectū ad terrā & ligna putrescēdo accipiāt potentiā, vt aliquid ex eis germinetur, illud quod generatur nō erit lectus, sed lignū. Et, quia substantia est, quæ permanet, & naturæ est sibi simile generare, cōcludebat, cp omnis dispositio, quæ est fm quancunq; legē rationis vel artem, sit accidēs: et illud, quod permanet sit substātia: quę cōtinue patitur huiusmodi dispositionum immutationē. Supposito ergo, cp rerum artificialiū formæ sint accidentia, et materia sit substantia, assumebant aliā propositionē, cp licut se habent lectus & statua ad æs & lignū, ita & quodlibet horū se habet ad aliqd aliud, quod est materia ipsorū, vt æs & aurū ad aquam: quia omnium liquefactibiliū materia videtur esse aqua: & ossa & ligna ad terram, et similiter est de quolibet aliorum naturalium.

Te.cō.6.&7. Te.cō.11.

Oppositū videtur supra i primo super tc.cōm.6. Non dixit oppositū qa ibi dixit, cp nulli Philosopho - rū, & hic dicit, cp Poetę dixerūt terram rerū omniū esse principiū vt Orpheus, & Hesiodus qui nō fuerūt Philosūphi sed Theologi, & Poetæ. nulla ergo cōtradictio.

Vnde cōcludebat, cp illa materialia substitētia formis naturalibus sint natura & substātia eorum. Et propter hoc quidam dixerunt terrā esse naturam & substantiam omniū rerum, s. Primi poetę theologizātes. Posteriores vero Philosophi vel ignē vel aerem vel aquam, vel quędam horum. vel omnia hæc vt ex superioribꝰ patet. Quia tot de numero eorum dicebant esse substantiam omniū rerum, quot accipiebant esse principia materialia & omnia alia dicebant esse accidentia horū, i. materialium principiorū: vel per modū passionis, vel per modū habitus, vel per modū dispositiōis vel cuiuslibet alterius, quod reducatur ad genus accidētis. Et hæc est vna differentia, quam ponebant inter principia materialia & formalia: quia dicebāt ea differre fm substantiam & accidēs. Alia autē differentia est, quia dicebant differre fm perpetuū et corruptibile. nam quodcūq; prędictorum corporū simpliciū ponebant esse materiale principiū, dicebant illud esse perpetuū. non. n. dicebant, cp transmutarentur inuicē, sed omnia alia dicebant fieri & corrūpi infinities. vt puta, si aqua sit principiū materiale, dicebāt aquā nunq; corrumpi, sed manere eam in omnibus, licut substantiam eorū. Sed æs & aurū & alia huiusmodi dicebant corrūpi & generari infinities. Hæc autē positio quantū ad aliquid vera est, & quantū ad aliquid falsa. quantū, n. ad hoc, cp materia sit substantia & natura rerū naturaliū, vera est. materia. n. intrat cōstitutionē substantiæ cuiuslibet rei naturalis. sed quantū ad hoc, cp dicebāt, omnes formas esse accidentia, falsa est. Vnde ex hac opinione & ratione eius cōcludit id, quod verū est, s. cp natura vno modo dicit materia, quæ subiicitur vnicuiq; rei naturali habēti in se principium motus vel cuiuscūq; mutationis. nam motus est species mutationis, vt in Quinto huius dicetur. Secundo ibi.

Quod veritates & falsitates contnet hæc opi.

Conclusio.

lec. 1. te. cō. 7

ARGY. *Alio uero modo ipsa forma & species, quæ rationi accommodatur. Nam ut ars dicitur quod secundum artem extructū est atq; artificiosum, sic et natura dicitur, quod est secundum naturam & naturale: Atq; neq; illud habere quicquàm secundum artem. Vt artem esse dicimus si lectica potentia tantum est, nōdum autem habet formam lecticæ. Neq; in hisce quæ constat natura. quod enim est potentia caro uel os, id nondum habet suam naturam ante quàm accipiat formam, quæ ad rationem accommodatur, quam assignantes, quid est os dicimus, aut caro, neq; constat natura. Quare alio modo natura forma & species est eorum, quæ in seipsis motus principium habent: quæ quidem non est separabilis, nisi ratione duntaxat. Id autem, quod ex his est compositum, natura quidem non est, sed est & constat natura, ut homo. Atq; natura magis hæc est quàm materies. Vnumquodque enim tum magis dicitur cum est actu, quàm cùm potentia.*

Te. cō. 11 Natura dicit de forma.

Alio autem modo forma & species quæ est secūdum rationē. Sicut enim ars dicitur quod est secūdum artē & artificiosum, sic & natura quod secūdum naturā dicitur, & quod naturale. Neq; autē illud adhuc dicimus habere secundū artem nihil, si potentia tātum est, vt lectulus. non dum enim habet formā lecti, neq; esse secundū artē, neq; in his, quæ natura subsistūt. potētia. n. caro, aut os, neq; habet adhuc suijpsius naturā priusq; accipiat formā secundū rationēm, qua definiētes dicimus, qd est caro aut os, neq; natura est. Quare alio modo natura vtiq; erit habētiū in seipsis motus principiū forma, & species nō separabilis sed aut secundū rationem. Quod autē est ex his, natura quidē nō est, sed a natura, vt homo. & magis natura hoc est q̄ materia. vnūquodq; n. tunc dicitur, cū endelechia sit et magis, q̄ cū potentia.

Te.cō.m.12.

Formam esse naturā cobus rationibus ostenditur. Primo Te.cō.13.

Ostēdit, cp natura dicit de forma. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit propositū, s. cp forma sit natura. Secūdo ostendit formarū diuersitatem ibi. [Sed forma & natura.] Primū ostēdit tribus rationibus. Dicit ergo primo, cp alio modo dicitur natura forma & species, quæ est fm rationem, i. ex qua ratio rei cōstituitur, & hoc probat tali ratione. Sicuti. n. illud est ars, quod cōperit alicui inquantū est fm artē, & artificiosum, ita illud est natura, quod competit alicui inquantū est fm naturā & naturale: sed illud, quod est in potentia tātum, ad hoc, cp sit artificiosum, nō dicimus habere aliquod esse artis. quia nondū habet speciem lecti: ergo in rebus naturalibus id, quod est potētia caro et os, non habet naturam carnis & ossis antēq; accipiat formā, fm quam sumitur ratio definitiua rei, per quam, s. scimus quid est caro vel os: nec adhuc est natura in ipso antēq; habeat formam: ergo natura rerū naturalium habentiū in se principiū motus, aliquo modo etiam forma est: quæ licet nō separetur a materia fm rē, tn differt ab ea ratione. sicut. n. æs & infiguratum, quātus sint vnū subiecto, tn ratione differūt, ita materia & forma. Et hoc pro tanto dicit, quia, nisi forma esset aliud fm rationē a materia, non esset alius & alius modus, quo materia dicit natura, & quo forma dicitur natura. Posset autem aliquis credere, cp quia materia dicitur natura & etiam forma, cp compositū ponit dici natura: quia substantia dicitur de forma, & materia, & de cōposito. Sed hoc excludit dicēs, cp compositum ex materia & forma, vt homo, non est ipsa natura, sed est aliquid a natura. quia natura habet ratione principij, cōpositum autem habet rationē principiati. Vlterius autē ex ratione præmissa procedit ad ostendendum, cp forma sit magis natura q̄ materia: quia vnumquodq; magis dicitur fm cp est actu, q̄ fm cp est in potētia. vnde forma secundum quam aliquid est naturale in actu, est magis natura q̄ materia, secūdum quam est aliquid naturale in potentia. Secundam rationem ponit ibi.

Formæ é magis natura q̄ materia.

ARGY. *Præterea ex homine nascitur homo, sed non è lectica lectica. Quapropter & inquiunt non figuram esse naturam, sed lignum: quia fiet si pullulabit non lectica sed lignum. Quod si ita est, & ipsa forma est profecto natura. fit enim ex homine homo.*

Tex.cō.13. Amplius fit ex homine homo, sed non lectulus ex lectulo. vnde dicunt figuram non esse naturam, sed lignum: quoniam fiet vtiq; si germinet non lectulus sed lignum. Si ergo hęc est ars, & forma est natura. fit enim ex homine homo.

Secunda. Dicit, cp licet nō fiat lectulus ex lectulo, vt Antiphon dicebat, fit tn homo ex homine. Vnde verū est quod dicunt, cp forma lecti nō est natura, sed lignum. qm̄, si lignū germinet, non fiet lectulus, sed lignū. Sicut igitur hæc forma, quæ nō redit per germinationē, nō est natura sed ars, ita forma, quæ redit per generationē est natura: sed forma rei naturalis redit per generationem: fit enim ex homine homo. ergo forma rei naturalis est natura. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Insuper ea natura, quæ ut generatio dicitur, uia est ad naturam. Non. n. ut medicatio non ad medicinam, sed ad sanitatem dicitur uia: medicationem. n. à medicina nō ad medicinā esse necesse est: sic ad naturā sese habet natura. Sed id quod nascitur ex quodā ad quoddam (ut nascitur) proficiscitur. Ad quod igitur proficiscēdo nascitur. Nempe non ad id ex quo sit profectio. Forma igitur est natura.*

Te.cō.14. Amplius aūt natura dicta sicut generatio via est in naturam. non. n. quemadmodum medicatio dicitur non in medicinam via, sed in sanitatē. Necesse quidem. n. est a medicina nō in medicinam esse medicationē. Non sic autē natura se habet ad naturam, sed quod nascitur ex quodam in quoddā venit fm cp nascitur. Quod igit innascit non ex quo, sed in quod. Forma itaq; natura est.

Tertia. Quę talis est. Natura potest significari vt generatio, puta si natura dicatur natiuitas. Sic igitur natura dicta vt generatio, i. natiuitas, est via in naturā. hæc. n. est differētia inter actiones & passiōes, cp actiones denominātur a principijs: passiones vero a terminis. Vnūquodq;. n. denominatur ab actu, qui est principium actionis & terminus passionis. nō n. ita est in passionibus sicut in actionibus. medicatio. n. nō dicitur via in medicinā, sed in sanitatē. necesse est. n. cp medicatio sit a medicina, nō in medicinā. Sed [natura dicta sicut generatio]. i. natiuitas, nō sic se habet ad naturam sicut medicatio ad medicinā, sed se habet ad naturā sicut ad terminū, cum fit passio. id. n. quod nascit, a quodā in quoddā venit, in quantū nascitur. vnde id, quod nascit, denominatur ab eo, in quod, nō ab eo, ex quo. Id aūt, in quod tēdit natiuitas, est forma: forma igitur est natura. Deinde cū dicit.

ARRY. *Forma autē, atq; natura dupliciter dicitur. ipsa nanq; priuatio forma quodammodo est. Si uero sit priuatio & contrarium aliquod circa simplicem generationem necne, posterius consyderare oportet.*

Te.cō.15. Sed forma et natura dupliciter dicitur. etenim priuatio species quodammodo est. Si autem est priuatio et cōtrariū aliquid circa simplicē generationem aut nō est, posterius consyderandū est.

Ostendit, cp natura, quæ est forma dupliciter dicitur, s. de forma incompleta & forma cōpleta. Et hoc patet in generatione secundū quid, vt puta cū aliquid fit albū. nā albedo est forma cōpleta: & priuatio albedinis est quodāmodo species, inquantū coniungitur nigredini, quæ est forma im-

A perfecta. Sed vtrū in generatione simplici, quę est substātia rum sit aliquid quod sit priuatio & cōtrarium simul, ita cp formæ substantiales sint cōtrariæ, vel nō, consyderandum est posterius in Quinto huius, & in libro de Generatione.

5. Physi. lec. 1. te. cō. 10. & 2. de ge. Lec. 4. Te. cō. 14.

LECTIO III.

Differentia, quæ est inter Physici, & Mathematici contemplationem de eadem re, traditur.

ARGY. *Cùm autem determinatum sit quot modis natura dicitur: post hæc contemplandum est, quo Mathematicus à naturali Philosopho differat.*

Te.cō.16. QVoniam autem determinatū est quot modis natura dicitur, post hoc speculādum est quo differat Mathematicus a Physico.

Postq̄ Philosophus ostendit quid sit natura & quot modis dicitur, hic consequenter intendit ostendere de quibus consyderat Sciēria Naturalis. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quomodo differat Naturalis a Mathematico, In secunda ostendit ad quæ se extendat consyderatio Scientiæ naturalis ibi. [Quoniam autem natura.] Circa primum tria facit. Primo mouet quæstionem. Secundo ponit rationes ad quæstionem ibi. [Et enim plana.] Tertio soluitur quæstio ibi. [De his igitur negociatur.]

B Tex.cō.22.

immediate, infrius. Te.cō.18.

Dicit ergo primo, cp, postquam determinatū est quot modis natura dicitur, consyderandum est in quo differat Mathematicus a Naturali Philosopho. Deinde cum dicit.

ARGY. *Nā corpora naturalia superficies habēt, solida, longitudines, atq; puncta: de quibus consyderat Mathematicus.*

Etenim plana & firma habent Physica corpora & longitudines & puncta, de quibus intēdit Mathematicus.

prima ratio.

Ponit rationes ad quæstionem, quarum prima talis est. Quæcunq; scientiæ consyderant eadē subiecta, vel sunt eædē, vel vna est pars alteri⁹: sed Mathematicus Philosophus cōsyderat de punctis lineis & superficiebus & corporibus, & similiter Naturalis, quod probat ex hoc, cp corpora naturalia habēt. [Plana]. i. superficies, [& firma]. i. soliditates. [& lōgitudines & puncta.] Oportet autē, cp Naturalis cōsyderet de omnibus, quæ insunt corporibus naturalibus: ergo videtur, cp Scientia naturalis & Mathematica vel sint eædem, vel vna sit pars alterius. Secundā rationem ponit ibi.

C

ARGY. *Et insuper si Astrologia diuersa sit facultas, an pars Scientiæ naturalis. Etenim si ad Naturalē Philosophum, spectet quidnam sit Sol, aut quid Luna scire, nullum autem eorum affectuum, qui per se illis competit, ad eundem scire pertineat, absurdum est sanè. Præterea uidentur hi, qui de natura loquuntur, & de Solis ac Lunæ, figura dicere: & utrum terra mundus ue rotundus sit, an non sit consyderare ac pertractare.*

Te.c.17. Amplius Astrologia aut altera est, aut pars D Physicæ. Si enim Physici est quid sit Sol aut Luna scire: accidentium autem, quę sunt per se, nullum, inconueniens est. Et aliter, quoniam videntur de natura dicentes & de figura Solis & Lunæ: & vtrū spherica sit terra & Mūdus aut non.

Et circa hanc rationem primo mouet quæstionē vtrum Astrologia sit omnino altera a Naturali Philosophia, vel sit pars eius. manifestū est. n. cp est pars Mathematicæ. Vnde, si est etiā pars Naturalis Philosophię, sequitur, cp Mathematica & Physica cōueniunt ad minus in hac parte. Quōd autem Astrologia sit Physicæ pars probat dupliciter. Primo quidem per rationē talem. Ad quencunq; pertinet cognoscere substātias et Naturas aliquarū rerum, ad eum etiā pertinet cōsyderare accidentia illarū: sed ad Naturalē pertinet consyderare Naturā & substantiam Solis & Lunæ, cū sint quædā corpora Naturalia, ergo ad eū pertinet etiam consyderare per se accidētia ipsorum. Hoc etiā probatur ex con-

Astrologiam esse Physicæ partē duplici ratiōe patet. Prima.

Secunda.

ſuetudine Philoſophorū. Nam Philoſophi Naturales inuenitur determinaſſe de figura Solis & Lunæ & Terræ, et totius mūdi, circa quod inſudat etiā Aſtrologorum intentio. Sic igitur Aſtrologia & Sciētia Naturalis cōueniunt nō ſolum in eiſdē ſubiectis, ſed etiā in cōſyderatione eorūdem accidentiū: et in demōſtratione earundē cōcluſionū. Vnde videtur, ꝙ Aſtrologia ſit pars Phyſicæ, & per conſequens Phyſica nō totaliter differat a Mathematica. Secundo ibi.

ARGY. *De his igitur et ipſe Mathematicus tractat, ſed non ut eſt quodꝙ; Naturalis corporis finis. Nec hoc accidentia cō templatur, quòd talibus accidunt.*

Te.cō.18. Idē in Timæo Platō.

De his quidē igitur negociatur & Mathematicus, ſed non inquātum phyſici corporis terminus eſt vnumquodꝙ. Neq; accidentia ſpeculatur inquantum talibus exiſtentibus accidunt.

Reſponſio. Secūda pars te.19.

Soluit præmiſſam quæſtionē. Et circa hoc duo facit. Primo ponit ſolutionem. Secundo cōfirmat eam ibi. [Fiet autem.] Circa primum tria facit, Primo ſoluit quæſtionem, Secundo cōcludit quoddam corrolarium ex prędictis ibi. [Vnde & abſtrahit.] Tertio excludit errorem ibi. [Latet autem hoc.] Dicit ergo primo, ꝙ Mathematicus & Naturalis determinant de eiſdē, ſ. punctis, lineis, & ſuperficiebus & huiuſmodi, ſed nō eodem modo. Nō enim Mathematicus determinat de eis, inquantū vnūquodꝙ eorū eſt terminus corporis naturalis. neq; cōſyderat ea, quæ accidunt eis, inquātum ſunt termini corporis naturalis, per quē modū de eis cōſyderat Scientia Naturalis. Non eſt autem inconueniens, ꝙ idem cadat ſub cōſyderatione diuerſarū Scientiarum ſecundum diuerſas conſyderationes. Secundo ibi.

Immediate infra. Tex. cō. 19.

ARGY. *Quapropter & ſeparat. Mēte nāq; à motu ſeparabilia ſunt, nihilq; interest. Neq; cum ſeparāt efficitur falſum.*

Vnde & abſtrahit. Abſtracta enim ſunt intellectu à motu & nihil differt: neq; fit mēdacium abſtrahentium.

Notabile.

Concludit quoddam corrolarium ex prædictis. Quia. n. Mathematicus cōſyderat lineas & puncta & ſuperficies & huiuſmodi accidētia eorum, nō inquantū ſunt termini corporis Naturalis, ideo dicitur abſtrahere a materia ſenſibili & Naturali. Et cauſa quare poſſunt abſtrahere eſt iſta. quia ſm intellectum ſunt abſtracta a motu. Ad cuius cauſæ euidentiā conſyderandū eſt, ꝙ multa ſunt coniuncta ſm rem, quorū vnum nō eſt de intellectu alterius, ſicut albū & Muſicum cōiunguntur in aliquo ſubiecto, & tū vnum non eſt de intellectu alterius: et ideo poteſt vnū ſeparatim intelligi ſine alio. Et hoc eſt vnū intellectum eſſe abſtractū ab alio. Manifeſtū eſt autē, ꝙ poſteriora nō ſunt de intellectu priorum, ſed ecōtra. Vnde priora poſſunt intelligi ſine poſterioribus, et nō econtra: ſicut patet, ꝙ animal eſt prius homine: & prius eſt homo, hoc homine. nā homo ſe habet ex additione ad animal, & hic homo ex additione ad hominē: & propter hoc homo nō eſt de intellectu animalis, nec Socrates de ītellectu hominis: vnde animal poteſt intelligi abſq; homine, & homo abſq; Socrate, & aliis īdiuiduis: et hoc eſt abſtrahere vniuerſale a particulari. Similiter autē & inter accidētia omnia, quæ aduenīūr ſubſtantiæ, primo aduenit ei quātitas, & deinde qualitates ſenſibiles, & actiōes et paſſiones, & motus cōſequētes ſenſibiles qualitates. Sic igitur quantitas non claudit in ſui intellectu qualitates ſenſibiles vel paſſiones vel motus, claudit tū in ſui intellectu ſubſtantiam. Poteſt igitur intelligi quātitas ſine materia ſubiecta motui, & qualitatibus ſenſibilibus, non tū abſq; ſubſtātia. Et ideo huiuſmodi quātitates & quæ eis accidunt, ſunt ſm intellectū abſtracta a motu & a materia ſenſibili, non autē a materia intelligibili, vt dicitur in ſeptimo Meta. Quia igitur ſic ſunt abſtracta a motu ſm intellectum, ꝙ nō claudūt in ſuo intellectu materiā ſenſibilem ſubiectam motui, ideo Mathematicꝰ poteſt abſtrahere a materia ſenſibili. & nihil differt quantū ad veritatem cōſyderationis vtrū ſic vel ſic conſyderentur. quāuis. n. nō ſint abſtracta ſecundum eſſe,

Nota neceſſitā de abſtractione doctrinam.

Te.cō.15.

Non tū Mathematici abſtrahentes ea ſecundum intellectū mentiunt, quia nō aſſerūt ea eſſe extra materiā ſenſibilem, hoc. n. eſſet mendaciū, ſed conſyderāt de eis abſq; cōſyderatione materiæ ſenſibilis, quod abſq; mendacio fieri poteſt. Sicut aliquis poteſt cōſyderare albedinē abſq; Muſica et ūe re: licet conueniant ſ in eodē ſubiecto. non tū eſſet vera cōſyderatio ſi aſſereret album non eſſe Muſicum. Tertio ibi.

Abſtrahēti nō eſt mendacium, vide tertio de Anima tex. 15.

Latent autem id agentes: & hi, qui dicunt ideas eſſe. ARGY. *Naturales enim ſeparant formas quæ minus ſeparabiles ſunt, quàm mathematicæ formæ.*

Later autem hoc facientes & ideas dicentes. Phyſica enim abſtrahūt: cùm minus ſint abſtracta Mathematicis.

Tex.c.19.

Excludit ex prædictis errorē Platonis. Quia. n. latebat eū quomodo intellectus vere poſſet abſtrahere ea, quę non ſunt abſtracta ſm eſſe, poſuit omnia, quæ ſunt abſtracta ſm intellectū eſſe abſtracta ſm rem. Vnde nō ſolum ponit mathematica abſtracta propter hoc, ꝙ Mathematicꝰ abſtrahit a materia ſenſibili, ſed etiā poſuit ipſas res naturales abſtractas, Propter hoc, ꝙ Naturalis ſciētia eſt de vniuerſalibꝰ & non de ſingularibus. Vnde poſuit hominē eſſe ſeparatū, & equū, & lapidē & alia huiuſmodi: quæ quidē ſeparata, dicebat eſſe ideas. cū tū naturalia ſint minus abſtracta cꝫ mathematica. mathematica. n. ſunt omnino abſtracta a materia ſenſibili ſecundū intellectum: quia materia ſenſibilis nō includitur in intellectu mathematicorum, neq; in vniuerſali neq; in particulari: ſed in intellectu ſpecierum naturalium includitur quidem materia ſenſibilis, ſed nō materia indiuidualis: in intellectu enim hominis includitur caro et os, ſed non hæc caro & hoc os. Deinde cum dicit.

Ratio Platonicorum, ponentium vniuerſalia ſeparata.

Quod quidem eſſe patebit, ſi quiſpiam vtrorumq; definitiones, ipſarum inquam formarum naturalium, & accidentium dicere conetur, etenim par quidem & impar, rectum & curuum, numerus inſuper, linea, atq; figura ſine motu nimirum definiuntur. at carnis, oſſis, ac hominis definitio ſine ipſo non erit. Sed hæc perinde atq; naſus ſimus, ſed non ut curuum, concauumq; dicuntur. ARGY.

Fiet autem hoc manifeſtum ſi aliquis vtrorumque tentauerit dicere terminos & ipſorum & accidentium. Impar quidem enim & par, rectum, curuum, adhuc autem & linea & figura ſine motu. Caro autem & os, & homo non adhuc, ſed hæc ſicut naris ſima: ſed non ſicut curuum dicuntur.

Manifeſtat poſitam ſolutionem dupliciter. Primo quidē per differentiā definitionum, quas aſſignat Mathematicus & Naturalis, Secundo per Scientias medias ibi. [Demonſtrant autē & quæ magis.] Dicit ergo primo, ꝙ hoc, quod dictum eſt de diuerſo modo conſyderationis Mathematici & Phyſici, fiet manifeſtum ſi quis tentauerit dicere definitiones Naturalium & Mathematicorum, & accidentia eorum. quia Mathematica, vt par, & impar, & rectum, & curuum, & numerus, & linea, & figura, definiuntur ſine motu & materia: non autem caro, & os, & homo: ſed horum definitio eſt ſicut definitio ſimi, in cuius definitiōe ponitur ſubiectum ſenſibile. Et ſic ex ipſis definitionibus Naturalium & Mathematicorum apparet ꝙ ſupra dictum eſt de differentia Mathematici & Naturalis. Secundo ibi.

Te.cō.18.

Hoc idem indicant & Mathematicarum facultatum ARGY. *hæc, quæ magis ſunt Naturales, ut perſpectiua, Muſica, & Aſtrologia. Nam contra quodammodo ſeſe habent atque Geometria. Geometria nanq; de Naturali quidem linea contemplatur, ſed non ut eſt Naturalis. Perſpectiua uero Mathematicam quidem conſyderat lineam, at non ut eſt Mathematica, ſed ut eſt Naturalis.*

Demon-

Te.cō.20.

Nec in textu græco, nec in græcis expoſitoribus, comparatio hæc mediarū ſciētiarum habetur, ac tātum dicitur ꝙ Sciētiæ mediæ magis ſunt Naturales, q̄ Mathematicæ puræ. nēpe naturales ſint.

Demonſtrant autem & quæ magis Physica cꝫ Mathematica: vt Perſpectiua, & Harmonica, & Aſtrologia. è contrario enim quodammodo ſe habent ad Geometriam. Geometria quidem enim Phyſicam intendit lineam: ſed nō inquantum eſt Phyſica. Sed perſpectiua quidem Mathematicam lineam, ſed non inquātum Mathematica, ſed inquantum eſt Phyſica.

Probat idē per ſciētias, quæ ſunt mediæ inter Mathematicam & Naturalem. Dicuntur autē ſciētiæ mediæ, quæ accipiunt principia abſtracta a Scientiis pure Mathematicis, & applicant ad materiā ſenſibilem: ſicut Perſpectiua applicat ad lineā viſualem, ea quæ demonſtrantur a Geometria circa lineam abſtractā. et Harmonica, i. Muſica, applicat ad ſonos ea, quæ Arithmeticus conſyderat circa proportiones numerorum. & Aſtrologia cōſyderationem Geometricę & Arithmeticę applicat ad Cęlū & ad partes eius. Huiuſmodi autē Scientiæ, licet ſint mediæ inter Scientiā Naturalem & Mathematicam: tū dicūtur hic a Philoſopho eſſe magis Naturales cꝫ Mathematicæ, quia vnūquodꝙ denominaē, & ſpeciem habet a termino. vnde, quia harū Scientiarum cōſyderatio terminatur ad materiā Naturalē, licet per principia Mathematica procedat, magis ſunt Naturales cꝫ Mathematicæ. Dicit ergo de huiuſmodi Scientiis, ꝙ contrario modo ſe habent cū Scientiis, quæ ſunt pure Mathematicæ, ſicut Geometria vel Arithmetica. Nā Geometria conſyderat quidē de linea, quæ habet eſſe in materia ſenſibili, quæ eſt linea Naturalis, non tū cōſyderat de ea inquantū eſt in materia ſenſibili, ſecundū ꝙ eſt Naturalis, ſed abſtracte vt dictū eſt. Sed Perſpectiua econtra accipit lineā abſtractam, ſecundum ꝙ eſt in cōſyderatione Mathematici, et applicat eam ad materiā ſenſibilē: & ſic determinat de ea, nō inquātum eſt Mathematica, ſed inquantū eſt Phyſica. Ex ipſa ergo differētia Scientiarum mediarū ad Sciētias pure Mathematicas, apparet quod ſupra dictū eſt. Nam, ſi huiuſmodi Scientiæ mediæ abſtracte applicant ad materiam ſenſibilē, manifeſtum eſt, ꝙ Mathematicę econtra ea, quę ſunt in materia ſenſibili abſtrahunt. Et per hoc etiam patet reſponſio ad id quod ſupra obꝺiciebatur de Aſtrologia. Vnde Aſtrologia eſt magis Naturalis quàm Mathematica. Vnde non eſt mirum ſi communicet in concluſionibus cum Scientia Naturali: quia tamen non eſt pure Naturalis per aliud mediū eandem concluſionem demonſtrat. Sicut, ꝙ terra ſit ſpherica demonſtratur a Naturali per medium Naturale, vt puta, quia partes eius vndiq; & æqualiter concurrunt ad medium: ab Aſtrologo autem ex figura eclipſis lunaris, vel ex hoc, ꝙ non eadem ſydera ex omni parte terræ aſpiciuntur.

Cur magis Naturales dicat Ari. Scientias medias eſſe.

LECTIO IIII.

Naturalis Philoſophus non ſolam materiam ſpeculatur: ſed formam omnem in materia vſq; ad hominis intellectum.

ARGY. *Cùm autē Natura ſit duplex, materia atq; forma, res Naturales perinde cōēplemur oportet, atq; ſi de ſimitate quidnā ſit, cōſyderemus. Quare neq; ſine materia, neq; ſine rōne materiæ res huiuſcemodi cōſyderādæ eſſe uidētur.*

Tex.cō.21.

Quoniam autem natura dupliciter dicitur, Qſpecies & materia, ſicut de ſimo quid ſit intendimus, ſic cōſyderandum eſt. Quare neq; ſine materia huiuſmodi, neq; ſm materiā.

Poſtquam Philoſophus oſtēdit differentiā inter Naturalem & Mathematicū, hic oſtēdit ad quid ſe extendat conſyderatio Naturalis. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ad Naturalem pertinet cōſyderare formā & materiam. Secundo oſtēdit quid ſit terminus cōſyderationis Naturalis circa formā ibi. [Vſq; ad quantū.] Circa primū duo facit. Primo ex præmiſſis cōcludit propoſitum. Secundo mouet dubitationes circa determinatū ibi. [Etenim iā.] Dicit ergo primo, ꝙ natura dicīꝫ dupliciter, ſ. de materia & forma, vt ſupra dictū eſt. Et ſic eſt cōſyderandum in Scientia Naturali, ſicut cū intendimus de ſimo quid eſt, tunc. n. nō ſolum formam. i. curuitatē, ſed etiā materiam. i. naſum attendimus. Vnde in Sciētia Naturali neq; eſt conſyderatio ſine materia ſenſibili, neq; etiā ſolum ſecundum materiam, ſed etiam ſm formā. Et notandū, ꝙ iſte proceſſus Ariſt. includit duo media. per vnū quorum ſic poteſt argumētari. Naturalis Philoſophus debet conſyderare de natura: ſed natura eſt tam forma cꝫ materia: ergo debet tam de materia cꝫ de forma conſyderare. Per aliud vero ſic. Naturalis differt a Mathematico, vt dictum eſt, quia conſyderatio Naturalis eſt ſicut conſyderatio ſimi, conſyderatio vero Mathematici eſt ſicut conſyderatio curui: ſed conſyderatio ſimi eſt conſyderatio formæ & materiæ: ergo & conſyderatio Naturalis eſt conſyderatio vtriuſque. Secundo ibi.

Secūda pars te.18.

Immediate infra lec. 2.

Nam & de hoc ipſo quiſpiam dubitauerit cū duæ ſint ARGY. *Naturæ, de utra cōſyderare, ad Naturalē Philoſophū pertinet: an de eo quod ex utriſq; cōponitur. Quod, ſi de ipſo, et de utraq; contēplari ad eundē utiq; ſpectat, utrū igitur eiuſdem ſit facultatis an diuerſarum vtranq; cognoſcere.*

Etenim iam & de hoc dubitabit aliquis dupliciter, quia duæ naturæ ſunt, de qua eſt Phyſica, aut de eo quod ex utriſq;. Sed ſi de eo quod eſt ex vtriſq;, & circa vtraq;: vtrum igitur eiuſdem, aut alius vtrunq; cognoſcere?

Te.cō.22.

Mouet circa præmiſſa dubitationē duplicem. quarū prima eſt. Cū natura dicatur de materia & de forma, vtrum Scientia Naturalis ſit tantū de materia, vel tantū de forma: vel de eo, quod eſt ex vtroq; cōpoſitum. Secūda dubitatio eſt. Suppoſito, ꝙ de vtroq; conſyderet Scientia Naturalis, vtrum ſit eadem Scientia Naturalis, quæ conſyderet de forma & materia: vel alia, & alia de vtroq;. Secundo ibi.

Nam reſpiciēti quidem ad Veteres, materiei cognitio ARGY. *ad ipſum uidebitur pertinere. perparum enim Empedocles & Democritus formam, quiditatemq; tetigerunt.*

In Antiquos quidem enim aſpicienti videbitur vtiq; eſſe materiei. ex parua enim parte quadam Empedo. & Democritus ſpeciem & quod quid erat eſſe tetigerunt.

Soluit prędictas dubitationes, & maxime ſecundā, oſtendens ꝙ ad eiuſdem Sciētiæ Naturalis conſyderationē pertinet conſyderare de forma & de materia. Nā prima queſtio ſatis videbaē ſoluta eſſe per hoc, quod dixerat, ꝙ cōſyderatio Naturalis eſt, ſicut cū intendimus de ſimo quid ſit. Circa hoc ergo duo facit. Primo ponit quid Antiqui ſenſiſſe uidenē: & dicit, ꝙ ſi aliquis velit aſpicere ad dicta Antiquorum Naturaliū, videtur, ꝙ Scientia Naturalis nō ſit niſi de materia: quia vel nihil tractauerunt de forma, vel aliquid modicū, ſicut tetigerunt eam Demo. & Empe. inquantum poſuerunt aliquid fieri ex multis ſecūdum aliquem determinatum modū miſtionis vel cōgregationis. Secundo ibi.

At, ſi ars imitatur naturam, eiuſdem autem ſcientiæ ARGY. *eſt formam atq; materiam uſque ad terminum quendam cognoſcere, ueluti Medici ſanitatem, & bilem, atq; pituitam, in quibus eſt ſanitas: & Aedificatoris ſimiliter formam ipſius domus atq; materiā, lateres inquàm ac ligna & cæterorum. Eodem modo Naturalis etiam facultatis erit profectò utraſq; naturas cognoſcere.*

Si autem ars imitatur naturam: eiuſdem autē ſcientiæ eſt cognoſcere formā & materiam vſq; ad hoc, vt Medici ſanitatem, & cholerā & phlegma, in quibus eſt ſanitas: ſimiliter autem et Aedificatoris eſt formā domus, & materiā, quoniam lateres & ligna ſunt: ſimiliter autem in aliis: & Phyſici vtiq; erit cognoſcere vtraſq; naturas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ostendit propositum tribus rationibus. quarum prima talis est. Ars imitatur naturā. oportet igitur, cp sic se habeat Scientia Naturalis circa Naturalia, sicut se habet Scientia artificialis circa artificialia: sed eiusdē Scientiæ artificialis est cognoscere materiam & formam vtrq; ad aliquem certum terminum, sicut Medicus cognoscit sanitatem vt formā, & cholerā & phlegma, & huiusmodi sicut materiā, in qua est sanitas. Nam in contēperatione humorum sanitas cōsistit. Et similiter ædificator cōsyderat formā domus, & lateres et ligna, quæ sunt materia domus. & ita est in omnib⁹ alijs artibus. ergo eiusdē Scientię naturalis est cognoscere tā materiam cp formā. Eius aūt, cp ars imitatur Naturam ratio est, quia principiū operationis artificialis cognitio est: omnis aūt nostra cognitio est per sensus a rebus sensibilibus & naturalibus accepta, vnde ad similitudinē naturaliū in artificialibus operamur. Ideo aūt res naturales imitabiles sunt p̄ artē, quia ab aliquo principio intellectiuo tota natura ordinatur ad finē suū, vt sic opus naturę videaē esse opus intelligentię, dū per determinata media ad certos fines procedit: quod etiā in operādo ars imitaē. Secūdā rationē ponit ibi.

Quomodo ars naturam imitetur.

ARGY. *Præterea Facultatis eiusdem est id gratia cuius, finemque & ea, quæ horum gratia sunt cognoscere. at naturæ finis est, & id cuius gratia. Quorum nanque motionis, si sit continua, finis aliquis est, eorum ue vltimum est, & id cuius gratia. Quapropter & Poeta ridicule compulsus est ad hanc sententiam asserendam, Extremum ob quod natus erat fatumq; petiuit. Non enim quoduis ultimum finis est, sed id, quod est optimum. Artes præterea materiam faciunt, quædam simpliciter: quædam aptam idoneamque ad opus. Et utimur quia omnia sunt gratia nostri. (Sumus enim & nos quodammodo fines.) Id enim, cuius gratia cætera sunt, dupliciter dicitur, ut in Philosophia distinximus. Duæ igitur domnæ sunt materiet cognoscentesq; artes, ea, quæ utitur, & ea, quæ præest faciendorum operum facultati: ipsa inquam Architectura. Quapropter & ea, quæ utitur, Architectura quodammodo est. Sed hoc interest: altera nanque formam cognoscit, altera materiam facit. Nam gubernator quidem qualis est forma claui cognoscit ac iubet. at Architectus extruendæ nauis, quali ex ligno & qualibus ex motibus erit. In his igitur, quæ per artem conficiuntur, nos operis extruendi causa materiam facimus. In naturalibus autem est.*

Tex.cō.25. Adhuc, quod cuius causa fit, & finem eiusdē. & quæcunque sunt propter hoc. Natura autem finis est, & cuius causa fit. quorum enim continuo motu existente, est aliquis finis, ipsius motus, hoc vltimum est, & cuius causa fit. vnde & Poeta derisorie apposuit dicere hunc finem, cuius quidem causa effectus est. vult enim non omne esse vltimum finem, sed optimum. Quoniā autem faciunt artes materiam, aliæ quidem simpliciter: aliæ vero operose. & vtimur tanquam propter nos omnibus quæ sunt. (Sumus enim quodammodo & nos finis.) Dupliciter enim est id cuius causa fit. dictum est autem de his in his, quæ de Prima Philosophia sunt. * Duæ igitur sunt [a] principantes materiam & cognoscentes artes: quæ vtitur, & factiua, quæ Architectonica. vnde & vsualis Architectonica quodammodo est. Differunt autem secūdum quod hæc formæ quidem cognoscitiua est Architectonica, alia autem vt factiua materiæ. gubernator enim qualis sit forma aliqua temonis cognoscit & instituit: alius autem ex quo ligno & qualibus illis erit. In his quidem igitur, quæ sunt secundum artem, nos facimus materiam propter opus: sed in Physicis inest.

In quinto & duodecimo. Te.cō.25. * Te.cō.25. a.l. quæ dominantur materiæ.

Eiusdem Scientiæ est cōsyderare finē, & ea quæ sunt ad finē. & hoc ideo, quia ratio eorum, quę sunt ad finem a fine sumit: sed natura, quæ est forma, est finis materiæ: ergo eiusdem Scientię Naturalis est cōsyderare materiam & formā. Quod autē forma sit finis materiæ sic probat. Ad hoc, cp aliquid sit finis alicuius motus cōtinui duo requiruntur: quorum vnū est, cp sit vltimū motus: et aliud est, cp sit cuius causa fit: aliquid. n. potest esse vltimū, sed nō est cuius causa fit. vnde Poeta hoc apposuit, cp derisorie se habet dicere, finē cuius causa fit. Videtur. n. esse nugatio, sicut si diceretur, homo animal: quia animal est de ratione hominis, sicut & cuius causa de ratione finis. vult. n. Poeta, cp nō omne vltimū sit finis, sed illud, quod est vltimū & optimū, hoc est cuius causa fit. Et quidē, cp forma sit vltimum generationis hoc est per se manifestum. Sed, quod sit cuius causa fit respectu materiæ, manifestat per similitudinē in artibus. Inueniuntur. n. quædam artes, quæ faciunt materiā, quarum quædā faciūt eam simpliciter, sicut ars figuli facit lateres, quæ sunt materia domus: quædā vero faciunt eam operose, i. materiā præexistentem in natura disponunt ad receptionē formæ, sicut ars carpētaria præparat ligna ad formam nauis. Item consyderādum est, cp nos vtimur omnibus, quæ sunt secundum artē facta, sicut propter nos existētibus. Nos. n. sumus quodammodo finis omnium artificialium. Et dicit. [quodammodo.] quia sicut dictū est in Philosophia prima, dupliciter dicitur id cuius causa fit, s. cuius & quo: sicut finis domus, vt cuius, est habitator: vt quo, est habitatio. Ex his igitur accipere possumus cp duæ artes sunt principātes materiam. i. quæ præcipiunt artibus facientibus materiam: & cognoscentes. i. dijudicantes de ipsis: vna, s. quæ vtitur, & alia, quæ est factiua artificiati, inducēs, s. formam: et hæc est sicut Architectonica respectu eius, quę disponit materiā, sicut nauifactiua respectu carpētariæ, quæ secat ligna. Vnde etiā oportet cp ipsa ars vsualis sit quodāmodo Architectonica, i. principalis ars respectu factiuę. Quāuis igitur utraq; sit Architectonica, s. vsualis et factiua, tū differūt, quia vsualis est Architecta inquātū est cognoscitiua & dijudicatiua de forma: alia autē, quæ est Architecta tanq̄ factiua formę, est cognoscitiua materiæ, i. dijudicat de materia. Et hoc manifestat per exemplū. vsus. n. nauis pertinet ad gubernatorem, & sic gubernatoria est vsualis: & sic est Architectonica respectu nauifactiuę, & cognoscit & dijudicat de forma. Et hoc est, quod dicit, cp gubernator cognoscit & instituit qualis debeat esse forma temonis. Alius autem, s. Factor nauis cognoscit & dijudicat ex quibus & qualibus lignis debeat fieri nauis. Sic ergo manifestū est, cp ars, quę īducit formam, præcipit arti, quæ facit vel disponit materiā: & ars, quæ vtitur artificiatę iā facto, præcipit arti, quę inducit formam. Ex quo possumus accipere, cp sic se habet materia ad formam, sicut forma ad vsum. sed vsus est cuius causa fit artificiatum: ergo & forma est, cuius causa est materia in artificialibus. Et sicut in his, quæ sunt secundum artem, nos facimus materiam propter opus artis, quod est ipsum artificiatum, ita in naturalibus materia inest a natura non a nobis facta: nihilominus eundem habens ordinem ad formā; scilicet cp est propter formam. Vnde sequitur, cp eiusdem Scientiæ naturalis sit consyderare materiam & formam. Tertiam rationem ponit ibi.

Homo quodammodo finis est solum.

Tex.cō.24.

Insuper materies est eorum quæ sunt ad aliquid. Alia enim ad aliam est formam accommodata. ARGY.

Tex.cō.26. Amplius eorum quæ sunt ad aliquid materia est. in alia enim forma alia materia.

Quæ

Materia est de relatiuis secundum dici, non autem secundum esse.

Quæ talis est. Eorum, quæ sunt ad aliquid, vna est scientia: sed materia est de numero eorum, quæ sunt ad aliquid: quia dicitur ad formam. Quod ideo non dicitur: quia ipsa materia sit in genere relationis, sed cuiuslibet formæ determinatur propria materia. Et hoc est quod subdit, quòd sub alia forma oportet esse aliam materiam. Vnde relinquitur, cp eiusdem scientię naturalis sit consyderare formam et materiam. Deinde cum dicit.

ARGY. *At quousq; naturalem Philosophum formam et ipsum quid est scire oportet. An ut medicum neruum, uel fabrū æs, usq; ad quendam terminum consyderare oportet. Alicuius nanq; gratia est unaquæq;, et circa res uersari quæ separabiles quidem sunt ratione, in materia autem sunt. Homo nanq; generat hominem atq; sol. Quo uero modo sese habeat separabilis forma: & quidnam sit Philosophiæ Primæ officium est determinare ac pertractare.*

Testimonio autē Themistij Simplicier. opinatur naturalē Philosophū formam, vsq; ad causam finalē debere consyderare, q. & Plato iubet in Phedone.

Vsq; ad quantum ergo Physicum oportet cognoscere speciem & quod quid est? Aut quemadmodum ad Medicum neruum: & fabrum æs vsq; quo, cuius enim causa vnumquodq;. Et circa hæc quæ sunt separatæ quidem species in materia. homo enim hominem generat ex materia & sol. Quomodo autē se habeat hoc separabile, & quid sit, Philosophiæ primæ est determinare.

Ostendit quantū se extendat cōsyderatio scientiæ naturalis circa formā. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quæstionem hāc. s. vsq; ad quantū oporteat Naturalem cōsyderare de forma & quiditate rei. Nam consyderare formas & quiditates rerū absolute, videtur pertinere ad Philosophū. Primum. secundo soluit, cp sicut Medicus cōsyderat neruū, et Faber ęs vsq; ad aliquē terminū, ita et Naturalis formas. Medicus. n. non consyderat de neruo inquātum est neruus: hoc. n. pertinet ad Naturalem, sed inquātum est subiectum sanitatis. & similiter Faber de ære non inquantum est æs, sed inquantū est subiectum statuę, aut alicuius huiusmodi. Et similiter Naturalis nō cōsyderat de forma inquantū est forma, sed inquātū est in materia. Et ideo sicut Medicus intantum cōsyderat de neruo inquantū pertinet ad sanitatē, cuius causa cōsyderat neruum, similiter Naturalis in tantū cōsyderat de forma inquātū habet esse in materia. Et ideo

Termin⁹ consyderationis Naturalis.

terminus cōsyderationis Scientiæ naturalis est circa formas, quæ quidē sunt aliquo modo separatæ, sed tū esse habēt in materia. Et huiusmodi formæ sunt animæ rationales: quæ quidem sunt separatę, inquantū intellectiua virtus non est actus alicuius organi corporalis, sicut virtus visiua est actus oculi. sed in materia sunt inquātum dant esse naturale tali corpori. Et cp sint in materia per hoc probat, cp forma cuiuslibet rei generatę ex materia, est in materia: ad hoc. n. termi natur generatio vt forma sit in materia. Sed homo generat ex materia & ab homine, quasi ab agente primo, & a Sole tanq̄ ab agēte vniuersali respectu generabiliū: vnde sequitur, cp aīa, quæ est forma humana, sit in materia. Vnde vsq; ad animā rationalē se extendit cōsyderatio Naturalis, quæ est de formis. Sed qūo se habeant formæ totaliter a materia separatæ, & quid sint, vel etiā quomodo se habeat hæc forma. i. anima rationalis secundū cp est separabilis, et sine corpore existere potens, & quid sit secundū suam essentiā separabile, hoc determinare pertinet ad Philosophum primū.

LECTIO V.

Philosophum Naturalem de Causis speculari oportere: quæue & quot numero sint.

ARGY. *Determinatis autem hisce consyderandum est de causis quales & quot sint numero. Nam cùm hæc pertractatio sciendi sit causa, scire autem unumquodque non prius putemus, quàm circa unumquodque propter quid est capiamus, idque sit primam accipere causam, & patet a nobis hoc esse agendum, & de generatione corruptione ue, & de omni Naturali mutatione: ut ipsarum perceptis principijs, ad ipsa quodque eorum, quæ quærimus, reducere emtamur.*

Te.cō.27. Determinatis autem his cōsyderandum est de causis, & quæ & quot numero sunt. Quoniam. n. sciendi gratia hoc negociū est: scire autem nō ante opinamur vnūquodq; cū; vtiq; accipimus propter quid est vnūquodq;, hoc autem est accipere primam causam, manifestū est, quoniam & nobis hoc faciendum est, et de generatione & corruptione & de omni Physica mutatione: quatenus scientes eorū principia, reducere in ipsa tentemus quæsitorū vnumquodq;.

Te.cō.28. Postq̄ Philosophus ostēdit de quibus consyderat Scientia Naturalis, hic incipit ostēdere ex quibus causis demōstret. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de causis In secunda uero ostēdit ex quibus causis Naturalis demonstret ibi. [Qūm autē causę quatuor.] Circa primū duo facit. Te.cō.70. Primo ostendit necessitatem determinandi de causis, secundo incipit de causis determinare ibi. [Vno quidē modo.] Dicit ergo primo, cp postq̄ determinatū est quid cadat sub cōsyderatione scientię Naturalis, restat consyderandum de causis, quę & quot sunt. Et hoc ideo, quia hoc negociū, quo intēdimus de natura tractare, nō ordinatur ad operationē, sed ad scientiā. quia nos non possumus facere res naturales sed solū de eis scientiā habere. sed nos nō opinamur nos scire vnūquodq;, nisi cū accipimus propter quid, quod est accipere causam. Vnde manifestū est cp hoc obseruandum est nobis circa generationē et corruptionē et omnem naturalē mutationem, vt cognoscamus causas: & reducamus vnumquodq;, de quo quæritur propter quid, in proximā causam. Hoc aūt ideo dicit, quia cōsyderare de causis inquantū huius, propriū est Philosophi Primi. nā causa in eō cp causa est non dependet a materia secundū esse, eō cp in his etiā, quæ a materia sunt separatæ, inuenit ratio causæ. Sed a Philosopho naturali assumitur cōsyderatio de causis propter aliquam necessitatem: nec assumitur ab eo cōsyderare de causis, nisi fm cp sunt causæ naturalium mutationum. Secundo ibi.

ARGY. *Vno itaq; modo causa dicitur id, ex quo quippiam fit, eo pacto ut insit, ut æs statuæ, argentumq; pateræ, & horum genera. Alio modo forma atq; exemplar. hæc est autem ratio quiditatis & huius genera, uelut eius concentus, qui sonos omnes complectitur, ipsa duorum ad unum ratio, atq; omnino numerus. partes itemq; , quæ in ratione sumuntur. Præterea id, unde primū principium est mutationis aut quietis. qualis est causa his qui consulunt, & pater filij, atq; omnino quod efficit eius quod efficitur. & quod mutat eius quod mutatur. Insuper ut finis, hic autē est cuius gratia cætera fiunt. ueluti de ambulandi sanitas. cur enim de ambulat interrogati, quò ualeat respōdemus: atque si hoc pacto dixerimus, reddidisse causam arbitramur. Et quæcunq; alio mouēte inter ipsum & finem fiūt, ut inter Medicum sanitatemq; , macies, aut purgatio, aut instrumenta. Vniuersa enim hæc ipsius finis gratia sunt, inter sese autem differunt. alia nanque sunt opera, alia instrumenta. Causæ igitur tot ferè modis dicuntur.*

Te.cō.28. Vno quidē modo causa dicitur, ex quo fit aliquid cùm insit, sicut æs statuæ, & argentū phiale, & horū genera. Alio autē modo species exēplū. hęc autē est ratio ipsius cp quid erat esse: et huius genera, vt eius quæ est diapason, duo ad vnū, & omnino numerus, & partes, quæ in definitione.

Amplius vnde principium mutationis primũ aut quietis est, vt consilians causa, & pater filij, et omnino faciẽs facti, & commutans commutati.

Te.co.29. Adhuc autẽ quemadmodum finis. Hoc autẽ est quod cuius causa, vt ambulandi sanitas. propter quid enim ambulat, dicimus vt sanetur. & dicentes sic, opinamur assignare causam. Et quæcũq; tam mouente alio intermedia, sunt finis: vt sanitatis, macies, aut purgatio, aut potiões, aut organa. omnia. n. hæc finis gratia sunt. Differunt tamen abinuicẽ, q̃ alia quidem opera, alia vero organa. Causæ quidẽ igitur ferè tot modis dicunt.

Te.co. 30. Determinat de causis. Et circa hoc tria facit. Primo ostẽdit diuersas species causarũ, Secundo de quibusdã immanifestis causis determinat ibi. [Dicitur autẽ fortuna.] Tertio ostendit q̃ nõ sunt plures neq; pauciores ibi. [Q̃m autem causæ.] Prima diuiditur in duas. In prima determinat species causarũ. In secunda determinat modos diuersarũ causarum secundũ vnamquamq; speciẽ ibi. [Modi autem causarum.] Circa primum duo facit. Primo inducit diuersas species causarum, Secũdo reducit eas ad quatuor ibi. [Omnes autem nunc.] Circa primũ duo facit. Primo ponit diuersitatem causarũ. Secundo exponit quædam consequentia ex diuersitate prædicta ibi. [Contingit autẽ.] Dicit ergo primo q̃ vno modo dicitur causa, ex quo fit aliquid cũ insit, sicut æs dicitur causa statuę, & argentũ causa phialę, & etiã genera horũ dicuntur causæ earundẽ rerum, sicut metallũ, vel liquabile, vel huiusmodi. Apposuit autẽ. [cum insit.] ad differentiã priuationis & cõtrarij. nam statua quidẽ fit ex ære, quod ineſt statuæ iam factæ: fit etiam ex infigurato, quod quidẽ non ineſt statuæ iã factæ. Vnde æs est causa statuæ, non autẽ infiguratum, cum sit principiũ per accidens tantum, vt in Primo dictũ est. Secundo modo dicitur causa species & exẽplum. & hoc dicitur causa, inquantũ est ratio quidditatiua rei. hoc. n. est per quod scimus de vnoquoq; quid est. Et sicut dictũ est circa materiam, q̃ etiam genera materiæ dicuntur causa, ita & genera speciei dicũtur causa. Et ponit exemplũ in quadam cõsonantia musicæ, quæ vocat diapason, cuius forma est proportio dupla, quę est duorum ad vnũ. Nam proportiones numerales applicatæ ad sonũ sicut ad materiã, consonantias musicales cõstituunt. et cum duo vel duplũ sit forma cõsonantiæ, quę est diapason, & genus duorum, quod est numerus, est causa. Sicut. n. dicimus q̃ forma diapason est proportio duorũ ad vnum, quæ est proportio dupla, ita possumus dicere q̃ forma diapason est proportio duorũ ad vnum, quæ est multiplicitas. Et ita ad hunc modũ causæ reducũtur omnes partes, quæ ponuntur in definitione. nã partes speciei ponũtur in definitione, non autẽ partes materiæ, vt dicitur in. 7. Meta. Nec est hoc cõtra id, quod supra dictũ est, quod in definitione rerũ naturalium ponitur materia. nã in definitione speciei nõ ponitur materia indiuidualis, sed materia cõis: sicut in definitione hominis ponũtur carnes & ossa, nõ autem hæ carnes & hęc ossa. Natura igitur speciei cõstituta ex forma & materia cõmuni se habet ut formalis respectu indiuidui, quod participat talẽ naturam: & pro tanto hic dicitur, q̃ partes, quæ ponũtur in definitione, ad causam formalẽ pertinent. Considerandũ est etiã, q̃ duo posuit pertinentia ad quidditatem rei. i. speciẽ, & exemplũ propter diuersas opiniones de essentijs rerũ. Nam Plato posuit naturas specierum esse quasdã formas abstractas, quas dicebat exẽplaria & ideas: & propter hoc posuit exẽplum vel paradigma. Naturales autẽ Philosophi, qui aliquid de forma tetigerũt, posuerunt formas in materia. & propter hoc nominauit speciẽ. Vlterius autẽ dicit q̃ alio modo dicitur causa, a quo est [principiũ motus vel quietis, sicut cõsilians dicitur causa: & pater filij, & omnino cõmutans cõmutati.] Circa autẽ huiusmodi causas cõsyderandũ est q̃ quadruplex est causa efficiẽs, scilicet perficiẽs, præparans, adiuuãs, et consilians. Perficiẽs enim est, quod dat cõplementũ motui vel mutationi, sicut quod introducit formã substantialẽ in generatione. Præparans autẽ seu disponens est, quod aptat materiam seu subiectum ad vltimũ complementum. Adiuuans vero est, quod nõ operatur ad propriũ finem, sed ad finem alterius. Consilians autẽ in his, quę agũt a proposito, est quod dat agenti formam per quã agit. Nam agẽs a proposito agit per suam scientiam, quã consiliãs sibi tradit. sicut & in rebus naturalibus generãs dicitur mouere grauia vel leuia, inquãtũ dat formam per quã mouentur. Quarum autẽ modũ causæ ponit, q̃ aliquid dicitur vt finis, & hoc est cuius causa aliquid fit, sicut sanitas dicitẽ causa ambulationis. Et hoc patet, quia respõdetur ad quæstionẽ factã propter quid. cum. n. quærimus propter quid ambulat, dicimus vt sanet: & hoc dicentes opinamur nos assignare causam. Ideo aut potiº probat de fine q̃ sit causa, q̃: de alijs, quia hoc minus videbat, propterea quia finis est vltimũ in generatione. Et vlterius addit, q̃ omnia, quæ sunt intermedia inter primũ mouens & vltimũ finem, omnia sunt quodãmodo fines. sicut Medicus ad sanitatẽ inducendã extenuat corpus, & sic sanitas est finis macies: maciẽ aũt operatur per purgationẽ, purgationẽ autẽ per potionẽ, potionem aũt præparat per aliqua instrumenta, vnde omnia hæc sunt quodãmodo finis. nã macies est finis purgationis, & purgatio potionis, et potio organorũ, & organa sunt fines in opatione, vel inquisitione organorũ. Et sic patet, q̃ ista intermedia differũt adinuicem, inquantũ quædã sunt organa, & quædã opera operata, s. per organa. Et hoc inducit ne aliquis crẽdat q̃ solũ id, quod est vltimum, sit causa, sicut cuius gratia: propter hoc, q̃ hoc nomen finis vltimũ quoddã videtur esse. Est igit omnis finis vltimũ nõ simpliciter, sed respectu alicuiº. Et ultimo cõcludit q̃ fere tot modis dicuntur causę. Et addit fere, ppter cãs quæ sunt per accidẽs, sicut sunt casus et fortuna. Secũdo ibi.

Fit autem, vt cum multipliciter causæ dicãtur, multæ etiam eiusdem sint non per accidens causæ, ceu statuæ, & statuaria ars, & æs, nõ per aliud quicq̃, sed vt statua est: at non eodem modo, sed æs quidem vt materia, ars autem vt id, à quo motio proficiscitur. Sunt præterea q̃ sibi sunt mutuo causæ, vt exercitiũ bonæ habitudinis, & hæc exercitij. at non eodem modo, sed hæc vt finis, illud vt principium motus. Idem insuper contrariorum est causa. quod enim præsens causa euuspiam est, id & absens nõnunquã causam esse contrarij dicimus, ut Gubernatoris absentiã subuersionis nauis, cuius præsentia causa erat salutis.

Contingit autem multipliciter dictis causis, & multas eiusdem causas esse non fm accidens: vt statuifica, & æs, non fm alterum aliquid, sed fm q̃ est statua: sed non eodem modo, sed hoc quidem vt materia, illud autẽ, sicut vnde motus. Sunt autem quædam, & adinuicem causæ, vt laborare causa est boni habitus, & hic laborandi: sed non eodem modo, sed hæc quidem sicut finis, illã sicut principium motus. Amplius autẽ eadem contrariorum est. quæ enim præsens causa huius est, & absentem causam aliquando contrarij, vt absentia Gubernatoris nauis submersionis, cuius erat præsentia causa salutis.

Manifestat tria cõsequentia, ex iã dicta causarũ diuersitate: quorũ Vnũ est, q̃, cũ causę dicantur multipliter, cõtingit vnius & eiusdẽ esse multas causas per se & nõ per accidẽs, sicut causa statuę est ars statuifica, vt efficiẽs: & æs vt materia. Et inde est, q̃ aliqñ vnius rei assignantur plures definitiones fm diuersas causas, sed pfecta definitio oẽs causas cõplectitur. Secundũ est, q̃ quædã sibi nuicẽ sunt causę secundũ diuersam speciẽ causæ, sicut laborare est causa efficiẽs bonę habitudinis, bona autẽ habitudo est causa finalis laboris.

Nihil

Nihil. n. prohibet aliquid esse prius & posterius altero fm diuersas rationes. finis enim est prius fm rationem, sed posterius in esse: agens autem econtra. Et similiter forma est prior materia secundum rationem complementi: materia autem est prius q̃: forma generatione & tempore in omni eo, quod mouetur de potẽtia in actum. Tertium est, q̃ idẽ est causa contrariorum quandoq; sicut per suam præsentiã gubernator est causa salutis nauis, per absentiam autem suã causa est submersionis eius. Deinde cum dicit.

ARGY. *Vniuersæ autem nunc dictæ causæ, quatuor in genera manifestissima cadunt. Elementa nanq; syllabarum. materies conficiendorum operum arte. ignis, & talia corporum partes totius: suppositiones deniq; conclusionis, ut id, ex quo fit aliquid, causæ sunt. Atq; horum quædam sunt ut subiectum, uelut partes: quædam ut quiditas, totum quam compositio, atq; forma. At semẽ Medicus, quiq; consuluit, & omnino efficiens omnia sunt causæ, unde est mutationis principium, uel quietis, uel motus. Quædam autem causæ sunt ut finis, bonumq; cæterorum. id enim gratia cuius cætera fiunt, optimum esse solet, ac finis illorum. Interfit autem nihil bonum ipsum, an apparens bonũ dicatur. Tales igitur atq; tot causæ specie esse uidentur.*

Te.co. 31. Omnes autem nunc dictæ causę in quatuor incidũt modos manifestissimos. Elemẽta enim syllabarũ, & terra vasorum, & ignis, & huiusmodi corporũ, & partes totius, & suppositiones cõclusionis, sicut ex quo causæ sunt. Harũ autẽ hæ quidẽ sunt sicut subiectũ & partes: aliæ aũt sunt, sicut quod quid erat esse, & totũ, & cõpositio, & species. Semen autẽ & medicus, & consilians, & omnino faciẽs, omnes sunt vnde principiũ mutationis, aut status aut motus est. Aliæ aũt sicut finis & bonũ aliorum. quæ. n. est cuius causa potissima est, & finis aliorũ voluit esse. Differt autem nihil eandem dicere bonam, vel videri bonam.

Te.cõm.32. Causæ quidem igitur hæ, & tot sunt species.

Reducit omnes causas superius enumeratas in quatuor species, & dicit, q̃ omnes causæ quæ enumeratæ sunt superius reducũtur ad quatuor modos, qui sunt manifesti. nam elementa, i. literæ sunt causæ syllabarũ, & similiter terra est causa vasorũ, & argentum phialę, & ignis, & huiusmodi corpora, s. simplicia, sunt causæ corporũ, & similiter quælibet partes sunt causa totius. [& suppositiones], i. propositiões syllogismi sunt causa conclusionũ: et omnia ista habent vnam rationẽ causæ, prout dicitur causa id, ex quo fit aliquid: hoc enim est in omnibus præmissis. Omnium autem nũc enumeratorum, quædam se habent vt materia, & quædam vt forma, quæ causat quiditatem rei, sicut omnes partes se habent vt materia, vt elemẽta syllabarũ, et quatuor elementa corporũ mistorum. sed ea, quæ important totũ, vel compositionem, vel qũq; speciem, se habet in ratione formę: vt species referatur ad formas simpliciũ, totum autẽ, & cõpositio ad formas cõpositorum. Videntur aũt hic esse duo dubia. Primo quidẽ de hoc, quod dicit, q̃ partes sunt causæ materiales totius animalis, cũ supra partes definitiõis reduxerit ad causam formalem. Et potest dici, q̃ supra locutus est de partibus speciei, quæ cadũt in definitione totius, hic aũt loquitur de partibus materiæ, in quarũ definitione cadit totum, sicut circulus cadit in definitiõe semicirculi. Sed melius dicendũ est, q̃ licet partes speciei, quæ ponũtur in definitione, cõparentur ad suppositũ naturæ per modũ causæ formalis, tñ ad ipsam naturã, cuius sunt partes, cõparantur vt materia. nã omnes partes cõparantur ad totũ, vt imperfectum ad perfectum, quæ quidẽ est cõparatio materiæ ad formam. Item potest esse dubiũ de hoc, quod dicit, q̃ pro-

Dubium. An partes rationem materiæ habeant.

Solutio.

Dubium.

A positiones sunt materia cõclusionis. Materia. n. ineſt ei, cuiº est materia, vnde supra notificãs causam materialem dixit, q̃ est, ex quo fit aliquid cũ insit: propositiones aũt sunt seor sum a cõclusione. Sed dicendũ, q̃ ex terminis propositionum constituitur conclusio. vnde fm hoc propositiones dicuntur materia cõclusionis, inquantũ termini, qui sunt materia propositionũ, sunt etiam materia cõclusionis, licet nõ fm q̃ stant sub ordine propositionũ, sicut farina dicitur materia panis, licet non fm q̃ stat sub forma farinę. Ideo tñ potius dicũtur propositiones materia cõclusionis, q̃: econuerso, quia termini, qui cõiunguntur in cõclusione separatim ponũtur in ꝑmissis. sic igitur habemus duos modos causæ. Quædam vero dicũtur esse causæ fm aliã rationem, quia, s. sunt principiũ motus, & quietis. Et hoc modo semẽ, quod est actiuũ in generatiõe, dicitur causa: & similiter Medicus per hunc modũ dicitur causa sanitatis, et cõsilians est causa per hunc modũ, & omne faciens. [Alia litera habet et propositiones.] Nam propositiones quidem quantũ ad termi B nos sunt materia cõclusionis, vt dictũ est: quantum autem ad vim illatiuam ipsarum reducuntur ad hoc genus causę. Nam principiũ discursus rationis in cõclusione est ex propositionibus. In alijs vero causis inuenitur alia ratio causæ, fm, s. q̃ finis, vel bonũ habet rationẽ causæ. Et hæc species causę potissima est inter alias causas. Est enim causa finalis aliarum causarum causa. Manifestum est enim, q̃ agẽs agit propter finem: & similiter ostensum est supra in artificialibus, q̃ formæ ordinantur ad vsum, sicut ad finem: & materia in formam, sicut in finem: & pro tanto dicitur finis causa causarum. Et, quia dixerat, q̃ hæc species causæ habet rationem boni: & quandoq; in his, quæ agunt per electionem contingit finem esse malum, ideo ad hanc dubitationem tollendam dicit, q̃ nihil differt vtrum causa finalis sit vere bona, vel apparens bona: quia quod apparet bonũ non mouet, nisi sub ratione boni. & sic vltimo cõcludit tot esse species causarum, quot dictæ sunt.

LECTIO VI.

C Nonnullæ causarum diuisiones ponuntur penes illarum multiplices ambitõs, & quæ ad ipsas sequuntur.

ARGY. *Modi autem causarum numero quidem sunt multi: si in capita uero redigantur & ipsi, pauciores euadunt. Dicuntur enim causæ multipliciter, et ipsarum quæ sunt eiusdem generis alia prior alia & posterior, ut sanitatis Medicus: atque Artifex: & concentus eius, qui omnes sonos complectitur, duplum ac numerus: et semper hæ, quæ continent, ad eas, quæ sunt singulares.*

MOdi autẽ causarum numero quidem sunt multi: capitales aũt & hi minores. Dicuntur autẽ causæ multipliciter. Et ipsarum similiũ specierũ, & prior, & posterior altera, altera, vt sanitatis Medicus & Artifex: & diapason, duplã & numerus: & semp cõtinentia ad vnũquodq;.

D Postquã Philosophus distinxit species causarũ, hic distinguit diuersos modos causarũ etiam fm eandẽ speciẽ causæ, & circa hoc duo facit. Primo distinguit diuersos modos causarũ, Secundo determinat quædã cõsequentia ad distinctionem prædictã. ibi [Differunt autẽ.] Circa primũ duo facit. Primo distinguit diuersos modos causarũ. Secũdo reducit eos ad certũ numerum. ibi [Sed tũ hę omnes.] Circa primũ distinguit modos causarũ fm quatuor diuisiões. Dicit ergo primo, q̃ multi numero sunt modi causarum. sed, si reducãtur capitulariter, siue in quadã summa ad aliqua cõmunia, inueniũtur pauciores. Vel capitales accipiũtur fm cõbinationem. manifestũ est. n. q̃ pauciores sunt combinationes modorũ, q̃ modi. Prima ergo diuisio, vel cõbinatio modorũ est, q̃ in eadẽ specie causæ dicit vna causa prior altera, vt intelligamus causam priorẽ vniuersaliorẽ: vt sanitatis causa est Medicus vt causa propria & posterior, artifex aũt vt cõmunior & prior: et hoc in specie causæ efficientis.

An præmissę sint, cõclusionis materia.

Terms græcus habet ὑποθέσεις quod suppositiones dicimus.

Te.cõm.37.

Secũda pars 36.te.

Tho. super Phyſi. c iiij Et

Et simile est in specie causæ formalis.nã causa formalis diapason propria & posterior est proportio dupla: causa autẽ prior & cõior est proportio numeralis, quæ dicitur multiplicitas. Et similiter ea, quæ continent vnamquãq; causam cõitate sui ambitus, dicitur causa prior. Aduertendũ est autem, q causa vniuersalis, & propria, vel prior & posterior potest accipi, aut fm cõitatem prædicationis fm exempla hic posita de Medico & Artifice, vel fm cõitatem causalitatis, vt si dicamus Solẽ esse causam vniuersalẽ calefactionis, igni vero causam propriã: & hæc duo sibi inuicem correspondent. Manifestũ est.n.q quælibet virtus extẽditur ad aliqua, fm q communicãt in vna ratione obiecti: & quãto ad plura extẽditur, tanto oportet illã rationẽ esse cõmunioꝛem. &, cũ virtus proportionetur obiecto fm eius rationẽ, sequitur q causa superior agat fm formam magis vniuersalem, & minus contractã. Et sic est considerare etiã in ordine rerũ: quia quãto aliqua sunt superiora in entibus, tanto habent formas minus cõtractas, & magis dominãtes supra materiã, quæ coarctat virtutẽ formæ. Vnde & id, quod est prius in causando, inuenitur esse prius quodãmodo fm rationem vniuersalioris prædicationis, vtputa si ignis est primum calefaciens Cœlum, nõ tantum est primũ calefaciẽs, sed primum alterans. Secundam diuisionem ponit ibi.

Notandum.

ARGY. *Præterea ut accidens, & huius genera, ut statuæ alio modo Policletus, alio Statuarius: accidit enim Statuario ut sit Polycletus. Et ea etiam, quæ continent accidens, uelluti si homo sit causa statuæ, aut omnino animal. Sunt autem & accidentium alia remotiora aliis, atq; propinquiora, ceu si albus, ac musicus causa statuæ dicerentur.*

Tex.cõ.33. Amplius autem fm accidens, & horum genera, sicut statuę, aliter Polycletus, & aliter statuam faciens: quoniam accidit statuam facienti Polycletum esse. Et continentes accidens, vt si homo causa sit statuæ, aut omnino animal. Sunt autem accidentium aliæ aliis lõgius & propius, vt si albus & musicus causa dicantur statuæ.

Et dicit, q sicut causę per se diuidũtur per causas priores & posteriores, vel cõmunes & proprias; ita etiã & causæ p accidens. Est.n. præter causas per se accipere causas per accidens, & genera horũ, sicut causa statuæ per accidẽs quidem est Polycletus, per se autem causa statuæ est faciẽs statuam. Polycletus.n. est causa statuę, inquantũ accidit ei esse statuã facientem: & etiã ea, quæ sua cõitate conrinẽt Polycletum sunt causa statuæ per accidens, sicut & homo & animal. Et iterum considerandũ est, q in causis per accidẽs quædam sunt propinquiores causis per se, & quædã magis remotæ.

Causa per accidens.

Nã causa per accidẽs dicitur omne illud, quod cõiungitur causæ per se, quod nõ est de ratione eius: hoc autẽ contingit esse, vel propinquius ratioꝛi causę, vel remotius ab ea: et secundũ hoc causæ per accidẽs erunt, vel propinquiores, vel remotiores. Sicut, si statuã facienti accidat esse albũ & musicum, musicũ propinquius est, quia est in eodẽ subiecto, & fm idẽ, s. fm animã, in qua est Musica & Ars statuæ factiua: albũ autẽ inest secundũ corpus. Sed subiectũ propinquius se habet adhuc q̃ alia accidẽtia, sicut Polycletus q̃ album, vel musicum. non enim coniunguntur hæc statuã facienti, nisi propter subiectum. Tertiam diuisionem ponit ibi.

ARGY. *Præter autem omnes, quæ accommodatæ dicuntur, et quæ per accidens, aliæ ut potentes, aliæ ut operãtes dicuntur: uelut ut extruatur domus, ædificator causa dicitur, aut ædificans ædificator. Similiter et in hisce dicetur, quorum causæ sunt ipsæ causæ, ut huius statuæ, aut statuæ, aut omnino imaginis, & æris huiusce, aut æris, aut omnino materiæ. Et in accidentibus simili modo.*

Tex.cõ.34. Præter autẽ omnes & proprie dictas, & secundum accidens, aliæ quidẽ, sicut potentes dicũtur, aliæ vero sicut operantes: vt ędificandi domum ædificator, aut ædificãs ædificator. Similiter autem dicũtur, & in quibus causæ, quæ sunt causæ, de ijs quę dicta sunt, vt huius statuę vt statuę, aut & omnino imaginis: & æris huius, aut æris, aut omnino materiei. Et in accidẽtibus similiter est.

Causa in potentia & in actu. Tex.cõ.35.

Et dicit, q præter causas proprie dictas, i. per se, & per accidens, quædã dicuntur causę in potẽtia, sicut potentes operari: quædã vero sicut operãtes in actu. sicut causa ædificandi domũ potest dici, vel ædificãs in habitu, vel ædificans in actu. Et sicut distinguũtur causæ modis prædictis, similiter distinguũtur ea, quorũ sunt causæ. est.n. aliquid causarũ posterius & magis propriũ, & aliquid, quod est prius & magis cõmune. sicut, si dicat q aliquid est causa huius statuæ, vel statuæ in cõi, & adhuc cõmunius, si dicatur causa imaginis. Et similiter, si dicat aliquid causa motiua huius æris, vel æris in vniuersali, vel materiæ. Et ita etiã potest dici in effectibus per accidẽs, & q aliquid sit cõius, & aliquid minus cõmune. Et dicitur effectus per accidẽs, quod cõiungit effectui per se, & est præter rationẽ eius. sicut per se effectus Coci est cibus delectabilis: per accidẽs autẽ cibus sanatiuꝰ. Medici autem econtra. Quartam diuisionem ponit ibi.

ARGY. *Præterea & hæc coniuncta, ac illæ dicentur, ueluti nõ Polycletus, neq; statuarius, sed statuarius Polycletus.*

Amplius autem complexæ, & istæ, & illæ dicuntur: vt non Polycletus, neq; statuam faciens, sed Polycletus statuam faciens. Tex.cõ.36.

Et dicit q q̃ns cõplexæ accipiuntur causæ per se cũ causis per accidẽs, vt si non dicamus causam statuæ Polycleti, qui est causa per accidens, neq; facientẽ statuã, qui est causa per se: sed Polycletum statuã facientem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Attamen hæc omnia multitudine quidem sunt sex, dupliciter autem dicuntur. Nam aut ut singulare, aut ut genus: aut ut accidens, aut genus accidentis: aut ut coniuncta hæc, aut ut seiuncta dicuntur. Et insuper omnia, aut potentia, aut actu.*

Sed tamen omnes hæ sunt multitudine quidem sex: dicte autem dupliciter. Aut enim sicut singulare, aut sicut genus: aut sicut accidens, aut sicut genus accidentis: aut sicut complexæ hæ, aut sicut simpliciter dictæ. Omnes autem actu operantes, aut fm potentiam sunt.

Actus & potentia quodlibet genꝰ causæ diuidunt.

Reducit prædictos modos ad certũ numerum: & dicit, q prædicti modi certo numero sunt sex: sed quilibet eorum dupliciter dicit. Sex autẽ modi sunt isti, singulare & genus, quod supra dixit prius & posterius: accidens & genus accidentis: simplex & cõplexum. & quodlibet horũ diuiditur per potentiã & actum, & sic fiunt omnes modi duodecim. Distinguit autẽ omnes modos per potentiã & actum: quia quod est in potentia, non simpliciter est. Deinde cum dicit.

ARGY. *Interest autem tantum. causæ enim actu, & singulares, & ea, quorum sunt causæ, simul sunt & non sunt, ut hic, qui medetur, cum hoc, qui sanatur, et hic qui ædificat, cum hoc, quod ædificatur. Sed quæ sunt potentia, nõ semper: non enim simul domus, & ædificator corrumpitur.*

Differunt autem intantum q operantes quidem, & singulares simul sunt & non sunt, & ea, quorũ sunt causæ, sicut hic medicans cũ hoc, qui fit sanus: & hic ædificator cum hoc ædificato. Quæ autem sunt fm potentiam nõ semper: corrumpuntur. n. non simul domus & ædificator. Tex.cõ.37.

Determinat tria consequentia ad prædictã distinctionẽ modorum. Primum est, q inter causas in actu, & causas in potentia

potentia est ista differẽtia, q causæ operantes in actu simul sunt & nõ sunt cũ eis, quorũ causę sunt in actu, ita tamen q accipiãtur causæ singulares, i. propriæ, sicut hic Medicãs simul est & nõ est cum hoc, qui fit sanus, & hic ædificãs cum hoc, quod ædificatur. Si vero nõ acciperenf causæ propriæ, licet acciperẽtur in actu, nõ esset verũ quod dicitur, non.n. ædificãs est & non est simul cũ hoc quod ædificatur. Potest enim esse q ędificãs est in actu, sed tũ hoc ædificiũ non ædificatur, sed aliud. Sed, si accipiamus ædificantẽ hoc ędificiũ, & hoc ædificium fm q est in ædificari, necesse est q posito vno ponatur & alterũ, & remoto vno, remoueatur & alterum. hoc autẽ non accidit semp̃ in causis, quę sunt in potentia: non.n. simul corrũpitur domus, et qui ędificauit ipsam. Vnde habef, q sicut agẽtia inferiora, quæ sunt causa rerum quantũ ad suum fieri, oportet simul esse cum ijs, quæ sunt, quandiu fiũt, ita agens diuinũ, quod est causa existendi in actu, simul est cũ esse rei in actu. Vnde subtracta Diuina actione a rebus, res in nihilum deciderent, sicut remotã præsentia Solis lumen in aere deficeret. Secundum ponit ibi.

Subtracta diuina prouidẽtia a rebꝰ, res in nihilũ deciderent.

ARGY. *Oportet autem semper causam quærere summam, quẽ admodum & in cæteris, uelut homo ædificat, quia est ædificator: at ædificator est per artem ædificandi. hæc igitur prior est causa, & in omnibus simili modo.*

Tex.cõ.38. Effectuum vltimæ exquisitæ sunt causæ in omni genere.

Oportet aũt semper causam vniuscuiusq; sum mã quærere, sicut & i alijs. vt homo ædificat, qm̃ ædificator est, ædificator autẽ est fm artẽ ædificãdi. hæc autem prima causa est, & sic in omnibus.

Dicens, q in naturalibus oportet semper supremam causam vniuscuiusq; requirere, sicut cõingit in artificialibus, vt si quæramus, quare homo ędificat? respondetur, quia est ædificator: & similiter, si quæramus, quare est ædificator? respondetur, quia habet artem ædificatiuam: & hic statur, quia hæc est prima causa in hoc ordine. Et ideo oportet in rebus naturalibus procedere vsq; ad causam supremam. et hoc ideo est, quia effectus nescitur, nisi sciatur causa. Vnde, si alicuius effectus causa sit etiam alterius causæ effectus, sciri non poterit, nisi causa eius sciatur. & sic, quousque perueniatur ad primam causam. Tertium ponit ibi.

ARGY. *Præterea generum quidem genera, singularium uero singularia dicenda sunt causæ, ceu statuarius quidem statuæ, hic autem huius. Et potẽtia quidem causæ, effectum potentia, actu autẽ effectuũ actu. Quot igitur sint causæ, & quomodo sint causæ, satis sit a nobis determinatum.*

Amplius autem aliæ quidem genera sunt generum, aliæ autem singulares singularium: vt statuę statuam quidem faciens, hic autem huius. Et potentiæ quidẽ possibilium, operãtes aũt ad operata. Quod quidẽ igitur causæ sint, & qũo causæ sint, nobis determinatum sit sufficienter. Tex.39.

Et est, q causis debẽt proportionaliter respõdere effectꝰ, ita q generalibus causis generales effectus reddãtur, & singularibus singulares. Puta si dicat q statuæ causa est statuã faciens: & huius statuæ, hic statuã faciẽs. Et similiter causis in potentia respondẽt effectus in potentia, & causis in actu effectus in actu. Et vltimo epilogando cõcludit, q sufficienter determinatum est de speciebus, & modis causarum.

LECTIO VII.

De casu ac Fortuna agitur, Antiquorumq; tes, de his opiniones, cum suis rationibus traduntur, & contra illas disputatur.

ARGY. *Fortuna etiam & casus de numero causarum esse dicuntur, multaq; esse & fieri ob fortunam & casum. Considerandum est igitur, quomodo sunt in his causis fortuna & casus. & utrum idem sint, an diuersa: atq; omnino quidnam sit fortuna & casus.*

Dicitur autem & fortuna & casus causarũ. et multa & esse, & fieri propter fortunam, & propter casum. Quo igitur modo in his causis, & fortuna & casus: & vtrum idem sit fortuna & casus, aut altera: & omnino quid sit fortuna & casus considerandum est.

Postquã Philosophus determinauit de manifestis specie bus, & modis causarũ, hic determinat de quibusdã modis immanifestis, s. de fortuna et casu. Et circa hoc duo facit. Primo dicit, de quo est intẽtio. Secũdo prosequitur propositũ. ibi [Quidam autẽ dicut.] Dicit ergo primo, q etiã fortuna et casus computantur inter causas, cum multa dicãtur fieri, vel esse etiam propter fortunam & casum. Et ideo tria considerãda sunt de eis, s. quomodo reducãtur ad causas prædictas. & iterum vtrũ casus & fortuna sint idem, vel aliud & aliud. & iterum quid sit casus, & fortuna. Secundo ibi. Tex.c.40.

ARGY. *Quidam enim & si sint nec ne, dubitant. Nihil enim a fortuna fieri dicunt. sed omnium definitam quandam causam esse, quæ fieri dicimus à casu, aut fortuna, ceu profectionis à fortuna cuiuspiam ad forum, inuentionis q; eius, quem uolebat quidem, non putabat autem inuenire, causam hoc aiunt esse, illum inquam profectum illuc emere quippiam uelle. Similiter & in cæteris, quæ à fortuna prouenire dicuntur, semper causam quandam inquiunt esse, quam sumere licet, sed non fortunam.*

Quidam.n.si sint an non, dubitant. Nihil.n. fieri a fortuna dicũt, sed omniũ esse aliquam causam determinatam, quæcũq; nos dicimus a casu fieri, aut a fortuna. vt veniendi a fortuna in forũ, & reperiẽdi quẽ volebat, quem nõ est opinatus ante, causa est venientem velle emere. Similiter autem & in alijs, quæ a fortuna dicũtur, semper est aliquam accipere causam, sed non fortunam. Tex.c.40.

Incipit de fortuna & casu determinare. Et primo ponit opiniones aliorũ. Secundo determinat veritatem ibi. [Primum quidẽ igitur qm̃.] Circa primũ ponit tres opiniões. Secunda incipit ibi. [Sunt autẽ quidam qui cœli huius.] Tertia ibi. [Sunt autem quidã quibus videtur.] Circa primum duo facit. Primo ponit opinionẽ negãtium fortunã, & casum, & rationes eorũ. Secundo disputat de altera ratione num. ibi. [Sed hoc mirabile.] Dicit ergo primo, q quidam dubitauerũt, an fortuna & casus essent: & negauerũt ea esse, duabus rationibus. Quarũ prima est, qa omnia ista, quæ dicuntur. fieri a casu, vel fortuna, inueniũtur habere aliquã causam determinatã, aliam a fortuna. & ponit huiusmodi exemplũ. si.n. aliquis veniens ad forũ inueniat aliquẽ hominem, quẽ volebat inuenire, de quo tũ nõ opinabatur ante, q esset eũ inuenturus, dicimus q inuẽtio illius hominis sit a fortuna, sed huius inuentionis causa est voluntas emendi, propter quã iuit ad forum vbi erat ille, quem inuenit. & similiter est in omnibus alijs, quæ dicuntur esse a fortuna, quia habẽt aliquam aliam causam præter fortunam. Et sic fortuna non videtur esse causa alicuius, et per cõsequẽs nec aliquid esse: quia nõ ponimus fortunam, nisi inquantũ aliqua ponimus esse a fortuna. Secũdam rationem ponit ibi. Tex.c.41.

ARGY. *Quod si quippiam esset fortuna, absurdum sanè uidebitur, & dubitabit non inuria quispiam, cur nam sapientum Antiquorum nemo causas generationis, corruptionisue dicẽs, de fortuna quicquam determinauit. Sed ut uidetur, nec illi quicquam esse à fortuna putabant.*

Quoniam, si aliquid esset fortuna, incõueniẽs vtiq; videbit, sicut & vere est, & dubitabit vtiq; aliquis, propter quid nullus Antiquorũ sapientum causas de generatione et corruptione dicẽs, de fortuna nihil determinauit. Sed, sicut visum est nihil opinabant, neq; illi aliqd esse a fortuna.

Et

Ec dicit, cp, si fortuna aliquid esset, inconueniens videret (sicut vere est inconueniens, sicut infra ostendetur) & dubitationem asserēs, quare nullus Antiquorū Sapiētum, qui determinauit de causis generationis & corruptionis, aliquid determinauit de fortuna. sed, sicut videt, nihil opinabātur illi Antiqui esse a fortuna. Et sic hæc secūda ratio sumit ex opinione Antiquorum naturalium. Deinde cum dicit.

ARGY. *Verum et hoc mirabile est. Multa nāq; sunt et fiunt à fortuna & casu, quorū quodq; non ignorātes reduci posse ad aliquā causam, ut ille sermo antiquus dixit, qui fortunam exterminat: illorū tamē omnes alia a fortuna, alia nō à fortuna fieri dicunt, quapropter et mentionem aliquā ipsius illos facere oportebat. At uero neq; quicquam illorū, ut concordiam aut discordiam, aut ignem, aut mentē, aut aliquid aliud huiusce modi fortunam esse arbitrabantur.*

Tex.cō.42 Sed & mirabile hoc videbitur, sicut vere est. Multa.n. & sunt & fiunt a fortuna, & a casu, quę non ignorātes, qm̄ est inferre vnūquodq; in aliquam causam eorum, quę fiunt, sicut antiqua ratio dixit destruens fortunam & casum: tamē horum alia quidē dicunt esse omnes a fortuna, alia

Tex.cō.43 non a fortuna. Vnde & quodāmodo erat ipsis faciēda memoria. At vero neq; illorū aliquid opinabātur esse fortunam, vt amicitiam, aut litē, aut ignem, aut intellectum, aut aliquid talium.

Disputat de hac secūda ratione, ostēdens quod supra supposuerat, s. cp inconueniens sit Antiquos naturales nō determinasse de casu & fortuna. & hoc probat duabus rationibus, quarum primā ponit dicēs. Et mirabile videtur (sicut & vere est) cp Antiqui naturales de casu & fortuna nō determinauerūt. assumpserunt.n. sibi determinare causas eorum, quæ fiūt: multa autē sunt, quæ fiunt a fortuna & casu: vnde de fortuna & casu determinare debuerunt. Nec excusantur propter rationē supradictam destruētem fortunā & casum, quia licet homines nō ignorent cp contingit reducere vnumquēq; effectum in aliquā causam, sicut dixit prędicta opinio destruēs fortunā et casum, nihilominus tamē posuerunt non obstante hac ratione, quædam fieri a fortuna, & quædam nō. Vnde ipsis Philosophis naturalibus faciendа erat mentio de fortuna, & casu, saltem vt ostenderent falsum esse aliquā fieri a fortuna & casu: & vt assignarent rationem, quare quædam dicebantur esse a fortuna & quædam non. Sic etiam non possunt excusari per hoc cp casus & fortuna reducerentur in aliquam causarum ab eis positarum. non enim opinabantur, cp fortuna sit aliquid eorū, quæ arbitrabantur esse causas, vt amicitiam aut litem, aut aliquid huiusmodi. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Absurdum igitur est, siue nō esse putauerūt, siue putantes esse omiserūt, præsertim cùm interdū utantur. Vt Empedo. non semper aerē supra inquiens, segregari, sed ut forte accidit. Dicit.n. cùm de Mundi loquitur extructione, sic tunc huic currenti fortuito cōtingit, sæpe autē alio modo, partes quoq; animaliū plurimas ortas fortuna fuisse dicit.*

Inconueniēs igitur est, siue nō putauerūt esse, siue putātes reliquerunt, & hac aliqñ vtentes. sicut Empe. non semper aerē cōgregari superius dicit, sed vt cōtingit. dicit.n. in Mūdi creatione, cp sicut collisit se currēs tūc, multoties aūt aliter: et partes animalium ait a fortuna fieri plurimas.

Et dicit cp inconueniens est, cp Antiqui reliquerūt tractare de fortuna, siue putauerunt fortunā esse, siue non. quia, si putauerunt fortunā esse, inconueniens fuit cp de ea nō determinauerunt. si uero nō putauerunt fortunā esse, inconueniēs fuit cp ea aliqñ vsi sunt, sicut Emp. qui dixit, cp aer non sem-

per adunatur superius supra terram, quasi hoc ei sit natura le, sed quia ita accidit a casu. dicit.n. cp, qñ Mūdus est factus lite distinguēte elemēta, accidit cp aer se collegit in istum locum. & sicut tūc cucurrit, ita semper stante isto Mundo cursum habebit. Sed multoties in alijs mūdis, quos ponebat infinities fieri & corrūpi, vt supra dictū est, aer aliter ordinatur ĩter partes Vniuersi. Et similiter dicebat cp plurimę partes animaliū fiunt a fortuna, sicut cp in prima cōstitutione Mundi fiebant capita sine ceruice. Deinde cum dicit.

Sunt etiam qui & huiusce cœli, cæterorumq; cœlorū ARGY. *omnium casum esse causam asserunt. nam à casu conuersionem, motionemue fieri dicunt, quæ quidem distinxit, et in hunc ordinem redegit atq; constituit uniuersum.*

Sunt etiam quidam, qui cœli huius & mun- Tex.cō.44. danorum omnium causam esse ponunt casum. a casu enim fieri volutationem & motum discernentem & statuētem in hunc ordinem Omne.

Ponit secundā opinionem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit eam, Secundo improbat eam. ibi. [Et multum hoc,] Dicit ergo primo, cp Quidā dixerūt casum esse causam cęli, Tex.cō.45. & omnium partiū mundi. & dicebant, cp reuolutio mūdi, & motus stellarū distinguens & statuens totū vniuersum inferius fm hunc ordinē fit a casu. Et hæc videt esse opinio Democriti, dicētis, cp ex concursu atomorū per se mobiliū, cœlū & totus Mūdus causaliter cōstitutus est. Secundo ibi.

Hoc etiam ipsum adde dignum est admiratione. nam ARGY. *animalia quidem, & plantas, neq; esse, neq; fieri à fortuna dicunt, sed aut naturam, aut mentem, aut aliquid aliud tale, causam ipsorum asserunt esse. non enim ex cuiusque semine quoduis nascitur, sed ex tali quidem oliua, ex tali autem homo: cœlum uero & diuinissima sensibilium, casu orta fuisse asserunt, nullamq; ipsorum talem causam esse qualem animalium, atq; plantarum inquiunt esse. Atq; hoc ipsum. si ita se habeat consyderatione est dignum, beneq; se habet, si aliquid de hoc ipso dicatur.*

Et multum hoc admiratione dignū est, dicen- Tex.cō.45. tes animalia quidē, & plantas a fortuna, nec esse, nec fieri, sed aut naturā, aut intellectū esse, aut huiusmodi alterā causam. non enim ex semine vnoquoq; quoduis fit, sed ex tali quidem oliua, ex tali autem homo: cœlum autem et diuinissima manifestorum a casu fieri: huiusmodi autē causam nullā, qualem animalium & plantarum. Et igi- Tex.cō.46. tur, si sic se habeat hoc ipsum, dignum est consyderare, & bene sese habet aliqd dici de hoc ipso.

Improbat hanc positionem duabus rationibus, quarum prima est, cp admiratione dignū videtur, cp animalia et plāte nō fiunt a fortuna, sed ab intellectu vel natura, vel a quacunq; alia causa determinata. quod ex hoc patet, cp non ex quocunq; semine aliquid generatur, sed ex determinato semine oliua. Et, cum ista inferiora nō fiant a fortuna, dignū est admiratione cp cœlū & ea, quæ sunt diuiniora inter sensibilia manifesta nobis, s. partes mundi sempiternę, sint a casu, & non habeant aliquā causam determinatam, sicut animalia & plantæ. Et, si hoc verum est, dignum fuisset insistere & assignare rationem, quare sic esset. quod tamen Antiqui prætermiserunt. Secundam rationem ponit ibi.

Et alio nāq; modo absurdū est id quod dicitur, et insu- ARGY. *per absurdius est hæc illos dicere, in cœlo quidē nihil à casu fieri: in ijs aūt, è quibus fortunā exterminār, multa ab ipsa prouenire uidētes. quod tamē contra fieri conueniens erat.*

Quomodo enim eò cp aliter inconueniens est quod dicitur, adhuc inconuenientius est dicere hæc,

hæc, videntes quidem in cœlo nihil casu fieri: in ijs autem, quæ non sunt a fortuna, multa contingere a fortuna. & erat merito e contrario fieri.

Dicens, qnō potest esse verū cp cœlestia corpora sint à casu, & inferiora non: cū & aliter videatur esse inconueniens ex hoc ipso cp illa nobiliora sunt, & adhuc etiā inconuenientius fm ea, quæ videnť. Videmus.n. cp in cœlo nihil fit a casu. In his aūt inferioribus, q̄ non dicuntur esse a casu, multa videnť contingere a fortuna. Rationabile aūt esset contrario accidere fm eorū positionem, vt.s. in illis inueniretur aliqua fieri a casu, vel a fortuna, quorum casus vel fortuna est causa: nō aūt in illis, quorū non est causa. Deinde cū dicit.

ARGY. *Sunt autem quidā, quibus fortuna causa quidem esse, obscura tamen humanæ menti uidetur, ut diuinum quoddam atq; excellens. Quare quidnam utrunq; sit, fortuna inquam et casus, et si idem sint an diuersa, et quomodo in eas causas, quas definiuimus cadāt, cōsyderemus oportet.*

Tex.cō.47. Sunt autem quidam quibus videtur esse quidem causa fortuna, immanifesta autem humano intellectui, tāquam diuinum quoddam ens, et felicius. Quare consyderandū est quid sit vtrunq;, & si idem, aut alterum sit & casus & fortuna: & quomodo in determinatas causas incidunt.

Ponit tertiam opinionē de fortuna, & dicit cp quibusdā videtur cp fortuna sit causa, sed imanifesta ĩtellectui humano, ac si sit quoddam Diuinum, & supra hoīes. Volebāt.n. cp oēs fortuiti euentus reducerenť in aliquam diuinā causam ordinantē, sicut ponimus oīa ordinari q̄ diuinam prouidētiam. Sed quāuis hæc opinio habeat verā radicem, nō tū bene vsi sunt noīe fortunæ. illud.n. Diuinum ordinans non pōt dici, vel noīari fortuna. quia fm cp aliquid participat rōnem, vel ordinē recedit a rōne fortunæ: vnde magis debet dici fortuna causa inferior, q̄ de se non habet ordinē ad euentū fortuitum, q̄s causa superior, si qua sit ordinans. Prætermittit tū inquisitionem huius opinionis, tum quia excedit metas Sciētiæ naturalis, tū quia infra manifestat cp fortuna nō est causa per se, sed per accidēs. Vnde per ea, quę sequunť quomodo se habeat de his opinionibus erit manifestum. Et ideo concludit, cp ad euidentiā harum opinionū consyderandū est quid sit fortuna & casus: & vtrū sint idē, vel aliud, & quomodo reducantur ad causas prædictas.

& ad fm libru Magnoru moraliū pertinet. te.cō. 61. & 66.

LECTIO VIII.

Aliquæ ex parte tum causarum, tum effectuum diuisiones ponuntur, ex quarum notitia casus ac fortunę ratio concluditur.

ARGY. *Primum itaq;, cùm uidemus alia semper eodē fieri modo, alia plerunq;, patet horum neutri fortunam causam dici, neq; id quod a fortuna proficiscitur, aut ex ijs esse, quæ necessario semperq;, aut ex his ce, quæ plerūq; sæpeq; fiūt. Sed, cùm quædam etiam præter hæc fiant, atq; hæc omnes a fortuna proficisci dicant, perspicuum est fortunam atq; casum aliquid esse. Nam & ea, quæ talia sunt a fortuna esse: & ea, quæ a fortuna sunt, talia esse scimus.*

te.cō.48. PRimum quidē igitur, qm̄ videmus alia quidem semper similiter fieri: alia autem licut frequenter, manifestū est, cp neutri horum causa fortuna dicit. id.n. quod a fortuna, neq; eius est, quod est ex necessitate & semp, neq; eius, quod est licut frequēter. Sed qm̄ quædam fiunt, & prę ter hæc: & omnes dicūt hæc esse a fortuna, manifestū cp fortuna aliqd sit, & casus. Huiusmodi.n. fortuna fieri, et a fortuna huiusmodi esse scimus.

Postquam Philosophus posuit opiniones aliorū de fortuna et casu, hic determinat veritatē. Et diuiditur in partes tres. In prima ostēdit quid sit fortuna. In secūda in quo differāt casus & fortuna, ibi [Differunt autē.] In tertia ostendit, ad quod genus causæ casus & fortuna reducantur. ibi. [Sed modorū causæ.] Prima pars diuiditur in duas. In prima ostēdit quid sit fortuna. In secunda ex definitione fortunæ assignat rationem eorum, quæ de fortuna dicuntur. ibi [Infinitas quidem.] Circa primum tria facit. Primo ponit quasdā diuisiones ad inuestigandū definitionem fortunæ. Secundo ostēdit, sub quibus mēbris illarum diuisionū fortuna cōtineatur. ibi [Sicut dictū est.] Tertio cōcludit definitionem fortunæ. ibi [Manifestū est autem.] Et, quia fortuna ponitur vt causa quędā, ad cognitionem autem causę oportet scire quorū sit causa, ponit primo diuisionē ex parte eius, cuius fortuna est causa. Secūdo ponit diuisionem ex parte ipsius causæ. ibi [Huiusmodi igit cum fm accidēs.] Circa primū ponit tres diuisiones. Quarū prima est, cp quędam fiunt semper, vt ortus Solis: quędā sicut frequenter, vt cp homo nascatur oculatus: neutrū autem horū dicitur esse a fortuna. Sed quædā fiunt [præter hæc]. i. vt in paucioribus, sicut cp homo nascatur cū sex digitis, vel sine oculis: & omnes dicūt huiusmodi fieri a fortuna. vnde manifestū est cp fortuna aliquid est, cū esse a fortuna, & esse vt in paucioribus conuertantur. et hoc inducit contra primā opinionē, quæ negauit fortunā. Videtur autē diuisio Philosophi esse insufficiēs, quia etiam quædā contingētia sunt ad vtrumlibet. Auic. ergo dixit, cp in ijs, quę sunt ad vtrūlibet, contingit aliquid esse a fortuna, sicut ea, quę sunt in minori parte. Nec obstat cp nō dicitur a fortuna, quia Socrates sedeat, cū hoc sit ad vtrūlibet: quia licet sit hoc ad vtrūlibet respectu potētiæ motiuæ, non tñ est ad vtrūlibet respectu potentiæ appetitiuæ, quæ determinate tēdit in vnum, præter quā si aliquid accideret diceretur esse fortuitū. Sed sicut potentia motiua, quæ est ad vtrūlibet non exit in actū, nisi per potētiam appetitiuā determinetur ad unū, ita nihil, quod est ad vtrumlibet, exit in actū, nisi per aliquod determinetur ad vnū. quia id, quod est ad vtrūlibet, est sicut ens in potētia: potentia autē non est principium agendi, sed solum actus. Vnde ex eò cp est ad vtrūlibet nihil sequiť, nisi per aliquid aliud, quod determinat ad vnum, vel sicut semper, vel sicut frequēter. & propter hoc in ijs, quę fiūt, prætermisit ea, quę sunt ad vtrūlibet. Sciendum etiam cp quidā definierūt esse necessarium, quod nō habet impedimentū: contingens vero, sicut frequenter, quod potest impediri in paucioribus. Sed hoc irrationabile est. Necessariū enim dicitur aliquid, quod in sui natura habet cp non possit non esse. Contingēs autem vt frequenter, cp possit nō esse. Hoc autem quod est habere impedimentum, vel non habere est cōtingens. Natura autē non parat impedimentū ei quod non potest non esse, quia esset superfluum. Secundam diuisionē ponit ibi.

Secūda parte te.cō.57.

Secūda parte te.cō.65.

te.cō.51.

te.cō.52.

te.cō.53.

Quid necessarium. Quid contingens.

Eorum autem quæ fiunt, alia fiunt, alia non fiunt gratia alicuius. ARGY.

Eorum autem, quę fiunt, alia propter aliquid te.cō.49. fiunt, alia vero non.

Et dicit, cp quædā fiunt propter finē, quædam vero non. Habet autē hæc diuisio dubitationē, quia omne agēs agit propter finē, siue agat a natura, siue agat ab intellectu. Sed sciendū est, cp ea dicit nō propter aliquid fieri, quæ propter se fiūt, inquantū in seipsis habent delectationē, vel honestatem, propter quā fm seipsa placēt. Vel dicit modo propter finē fieri, quæ non fiunt propter finē deliberatū, sicut cōfricatio barbæ, vel aliquid huiusmodi, quod interdū fit absq; deliberatiōe ex sola imaginatione mouēte: unde habēt finē imaginatū, sed nō deliberatū. Tertiam diuisionē ponit ibi.

Eorum quæ fiūt, quædam propter finē fiūt, quædam non. Dubium. Resp̄sio. Prima Secunda.

Et horum alia per electionem fiunt: alia non per electionem. ambo autem in hisce sunt, quæ alicuius gratia fiunt. Quare patet & in hisce, quæ non necessario, neque plerunque fiunt, esse aliqua, circa quæ potest id esse, quod alicuius gratia sit. Sunt autem alicuius gratia, quæ a mente agi possunt, & quæ a natura. ARGY.

Horum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Horum autē alia quidem ſm propoſitū fiūt, alia vero nō, ambo autē ſunt in ijs, quæ ſunt propter hoc. Quare manifeſtum quoniā in ijs, quæ ſunt præter neceſſarium, & quæ ſicut frequēter, ſunt quædam, circa quę contingit quod eſt propter hoc. Sunt autem propter hoc, quæcunq; ab intellectu vtiq; aguntur, & quæcunq; a natura.

Et dicit ꝙ eorum, quæ fiunt propter finē, quædam fiunt ſm voluntatem, & quædam non. & ambo iſta inueniuntur in ijs, quæ fiunt propter aliquid. Non ſolum enim quæ fiūt a voluntate, ſed etiā ea, quæ fiunt a natura propter aliquid fiunt. Et, quia ea, quæ fiunt ex neceſsitate, vel ſicut frequenter, fiunt a natura, vel a propoſito, manifeſtum eſt ꝙ tam in ijs, quæ fiunt ſemper, ꝙ in ijs, quę fiunt frequenter, ſunt aliqua, quæ fiunt propter finem, cum tam natura, ꝙ propoſitum propter finem operentur. Et ſic patet, ꝙ iſte tres diuiſiones includunt ſe inuicem, quia ea, quæ fiunt a propoſito, vel natura, fiunt propter finem: & ea, quæ fiunt propter finem, fiunt ſemper, aut frequenter. Deinde cum dicit.

ARGV. *Talia igitur cum per accidens ſiunt, a fortuna dicimus eſſe. Nam ut ens aliud per ſe, aliud per accidens eſt, ſic & cauſa eſſe poteſt. ut domus per ſe quidem cauſa eſt ædificatiua, per accidens autem muſicum, aut album. Ea igitur cauſa, quæ eſt per ſe, definita eſt: ea uero, quæ eſt per accidens, indefinita. Vnde nanq; infinita accidere poſſunt.*

Te.cō.50. Huiuſmodi igitur, cùm ſm accidēs fiāt, a fortuna dicimus eſſe. Sicut.n. & quod eſt, aliud qđ per ſe ipſum eſt, aliud autē ſm accidēs, ſic & cauſam cōtingit eſſe. vt domus quidem per ſeipſam cauſa eſt ædificatiua, ſm accidēs autē album, aut muſicum. per ſe quidē igitur cauſa finita eſt, ſm accidens autē infinita. Infinita enim vni accidūt.

Ponit diuiſionē, quæ ſumitur ex parte cauſæ, & dicit ꝙ, cū huiuſmodi, quæ, ſ. a propoſito ſunt propter aliquid, et in minori parte fiūt, & a cauſa ſm accidens, tūc dicimus ea eſſe a fortuna. Sicut.n. entium, quoddā eſt per ſe, et quoddam per accidens, ita & cauſarū. ſicut per ſe domus cauſa eſt artis ædificatoriā, per accidēs vero albū, vel muſicum. Sed conſyderandū eſt ꝙ cauſa per accidens dicitur dupliciter. vno modo ex parte cauſæ, alio modo ex parte effectus. Ex parte quidē cauſæ, qñ illud, quod dicitur cauſa per accidēs, cōiungitur cauſæ per ſe, ſicut ſi albū, vel muſicū dicatur cauſa domus, quia accidētaliter conſiūgitur ædificatori. Ex parte autem effectus, qñ accipitur aliquod, quod accidentaliter cōiūgitur effectui, vt ſi dicamus, ꝙ ædificator eſt cauſa diſcordiæ, quia ex domo facta accidit diſcordia. Hoc modo dicit ſortuna eſſe cauſa per accidēs, ex eò ꝙ effectui aliquid coniungitur per accidēs. vtpote ſi foſſuræ ſepulchri adiūgatur per accidens inuētio theſauri. Sicut, n. effectus per ſe cauſæ naturalis eſt, quod cōſequitur ſm exigentiā ſuæ formæ, ita effectus cauſæ agentis a propoſito eſt illud, quod accidit ex intentione agētis. vnde quicquid prouenit in effectu præter intentionē eſt per accidēs. & hoc dico, ſi id, quod eſt præter intentionē, vt in paucioribus conſequatur. Quod enim vel ſemper, vel vt frequenter cōiungitur effectui, cadit ſub eadem intentione. Stultum eſt enim dicere, ꝙ aliquis intendat aliquid, et nō velit illud, quod vt frequēter, vel ſemper adiungitur. Ponit autem differentiā inter cauſam per ſe, & cauſam per accidens: quia cauſa per ſe eſt finita & determinata: cauſa autem per accidens eſt infinita & indeterminata: eò ꝙ infinita vni poſſunt accidere. Deinde cum dicit.

Cauſa per accidens & ex parte cauſæ, & ex parte effectus continguit eſſe.

Cauſe per accidens infinite.

ARGV. *Vt igitur dictū eſt, cum hiſce, quæ alicuius gratia fiūt id fit, ſic dicitur a caſu fieri atq; fortuna. Horum autē ipſorum, quā habent inter ſe differentiā poſterius aſſignabimus. Nūc hoc pateat, ambo inquā in his eſſe, quæ alicuius gratia ſunt. ceu argēti recipiēdi gratia uenīſſet accepturus illud ſi ſciuiſſet. Venit autē nō huiuſce cauſa, ſed accidit uenīſſe, idq; feciſſe recipiēdi gratia, neq; plerūq;, neq; neceſſario proficiſcentē locum. Finis uero, ipſa inquā acceptio nō eſt ex his cauſis, quæ ſunt in ipſo, ſed ex hiſce, quæ ſunt eligibilia atq; a mente, et dicitur tūc a fortuna uenīſſe. Quod ſi uenerit electiōe præmiſſa, et huius gratia, aut ſemper frequētans, aut plerūq; recipiēs, nō dicitur a fortuna uenīſſe.*

Sicut igitur dictū eſt, cum in ijs, quæ propter hoc fiūt hoc fiat, tunc dicitur a caſu, & a fortuna. Ipſa autem differētia horū adinuicem poſterius determinanda. Nunc autem hoc ſit manifeſtū, ꝙ vtraq; ſunt in ijs, quæ ſunt propter hoc. vt cauſa acciptendi argentū veniſſet vtiq; delaturus pecuniam, ſi ſciuiſſet. Venit autē non huius cauſa, ſed accidit veniſſe & feciſſe hoc reportandi gratia. Hoc autē neq; ſicut frequēter veniēs ad villam, neq; ex neceſſitate. Amplius autē finis eſt reportatio non in ſeipſo cauſarū, ſed propoſitorū, et ab intellectu: & dicitur a fortuna veniſſe. Si autem proponens, & huius cauſa, aut ſemper veniens, aut ſicut frequenter reportaturus, nō a fortuna.

Tex.cō.51.

Oſtendit ſub quibus mēbris prędictarum diuiſionū fortuna cōtineatur, & quod eſt a fortuna. & dicit primo, ꝙ fortuna & caſus, vt prius dictū eſt, ſunt in ijs, quæ fiūt propter aliquid. Differētia autē caſus & fortunæ poſterius determinabitur. ſed nūc hoc debet fieri manifeſtū, quia utrunq; cōtinetur in ijs, quæ aguntur propter finē. ſicuti, ſi aliquis ſciret ſe recepturū pecuniā in foro iuiſſet ad deportādum eā. Sed, ſi nō venit propter hoc, per accidēs eſt ꝙ aduētus eius fiat reportationis gratia, i. habeat hūc effectū. Et ſic patet ꝙ fortuna eſt cauſa p accidēs eorū, quæ ſunt propter aliquid. Item manifeſtū eſt, ꝙ eſt cauſa eorum, quæ ſunt in minori parte, quia iſta reportatio pecuniæ dicitur fieri a fortuna, qñ reportat ad villā veniēs, neq; ex neceſsitate, neq; frequēter. Itē eſt in ijs quę fiūt a ꝓpoſito, quia reportatio pecunię, quę dicit fieri a fortuna, eſt finis aliquarū cauſarū, nō ſm ſe ipſam, ſicut ī ijs, quæ fiūt a natura, ſed eſt finis eorū, quę fiūt ſm propoſitū, & ab intellectu. Sed, ſi aliquis hoc propoſito iret vt pecuniā reportaret, vel ſemp, aut frequenter reportaret qñ venit, nō diceret eſſe a fortuna. ſicut ſi aliquis frequēter, aut ſemp madefacit ſibi pedes, qñ vadit ad locū lutoſū: et hoc licet nō intēdat, tñ hoc nō dr̄ eſſe a fortuna. Sc̄do ibi.

Patet ergo fortuna cauſam eſſe per accidēs in hiſce, quæ per electionem alicuius gratia ſiunt. Quapropter circa idē mens fortunaq; uerſatur, electioq; abſq; mente non eſt.

ARGV.

Manifeſtum itaq; ꝙ fortuna, cauſa ſit ſm accidens in his, q̄ in minori ſunt ſm propoſitū eorū, q̄ propter hoc ſunt. Vnde circa idē & ītellectus et fortuna eſt. propoſitū. n. nō ſine intellectu eſt.

Te.cō. 52. Quid fortuna.

Cōcludit ex præmiſsis definitionē fortunæ. Et dicit manifeſtū eſſe ex præmiſsis, ꝙ fortuna eſt cauſa per accidēs in his, quæ fiūt ſm propoſitū, propter finē, in minori parte. Et ex hoc patet, ꝙ fortuna & intellectus ſunt circa idem: quia his tm̄ conuenit agere a fortuna, quæ habent intellectum. Propoſitū. n. vel, voluntas non eſt ſine intellectu. Et licet ea tantum agant a fortuna, quę habēt intellectū: tñ quanto aliqd magis ſubiacet intellectui tāto minus ſubiacet fortunæ.

Hoc dicit pp intelligentias & ꝑcipue dicit contra tertiā opinionē in fine ꝓcēdētis lectionis.

LECTIO IX.

Ea, quę tam ab Antiquis Sapiēribus de caſu ac fortuna dicebantur, q̄ quę a Vulgaribus, rationabilia fuiſſe oſtenditur: quidq; infortunium, vel Euforunium ſit.

Indefinitas igitur cauſas eas eſſe neceſſe eſt, à quibus id fiet quod proficiſcitur à fortuna. Vnde fortuna indefinita cauſa eſſe uidetur, & immanifeſta homini.

ARGV.

Infinitas

Te.cō. 53. Fortuna hominis ignota eſt, quia infinita.

INfinitas quidē igitur cauſas neceſſe eſt eſſe, a quibus vtiq; fiat quod eſt fortuna. Vnde videt fortuna infinita eſſe, et immaniſeſta homini.

Poſita definitione fortunæ, hic ex præmiſſa definitione aſsignat rationē eorum, quę de fortuna dicuntur. Et primo eorum, quæ dicta ſunt a Philoſophis Antiquis de fortuna. Secundo eorū, quæ ab hominibus vulgariter de fortuna dicuntur. ibi [Et fortunā dicere.] Poſuit autē ſupra tres opiniones de fortuna & caſu, quarū mediam improbauit tanquā omnino falſam, quia, ſ. ponebat fortunā eſſe cauſam ęq li, & mundanorū omniū. Vnde ea ſubtracta de medio, primo aſsignat quomodo veritatem habet tertia opinio, quæ ponebat fortunā eſſe immanifeſtam homini. Secundo quo modo veritatē habeat prima opinio, quæ poſuit nihil fieri a fortuna, & a caſu, ibi [Et eſt vt nihil a fortuna.] quia autem ſuperius dictum eſt, ꝙ cauſæ per accidēs ſunt infinitæ, & iterum dictum eſt ꝙ fortuna eſt cauſa per accidens, concludit ex præmiſsis ꝙ eius, quod eſt a fortuna, ſunt infinitæ cauſæ. Et, quia infinitum ſm ꝙ eſt infinitum, eſt ignotum, inde eſt ꝙ fortuna immaniſeſta eſt homi. Secundo ibi.

Tex.cō.54.

ARGV. *Atq; aliquo modo nihil a fortuna uidebitur proficiſci. Hæc enim omnia rectè dicūtur, quia rationi conſentanea ſunt. Nam aliqua quidem ex parte fit, aliquid a fortuna, fit enim per accidens. Atq; ut accidens fortuna cauſa eſt. Abſolute autem nihil. Vt elut ædium ædificator quidem eſt cauſa: per accidens autem modulator. Et ut profectus argentum recipiat nō huiuſce gratia profectus, infinitæ cauſæ multitudine eſſe poſſunt. Nam & uidere aliquem uolens, & perſequens, & ſpectaturus ludos, & fugiens.*

Tex.cō.54. Et eſt vt nihil a fortuna videat vtiq; fieri. omnia quidem enim hæc rectè dicūtur, qm̄ rationabiliter. Eſt quidem. n. vt ſit a fortuna, & ſm accidens enim fit, & eſt cauſa ſicut accidens fortuna, vt autē ſimpliciter, nullius, vt domus ædificator quidem cauſa eſt, ſm accidens autē tibicen, & venientem referendi argentū non huius cauſa venientē infinitę ſunt multitudine. Etenim videre aliquē volēs, & perſequens, et fugiēs, & viſurus.

Oſtendit, quomodo prima opinio veritatē habeat, & dicit, ꝙ quodāmodo eſt verū dicere, ꝙ a fortuna nihil fit. Hęc enim omnia, quæ ab alijs dicta ſunt de fortuna, quodāmodo rectē dicūtur: quia rationem aliquā habent. Cum. n. fortuna ſit cauſa per accidēs, ſequit ꝙ a fortuna ſit aliquid per accidens. Quod autē eſt accidēs nō eſt ſimpliciter. Vnde ſequitur, ꝙ fortuna ſimpliciter nullius ſit cauſa. Et hoc, quod dixerat circa vtranq; opinionē manifeſtat per exempla & dicit, ꝙ ædificator eſt cauſa per ſe domus, et ſimpliciter, tibicem autē eſt cauſa domus per accidens. Similiter ꝙ aliquis veniat ad aliquem locum non cauſa deportandi argētum, eſt cauſa reportationis per accidens. Sed hæc cauſa per accidēs infinita eſt, quia infinitis alijs de cauſis poteſt homo ire ad locum illum, puta ſi vadat cauſa viſitandi aliquem, vel cauſa perſequendi hoſtem, vel cauſa fugiendi perſequentem, vel cauſa videdi aliqua ſpectabilia: omnia autem iſta, & quæcunq; ſimilia ſunt cauſa reportationis argenti, quæ contingit a fortuna. Deinde cum dicit.

ARGV. *Recte etiam fortuna præter rationem quid eſſe dicitur. ratio nāq;, aut eorum eſt, quæ ſunt ſemper, aut eorum quæ ſunt plerunq;, at fortuna in his eſt, quæ præter hæc fiunt. quare, cū indefinita ſint ea, quæ hoc pacto ſunt cauſæ, fortuna etiam indefinita numerum eſt.*

Te.cō.55. Et fortunam dicere eſſe aliquid extra rationē recte eſt. Ratio enim aut eſt eorum, quæ ſemper ſunt, aut eorū, quæ ſunt frequenter: fortuna au-

A tem in his, quæ fiunt pręter hęc. quare quoniam infinitę, quæ ſic cauſæ ſunt, & fortuna īfinita eſt.

Aſsignat rationē eorum, quæ dicūtur de fortuna vulgariter. Et primo aſsignat rationē eius, quod dicit de fortuna eſſe ſine ratione. Secūdo eius, quod dicitur, fortunā eſſe bonam, vel malā. ibi [Fortuna dicitur autem] Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitū. Secundo mouet quandam dubitationē ibi. [Tñ deficiet.] Dicit ergo primo ꝙ recte dicit fortunā eſſe ſine ratione. quia ratiocinari nō poſſumus, niſi de ijs, quæ ſunt ſemper, vel frequēter: fortuna autē eſt extra utrūq;. Et ideo, quia cauſę tales in paucioribus exiſtētes ſunt per accidēs, et infinitę & ſine ratione, ſequitur ꝙ fortunæ ſint cauſæ infinitę ſine ratione. Omnis. n. cauſa p ſe producit effectū ſuū, vel ſemper, vel frequenter. Secūdo ibi.

Te.cō.56.

Secūda pars 55.te.

In quibuſdam tamen quiſpiam dubitauerit, ſi quæuis eius, quod a fortuna cauſæ fuerint necne. Vt ſanitatis, aut ſpiritus, aut æſtus, ſed nō capillorum remotio. Cauſarum enim per accidens, aliæ propinquiores aliis ſunt.

ARGV.

B Tñ deficiet in quibuſdā vtiq; aliquis. Nūquid igitur quęuis vtiq; fiāt fortunę cauſę, vt ſanitatis aut ſpiritus aut æſtus: ſed nō depilari. Sūt aūt aliq; alijs proximiores, quæ ſunt ſm accidēs cauſarū.

Mouet quandā dubitationem, & dicit, ꝙ licet dicatur ꝙ fortuna eſt cauſa per accidēs, in quibuſdam tñ deficiet, i. dubitabit aliquis. & eſt dubitatio, vtrū quæcunq; contingūt eſſe cauſa per accidēs debeant dici cauſa eius, quod fit a fortuna: ſicut patet ꝙ ſanitatis cauſa per ſe poteſt eſſe, vel natura, vel ars medicinæ: cauſę autem per accidens, poſſunt dici omnia illa, quibus contingentibus contingit fieri ſanitatē, ſicut eſt ſpiritus, i. ventus, & æſtus, & abraſio capitis, nunquid igitur quodlibet iſtorū eſt cauſa ꝙ accidens? Sed, quia ſupra diximus, ꝙ fortuna maxime dicit cauſa per accidens ex parte effectus, prout, ſ. aliquid dicit eſſe cauſa eius, quod accidit effectui: manifeſtū eſt ꝙ cauſa fortuita aliquid operatur ad effectū fortuitū: licet nō intendat illud, ſed aliquid aliud effectui cōiunctū. Et ſm hoc vētus aut æſtus poſſunt dici cauſæ fortuitæ ſanitatis inquantū faciunt aliquā alterationem in corpore: ad quam ſequitur ſanitas. Sed depilatio, aut aliquid aliud huiuſmodi nō facit manifeſte aliqd ad ſanitatem. Sed tamen inter cauſas per accidens aliquæ ſunt propinquiores, & aliquæ remotiores. Illæ autem, quæ ſunt remotæ, minus videntur eſſe cauſæ. Deinde cū dicit.

Fortuna autem dicitur Bona, cum bonum aliquod. Mala cum aduerſi quid euenit.

ARGV.

Fortuna autē bona quidē dicitur, cùm bonū aliquid euenit. Praua autē cùm prauum aliquid.

Te.cō.56. Quādo bona, malaue fortuna dicatur.

Aſsignat rationē eius, quod dicitur, fortunā eſſe bonam, vel malā. Et primo aſsignat rationē, quare dicitur fortuna bona, vel mala ſimpliciter, et dicit ꝙ fortuna dicit bona, qñ aliquod bonū contingit, et mala quādo malū. Secundo ibi.

Proſperitas uero fortunæ, ac infortunii: cùm illa ſunt magna. Quapropter & cum parum defuit, ut malum quiſpiam magnum, aut bonum accipiat, infortunatum tamē illum aut fortunatum dicimus eſſe. propterea quòd mens perinde dicit de illo, atq; ſi eſſet. Quod enim parum deeſt, id quaſi minime diſtare uidetur.

ARGV.

D Euſortunium autem, & infortunium eſt cum magnitudinem habent hæc. Quo circa &, cùm parum abeſt, vt quis malum, ſeu bonum capiat magnum, infortunatum, vel bene fortunatum eſſe dicitur: qm̄ ſicut eſt dicit intellectus. quod enim parum, tanquam nihil diſtare videtur.

Parū pro nihilo reputat.

Aſsignat rationē euſortunij, & infortunij. & dicit ꝙ euſortunium, & infortuniū dicitur, quādo habet aliquod bonum, vel malum cū magnitudine, nā Euſortuniū dicitur,

quando

quando sequitur aliquod magnum bonum: Infortunium autem, quãdo sequitur aliquod magnum malum. Et, quia priuari bono accipitur in ratione mali: & priuari malo in ratione boni, ideo, quando aliquis parum distat a magno bono, si amittat illud dicitur infortunatus: &, si aliquis sit propinquus magno malo, & liberet ab illo, dicitur eufortunatus. & hoc ideo, quia intellectus accipit illud, quod parũ distat, ac si nihil distaret, sed iam haberetur. Tertio ibi.

ARGY. *Insuper fortunæ prosperitas incerta non sine ratione dicitur esse. Nam ipsa fortuna incerta est: impossibile est enim aut semper, aut plerunque quicquam eorum esse, quæ a fortuna prouenium.*

Amplius autem incertum eufortunium rationabiliter est. fortuna enim incerta est. Neque enim vt semper, neq; sicut frequenter possibile esse, quæ sunt a fortuna quicquam.

Assignat rationem, quare eufortunia sint incerta, & dicit quòd hoc ideo est: quia eufortunium fortuna quædam est. Fortuna autem est incerta, cum sit eorum, quę non sunt semper, neq; frequenter, vt dictum est. Vnde sequitur eufortunium esse incertum. Vltimo ibi.

ARGY. *Sunt igitur ambo casus inquam atque fortuna, per accidens uti diximus causæ in hisce, quæ non simpliciter neque plerunque fieri possunt, atque horum in hisce, quæ alicuius gratia fiunt.*

te.cõ.57. Sunt quidem igitur ambo causæ, quemadmodum dictum est secundum accidens: & fortuna & casus in contingentibus fieri, neque simpliciter, neque sicut frequenter, & eorum quæcunq; vtiq; fient propter aliquid.

Concludit quasi recapitulando, quòd vtrunque, scilicet casus & fortuna est causa per accidens: & vtrunque est in ijs quæ contingunt non simpliciter, idest neque semper, neq; frequenter, & vtrunq; est in ijs, quæ fiunt propter aliquid, vt ex supradictis patet.

LECTIO X.

Casus ac Fortuna, ponens ea, in quibus sunt natura, ac differimen sumitur, cui notitia, quatuor tantum causarum genera esse manifestum sit.

ARGY. *Interest autem inter fortunam & casum. nam casus ad plura sese extẽdit. etenim quod a fortuna proficiscitur, a casu sit: hoc autem etiam non omne prouenit a fortuna.*

Differunt autem, quoniam casus in plus est. quod enim est a fortuna, est & a casu: hoc autem non omne a fortuna est.

Postquã Philosophus determinauit de fortuna & casu quantũ ad ea, in quibus cõueniunt, hic ostendit differentiã eorũ adinuicẽ. Et diuiditur in duas partes: In prima determinat de differẽtia fortunæ & casus. In secũda ostẽdit vbi maxime hæc differẽtia cõsistit ibi. [Maxime autẽ.] Prima diuiditur in duas. In prima ostẽdit differentiã inter casum & fortunã, In secunda recapitulat quę dicta sunt de vtroq; ibi [Quare manifestũ est.] Circa primũ duo facit. Primo ponit differentiã inter casum & fortunam, et dicit q; in hoc differũt, q; casus est in plus q; fortuna: quia omne, quod est a fortuna, est a casu, sed non conuertitur. Secundo ibi.

ARGY. *Fortuna nanq; atq; id, cuius est effectrix fortuna, in ijs est, quæ fortunata possunt euadere, & omnino quibus actio cõpetit. Quapropter et necesse est circa ea fortunam esse, quæ in actione uenium, cuius hoc indicium est. nam aut idem quod felicitas, aut prope esse uidetur. Felicitas autem actio quædam est: est enim actio bona. Quare quæ agere nequeunt, ea nec a fortuna quicquã efficere possunt.*

te.cõ.58. Fortuna quidẽ. n. & quod a fortuna est quibuscũq;, & eu cõtingere vtiq; inerit, & omnino actus est. Vnde necesse est circa practica esse fortunã. Signum autem est quod videtur idem felicitati aut prope. Felicitas autẽ praxis quædã est. eupraxia enim est. Quare quibuscunq; non contingit agere, neque a fortuna aliquid facere.

Manifestat prędictam differentiam. Et primo ostẽdit in quibus sit fortuna. Secũdo, q; casus in pluribus est ibi [Sed casus in alijs.] Circa primũ duo facit. Primo ostẽdit in quibus sit fortuna. Secundo cõcludit in quibus non sit. ibi. [Et propter hoc neq.] Dicit ergo primo, q; fortuna & id, quod est a fortuna inuenit in illis, quibus bene cõtingere aliquid dicitur: quia in quibus est fortuna potest esse eufortunium & infortunium. Dicitur autem bene cõtingere illi aliquid, cuius est agere. Eius autem proprie est agere, quod habet dominium sui actus, quod autem non habet dominium sui actus, magis agitur q̃m agat. & ideo actus non est in potestate eius, quod agitur, sed magis eius, quod agit ipsum. Et, quia vita practica, siue actiua est eorũ, quę habẽt dominium sui actus. in his, n. inuenitur operari secundũ virtutẽ, vel vitiũ. ideo necesse est q; fortuna sit circa practica. Et huius signũ inducitur, q; fortuna videtur idẽ felicitati, vel ei esse propinqua, vel esse ipsa: vnde vulgariter felices bene fortunati vocãtur. Secũdum. n. illos, qui felicitatẽ in bonis exterioribus cõsistere putant, felicitas est idẽ fortunę. Secũdum illos vero, qui bona exteriora, in quibus plurimũ habet locũ fortuna, debent deseruire instrumẽtaliter ad felicitatẽ, sed hoc bona fortuna est propinqua felicitati, quia coadiuuat ad ipsam. Vnde cũ felicitas sit quædã operatio. est enim eupraxia. i. bona operatio, s. virtutis perfectæ, vt dicitur in primo Ethi, sequitur q; fortuna sit in illis, in quibus conuenit bene agere, vel impediri ab hoc: & hoc est bene contingere, vel male contingere. Vnde, cum aliquis sit dominus sui actus, inquantum voluntarie agit, sequitur q; in illis tantum contingat aliquid a fortuna esse, quæ voluntarie agunt, non autem in alijs. Secundo ibi.

Lectio. 10. cõm. 9.

ARGY. *Et propterea neq; inanimatum ullum, neq; belua, neq; puer quicquã efficit a fortuna, quoniam electionem nõ habent, neq; prosperitas hisce fortunæ, aut infortunii competit, nisi ad similitudinẽ quandam. quẽadmodum Protarchus fortunatos eos lapides dixit, e quibus extructæ sunt aræ, quæ honorãtur, et hi, qui sunt eiusdẽ formæ calcãtur. Pati autẽ a fortuna, et hisce quodammodo inerit, cũ is, qui agit aliquid circa ipsa fortunò aget, alio uero modo nõ est.*

Te.cõ.59.

Et propter hoc neq; inanimatũ quippiã, neq; infans, neq; bestia quicquam facit a fortuna, q̃m non habent propositum. Neq; eufortuniũ, neq; infortunium ineſt his, nisi secundum similitudinem, sicut dixit Protarchus eufortunatos esse lapides, ex quibus sunt aræ, cùm honorentur, copulati autem his conculcentur. Pati autem a fortuna ineſt quodammodo & his, cùm agens aliquid circa hæc agat a fortuna, aliter autem non.

Concludit ex pręmissis, in quibus nõ sit fortuna, et dicit q; propter hoc, q; fortuna nõ est nisi in his, quæ voluntarie agunt, inde est q; neq; inanimatũ, neq; puer, neq; bestia, cũ non agant volũtarie, quasi liberũ arbitrium non habẽtes, agũt a fortuna. Vnde neq; eufortuniũ, neq; infortunium in his potest accidere, nisi similitudinarie. sicut quidã dixerũt q; lapides, ex quibus fiũt altaria sunt fortunati, quia eis honor & reuerẽtia exhibetur, cum lapides ei cõiuncti conculcentur. Quod dicitur per similitudinẽ ad homines, in quibus honorati videtur bene fortunati, hi autẽ, qui cõculcantur dicũtur male fortunati. Sed quãuis pręmissis nõ contingat

gat agere a fortuna, nihil tñ prohibet ea pati a fortuna, cum aliquod agens voluntariũ circa ea operatur. Sicut dicimus esse eufortuniũ, cum aliquis homo inuenit thesaurũ, vel infortuniũ, cum percutitur a lapide cadẽte. Deinde cũ dicit.

ARGY. *At casus cæteris animalibus et inanimatis competit. dicimus enim equum casu uenisse, propterea quòd euasit quidem profectus, non autem euadendi gratia uenit. Et tripoda etiam cecidisse casu: steiit enim hoc modo ut sit sedes, sed non hunsce gratia cecidit.*

Te.cõ.60. Sed casus est in alijs animalibus, & inanimatis, vt equus casu inquit venit, quoniam saluatus est quidem veniens, non salutis autem causa venit. Et tripes casu cecidit. stat quidem enim causa sedendi, sed non causa sedendi cecidit.

Ostendit q; casus etiã est in alijs. Et circa hoc tria facit. Primo ostẽdit q; casus est in alijs. Secundo concludit quandam conclusionẽ ex dictis ibi [Quare manifestũ est.] Tertio ad eius manifestationẽ quoddam signũ inducit. ibi [Signum autẽ est.] Dicit ergo primo, q; casus nõ solum est in omnibus, qui volũtarie agunt, sed etiã in alijs animalibus, & etiã in rebus inanimatis. Et ponit exẽplum de alijs animalibus, sicut q; equus casu venit, qñ salutẽ adeptus est veniens, licet non venerit causa salutis. Aliud exẽplum ponit in reb⁹ inanimatis. Dicimus. n. q; tripoda cecidit casu, quia sic stat per casum, vt sit apta ad sedendum: licet non ista de causa ceciderit, vt staret apta ad sedendum. Secundo ibi.

te.cõ.61. Tex.cõ.62.

ARGY. *Quare patet cum eorum aliquid, quæ simpliciter alicuius gratia fiunt, non eius quod euenit gratia factum est, cuius extra est causa, nos tunc casu quippiam fieri dicere. Horum autem ea fortuna fieri, quæ eligibilium casu fiunt in hisce, quæ habent electionem.*

Te.cõ.61. Quare manifestum est q; in his, quæ simpliciter propter aliquid fiunt, cùm non accidẽtis causa fiunt, cuius extra est causa, tũc a casu dicimus. A fortuna autem eorum, quæcunq; a casu fiunt propositorum in habentibus propositum.

Concludit ex præmissis q; in ijs, quæ simpliciter fiunt propter aliquid, quando non fiunt causa eius, quod accidit, sed fiunt causa alicuius extrinseci, tunc dicimus quod fiant a casu. Sed a fortuna dicimus illa fieri tantũ de numero eorum, quæ fiunt a casu, quæcunq; accidunt in habentibus propositum. Tertio ibi.

ARGY. te.cõ.62. *Signum autem est ipsum frustra. Tunc enim dicitur, cùm id, quod est alicuius gratia, non est factum illius gratia. ceu si deambulatio egestionis est gratia. si non euenit ei qui deambulauit, frustra dicimus illum deambulasse, frustraq; deambulationẽ fuisse. Est. n. ad frustra, quod aptum est esse ob aliud, cum non efficit illud gratia cuius erat, ac aptum erat. Nam si quispiam lauisse dixerit frustra, quia Sol nõ deficit, ridiculus utiq; erit: non. n. hæc illius gratia erat. Ita casus nomine suo tunc dicitur, cum quippiam fit frustra. Est. n. et tale nomen ipsius, quod ab hisce terminis constat, ipsum inquam et frustra. Cecidit. n. non percutiendi gratia lapis, casu igitur ac frustra cecidit ipse lapis, quia cadere & ab aliquo proijciente percutiendi causa potest.*

Te.cõ.63. Signum autẽ est quid vanum est. q̃m dicitur cum non fiat quod propter aliud est illius causa, vt ambulare, si depositionis causa est. si vero nõ fiat ambulãti, frustra dicimus ambulasse, & ambulatio vana. tãquam hoc sit frustra, quod aptũ natum est alterius causa, cũ nõ perficiat illud, cuius causa erat, aptumq; erat. Q̃m si aliquis se balneatum dicat frustra, quia nõ defecit Sol, derisio vtiq; erit, nõ. n. erat hoc propter illud. Si igitur quod Automatum secundum nomẽ est, cum ipsum Frustra fiat. Cecidit. n. nõ percutiendi causa lapis. Ab eo igitur quod automatũ cecidit lapis quia cecidit vtiq; a quodã & percutiendi causa.

Te.cõ.63.

Manifestat q; in cõclusione posuerat. s. q; casus accidat in his, quæ sunt propter aliquid. Et accipit signũ ab eo, quod dicitur vanũ, quod secũdum nomẽ in græco propinquum est casui. Dicitur autẽ vanum, cum id, quod est propter aliquid nõ fiat eius causa, i. cũ nõ accidat ex eo, propter quod fit: sicut si aliquis ambulet ad deponendũ superflua naturę, si hoc nõ accidat deambulãti, dicitur frustra deambulasse: & ambulatio eius esset vana. ac si hoc sit frustra, vel vanũ, quod aptũ natum est fieri causa alicuius, cum nõ perficiat illud [cuius causa natũ est fieri] & quare dicat [cuius causa natũ est fieri] exponit subdẽs, quia, si aliquis dicat se frustra balneatũ, quia eo balneato nõ defecit Sol, derisorie diceret, quia hoc, quod est ipsum esse balneatum, non erat natũ fieri propter hoc, q; deficeret Sol. Vnde casus, qui in græco dicitur automatum. i. per se frustra, accidit in his, quæ sunt propter aliquid, sicut & id, quod est frustra, vel vanũ: quia per se Frustra, ipsum Frustra secundũ suum nomen significat: sicut per se homo, ipsum hominẽ: & per se bonũ, ipsum bonum. Et exẽplificat in his, quæ casu fiũt, sicut cũ dicitur, q; lapis cadẽdo, percutiens aliquem, cecidit nõ percutiẽdi causa: ergo cecidit ab eo, quod est per se vanũ, vel per se frustra: quia nõ natus est propter hoc cadere. cadit. n. aliquando lapis ab aliquo emissus percutiendi causa, quamuis autem casus, & vanũ conueniant in hoc, q; vtrunq; est in his, quæ sunt propter aliquid, differunt tamen, quia vanum dicitur ex hoc, q; nõ consequitur aliquid, quod intẽdebatur. vnde quandoq; est vanum, & casus fimul: puta cum non accidit illud, quod intendebatur, sed accidit aliquid aliud: quandoq; autem est casus, sed non vanum, cum accidit & illud, quod intendebatur & aliud: quandoque autem est vanum, & non casus, quando non accidit illud, quod intendebatur, neq; aliquid aliud. Deinde cum dicit.

Recte fancta Doc. nomen vani casui, q̃ propinquũ asserit. Nã græce ἀυτόματον casus dicit: ματὴν vero vanũ, vel frustra interpretat. Ideoq; licquido ex Aristo. texto patet, q̃ ũc dicit οὗτο δὴ τὸ ἀυτόματον καὶ τὸ ὄνομα, ὅταν ἀυτὸ ματὴν γίγνηται. quod est, Sic igitur automatũ ẽm nomen cum ipsum frustra fiat. Sicq; patet cum automaton, & matin, ꝓpinqua sint nomina: & casum, & ipsum frustra vel vanũ græce propinqua esse.

Maxime autem separatur id quod a fortuna fit in hisce quæ natura fiunt. Cum. n. quippiam est effectũ præter naturam, tum non a fortuna illud, sed a casu potius effectum fuisse dicimus. Est autẽ & hoc aliud, illius enim externa, huius interna causa est. Quid igitur est casus, & quid fortuna, atq; quo pacto inter sese differunt, satis iã diximus. ARGY.

Maxime autẽ separatum est a fortuna in his, quæ a natura fiunt. Cùm. n. fit aliquid extra naturam tũc nõ a fortuna, sed magis ab eo, quod per se frustra est, factũ esse dicimus. Est autem & hoc alterum: huius quidẽ. n. extra est causa, illius vero intra. Quid igitur sit per se frustra, & quid fortuna, dictum est et quo a seinuicem differant.

te.cõ.64. differẽtia ꝓpria casus ac fortunæ. te.cõ.65.

Ostendit, in quibus maxime casus differat a fortuna, & sic dicit, q; maxime differt in illis, quæ fiunt a natura: quia ibi habet locũ casus, sed non fortuna. Cum. n. aliquid fit extra naturã in operationibus naturę, puta cũ nascitur sextus digitus, tum non dicimus q; fiat a fortuna, sed magis ab eo, quod est per se frustra. i. a casu. Et sic possumus accipere aliã differentiã inter casum & fortunã, q; eorum, quæ sunt a casu, causa est intrinseca: sicut eorum, quæ sunt a natura: eorũ vero, quæ sunt a fortuna, causa est extrinseca, sicut & eorũ, quæ sunt a proposito. Et vltimo concludit, quod dictum est, quid sit per se frustra. i. Casus: & quid Fortuna, & quomodo differant ab inuicem. Deinde cum dicit.

Vtrunque autem ipsorum ad modum eius reducitur causæ, unde est principium motus. Etenim eorũ aliquid, ARGY.

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ aut natura, aut mente aguntur semper est causa: sed horum multitudo indefinita est.

Sed modorum causarum, in quibus est vnde principium motus, vtrunq; ipsorum est. Aut enim eorum, quæ sunt a natura causa aliqua est, aut eorum, quę sunt sub intellectu causa semper est. Sed eorum multitudo indeterminata est.

Ostendit ad quod genus causæ casus & fortuna reducantur. Et primo ostēdit propositū. Secundo ex hoc improbat quandam opinionē superius positā. ibi [Qm autē casus.] Dicit ergo primo q̄ tam casus, q̄m fortuna reducūtur ad genus causæ mouentis. quia casus & fortuna, vel est causa eorum, quæ sunt a natura: vel eorum, quæ sunt ab intelligentia, vt ex dictis patet: vnde cum natura & intelligentia sint causa, vt vnde est principium motus, & fortuna & casus ad idem genus reducuntur. Sed tamen, quia casus & fortuna sunt causæ per accidens, eorum multitudo est indeterminata, vt supra dictum est. Secundo ibi.

Te.cō.66.

Te.cō.51.

ARGY. *Quoniam autem casus atque fortuna causæ sunt eorum, quorum aut mens, aut natura fieri causæ possunt: cum per accidens quippiam horum ipsorum fuerit causa, atque nihil eorum, quæ sunt per accidens prius est hisce, quæ sunt per se: quare neq; per accidens causa, per se causam antecedit: casus nimirum atque fortuna posterior & mente est, & natura. Quare, si quam maxime cœli casus est causa, necesse est priorem mentem atq; naturam, et alium multorum, & huius uniuersi causam esse.*

Te.cō.66. Quoniam autē casus, et fortuna sunt causę eorum, quorū vtiq; aut intellectus fit causa, aut natura, cū secundum accidens causa aliqua sit horū ipsorum: nihil autē secundum accidēs prius est his, quæ fiūt per se: manifestū est q̄ neq; per acci
12.cō.67. dens causa prius est ea, quæ est per se. Posterior itaq; est casus & fortuna & intellectu & natura. Quare, siquà maxime cœli causa est casus, necesse prius causam intellectum, & naturam esse, & aliorum multorum, & huius autem omnis.

Excludit opinionē ponētium fortunā & casum esse causam Cœli, & omniū mundanorum. et dicit q̄, quia casus et fortuna sunt causæ per accidēs eorum, quorū intellectus & natura sunt causæ per se: causa autē per accidēs nō est prior ea, quæ est per se. sicut nihil per accidens est prius eo, quod est per se, sequitur q̄ casus & fortuna sunt posteriores, q̄m intellectus & natura. Vnde, si ponatur q̄ casus sit causa Cœli,
Lec.7. Te.cō.44. sicut quidā posuerunt, vt supra dictū est. sequitur q̄ intellectus & natura per prius sint causa aliquorū aliorum, & postea Totius Vniuersi. Causa etiā totius vniuersi prior esse uidetur, q̄m causa alicuius partis vniuersi, cū quęlibet pars uniuersi ordinetur ad perfectionē vniuersi. Hoc autē videtur incōueniens, q̄ aliqua alia causa sit prior q̄m ea, quæ est causa cœli: vnde incōueniens est, q̄ casus sit causa cœli. Cōsyderandū est autē, q̄ si ea, quæ fortuito, vel causaliter accidūt, i. præter intentionē causarum inferiorum reducantur in aliquam causam superiorē ordinantem in ipsa, cōparatione ad illam causam nō possunt dici fortuita, vel casualia, unde illa causa superior nō potest dici fortuna. Deinde cū dicit.

Similiter. 7. Met. te.cō. 23.

ARGY. *Esse autē causas, et tot esse numero quot diximus patet. Tot. n. quæstio propter quid sanè cōplectitur. Nam ipsum propter quid, aut ad ipsum quid est reducitur ultimū, in immobilibus, ceu in Mathematicis. Ad rectū. n. ut commēsurabilis, aut ad cæterorū similium alicuius ultimo definitionem reducitur. Aut id, quod primū mouit, ueluti propter quid belli gesserunt, quia templū spoliarunt. Aut gratia cuius, ut imperium consequantur. Aut ad materiā in hisce, quæ fiunt. Perspicuum igitur est has, et tot causas esse.*

Quæ autem sunt causæ: & q̄ tot sint numero quot dicimus, manifestū est: tot enim secūdum numerum propter quid cōprehēdit. Aut enim in quod quid est reducitur propter quid vltimū in immobilibus, vt in Mathematicis. In definitione enim recti, aut commensurati, aut alicuius cuiusdam reducitur vltimum. Aut in mouens primum, vt propter quid certauerūt? quoniam furati sunt. Aut cuius gratia? vt dominentur. Aut in ijs, quæ fiunt, materia. Quo'd quidem igitur causæ, & ita tot sint manifestum est.

te.cō.68. Lia est inter Alex. & Simplicium, si in Mathematicis sit causa finalis Simplicio asserente q̄ sic, q̄d Alexan. cū omnibus fere latinis reijcit, vt in. 3. Meta. te.cōm. 3. est videre apud Aristo.

Ostēdit q̄ causæ nō sunt plures ijs, quæ sunt dictę. quod quidē manifestat sic. Hoc quod dico propter quid, quærit de causa: sed ad propter quid nō respondetur, nisi aliqua dictarum causarū: non igitur sunt plures causæ, q̄m quæ dictæ sunt. Et hoc est quod dicit q̄, hoc, quod dico propter quid, tot est secundū numerum, quot sunt causæ prædictæ. Quęq; enim propter quid reducit vltimo in quod quid est, i. in definitionē, vt patet in omnibus immobilibus, sicut sunt Mathematica, in quibus propter quid reducit ad definitionē recti, vel cōmensurati, vel alicuius alterius, quod demōstratur in Mathematica. cum. n. definitio recti anguli sit q̄ constituatur ex linea super aliā cadentē, quæ ex vtraq; parte faciat duos angulos æquales, si quæratur propter quid iste angulus sit rectus? respōdetur, quia cōstituitur ex linea faciente duos angulos æquales ex vtraq; parte, & ita est in alijs.

Quid Angulus rectus.

Linea super lineam cadens faciens duos angulos æquales.

Quādoq; vero reducitur propter quid in primū mouēs, vt propter quid aliqui pugnauerāt, quia furati sunt: hoc. n. est, quod incitauit ad pugnā. Quęq; autem reducitur in causam finalem, vt si quæramus cuius causa aliqui pugnāt? respondetur, vt dominentur. Quęq; autē reducitur in causam materialē, vt si quæratur, quare istud corpus est corruptibile, & respōdetur, quia compositum est ex cōtrarijs. Sic ergo patet has esse causas, & tot. Necesse est autē quatuor esse causas. quia, cum causa sit, ad quā sequitur esse alterius: esse eius, quod habet causam potest cōsyderari dupliciter. vno modo absolute, & sic causa essendi est forma, per quam aliquid est in actu: alio modo secundum q̄ de potētia ente fit actu ens: &, quia omne, quod est in potētia, reducit ad actū q̄ id, quod est actu ens, ex hoc necesse est esse duas alias causas, s. materiā & agentem, quod reducit materiā de potētia, in actum. Actio autem agentis ad aliquod determinatum tendit, sicut ab aliquo determinato principio procedit. nā omne agens agit quod est sibi cōueniens. Id autē, ad quod intendit actio agentis dicitur causa finalis. sic igitur necesse est esse causas quatuor. Sed, quia forma est causa essendi absolute, aliæ vero tres sunt causæ essendi secūdum q̄ aliquid accipit esse, inde est q̄ in immobilibus non consyderantur aliæ tres causæ, sed solum causa formalis.

Sufficientia quatuor causarum. Quā etiā pulchre Simplicius hic in expositione illius tex. assignat.

LECTIO XI.

Quę Physicum contemplari oporteat, quem etiam ex omni causarum genere demonstrare ostenditur.

Cum autē quatuor causæ sint, de omnibus scire nimirū ad Naturalē philosophum pertinet: atq; ad omnes ipsum

ARGY.

propter

propter quid redigens ipse materiam, formam, id quod mouit, & id gratia cuius naturaliter reddet, ac assignabit.

Te.cō.70. Naturalis est omnes speculari causas.

QVoniam autem causæ quatuor sunt de omnibus erit Physici cognoscere: & in omnes reducens ipsum propter quid, demonstrabit physicæ materiam, formam, mouentem, & quod est cuius causa.

Secūda parte 70.te.

Postquā Philosophus determinauit de causis, hic ostendit, q̄ Naturalis ex omnibus causis demōstrat. Et circa hoc duo facit. Primo dicit, de quo est intentio. Secundo exequitur propositū ibi [Veniunt autē tres.] Dicit ergo primo, q̄, cum quatuor sint causæ, sicut supra dictū est, ad Naturalem pertinet, & omnes cognoscere, & per omnes naturaliter demonstrare, reducendo quæstionem propter quid in quamlibet dictarum quatuor causarum, scilicet formā, mouentem, finem, & materiam. Deinde cum dicit.

ARGY. *Tres autem in unam plerunque accedunt. Ipsum enim quid est, & id gratia cuius, unum sunt. Ea uero, unde primum effluit motus, specie cum hisce concurrit: homo nanque hominem generat.*

Veniunt autem tres in vnā multoties. Quod quidem enim quid est, & quod cuius causa vna est: quod vero vnde motus principium specie eadem est his: homo enim hominem generat.

Exequitur propositū. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quædā, quę sunt necessaria ad propositū ostēdendū. Secundo probat propositū. ibi [Quare propter quid.] Circa primū duo præmittit ad subsequentē probationem necessaria, quorū primum est de habitudine causarū adinuicem, Secundū est de cōsyderatione Naturalis philosophiæ. ibi [Et tenetur.] Dicit ergo primo q̄ multotiens cōtingit, q̄ tres causæ cōcurrunt in vnā, ita q̄ causa formalis & finalis sint vna secūdum numerum. Et hoc intelligendū est de causa generationis finali, nō autē de causa finali rei generatæ. Finis. n. generationis hominis est forma humana: nō tamen finis hominis est forma eius, sed per formā suam cōuenit sibi operari ad finē. Sed causa mouens est eadē secundū

Te.cō.71.

Quando est verum q̄ causæ coincidāt.

speciem vtriq; earū: & hoc præcipue in agētibus vniuocis, in quibus agens facit sibi simile secundū speciē, sicut homo generat hominē. In his. n. forma generantis, quæ est principium generationis, est idē specie cū forma generati, quæ est generationis finis. In agētibus autem non vniuocis alia est ratio. In his, n. ea, quę fiunt nō possunt pertingere ad hoc q̄ consequantur formā generantis secūdum eandē rationem speciei, sed participant aliquā similitudinem eius, secundū q̄ possunt, vt patet in ijs, quæ generantur a Sole. Nō igitur agens semper est idē specie cum forma, quæ est finis generationis. Nec iterū omnis finis est forma. et propter hoc appo suit [multoties] Materia vero nō est nec idē specie, nec idē numero, cum alijs causis: quia materia inquantū huius est ens in potentia, agens vero est ens in actu inquantū huius. forma vero vel finis est actus, vel perfectio. Secundo ibi.

ARGY. *Et omnino quæcunque motum subeuntes mouent. Quæ uero tales non sunt, hæ Naturalis consyderationis non sunt. non enim in seipsis habentes motum, aut principium motus mouent. sed immobiles mouent. Quapropter tres sunt tractationes. Vna circa mobile, Alia circa id, quod mouetur quidem, est autem expers corruptionis, Tertia circa ea, quæ corruptibilia sunt.*

Te.cō.72. Et tenetur Physicus cōsyderare omnino quę cunque mota mouent: quæcunque autem non, non amplius Physicæ sunt. Non enim in seipsis habentia motum neque principium motus mouent, sed immobilia sunt. Vnde tria negocia sunt: hæc quidem circa mobile, alia vero circa mobile quidem, incorruptibile autem: quædam autem circa mobilia corruptibilia.

Proponit secundū, quod est, de quibus, s. consyderet Naturalis, & dicit q̄ quæcunq; mouētia mouēt, ita q̄ mouentur, pertinēt ad consyderationē Naturalem: quæ vero mouent, sed nō mouentur, nō sunt de consyderatione Naturalis philosophiæ. Vnde patet q̄ tria sunt negocia. i. triplex est studiū, & intērio Philosophiæ secundum tria genera rerū, quæ inueniuntur. Rerum. n. quędā sunt mobilia, et circa hoc est vnū studium Philosophiæ. Aliud vero studiū eius est circa ea, quæ sunt mobilia, sed incorruptibilia, sicut sunt corpora cę lestia. Tertium vero studiū eius est circa mobilia, & corruptibilia, sicut sunt corpora inferiora. Et primū quidem negocium pertinet ad Metaphysicū. Alia vero duo ad Scientiam naturalē: cuius est determinare de omnibus mobilibꝰ tā corruptibilibus, q̄m incorruptibilibus. Vnde male intellexerunt quidā volētes hæc tria reducere ad tres partes Philosophiæ, s. ad Mathematicā, Metaphysicā, et Physicam. Nā Astronomia, quæ videtur circa mobilia incorruptibilia cōsyderationē habere, magis est Naturalis, q̄m Mathematica, vt supra dictum est. Inquantum enim applicat principia Mathematica ad materiam naturalem, circa mobilia consyderationem habet. Est igitur hæc diuisio secundum diuersitatem rerum extra animam existentium, non secundum diuisionem Scientiarum accepta. Deinde cum dicit.

Lec.te.cō.20. Idem asserit Cōmētator expresse hic.

Quare ipsum propter quid a Naturali philosopho, & ad materiam & formam, & ad id, quod primo mouit, reducente, assignatur ac redditur.

ARGY.

Quare propter quid, & ad materiam reducenti redditur, & in ipsum quod quid est, & in primum mouens.

Te.cōm.71.

Ostendit propositū. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ ad Naturalē pertinet cōsyderare omnes causas, et per eas demōstrare, quę duo supra proposuerat. Secūdo probat quædā, quæ in hac probatiōe supponit. ibi [Dicendū quid igitur.] Circa primū duo facit. Primo ostēdit, q̄ Naturalis omnes causas cōsyderat. Secūdo, q̄ per omnes demonstrat. ibi [Et penitus propter quid.] Circa primū duo facit. Primo ostēdit, q̄ Naturalis consyderat Materiā & formam & mouentē. Secūdo q̄ cōsyderat finem. ibi. [Et q̄ quid est.] Et circa primū duo facit. Primo proponit q̄ intēdit. Secundo probat. ibi [De generatione.] Cōcludit ergo primo ex prædictis, q̄ assignatur propter quid a Naturali, & reducendo in materiam, & reducēdo quod quid est, id est in formam, & reducendo in primum mouens. Secundo ibi.

Te.cō.71.

Secūda parte 74.te.

Te.cō.74.

Secūda parte Tex. cō.72.

ARGY. *De generatione enim maxime causas hoc modo cōsyderant quid post quid fit: & quod primū fecit: aut quid passum est, et sic semper quod est deinceps. Principia autē ea, quæ naturaliter mouēt, duplicia sunt: quorum alterum naturale non est, quippe cum non habeat in se principiū motus, atq; tale est quiquid moueat et nō moueatur, ut id, quod est immobile penitus, & quod est omnium primum.*

De generatiōe enim maxime hoc modo causas consyderant: quid post aliquid fiat, & quid primum fecit, aut quid sustinuit, & sic semper quid consequenter. Duplicia autem sunt principia mouentia, quorum alterum nō Physicum est. non enim habet motus principium in seipso. huiusmodi autem si aliquid mouet quod nō mouetur, sicut est quod et penitus immobile est, & omnium primum.

Te.cōm.75.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Probat propositũ in hunc modum. Dictum est, ꝙ Naturalis cõsyderat ea, quæ mouẽtur & generabilia & corruptibilia. quicquid ergo oportet cõsyderare circa generationẽ oportet consyderari a Naturali: sed circa generationẽ, oportet cõsyderari formam, materiã, & mouentẽ. Qui. n. volunt consyderare circa generationem causas, hoc modo cõsyderant, primo quid est id, quod fit post aliquid: sicut ignis fit post aerẽ, cum ex aere generatur ignis. & in hoc cõsyderatur forma, per quã generatum est id quod est. Et iterũ consyderatur quid est quod primũ fecit, i. quod primũ mouit ad generationẽ, & hoc est mouens. Et iterũ quid est quod sustinuit, & hoc est subiectũ & materia. Et non solum primum mouens, & primum subiectum consyderantur circa generationem, sed etiam & ea, quæ consequenter sunt. Et sic patet ꝙ ad Naturalem pertinet cõsyderare formam, mouentem, & materiam. Non tamen quælibet mouẽtia. sunt enim principia mouentia dupliciter, scilicet mota, & non mota. quorum id, quod non mouetur, nõ est naturale: quia non habet in se principium motus. Et tale est principium mouens, quod est penitus immobile, et primum omnium, vt ostenditur in. 8. Deinde cum dicit.

Lec. 11. 3 per totum.

ARGY. *Et ipsum quid est, & forma: est enim finis, & id, gratia cuius cætera fiunt. Quare cum alicuius gratia natura faciat, & hanc scire oportet.*

Tex. cõ. 74. Et quod quid est & forma. finis enim et cuius causa. Quare quoniam natura propter aliquid est, & hanc cognoscere oportet.

Ostendit ꝙ Naturalis consyderat etiã finem, & dicit ꝙ etiam formã, & quod quid est, pertinet ad cõsyderationem Naturalis, secundum ꝙ etiã finis est, & cuius causa fit generatio. Dictum est autẽ supra ꝙ forma, et finis coincidunt in idẽ. Et, quia natura operatur propter aliquid, vt infra probabitur, necesse est ꝙ ad Naturalem pertineat consyderare formam non solum inquantum est forma, sed inquantum est finis. Si autem natura non ageret propter aliquid, consyderaret quidem Naturalis de forma inquantum est forma, sed non inquantum est finis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Et ipsum propter quid omnino reddendum est. uelut ex hoc necesse est hoc fieri. Ex hoc autem hoc, aut simpliciter, aut plerunque.*

Et penitus reddendum propter quid, vt quia ex hoc necesse est hoc esse. Hoc autem ex hoc, aut simpliciter est, aut sicut frequenter.

Ostẽdit quomodo Naturalis demõstrat per omnes causas. Et primo quomodo demõstrat per materiã & mouentem, quæ sunt causæ priores in generatione: Secũdo ostendit, quomodo demõstrat per formam. ibi [Et si hoc fieri debet.] Tertio, quomodo demonstrat per finẽ. ibi [Et quia dignius.] Dicit ergo primo, ꝙ in Naturalibus reddendũ est propter quid [penitus,] i. secundũ quodlibet genus causę, vt quia hoc præcesserit, siue illud sit materia, siue mouens, necesse est hoc esse cõsequenter: vt si aliquod generatũ est ex cõtrarijs, necesse est illud corrumpi: & si Sol appropinquat ad polũ septentrionalem, necesse est dies fieri lõgiores, et frigus diminui, & calorẽ augeri apud eos, qui habitãt in parte septẽtrionali. Sed tñ cõsyderandum est, ꝙ nõ solum semper ex precedente materia, vel mouente necesse est aliquid subsequi: sed qñq; subsequitur aliquid simpliciter, i. vt semper, vt in his, quę dicta sunt: qñq; autem vt frequẽter, vt ex semine humano & mouẽte in generatione, vt frequẽtius sequitur generatũ habere duos oculos: quod tñ aliqñ deficit. Et similiter ex hoc, ꝙ materia sic est disposita in corpore humano, accidit generari febrem propter putrefactionem, vt frequentius, quandoq; tamen impeditur. Secundo ibi.

Hic immediate secundũ & tertium.

ARGY. *Et si hoc est emersurum, ut ex propositionibus ipsa conclusio. Et quia hoc erat quiditas ipsa.*

Et si hoc debet fieri, sicut ex propositionibus cõclusio. Et quoniã hoc erat quod quid erat esse.

Ostendit quomodo sit demõstrandũ in naturalibus per causam formalẽ. Ad cuius intelligentiã sciendum est, ꝙ qñ ex causis præcedẽtibus in generatione, s. ex materia & mouente, sequitur aliquid ex necessitate, tũc ex eis potest sumi demõstratio, vt supra dictũ est, non autem qñ sequitur aliquid, vt frequẽter: sed tũc debet sumi demonstratio ab eo, quod est posterius in generatiõe ad hoc ꝙ aliquid ex necessitate sequatur ex altero, sicut ex propositionibus demõstrationis sequitur cõclusio. vt procedamus demonstrando sic. Si hoc debet fieri, ista & ista requirũtur. sicut si debet generari homo necesse est, ꝙ sit semen humanũ agens in generatione. Si autẽ procedamus e contrario. est semẽ humanum agẽs in generatione, non sequit, ergo generabit homo, sicut ex propositionibus sequit cõclusio. Sed hoc quod debet fieri. i. ad hoc quod determinatur generatio, erat secundũ supradicta, quod quid erat esse, i. forma. Vnde manifestum est, ꝙ quando secundum hunc modum demonstramus, si hoc debet fieri, per causam formalem demonstramus. Tertio ibi.

Notabile.

ARGY. *Et, quia melius est hoc modo, nõ simpliciter, sed ad substantiam unuscuiusque.*

Et, quia dignius est sic, non simpliciter, sed ad vniuscuiusq; substantiam.

Ostendit quomodo Naturalis demõstrat per causam finalem, & dicit ꝙ etiam Naturalis demonstrat aliquando aliquod esse, quia dignius est ꝙ sic fit, sicut si demonstret, ꝙ dentes anteriores sunt acuti, quia melius est sic esse ad diuidendum cibum: et natura facit quod melius est, non simpliciter, sed secundum quod competit substãtiæ vniuscuiusq;. Alioquin cuilibet animali daret animam rationalem, quæ est melior quam anima irrationalis.

LECTIO XII.

Quæstiones duas proponit, atq; ad alteram earum, illam videlicet, si natura propter finem agit, rationes Antiquorum inducit, quibus eam non propter hoc operari, ostendisse arbitrati sunt.

ARGY. *Dicendum est igitur primo quidem naturam ex ijs esse causis, quæ alicuius gratia faciunt. Deinde de necessario, quomodo sese habet in naturalibus rebus. In hãc enim causam omnes omnia redigunt. nam (ut inquiunt) cum calidum & frigidum, & unumquodq; talium suapte natura sit tale, hæc necessario sunt, et fiunt, ac apta sunt. Etenim, si aliam causam dixerint, hi concordiam & discordiam, ille mentem tangunt illam duntaxat, deinde udere sinũt.*

Tex. cõ. 75. Dicendum quidẽ igitur primũ, qm̃ natura eorũ, quæ sunt propter hoc causarũ est: postea de necessario, quomodo se habeat in Physicis. ad hanc. n. causam reducunt omnes, qm̃ calidum huiusmodi aptum natum est & frigidum: vnũquodq; igitur taliũ hæc ex necessitate sunt, & fiũt, & apta nata sunt. Et nãq; & si aliã causam dicant quãcunq; tangẽtes, gaudere sinãt, hic quidem concordiã & discordiã, ille vero intellectũ.

Nota de prouidentia Dei.

Tex. cõ. 76.

Postquam Philosophus ostẽdit, ꝙ Naturalis demõstrat ex omnibus causis, hic manifestat quædã, quę supposuerat, s. ꝙ natura agat propter finem. & ꝙ in quibusdam necessarium nõ fit ex causis prioribus ineſſe, quæ sunt mouens & materia, sed ex causis posterioribus, quę sunt forma et finis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intẽdit. Secundo prosequitur propositũ. ibi [Habet aũt oppositionem.] Dicit ergo primo ꝙ dicendũ est primo, ꝙ natura est de numero illarũ causarum, quæ propter aliquid agunt. Et valet ad quæstionẽ de Prouidentia. Ea. n. quę non cognoscunt finem, nõ tendunt in finẽ, nisi vt directa ab aliquo cognoscẽte, sicut sagitta a sagittãte. vnde, si natura operetur propter finem, necesse est ꝙ ab aliquo intelligente ordinetur, quod est prouidẽtię opus. Post hoc autẽ dicendum est, quomodo se habet necessariũ in rebus Naturalibus, vtrũ. s. necessitas

rerum

rẽrum naturaliũ semper sit ex materia, vel aliqñ etiam ex materia & mouẽte, vel aliqñ ex forma & fine. Et necessitas quærẽdi hæc, est ista: quia omnes Antiqui naturales reducunt effectus naturales in hanc causam, assignando rationẽ de eis, s. ꝙ necesse est ea sic euenire propter materiã, vtpote quia calidũ natũ est esse tale, & facere talẽ effectum: & similiter frigidũ et omnia similia, necesse est fieri, uel esse ea, quę ex eis causanť. Et, si aliqui Antiquorũ naturalium aliquã aliã causam tetigerint, ꝙ necessitatẽ materiæ, non tñ habẽt vnde gaudeãt gloriantes, quia causis positis ab eis, s. intellectu, quẽ posuit Anaxag. & amicitia et lite, quas posuit Empedocles, non sunt vsi, nisi in generalibus quibusdam, sicut in cõstitutione Mundi. In particularibus autem effectibus huiusmodi causas prætermiserunt. Secundo ibi.

A

ARGY. *Existit autem dubitatio, quid nã prohibet naturam nõ ulicuius gratia facere, neq; quia sic est melius, sed perinde atq; Iuppiter, nõ ut frumentũ augeat, sed necessario pluit. Quod. n. est eleuatum, id frigefiat oportet: et quod frigefactum est, id aquã iam factum descendat necesse est. accidit autem hoc pacto frumentũ incremẽta suscipere. Similiter & si cuiuspiã frumentum pereat cum est in area, non huiusce gratia pluit ut illud pereat, sed id accidit. Quare quid prohibet partes etiã in natura sic se habere, ueluti dẽtes anteriores quidem acutos aptosq; ad diuidendũ: geminos autem latos, atq; utiles ad cibum terendum necessario ortos fuisse? nã non huiusce causa tales sunt orti, sed accidit. Eadem et de cæteris putanda sunt partibus, quæ alicuius gratia constare uidẽtur. In quibus igitur accidit, ut omnes perinde sint ortæ, atq; si alicuius causa fierent, ea cõseruata sunt a casu cõgrue constituta. in quibus autem id non accidit, ea periere ac pereũt: ut Emp. dicit animantiũ ea, quæ ex hominis partibus, bouisq; cõstabant. Atq; ratio quidẽ qua quispiam dubitauerit hæc est, et siqua sit alia similis.*

B

Tex. cõ. 76. Habet autẽ dubitationem quid prohibeat naturam nõ propter aliquid facere, neq; quod melius, sed sicut pluit Iuppiter, non vt frumentum augmẽtet, sed ex necessitate. Sursum. n. ductam aquam cõgelari oportet, & congelatam aquã deorsum venire. augeri autẽ cũ hoc fiat accidit frumentum. Similiter si perditur frumentũ in area, nõ huius causa pluit vt perdatur, sed hoc accidit. Quare quid prohibet sic & partes se habere in natura, vt dẽtes ex necessitate oriri anteriores quidem acutos, aptos ad diuidẽdum, maxillares autem latos & vtiles ad cõterendum cibum, cũ nõ propter hoc facti sint, sed hoc accidit. Similiter autẽ est & de alijs partibus, in quibus videtur esse, ꝙ propter hoc. Vbicũq; enim omnia accidũt, sicut si propter hoc fiãt, hæc quidem saluata sunt ab eo, quod propter se vanũ constãtia apte. quęcunq; vero non sic, perdita sunt, & perduntur: quemadmodum Empedocles dixit bouigenas viriproras. Ratio quidem igitur qua vtiq; deficiet aliqs hæc est, & si aliqua alia huiusmodi est.

C

Nota rationẽ antiquorum ineffica-ciam, qua naturam non propter aliquid agere dicunt.

Intellectꝰ Generationis pluuiæ.

Exequitur propositũ. Et primo inquirit, vtrum natura agat propter aliquid. Secundo, quomodo necessariũ in rebus Naturalibus inueniatur. ibi [Quod autẽ est.] Circa primum duo facit. Primo ponit opinionẽ ponẽtium naturam non agere propter aliquid, & rationẽ eorum. Secundo improbat eã ibi. [Sed impossibile est ista.] Circa primũ scien

Secũda parte 77.

dum ꝙ ponentes naturã non agere propter aliquid, hoc cõ firmare nitebãtur remouẽtes id, ex quo natura prꝙcipue vi

LECTIO XIII.

Naturam agere propter finem, Quinq; rationibus validissimis ostendit.

ARGY. *Impossibile autem est hæc ita sese habere, hæc. n. & omnia, quæ natura constant, aut semper, aut plerunq; sic fiũt. At nihil eorum hoc pacto fit, quæ a fortuna casuq; profi-*

ciscuntur. Neq; enim hyeme crebro pluere fortuito casuq; uidetur, sed si sit fiat cum Sol est sub cane. Nec cauma sub cane, sed si in hyeme fiat. Quod si ea quæ fiunt, aut a casu, aut alicuius gratia fiunt: si impossibile est hæc, aut a fortuna esse, aut a casu, alicuius profecto gratia erunt. at uniuersa talia natura sunt, & ut ipsi dixerint, quin hæc dicunt, Est igitur in hisce, quæ natura fiunt & sunt, id quod alicuius gratia sit.

SEd impossibile est ista hũc habere mõdum. Hæc quidem. n. & quæcunq; sunt a natura, aut semper sic fiunt, aut sicut frequenter. Sed eorũ quæ sunt a fortuna, & per se vano, nihil. neq; enim a fortuna, neq; a casu videtur pluere multoties hyeme, sed forte sub cane: neq; cauma sub cane, sed si hyeme. Si igitur a casu videtur, aut propter hoc esse: sed nõ possibile est hoc esse, neq; a casu, aut a fortuna, propter aliquid utiq; erũt. At vero natura sunt huiusmodi omnia, quẽadmodum & ipsi firmabãt hoc dicẽtes. Est itaq; quod propter aliquid in his, quæ natura fiunt & sunt.

Posita opinione & ratione dicentiũ naturam non agere propter finẽ, hic improbat eam. Et primo per rationes proprias. Secũdo per rationes sumptas ab ijs, ex quibus aduersarij contrariũ ostendere nitebãtur. ibi [Peccatum aũt fit.]

Forma rõnis Aristo.

Circa primũ ponit quinq; rationes, quarũ prima talis est. Omnia, quæ fiũt naturaliter, aut fiũt sicut semper, aut sicut frequenter: sed nihil eorũ, quæ fiunt a fortuna, vel per se vano, i. a casu, fit semper, vel vt frequẽter. non. n. dicimus, q̃ a fortuna, vel a casu fit, q̃ multoties pluat in hyeme, sed diceremus esse a casu, si forte multũ plueret sub cane, i. in diebus canicularibus, & similiter nõ dicimus q̃ fit a casu, q̃ in diebus canicularibus fit cauma, sed, si hoc esset in hyeme, dicũt q̃ fuit a casu. Ex his duobus sic argumẽtatur. Omnia quæ fiunt, aut fiũt a casu, aut fiunt propter finẽ. Quę. n. accidunt præter intentionẽ finis dicuntur accidere casualiter. sed im possibile est ea, quæ fiũt semper, vel frequẽter accidere a casu: ergo ea, quæ fiũt semper, vel frequenter fiunt propter aliquid. sed omnia, quæ fiunt fm naturã, fiunt vel semper, vel frequẽter, sicut etiã ipsi confitebãtur: ergo omnia, quę fiũt a natura, fiũt propter aliquid. Secundam rationẽ ponit ibi,

ARGY.

Præterea in quibus est aliquis finis, in his, & id quod prius, & id quod deinceps agitur, huiusce gratia agitur. Vt igitur agitur ita est aptum agi, & ut est aptum agi, sic unumquodq; nisi quid obstet agitur. at alicuius gratia agi tur. & aptũ est igitur illius gratia agi, ueluti si domus ex ijs esset, quæ natura fiunt, sic utiq; fieret, ut nunc ab arte conficitur. Quod si ea, quæ natura fiunt, nõ solum natura, sed etiam arte fierent, eodem conficerẽtur modo, quo apta sunt confici. Alterum igitur alterius conficitur gratia.

te.có.78. Amplius in quibuscunq; finis aliquis est huius causa agit quod prius, & quod cõsequenter. Ergo sicut agitur, sic aptum natũ est: & sicut aptum natũ est, sic agitur vnũquodq;, si nõ aliquid impediat. agitur autẽ propter hoc, & aptũ itaq; natum est huius causa. vt si domus esset eorum, quæ natura fiunt, sic vtiq; facta esset, sicut nunc ab arte est. Si autem quę natura non solum natura, sed arte fierent, similiter vtiq; fierent, fm q̃ apta nata sunt, propter ergo alterum, alterum.

Vnũquodq; agit sicut natũ est agi, nisi aliqd obstet.

Secũda ratio.

Et dicit q̃ in quibuscũq; est aliquis finis, & priora & cõsequẽtia omnia agũt causa finis. hoc suppositio sic argumentatur. Sic aliquid agitur naturaliter, sicut aptũ natũ est agi. hoc. n. significat quod dico naturaliter, illud. s. aptum natũ: & hęc propositio cõuertitur, quia sicut aptum natũ est agi, ita agitur: sed oportet apponere hãc cõditionẽ, nisi aliquid impediat. Accipiamus ergo primũ, quod non habet instantiam: q̃ sicut aliquid agitur naturaliter, sic aptum natũ est agi. Sed ea, quę fiũt naturaliter sic agũtur, q̃ inducuntur ad finem: ergo sic apta sunt agi, vt fiant propter finẽ: & hoc est Naturam appetere finẽ, s. habere aptitudinẽ naturalem ad finem. Vnde manifestũ est, q̃ natura agit propter finem. Et hoc, quod dixerat manifestat per exemplum. similiter. n. ex prioribus peruenit ad posteriora in arte, et in natura: vnde si artificialia, vt domus fierent a natura, hoc ordine fierent, quo nũc fiunt per artem, s. prius instituereturfundamentũ, & postea erigerentur parietes, & vltimo supponeret tectũ. Hoc modo natura procedit in ijs, quæ sunt terræ affixa, s. plantis, cuius radices, quasi fundamentum, terræ infigũtur: stipes vero ad modum parietis eleuatur in altum, frondes autem supereminent ad modum tecti. Et similiter si ea, quę fiunt a natura fierent ab arte, hoc modo fierent: sicut apta nata sunt fieri a natura, vt patet in sanitate, quam cõtingit fieri, & ab arte, & a natura. sicut enim natura sanat calefaciendo & infrigidando, ita & ars. Vnde manifestum est q̃ in natura est alterum propter alterũ, scilicet priora propter posteriora, sicut & in arte. Tertiam rationem ponit ibi.

Modus intelligẽdi Artẽ naturã imitari.

ARGY.

Atq; ars omnino alia perficit, quæ natura nequit perficere, alia imitando naturam facit. Si igitur ea, quæ ob artem conficiuntur alicuius causa fiunt, & ea profecto quæ natura fiunt alicuius gratia fieri constat: priora nanq; posteriora ue similiter inter sese habent in hisce quæ arte, & in hisce quæ natura conficiuntur.

Te.có.79. Omnino autẽ ars alia quidem perficit, quę natura nõ potest operari, alia vero imitat. Si igitur quæ sunt secundũ artem, propter hęc sunt, manifestum, q̃ & quæ sunt secundũ naturã. Similiter autem se habent adinuicẽ in ijs, quæ sunt fm artẽ, & in ijs, quæ fm naturã, posteriora ad priora.

Tertia ratio.

Et dicit q̃ ars quædam facit, quæ natura non potest facere, sicut domũ, & alia huiusmodi. In ijs vero, quæ conuenit fieri & ab arte et a natura, ars imitat naturã, ut patet in sanitate, vt dictũ est. Vnde, si ea, quæ sunt fm artẽ, sunt propter finem, manifestũ est etiã ea, quæ sunt fm naturam, propter finem fiunt, cum similiter se habeãt priora ad posteriora in vtrisq;. Potest tũ dici q̃ hæc nõ est alia ratio a præmissa, sed cõplementũ & explicatio ipsius. Quartã rationẽ ponit ibi.

Porphirij⁹ reste simplicio hanc rationẽ argumentũ a minori vocat

ARGY.

Maxime autem id ipsum in animalibus rationis expertibus patet, quæ neq; arte, neq; discursione, neq; deliberatione faciunt. Quapropter & sunt qui dubitant, utrum mente, uel alio quodam principio aranei, formicæ, cæteraq; istiusmodi animalia operentur. Procedenti etiam ulterius, & in plantis ea, quæ conferant ad finem fieri hoc pacto uidentur. ueluti frondes ob fructus tegendos. Quare, si natura gratiaq; alicuius hirundo nidulum extruit, araneus araneam texit, plantæ deniq; frondes gratia tegendorum fructuum explicant, radicesq; non sursum, sed deorsum emittunt sumendi causa nutrimenti, patet esse causam talem in hisce, quæ natura fiunt & constant.

Te.có.80. Maxime autẽ manifestum est in animalibus, quæ neq; arte, neq; inquirẽdo, neq; deliberando faciunt. Vnde dubitant quidã, vtrum intellectu, aut quodã alio operentur aranei, & formicæ, & huiusmodi. Paulatim autẽ sic procedẽti, & in plãtis apparẽt expediẽtia quædã facta propter finẽ, vt folia propter fructus cooperimẽtum. Quare, si natura facit, & propter hoc hirũdo nidum, & araneus

araneus telam, & plantæ folia gratia fructuum, & radices non sursum sed deorsum gratia nutrimenti, manifestum, q̃ est causa huiusmodi in ijs, quæ natura fiunt, & sunt.

Quarta ratio.

Et sumitur hæc ratio ab ijs, quæ manifestius in natura propter aliquid operari videtur. Vnde dicitur, q̃ naturam operari propter aliquid maxime est manifestũ in animalibus, quæ neq; operantur per artẽ, neq; per inquisitionẽ, neque per deliberationẽ. et tñ ita manifestũ est in operationibus eorũ, q̃ propter aliquid operãtur, q̃ quidam dubitauerunt, vtrum aranei & formicæ, et huiusmodi animalia operentur per intellectũ, vel per aliquod aliud principiũ. Sed tñ hoc fit manifestũ, q̃ non operentur ex intellectu, sed per naturã, quia semper eodẽ modo operantur, omnis. n. hirundo similiter facit nidũ, et omnis araneus similiter facit telã, quod nõ esset si ab intellectu, & arte operarẽtur. non. n. omnis Aedificator similiter facit domũ, quia artifex habet iudicare de forma artificiati, & potest ea variare. Vlterius autem procedẽti de animalibus ad plãtas, in ijs etiã apparent quædã esse facta vt vtilia ad finẽ, sicut folia sunt vtilia propter cooperimentũ fructuũ. Vnde, quia hoc est a natura & nõ ab arte, q̃ hirundo facit nidum, & araneus telã, & plãte producũt folia gratia fructuũ: & radices sint in plantis non sursum, sed deorsum, ut accipiãt nutrimentũ a terra, manifestũ est, q̃ causa finalis inuenit in ijs, quæ fiũt, & sunt a natũra, s. propter aliquid operãte. Quintam rationem ponit ibi.

ARGY.

Atq; cum natura sit duplex, altera quidẽ ut materies, altera autem ut forma, et hæc sit finis, gratia uero finis cætera fiant, hæc ea est profecto causa, cuius cætera fiunt.

te.có.81. Et q̃m natura dupliciter, alia quidẽ sicut materia, alia vero sicut forma, finis autẽ hæc est, ppter finẽ autẽ alia sunt, hæc vtiq; erit causa cuius gr̃a.

Quinta ratio

Nec Simplicius, aut Alexan. hãc rationẽ esse putãt.

Dicit, q̃ cũ natura dicatur dupliciter, s. de materia & forma, et forma est finis generationis, vt supra dictum est. Hoc autẽ est de ratione finis, vt propter ipsum fiat alia, sequit, q̃ esse & fieri propter aliquid, inueniat in rebus Naturalib⁹.

LECTIO XIIII.

Naturam propter finem agere ex tribus astruitur principijs, quibus Antiqui ostendisse oppositum visi sunt.

ARGY.

Fit autem & in hisce peccatum, quæ per artes conficiuntur. scripsit enim Grammaticus non recte, & potionem Medicus non recte porrexit. Quæ patet & in hisce fieri posse, quæ natura conficiuntur. Quod si aliqua sunt in arte, in quibus iam quod recte fit alicuius efficitur gratia: in ijs autem, quæ peccantur, gratia quidem alicuius ars ea creditur facere, sed non assequitur illud, similiter & in naturalibus erit, & monstra peccata erunt illius, quod alicuius gratia fuit: Et in primis igitur compositionibus ea, quæ partim ex hominis partibus, partim ex bouis constabant, si non ad aliquem terminum finemue poterant peruenire, aliquo sanè principio perinde, atq; nũc semina, labefactato corruptoue fiebant.

Te.có.82. Prima ratio.

PEccatum autẽ fit et in ijs, quę fiunt secundũ artem. scripsit. n. non recte Grãmaticus, & propinauit Medicus nõ recte potionem. quare manifestum est, q̃ cõtingit & in ijs, quæ secundũ naturã fiunt. Si igitur sunt quædã secundum artem, in quibus quod recte fit, propter aliquid fit in quibus etiã peccatur alicuius gratia agit: sed fallitur: similiter vtiq; & in Phylicis, & monstra sunt peccata illius, quod propter aliquid est, & i substãtijs ergo q̃ sunt ex principio bouigena, si nõ ad aliquẽ terminũ & finẽ poterãt venire, corrupto principio aliquo facta sũt, sicut nũc semine.

Posteq; ostendit Philosophus per proprias rationes, q̃ natura agit propter aliquid, hic intẽdit hoc manifestare remouendo ea, per quę aliqui contrarium existimabant. Et diuiditur in tres partes secũdũ tria, ex quibus aliqui mouebãtur ad hoc negandũ. Secundũ incipit ibi. [Omnino autẽ destruit.] Tertiũ ibi. [Inconueniens autẽ.] Primum autẽ ex quo aliqui mouebãtur ad negandum naturam agere propter finẽ, ex hoc erat: quia videbãt aliqñ aliter accidere, sicut accidit in mõstris, quæ sunt peccata naturæ. Vnde etiã Emped. posuit, q̃ a principio cõstitutionis rerum fuerũt producta quædã, non habentia hanc formã & hunc ordinẽ, qui nũc in natura communiter inuenitur. ad hoc ergo excludendũ inducit quatuor rationes. Circa quarum primã ostendit, q̃ licet ars agat propter aliquid, tñ in ijs, quæ fiunt secundũ artem cõtingit fieri peccatũ: quia aliqñ Grammaticus non recte scribit, & Medicus qñq; porãt aliquem medicinali potione nõ recte. Vnde manifestũ est, q̃ contingit peccatũ esse etiam in ijs, quæ sunt secũdum naturam, quãuis natura propter aliquid operetur. In arte aũt eorum, quæ propter aliquid fiũt, quędã fiunt secundum artem, & recte fiunt: quædã autem sunt, in quibus Artifex fallitur nõ secundum artem agens: & in his cõtingit peccatũ, arte propter aliquid agẽte. li. n. ars nõ ageret ad determinatum finẽ, qualitercunq; ars operaretur, nõ esset peccatum: quia operatio artis æqualiter se haberet ad omnia. Hoc ipsum igitur, q̃ in arte cõtingit esse peccatũ, est signum, q̃ ars propter aliquid operetur. Ita etiã contingit in Naturalibus rebus, in quibus mõstra sunt quasi naturę peccata, propter aliquid agẽtis, inquantum deficit recta operatio naturæ. et hoc ipsum quod in naturalibus cõtingit esse peccatum, est signum, q̃ natura propter aliquid agat. Vnde in substãtijs, quãs in principio mũdi Emped. dixit esse cõstitutas. [bouigenas.] i. ex media parte boues, & ex media homines, si nõ poterãt peruenire ad aliquẽ finem & terminũ naturę, vt. s. cõseruarentur in esse, nõ hoc fuit quia natura non hoc intẽdat, sed quia hæc nõ possibilia saluari generata sunt nõ secundum naturã, sed corrupto aliquo naturali principio. sicut nunc etiã accidit aliquos mõstruosos partus generari propter corruptionẽ seminis. Secundã rationem ponit ibi.

Secũda pars 84. ꝛc. Te. có. 85.

ARGY.

Præterea primo semen necesse est oriatur, sed non animalia statim. Atq; ipsum congestum, quod primum oriebatur, semen nimirum erat.

Amplius necesse est semen fieri primum, sed non statim animalia: & molle natura primum, quod semen erat. Tex. có. 85.

Quæ talis est. Vbicũq; sunt determinata principia & determinatus ordo procedẽdi, ibi oportet esse determinatum finem, propter quẽ alia fiãt: sed in generatione animalium est determinatus ordo procedẽdi, quia oportet primũ fieri semen, & nõ statim a principio est animal, & ipsum semen non statim est induratum, sed a principio est molle, & quõdam ordine ad perfectionem tẽdit: ergo in generatione animalium est determinatus finis. Non ergo propter hoc accidunt monstra & peccata in animalibus, quia natura non agit propter aliquid. Terciam rationem ponit ibi.

Secũda ratio.

ARGY.

Præterea in plãtis etiam ipsis id inest quod alicuius est gratia. Minus autẽ est distinctum ac manifestũ: fiebant ne igitur ex bouis partibus ac hominis animalia, sic & ex uitis, oleaq; partibus plantæ, an non fiebant. est. n. absurdũ. At oportebat tamen, si in animalium genere illa fiebant.

Amplius & in plãtis inest quod propter hoc, minus autẽ dearticulatum est. Vtrum igitur in arboribus fiãt, sicut bouigena viriprora, sic & vitigena oleoprora? Aut nõ. inconueniens enim est, sed tamẽ oportuit, siquidẽ in animalibus est.

Tertia ratio.

Quę talis est. Licet natura in plãtis agat propter aliquid, sicut in animalibus, tñ minus est dearticulatũ, i. distinctum in plantis, vel minus ex operationibus eorũ colligi potest.

Si ergo propter hoc accidãt peccata & mõstra in animalibus, quia natura nõ agit propter aliquid: magis deberet accidere in plãtis. Vtrũ igitur sicut fiunt in animalibus bouigena viriprora, ita fiant vitigena oleoprora, i. ex media parte oliuæ, & media parte vitis, vel nõ. Dicere.n. q̃ fiant videtur inconueniens, sed tamẽ oportet ita esse, si in animalibus cõtingit hac de causa, quia natura nõ agit propter aliquid. Non ergo ista de causa in animalibus contingit, q̃ natura propter aliquid non agit. Quartam rationem ponit ibi.

ARGV. *Præterea & in seminibus quoduis sine ullo discrimine fieri oportere.*

Te.cõ.14. Adhuc oportuit ĩ seminibus fieri, vt cõtingit.

quæstio ratio. Quæ talis est. Sicut & animalia generantur a natura, ita et semina animaliũ. si igitur accidit aliquid in generatione animalium qualitercunq; contingit, & non quasi natura agente ad determinatum finẽ, sequetur etiã idẽ in seminibus, s. vt a quocunq; quodcunq; semẽ produceretur, & hoc patet esse falsum: vnde & primũ falsum est. Secundo ibi.

ARGV. *Omnino autem qui ita dicit naturam, & ea, quæ natura constant, destruere uidetur, quæ a quodam principio quod est in ipsis continue mouentur, atq; ad quendam perueniunt finem. ab unoquoque autem non ad eundem, neq; ad quemuis, attamen ad eundem semper nisi quid impedierit. Atqui id cuius gratia, & quod huius gratia, fieri a fortuna etiam possunt, ueluti dicimus hospitem forte fortuna uenisse, lotumq; abijsse, cum id egerit, quasi gratia huiusce profectus, non huiusce autem gratia uenerit. Hoc autem est per accidens. fortuna nanq; causa per accidens est, ut antea diximus. Sed, cùm hoc semper fit, aut plerunque, non per accidens nec a fortuna dicimus esse. at in naturalibus sic semper, si nihil impedierit fiunt.*

Omnino autem destruit sic dicens ea, quę natura quidem sunt & naturam. Natura quidem enim sunt quæcunq; à quodam in seipsis principio continue mota accedunt ad aliquem finẽ. Ab vnoquoq; autem non idem vnicuiq; neq; contigens, semper tamẽ in eundem, nisi aliquid

Tex.cõ.15. impediat. Quod autem est cuius causa fit, & quod propter hoc, fiẽt vtiq; a fortuna, sicut dicimus a fortuna venit extraneus, & balneatus abscessit, cum tanq̃ propter hoc veniẽs egerit, nõ propter hoc autem venit, & hoc secundum accidens. fortuna autẽ est causarum, quæ sunt secundum accidẽs, quemadmodum & prius diximus. sed, cùm hoc semper, aut sicut frequenter fiat, non secundũ accidens, neq; a fortuna est in Phy sicis autem semper sic est, nisi aliquid impediat.

Excludit secundũ, ex quo mouebãtur ad ponendum naturam nõ agere propter aliquid. Videbatur.n. tres hoc quibusdam, q̃ ea, quæ naturaliter accidũt, videntur ex prioribus principijs procedere, quæ sunt agẽs & materia, non ex intẽtione finis. Sed ipse contrariũ ostendit dicẽs, q̃ ille, qui sic dicit, naturã. f. non agere propter aliquid, destruit naturam, & ea, quæ sunt secundum naturã. Hęc.n. dicuntur esse secundum naturã quęcunq; ab aliquo principio intrinseco mouẽtur continue, quousq; perueniant ad aliquem finem: non in quodcũq; contingens, neq; a quocũq; principio in quencũq; finem, sed a determinato principio in determinatum finem. Semper.n. ab eodẽ principio proceditur in eundem finem, nisi aliquid impediat. Contingit autẽ id, cuius causa fit aliquid, aliq̃ fieri a fortuna, q̃ non propter hoc agitur, sicut si aliquis extraneus veniat, & recedat inde balneatus, dicimus hoc esse a fortuna, eò, q̃ ita se fecit balneare, ac si propter hoc venisset, cum tñ propter hoc non venerit:

Vnde secundũ accidẽs est ipsum balneari. Fortuna.n. est de numero causarũ secundũ accidens, vt prius dictũ est. Sed, si semper aut frequẽter ei veniẽti hoc accidat, nõ dicitur esse a fortuna. In rebus autẽ naturalibus nõ per accidẽs, sed semper sic est, nisi aliquid impediat. vnde manifestũ est, q̃ determinatus finis, qui sequitur in natura, nõ sequitur a casu, sed ex intẽtione naturę. Ex quo patet, q̃ cõtra rationẽ naturæ est dicere, q̃ natura nõ agat propter aliquid. Tertio ibi.

Absurdum autem est alicuius gratia fieri non putare, si id, quod mouet nõ uiderint deliberatione præmissa mouere. Nam & ars non deliberat. Etenim, si in ligno extruendarum nauium ars meßet, perinde atq; natura faceret nauim. Quare, si id, quod alicuius fit gratia, sit in arte, & in natura profecto meßt. Maxime autem hoc patet cùm quispiam sibi ipsi medetur, huic enim persimilis est natura. Quæ cùm ita sint, patet naturam causam esse atq; adeo, ut alicuius gratia faciat. ARGV.

Inconueniens autẽ est nõ opinari propter aliquid fieri, nisi videatur mouens deliberasse, Attamen ars quidem non deliberat. Et nãq; si esset in ligno nauis factiua, similiter vtiq; natura fecisset. quare si in arte inest propter aliquid, & in natura inest. manifestum est autem maxime, cùm aliquis medetur ipse sibijpsi, huic quidem enim assimilatur natura. Quod igitur causa sit natura, & sic sicut propter aliquod, manifestum est. Te.cõ.16.

Excludit tertiũ, ex quo aliquis opinari posset, q̃ natura nõ agat propter aliquid. Videbatur.n. quibusdã, q̃ natura non agat propter aliquid, quia non deliberat. Sed Philosophus dicit, q̃ incõueniẽs est hoc opinari. quia manifestum est, q̃ ars agit propter aliquid: & tñ manifestum est, q̃ ars nõ deliberat, nec artifex deliberat inquantũ habet artem, sed inquantũ deficit a certitudine artis, vnde artes certissimæ nõ deliberant, sicut scriptor nõ deliberat quomodo debeat formare literas. et illi etiã artifices, qui deliberãt, postq̃ inuenerunt certum principiũ artis, in exequendo non deliberãt. Vnde Citharædus, si in tangendo quãlibet chordam deliberaret, imperitissimus videretur. Ex quo patet, q̃ nõ deliberare cõtingit alicui agẽti, non quia non agit propter finẽ, sed quia habet determinata media, per quę agit. Vnde &, quia natura habet determinata media, p̃ quæ agat, propter hoc nõ deliberat. In nullo.n. alio natura ab arte videtur differre, nisi quia natura est principiũ intrinsecũ, & ars est principiũ extrinsecũ. Si.n. ars factiua nauis esset intrinseca ligno, facta fuisset nauis a natura, sicut modo fit ab arte. Et hoc maxime manifestũ est in arte, quæ est in eo, qũ mouet, licet per accidens. Sicut de Medico, q̃ medicat seipsum, huic arti.n. maxime assimilat natura. Vnde patet, q̃ natura nihil est aliud q̃m ratio cuiusdã diuinæ, indita rebus, qua ipsę res mouentur ad finẽ determinatũ. sicut si Artifex factor nauis posset lignis tribuere, q̃ ex seipsis mouerentur ad nauis formã inducendã. Vltimo autem epilogãdo dicit manifestũ esse, q̃ natura sit causa, & q̃ agat propter aliq̃d.

Sicut Ars nõ deliberat, ita & natura.

Naturæ, ac artis vera differentia. Ars.n. extrinsecum. Natura ĩtrinsecum principium est.

Natura quid.

LECTIO XV.

Cuiusmodi sit rerum Naturalium necessitas.

Nunc considerãdum est utrum necessarium ipsum ex suppositione, an & simpliciter sit in ipsis rebus naturæ. ARGV.

QVòd autem ex necessitate est, vtrũ ex suppositione sit, aut simpliciter. Te.cõ.17.

Postq̃ Philosophus ostẽdit, q̃ natura agit propter finẽ, hic procedit ad inquirendũ de secunda quæstione, s. quõ necessitas inueniat in rebus Naturalibus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionẽ. Secũdo ponit aliorum opinionem ibi. [Nunc quidã enim.] tertio determinat veritatem ibi. [Sed tñ non sine his.] Quærit ergo primo, vtrum in rebus naturalibus sit necessarium simpliciter, i. absolute, aut

Hic inferius. Tex.cõ.35.

Necessitatis absolute, & ex suppositione intellectę.

aut necessarium ex cõditione, siue ex suppositione. Ad cuius euidentiã sciendũ est, q̃ necessitas, quæ depẽdet ex causis prioribus, est necessitas absoluta, vt patet ex necessario, quod dependet ex materia. animal.n. esse corruptibile est necessariũ absolute: consequitur.n. ad hoc, quod est animal esse cõpositum ex contrarijs. Similiter etiã quod habet necessitatem ex causa formali est necessariũ absolute, sicut hominẽ esse rationalẽ, aut triãgulũ habere tres angulos ęquales duobus rectis, quod reducitur in definitionẽ trianguli. Et similiter quod habet necessitatẽ ex causa efficiẽte est necessarium absolute, sicut necessariũ est esse alternationẽ noctis & diei propter motũ Solis. Quod autem habet necessitatem ab eo, quod est posterius in esse, est necessariũ ex conditione, vel suppositione: ut puta si dicat necesse est hoc esse si hoc debeat fieri. & huiusmodi necessitas est ex fine & ex forma inquantũ est finis generationis. Quærere igit, vtrũ in reb⁹ naturalibus sit necessariũ simpliciter, aut ex suppositione, nihil aliud est q̃m quęrere, vtrũ in rebus naturalibus necessitas inueniatur ex fine, aut ex materia. Secundo ibi.

Titulus quæstionis.

ARGV. *Nunc enim ipsum necessarium in generatione perinde esse arbitrantur, atq; si quispiam necessario domum extructam esse putaret: quia grauia quidem deorsum, leuia uero sursum suapte natura feruntur. Iccirco lapides quidẽ ac fundamenta sunt infra: terra autem supra, quam ob leuitatem: et ligna maxime supra, quippe cum sint leuissima.*

Nunc.n. quidã opinãtur quod ex necessitate est in generatione esse, quẽadmodũ vtiq; si aliq̃s, murũ esse ex necessitate existimet, q̃m grauia quidem deorsum ferri apta natura sunt: leuia autẽ supereminẽt. vnde lapides quidem deorsum in fundamento: terra autẽ sursum propter leuitatẽ. supra autem maxime ligna, leuissima enim sunt.

Ponit aliorum opinionẽ, & dicit quod quidam opinantur, q̃ generatio rerũ Naturalium proueniat ex necessitate absoluta materię, vt puta si aliquis diceret, q̃ paries aut domus taliter fit ex necesitate materiæ, eò q̃ grauia nata sunt deorsum ferri, leuia vero supereminere: & propter hoc lapides graues & duri remanent in fundamento, terra vero lapidibus supponitur tanquàm leuior, ut patet in parietibus cõstructis ex lateribus, qui ex terra cõficiuntur. sed in summo ponuntur ligna, scilicet in tecto, quæ sunt maxime leuia. Ita etiam existimabant dispositiones rerum naturaliũ prouenisse tales ex necesitate materiæ, vt pura si dicatur, q̃ homo habet pedes inferius, & manus superius propter grauitatem aut leuitatem humorum. Tertia ibi.

ARGV. *At quanquàm non sine ijs: nõ tamen propter hæc nisi ut ob materiam, sed cædi quædam conseruandiq; causa extructa est domus. Similiter & in cæteris uniuersis, in quibus est id, quod alicuius gratia fit, non sunt quidem sine hisce, quæ necessariam habent naturam: non tamen sunt ob hæc ipsa, nisi ut ob materiam, sed alicuius sunt gratia. ueluti propter quid serra est talis? ut hoc & huiusce gratia sit. Hoc tamẽ gratia cuius est, fieri non potest si non ferrea sit: necesse est ergo ferream esse, si serra, atq; opus ipsius erit. Est igitur necessarium ipsum ex suppositione, sed non ut finis. Nam necessarium quidem in materia, id uero gratia cuius est, in ratione consistit.*

Te.cõ.18. Sed tñ non sine ijs quidem factum est, non tñ propter hoc. nisi licut propter materiã, sed causa abscondẽdi ipsa & saluãdi. similiter autem & in alijs oĩbus, in quibus propter aliquid est, nõ sine quidẽ habẽtibus necessaria materiã sunt. non tñ propter hoc, sed aut sicut materia sunt, sed ppter aliquid est. vt ppter qd serra est talis? quatenus hoc sit, & ppter hoc. sed tñ id, qđ est cuius causa, impossibile est fieri, nisi ferrea sit. necesse igit ferreã esse, si serra erit et op⁹ ipsius. Ex suppositiõe aũt qđ necessariũ est, sed nõ vt finis. ĩ materia.n. necessariũ est: qđ aũt est cuius causa, in ratiõe est.

Determinat veritatẽ. Et circa hoc duo facit, primo ostendit qualiter sit necesitas in rebus Naturalibus, secũdo assimilat necesitatẽ rerum naturalium necesitati, quæ est in scientijs demonstratiuis ibi. [Est autem & in doctrinis.] Te.cõ.19. Dicit ergo primo, q̃ licet inconueniens videatur dicere, q̃ in rebus Naturalibus sit talis dispositio propter necesitatem materiæ, sicut & apparet hoc esse inconueniens in rebus artificialibus, de quibus exẽplum positum est: nõ tñ est talis dispositio facta in rebus Naturalibus & artificialibus sine principijs materialibus, habẽtibus aptitudinem ad talẽ dispositionem. non.n. domus cõuenienter constaret, nisi graviora in fundamẽto ponerentur, & leuiora superius. nõ tamen est dicendum, q̃ propter hoc domus sic fit dispositа, q̃ vna pars eius sit inferius & alia superius. [propter hoc.] i. propter grauitatẽ aut leuitatem quarundã partium, nisi secundum q̃ hæc præpositio propter, dicit causam materialem, quæ propter formã est. sed partes domus sic sunt disposite propter finẽ, qui est cooperire & saluare homines a caumate, i. a caliditate et pluuijs. Sit sicuti est in domo, similiter est in omnibus alijs, in quibuscũq; contingit agere propter aliquid. in omnibus.n. huiusmodi nõ consequuntur dispositiones generatorũ aut factorum sine principijs materialibus, quæ habent necessariã materiam, per quam apta nata sunt sic disponi. Non tñ res factæ aut generatę sic disponuntur propter hoc, q̃ principia materialia sunt talia, nisi sicut li propter, dicit causam materialẽ, sed sic disponuntur propter aliquẽ finem: & principia materialia quęrũtur vt sint apta huic dispositioni, quã requirit finis, vt patet in serra: est.n. serra huiusmodi. i. talis dispositionis, aut formę, quare oportet, q̃ sit talis, i. vt habeat talẽ materiam: & est huiusmodi. i. talis dispositionis, aut formæ. [propter hoc. Ji. propter aliquẽ finem. Sed tñ iste finis, qui est sectio, non posset provenire nisi esset ferrea, necessariũ est ergo ferram esse serream si debeat esse ferra: et si debeat esse eius finis, quod est opus ipsius. Sic ergo patet, q̃ in rebus Naturalib⁹ est necessariũ ex suppositione, sicut & in rebus artificialibus: sed nõ ita, q̃ id, quod est necessariũ, sit sicut finis: quia id, quod necessariũ est, ponit ex parte materiæ, sed ex parte finis ponitur ratio necesitatis. Nõ.n. dicim⁹, q̃ necessariũ sit esse talẽ finẽ, quia materia talis est: sed potiꝰ e cõtra, quia finis & forma talis futura est, necesse est materiã talẽ esse. Et sic necesitas ponit ad materiã, sed ratio necesitatis ad finẽ. Sed o ibi.

ARGV. *Est autem ipsum necessarium et in doctrinis, & in his, quæ fiunt secundum naturã aliqua ex parte simili modo. nam cum rectum hoc sit, necesse est triangulũ tres angulos æquales duobus rectis habere. sed nõ si hoc est, necesse est illud esse: sed si hoc nõ est, neq; rectum hoc est. At in hisce, quæ alicuius gratia fiunt coĩra. Si finis erit, aut est, & id quod est ante erit aut est. Si uero hoc non erit, aut nõ est, ut ibi, si nõ est conclusio, principium nõ erit: sic & hic finis, & id gratia cuius est, non erit, aut non est. Est enim et hoc principium non actionis, sed cogitationis: ibi autem est cognitionis. Non enim sunt actiones. Quare si erit domus, hæc necesse est fieri, uel esse uel etiam fore, aut omnino materiam, quæ quidẽ alicuius est gratia. ueluti lateres atq; lapides, si extruenda est domus: non tamen est propter hæc ipse finis, nisi ut ob materiã: omnino tamen si nõ sint, neq; domus fuerit, neq; serra, illa si non sint lapides, hæc si ferrũ non sit. neq; n. ibi principia sunt, si nõ triangulus tres habeat angulos duobus rectis æquales. Patet igitur necessariũ in rebus est naturæ, quod ut materia dicitur, et*

huius etiã motiones. Atq; ambæ quidẽ causæ dicẽdæ sunt a Naturali philosopho. Magis autẽ ea gratia cuius cætera sunt. Hæc est enim materiæ causa, sed nõ hæc causa finis.

Te.cõ.89. Est autem et in doctrinis necessariũ, & in his, quæ fm naturam fiunt quodam modo similiter. quoniam.n. rectus hoc est, necesse est triãgulum duobus rectis æquales habere. sed non si hoc est, illud est, sed si hoc non est, neq; ille rectus est. In ijs autẽ, quæ fiunt propter hoc, ẽcontrario est. si finis enim erit, aut est, quod est ante finẽ, erit, aut est: si vero non, sicut ibi, cum non sit conclusio, principium non erit: & hic finis, & quod cuius causa. principium enim & hoc est, non actionis, sed ratiocinationis, ibi aũt ratiocinationis: actus

te.cõ.90. enim nõ sunt. Quare si erit domus, hęc necesse est fieri, aut existere, aut esse, aut omnino materiam, quæ propter hoc, vt lateres, & lapides esse, si domus, non tamen propter hoc est finis. Sed aut sicut materię sũt, neq; erit propter hoc. Omnino tamen, si nõ sint, nõ erit neq; domus, neq; serra. hæc quidem nisi sint lapides, illa vero nisi ferrũ sit. Neq; enim ibi principia sunt, nisi triangulum duobus rectis. Manifestũ igitur est q̃ est necessarium in Physicis, quod sicut materia dicitur, & motus qui ipsius. Et vtræq; Physico dicẽdæ sunt causæ, magis autẽ ea, quæ cuius causa. causa enim hæc materiæ est, sed non hæc finis.

Te.cõ.91. Assimilat necessitatẽ, quæ est in generatione rerũ Naturalium, necessitati, quæ est in Scientijs demõstratiuis. Et primo quantũ ad ordinem necessitatis. Secundo quantũ ad id, quod est necessitatis principiũ ibi. [Et finis qu...] Dicit ergo primo, q̃ aliquo modo similiter inuenitur necessarium in Scientijs demonstratiuis, & in ijs, quæ generantur secundum naturã. Inuenitur enim in Scientijs demõstratiuis necessariũ a priori, sicut si dicamus, q̃, quia definitio recti anguli est talis, necesse est triangulũ esse talem, s. habere tres angulos æquales duobꝰ rectis. ex illo ergo priori quod assumitur vt principium, prouenit ex necessitate cõclusio. Sed non sequitur ecõtra, si conclusio est, q̃ principium sit: quia aliq̃n ex falsis propositionibus potest syllogizari conclusio vera. Sed tamẽ sequitur, q̃ si conclusio nõ est, q̃ neq; principium præmissum sit: quia falsum nunq̃ syllogyzaretur nisi ex falso. Sed in ijs, quæ fiunt propter aliquid, siue secundum artẽ, siue secundum naturã ecõtra se habet: quia, si finis erit, aut est, necesse est quod est ante finẽ, futurũ esse, aut esse. Si vero id, quod est ante finẽ non est, neq; finis erit: sicut in demonstratiuis, si non sit conclusio, non erit principium. Sic igitur patet, q̃ in ijs, quæ fiũt propter finem, eundem ordinem tenet finis, quem tenet principiũ in demonstratiuis. & hoc ideo, quia etiã finis est principium, nõ quidem actionis, sed ratiocinationis: quia a fine incipimus ratiocinari de ijs, quæ sunt ad finẽ. in demonstratiuis autem non attenditur principiũ actus, sed ratiocinationis: quia in demõstratiuis nõ sunt actiones, sed ratiocinationes tãtum. vnde conuenienter finis in ijs, quæ fiunt propter finẽ tenet locũ principij, quod est in demõstratiuis. Vnde similitudo est vtrobiq; quãuis ecõtra se videatur habere propter hoc, q̃ finis est vltimũ in actione, quasi in demonstratione non est. Sic igit cõcludit, q̃ si debeat fieri domus, quod est finis generationis, necesse est hoc fieri, aut præexistere, s. materiã, quæ propter finẽ est: sicut lateres & lapides necesse est præexistere si domus fieri debet. Non tñ, q̃ finis sit propter materiam, sed nõ erit si materia non sit, sicut domus non erit si nõ sint lapides: & serra nõ erit si non fuerit ferrũ: quia & in Scientijs demonstratiuis principia nõ sunt, si cõclusio non

Secũda parte te.91.

fit, quę assimilatur ijs, quę sunt ad finẽ, sicut principiũ finis sicut dictũ est. Sic igitur manifestũ est, q̃ in rebus Naturalibus dicitur esse necessariũ, quod se habet per modũ materiæ vel materialis motus, & ratio huius necessitatis est ex fine. Propter finẽ. n. necessarium est esse materiam talẽ. Et Naturalis quidẽ assignare debet vtrãq; causam, s. materialẽ & finalẽ, sed magis finalẽ: quia finis est causa materię, sed nõ ecõtra. Nõ. n. finis est talis, qa materia est talis: sed potiꝰ materia est talis, quia finis est talis, vt dictũ est. Secũdo ibi.

ARGY. *Atq; finis ipse gratia cuius, quiq; principiũ est, a definitione rationeq; sumitur: ut in hisce patet quæ per artem cõficiuntur. Nam cum domus sit tale, hæc fieri necessario & esse oportet. Et cum sanitas sit hoc, hæc necessario fieri oportet, ac esse. Pari modo si homo est hoc, hæc fieri necesse est, atq; esse. Et si hæc sint hæc, sint hæc necessario, uel fiãt oportet. Fortasse autẽ necessarium ipsum, in ratione etiam inest. Serræ nanq; si definieris opus, talẽ ipsam diuisionem esse dicis. At hæc non erit, nisi serra tales habuerit dentes, & hi rursus non erunt, nisi ferrea fuerit ipsa. Sunt enim & in ratione nonnullæ partes ut materia rationis.*

Et finis, qui cuius causa & principiũ, a definitione et ratione est, sicut in ijs quæ secundũ artẽ. Qm̃ si domus talis est, oportet hęc fieri ex necessitate & esse: & qm̃ hoc est sanitas, hæc oportet fieri & esse ex necessitate. Sic & si hoc est hoc, hoc: si autẽ hoc, et hoc. Fortassis aũt & in ratione est necessariũ. Determinãti. n. opus serrandi, qm̃ diuisio huiusmodi: hoc autẽ non erit, nisi habeat dẽtes huiusmodi, hi autẽ non, nisi ferrum. Sũt. n. & in definitiõe quædã partes, vt materia.

Idem Plato in Thimæo. Te.cõ.92.

Assimilat necessitatẽ Naturalis generationis necessitati Scientiarũ demõstratiuarum quantũ ad id, quod est necessitatis principium. Manifestum est. n. q̃ in Scientijs demonstratiuis, principiũ demõstrationis est definitio: et similiter finis, qui est principiũ & ratio necessitatis in ijs, quæ fiũt secundum naturã, est quoddã principium sumptum a ratione & definitione. Finis. n. generatiõis est forma speciei, quã significat definitio. & hoc etiã patet in artificialibus. sicut enim demonstrator in demonstrãdo accipit definitionẽ vt principium, ita & Aedificator in ædificãdo, & Medicus in sanando. vt quia talis est definitio domus, oportet hoc fieri & esse, ad hoc, q̃ domus fiat. Et, quia hæc est definitio sanitatis, oportet hoc fieri, ad hoc, q̃ aliquis sanet. Et si hoc, et illa: quousq; perueniatur ad illa, quæ fiẽda sunt. Contingit autem qñq; in scientijs demõstratiuis triplicem esse definitionem, quarũ vna est demonstrationis principiũ, vt hæc. Tonitruũ est extinctio ignis in nube: quædã vero demonstrationis cõclusio, vt hæc. Tonitruũ est continuus sonus in nubibus: quædã vero complectitur vtrunq;, vt hæc. Tonitruum est cõtinuus sonus in nubibus propter extinctionẽ ignis in nube. & hæc cõprehendit in se totã demonstrationem absq; demõstrationis ordine. Vnde in primo Posterorum dicitur, q̃ definitio est demõstratio positione differẽs: quia igit in ijs, quæ fiunt propter finẽ, finis se habet vt principium in demõstratiuis, & ea quæ sunt ad finẽ, sicut cõclusio, etiã in definitione rerum Naturaliũ inuenitur id, quod est necessariũ propter finẽ. Si. n. aliquis velit definire opus serræ, qm̃ est talis diuisio, quę quidẽ nõ erit nisi habeat dentes, qui nõ erũt apti ad diuidendũ nisi sint ferrei, oportebit in definitione poni quasdã partes materię, non quidẽ partes individuales vt has carnes, & hęc ossa, sed partes communes, vt carnes & ossa: & hoc necessariũ est in definitione omnium rerũ Naturaliũ. Sicut ergo definitio, quæ colligit in se principium demonstrationis & conclusionẽ, est tota demõstratio, ita definitio colligẽs finẽ & formam & materiam, comprehendit totum processum generationis naturalis.

ARI

Triplicis definitionis vsus in doctrinis.

In definitiõe naturaliũ apparet materię vel manifestæ vel consecutiuæ. Vt patet per totum fere. 7. met.

Quid necessitatis principiũ.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER TERTIVS,

Cum S. Thomæ expositione.

SVMMA LIBRI.

Rerum Naturalium communia Accidentia determinare quòd Physicum oporteat: & de Motus, & Infiniti Natura, & Modis.

LECTIO PRIMA.

Speculari motum, & quæ ipsum assequuntur Naturalis esse, nonnullęq; entis diuisiones traduntur ad motus definitionem habendam admodum vtiles.

ARGY. Sed quia de motu [illegible] est, quia a Veteribus negle[illegible] fuit, & Plato per pauca de ipso edidit motus, quia quo ad an est motus, sec⁹ autem quo ad quid est.

Vm autem ipsa quidem natura motus, mutationisue principium sit, nostra autem Doctrina sit de Natura: non lateat nos oportet, quid nam sit motus. Nam, si ignoretur ipse, naturam etiam ignorari necesse est.

QVoniam autem natura est principiũ motus & mutationis: sciẽtia autem nobis de Natura est, oportet non ignorare quid sit motus. necessariũ enim est ignorato ipso, & ignorari naturam.

POstquã Philosophus determinauit de principijs rerũ Naturalium, & de principijs huius scientiæ, hic incipit prosequi suã intentionem determinãdo de subiecto huius Sciẽtiæ, quod est ens mobile simpliciter. Diuiditur ergo in partes duas. In prima determinat de motu secundũ se. In secunda de motu per comparationem ad mouẽtia & mobilia, in Septimo libro ibi. [Omne quod mouetur,] Prima diuiditur in duas. In prima determinat de ipso motu. In secũda de partibus eius, in Quinto libro ibi. [Transmutatur aũt.] Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intẽtio, Secundo exequitur ibi. [Est quidẽ igitur.] circa primũ duo facit. Primo dicit de quo principaliter intẽdit. Secundo ponit quædã ei adiuncta, quę ex consequenti intẽduntur ibi. [Determinantibus autẽ.] Circa primum vtitur tali ratione. Natura est principium motus & mutationis, vt ex definitione in Secũdo posita patet, Quomodo autem differant motus & mutatio in Quinto ostẽdetur. Et sic patet, q̃ ignorato motu ignoratur natura, cum in eius definitione ponatur. Cum ergo nos intendamus tradere Scientiam de Natura, necesse est notificare motum. Secundo ibi.

7. huius Te.cõ.1.

5. huius Tex.cõ.1. Te.cõ.3.

Secũda parte te.cõ.1.

ARGY. Idẽ simpliciꝰ præmonuit.

Post motus uero determinationem, enitendum est de ijs etiam, quæ deinceps sequuntur determinare. Motus autem de genere continuorum esse uidetur: & infinitum in ipso continuo primum apparet: quocirca fit, ut qui continuum ipsum definiunt, infiniti ratione sæpe utantur. continuum id esse dicentes, quod in infinitum est diuisibile. Insuper impossibile est sine loco, uacuo, atq; tempore motum esse. Patet igitur partim ob hæc ipsa, partim etiam quia cunctis hæc communia sunt, uniuersisq; competunt, unumquodq; istorum proponendum esse atque consyderandum. Propriorum. n. contẽplatio communium contẽplationi posterior est. Atq; primũ ut diximus de motu cõsyderemus.

Determinantibus autem de motu, tentãdum est eodẽ aggredi modo & de ijs, quæ cõsequẽter sunt. Videtur autẽ motus esse cõtinuorum: sed infinitũ apparet primo in continuo. vnde & defi-

A nientibus continuum, contingit prius indigere multoties ratione infiniti, cùm in infinitũ diuisibile continuũ sit. Adhuc autẽ sine loco, & vacuo, & tẽpore, impossibile est esse motũ. Manifestũ igitur est, q̃ & propter hęc, & propter id, quod omniũ sunt cõia, & vniuersalia oĩbus, intendendum est, cũ proposuerimus de vnoquoq; istorũ. Posterior autẽ de propriis speculatio ea quæ de cõibus est. Primum aũt sicut diximus de motu.

Te.cõ.2.

Adiungit quædã, quæ cõcomitantur motum. & vtitur duabus rationibus, quarũ prima talis est. Quicũq; determinat de aliquo, oportet, q̃ determinet ea, quę consequuntur ipsum: subiectũ. n. & accidẽtia in vna Scientia consyderantur. sed motũ consequitur infinitũ intranee, quod patet sic. Motus. n. est de numero continuorũ, quod infra patebit in Sexto, infinitum aũt cadit in definitione cõtinui. Et addit. [primo.] quia infinitũ, quod est in additione numeri, causatur ex infinito, quod est in diuisione cõtinui. Et q̃ infinitum cadat in definitione cõtinui ostẽdit, quia multoties definientes continuũ vtuntur infinito, vtpote cum dicunt, q̃ continuũ est quod est diuisibile in infinitũ. Et dicit [Multoties] quia inuenitur etiã alia definitio cõtinui quę ponitur in prædicamẽtis, continuũ est cuius partes ad vnum terminum cõmunem copulantur. Differunt autẽ hæ duæ definitiones. Cõtinuum. n. cum sit quoddam totũ per partes suas definiri habet. Partes autẽ dupliciter cõparantur ad totũ, s. fm cõpositionem: prout ex partibus totum componitur, et fm resolutionẽ, prout totũ diuiditur in partes. Hæc igitur definitio cõtinui data est fm viam resolutionis, quę autem ponitur in prædicamentis fm viam cõpositionis. sic igitur patet, q̃ infinitũ consequitur motũ intranee. Quædam autem consequuntur motũ extrinsece, sicut exteriores quædã mensuræ, vt locus, & vacuũ, & tempus. nã tempus est mensura ipsius motus. mobilis vero mẽsura est Locus quidẽ fm

C veritatem, Vacuum autẽ fm opinionem quorundã. et ideo subiungit, q̃ motus nõ potest esse sine loco, vacuo, & tẽpore. nec impedit, q̃ nõ omnis motꝰ est localis, quia nihil moueturnisi in loco existẽs: omne. n. corpus sensibile est in loco. huiusmodi solius est moueri. Motus etiã localis est primus motuũ, quo remoto remouẽtur alij, vt infra patebit in Octauo. Sic igitur patet, q̃ prædicta quatuor cõsequuntur motum. vnde pertinent ad consyderationẽ Philosophi naturalis propter rationẽ prędictam. Et etiam propter aliã, quã consequenter subiũgit, quia prędicta sunt cõia omnibus rebus Naturalibus. vnde, cũ determinandũ sit in Scientia naturali de omnibus rebus Naturalibus, prędeterminandum est de quolibet illorũ ea speculatio, quæ est de propriis est posterior ea, quæ est de cõibus, vt in principio dictum est. Sed inter hæc cõia prius determinandũ est de motu, quia alia cõsequuntur ad ipsum vt dictum est. Deinde cũ dicit.

Tex.cõ.3.

Secũda ratio.

ARGY.

Eorum igitur, quæ sunt, quædam actu tantum, quædã potentia sunt. At horum quæ actu, aliud est hoc aliquid, aliud quantũ, aliud tale, et in cæteris simili modo, quæ prædicamẽta eius, quod est, appellãtur. Eorum præterea, quæ sunt ad aliquid, aliud excessiõe defectionene dicitur: aliud actiui passiuq;, atq; omnino motiui ac mobilis ratiõe. motiuum nanq; mobilis, & mobile a motiuo mobile dicitur.

D Est quidem igitur aliquid, quod actu tantum est, aliud autem tantum potentia. Et eorum, quę sunt actu, hoc quidem hoc aliquid, aliud vero quale, vel aliquod aliorum entis prædicamentorum. Sed eius, quod ad aliquid, aliud quidem secundum superabũdantiam & defectum dicitur, aliud autem secundum actiuum & passiuum, & omnino motiuum & mobile: motiuum. n. motiuum mobilis est, & mobile a motiuo est mobile.

Exequi-

Continuũ sequitur motũ intrinsece ac propterea & ipsum infinitũ. Cõtinuũ qd. Duplicis definitionis cõtinui ab Arist. positæ intellectus

Locus, motũ assequitur ratiõe mobilis vere, opinatiue autem vacuum, vt ipsi mensurę, motũ vero tẽpꝰ.

Lib. 4.

Exequitur propositū. Et primo determinat de motu & infinito, quæ mīrancæ motū consequūtur, secundo de alijs tribus, quę consequūtur ipsum extrinsece, in Quarto libro ibi. [Similiter autē necesse.] Prima diuiditur in duas. In prima determinat de motu. In secūda de infinito ibi. [Quū autē de natura.] Circa primum duo facit. Primo premittit quędam ad inuestigandū definitionem motus. Secūdo definit motum ibi. [Diuisio autē secundum vnumquodq;.] Circa primū duo facit. Primo.n. præmittit quasdā diuisiones: quia via ad inueniendū definitiones cōuenientissima est per diuisiones: vt patet per Philosophū in Secundo posteriorum, & in Septimo Metaphysicæ. Secundo ostēdit, q̄ motus in prædictas diuisiones cadit ibi. [Non est autē motus, &c.] Circa primū ponit tres diuisiones, quarū prima est, q̄ ens diuiditur per potentiā & actum. & hæc quidē diuisio nō distinguit genera entium, nam potētia et actus inueniuntur in quolibet genere. Secūda diuisio est prout ens diuiditur secundū decem genera: quorū vnum est hoc aliquid, i. Substantia, aliud quātum, aliud quale, aut aliquod aliorū prædicamentorum. Tertia diuisio est vnius generis entium, s. eius quod ad aliquid. Nam motus aliquo modo ad hoc genus pertinere videtur, inquantū mouens refertur ad mobile. Ad huius igitur tertiæ diuisionis intellectum cōsyderandū est, q̄, cum relatio habeat debilissimum esse, quia cōsistit tātum in hoc, q̄ est ad aliud se habere, oportet q̄ super ab quod aliud accidēs fūdetur quia perfectiora accidentia sunt propiora quiora substātiæ, & eis mediantibus, alia accidentia substātiæ insunt. Maxime autem super duo fundatur relatio, quæ habent ordinē ad aliud, s. super quantitatem et actionē. nam quātitas potest esse mensura etiam alicuius exterioris: agens autē transfundit actionem suā in aliud. Relationes igitur quædā fundantur super quantitatem, & præcipue super numerum, cui competit prima ratio mensuræ, vt patet in dupio & dimidio, multiplici & submultiplici, & in alijs huiusmodi. Idē etiā & simile & æquale super vnitatē, quæ est principium numeri. Aliæ vero relationes fundātur super actionē & passionem. vel super ipsam actū, sicut calefaciēs dicitur ad calefactū: vel super hoc quod est egisse, sicut pater refertur ad filiū quia genuit: vel super potentiā agendi, sicut Dominus ad seruum, quia potest eum coercere. Hanc igitur diuisionē manifeste expressit Philosophus in Quinto Metaphysicæ, sed hic breuiter tangit dicens, q̄ ad Aliquid, aliud quidem est secundum superabundantiam & defectum: quod quidem fundatur super quantitatem, vt duplum & dimidium: aliud autem secundum actiuum, & passiuum, & motiuū, & mobile, quæ adinuicem referuntur, vt patet per se. Secundo ibi.

Te.cō.4.

Relationum tamota diuisiōe & eius ex iuis fundamēntis explanatio

Te.cō.1. re.cō.4.

Te.cō.6.

re.cō.4.

Tex.cō.20.

ARGY. *Non est autem vllius motus præter res ipsas ad.n. quod mutatur, aut in Substātia, aut in Quātitate, aut in Qualitate, aut in loco semper mutatur. Cōe autem in ys nihil accipere posūmus, uti diximus, quod quidem neq; hoc, neq; quantū, neq; quale, neq; cæterorū quicquam sit prædicamētorū. Quare neq; motus, neq; mutatio cuiuspiā præterea, quæ diximus erit, cū nihil sit præter ea, quæ diximus.*

Te.cō.4.

Non est autē motus pręter res, ad quas est motus. Mutatur.n. semper id quod mutatur, aut secundum substantiā, aut secundum quantitatem, aut secundū qualitatem, aut secundū locum. cōmune autem in his nullū est accipere, sicut diximus, quod neq; hoc, neq; quantum, neq; quale sit, neq; aliorum prædicamētorum vllum. Quare neq; motus, neq; mutatio vllius erit, extra ea quæ dicta sunt, cūm nihil sit extra prædicta.

Te.cō.5. Asmne perfectū ad genus pertinēs dicit tacta esse.

Ostendit quomodo motus reducitur ad prædictas diuisiones. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit, q̄ motus nō est præter genera rerū in quibus cōtingit esse motū. Secundo, q̄ diuiditur sicut genera rerū diuiduntur ibi. [Vnūquodq; autem.] Circa primū consyderādum est, q̄ cum motus sit actus imperfectus: omne autē, quod est imperfectū, sub eodem genere cadit cū perfecto: non quidē sicut species, sed per reductionē, sicut materia prima est in genere substātiæ, necesse est, q̄ motus non sit præter genera rerum, in quibus cōtingit esse motū. & hoc est quod dicit, q̄ motus nō est [præter res.] i. præter genera rerū, in quibus est motus, ita q̄ sit aliquid extraneum vel aliquid commune ad hæc genera. Et hoc manifestat per hoc q̄ omne, ens, s. quod mutatur, mutatur vel secundū Substātiam, vel secundum Quantitatē, vel secundum Qualitatē, vel secundum locū, vt in Quinto ostēdetur. His autē generibus non est accipere aliquod cōmune vnūocū, quod non continea tur sub aliquo prædicamēto, sed sit genus eorum: sed ens est cōe ad ea secundum analogiam, vt in quarto Metaphysicæ ostendetur. Vnde etiā manifestū est, q̄ neq; motus, neq; mutatio sunt extra prædicta genera, cū nihil sit extra ea, sed sufficēter diuidāt ens. Quomodo autē motus se habeat ad prędicamentū Actionis vel Passionis infra ostēdet. Secūdo ibi.

Te.cō.1.

ARGY. *Vnumquodq; autem dupliciter cunctis mest. Vt hoc, aliud enim est ipsius forma, aliud est priuatio. & Quale, aliud enim est album, aliud nigrum. & Quantum, aliud enim est perfectum, aliud imperfectum. et in Loci mutatione simili modo. aliud enim est supra, aliud infra: aut aliud leue, aliud graue. Quare quot sunt ipsius species, quod est, tot motus mutationisue species sunt.*

Vnumquodq; autē dupliciter ineſt omnibus, vt hoc. Aliud quidē. n. forma ipsius, aliud vero priuatio. & secundū Qualitatem, hoc quidem. n. album, illud autē nigrum. & secundum Quantitatem, aliud quidem perfectū, aliud vero imperfectum. Similiter autē & secundum Loci mutationem, hoc quidem sursum, illud vero deorsum aut aliud quidē graue, aliud vero leue. Quare motus & mutationis tot sunt speci s quot & entis.

Tex.cō.3.

Ostendit, q̄ motus diuiditur sicut genera rerum. Manifestum est. n. q̄ in omnibus generibus contingit aliquid esse dupliciter, vel sicut perfectū, vel sicut imperfectum. Cuius ratio est, quia priuatio et habitus est prima cōtrarietas, quę in omnibus cōtrarijs saluatur, vt in Decimo Metaphy. dicitur. vnde, cum omnia genera diuidātur contrarijs differentijs, oportet in omnibus generibus esse perfectum et imperfectum, sicut in substātia aliquid est vt forma, & aliquid vt priuatio. Et in Qualitate aliquid est vt albū, quod est perfectū, aliud vt nigrū, quod est quasi imperfectū. Et in quantitate aliquid est quātitas perfecta, & aliquid imperfecta. Et in loco aliquid est sursum, quod est quasi perfectū: & aliquid deorsum, quod est quasi imperfectū: uel leue et graue, quæ ponūtur in vbi ratione inclinationis. Vnde manifestū est, q̄ quot modis diuiditur ens, tot modis diuiditur motus secundum diuersa genera entium, vt augmētum, quod est motus in quantitate, a generatione, quæ est motus in substantia. Differunt etiam species motus secundum perfectū et imperfectum in eodem genere. nam generatio est motus in Substantia ad formam: corruptio vero ad priuationem. in quantitate augmentum ad quantitatem perfectam: diminutio ad imperfectam. Quare autem non assignentur duæ species in qualitate, & in vbi, ostendetur in Quinto.

LECTIO II.

Motus definitio traditur, partiumq; eius intellectus tum proprijs ac communibus exemplis, tum rationibus deducitur.

ARGY. *Cum autem eorum quæ in unoquoq; genere collocantur, aliud actu, aliud potentia sit: actus eius, quod est potentia, ut est tale, Motus nimirum est.*

te.cō.6. Diuiso autē s̄m vnūquodq; genus, hoc quidē esse actu, aliud autē potētia: potētia existentis actus, secūdum q̄d huiusmodi est, Motus est.

Post-

Te.cō.23.

Tex.cō.16.

Te.cō.7. Tex.cō.11

Secūda parte. te. 6. Definitio motus, ex antiquis accepta.

Te.cō.1.

Postq̄ Philosophus premisit quædā, quę sunt necessaria ad inquisitionem definitionis motus, hic definit motū. Et primo in generali. Secundo in speciali ibi. [Qui quidē igitur motus.] Circa primū duo facit. Primo ostēdit quid sit motus. Secūdo inquirit, cuius actus sit motus, verū mouentis aut mobilis ibi. [Mouetur autē mouens Physicæ.] Circa primū tria facit. Primo ponit definitionē motus. Secūdo manifestat definitionē, seu partes definitionis ibi.] Quod autē hoc sit motus.] Tertio ostēdit definitionē esse bene assignatā ibi. [Quōd quidē igitur hoc sit.] Circa primū duo facit. Primo ponit definitionē motus. Secundo exēplificat ibi. [Vt alterabilis quidē.] Circa primum sciēdum est, q̄ Aliqui definierūt motū dicentes, q̄ motus est exitus de potentia in actū nō subito. Qui in definiēdo errasse inuenmtur, eō q̄ in definitione motus posuerūt quædam, quæ sunt posteriora motu, exitus. n. est quædā species motus. Subitū etiam in sua definitione recipit tēpus: est. n. subitum, quod fit in indiuisibili tēporis: tempus autē definitur per motū. Et ideo omnino impossibile est aliter definire motum per priora & notiora, nisi sicut Philosophus hic definit. Dictū est enim, q̄ vnūquodq; genus diuiditur per potentiam & actum. Potentia autē & actus, cum sint de primis differentijs entis, naturaliter priora sunt motu. & his vtitur Philosophus ad definiendum motū. Consyderandum est igitur, q̄ aliquid est in actu tantū, aliquid vero in potentia tantū, aliquid vero medio modo se habēs inter potentiā puram, & actum perfectū. Quod igitur est in potētia tantum, nondum mouetur: quod autē iam est in actu perfecto, non mouetur, sed iā motum est. Illud igitur mouetur, quod medio modo se habet inter purā potentiam et actum: quod quidē partim est in potentia, & partim in actu, vt patet in alteratione. cum. n. aqua est solū in potentia calidū, nondum mouetur: cū vero est iam calefacta, terminatus est motus calefactionis: cū vero iā participat aliquid de calore sed imperfecte, tunc mouetur ad calorē: nā quod calefit paulatim participat calorē, magis ac magis. Ipse igitur actus imperfect⁹ caloris in calefactibili existēs, est motus: non quidem secūdum id, quod actu tantū est, sed secundū q̄ iam in actu existens, habet ordinē in vlteriorē actum: quia, si tolleretur ordo ad vlteriorē actum, ipse actus quantumcunq; imperfectus, esset terminus, & nō motus: sicut accidit cū aliquid se implene calefit. ordo autē ad vlteriorem actum cōpetit existenti in potētia ad ipsum. Et similiter, si actus imperfectus consyderetur tantū vt in ordine ad vlteriorē actum secundum q̄ habet rationē potentiæ, non habet rationē motus, sed principij motus: potest. n. incipere calefactio, sicut a frigido, ita & a tepido. Sic igitur actus imperfectus habet rationē motus, & secundum q̄ cōparatur ad vlteriorē actū, vt potentia: & secundum q̄ cōparatur ad aliquid imperfectius, vt actus. Vnde neq; est potētia existentis in potentia, neq; est actus existētis in actu, sed est actus existētis in potētia: vt per id, quod dicit actus, designet ordo eius ad anterior em potentiā: & per id, quod dicitur in potētia existentis, designetur ordo eius ad vlteriorē actum. Vnde cōuenientissime Philosophus definit motū dicēs, q̄ motus est actus existentis in potentia, secundum q̄ huiusmodi. Secundo ibi.

Te.cō.8. Secūda parte. te.cō.8.

ARGY. *Velut alterabilis quidem ut alterabile est, alteratio: accrescibilis autem, atque oppositi decrescibilis (nullum est enim his commune positum nomen) accretio, ac decretio: generabilis item, ac corruptibilis, generatio atque corruptio: & eius quod fertur, latio.*

Vt alterabilis quidē, inquātum est alterabile, Alteratio est: augmētabilis autē & oppositi, (nullum. n. cōe nomē vtrisq;) Augmentū & Decrementū: generabilis autē & corruptibilis, Generatio, & corruptio: loco mutabilis, loci mutatio.

Exemplificat in omnibus speciebꝰ motus, sicut alteratio est actus alterabilis, inquantū est alterabile. Et, quia motus in quantitate & in substantia, non habēt vnum nomen, sicut motus in qualitate, qui dicitur alteratio: quantum ad motum in quantitate ponit duo nomina, & dicit, q̄ actus augmentabilis, & oppositi, s. diminuibilis, quibus non est vnum commune nomen, est augmentum & diminutio. Et similiter in substantia, generabilis & corruptibilis, generatio & corruptio. Et mutabilis secundum locum, Loci mutatio. accipit enim hic motum communiter pro mutatione, non autem stricte, sm q̄ diuiditur contra generationem & corruptionem, vt dicetur in Quinto. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atq; hoc motum esse inde perspici potest. Nam cum ædificabile tale est, tum ipsum ut ædificatur actu dicimus esse, atq; hoc est ædificatio. Similiter & medicatio, & nutatio, & saltatio, & istiusmodi cætera.*

te.cō.7. Quod autē hoc sit motus ab hinc manifestum est. Cum. n. ædificabile, inquantū huiusmodi ipsum dicimus esse, actu ædificat: & est hoc ędificatio. Similiter autē & doctrinatio, & volutatio, & medicatio, & saltatio, et adolescētia, & senectus.

Manifestat singulas particulas definitionis. Et primo quantū ad hoc q̄ motus dicitur actus. Secundo quantū ad hoc, q̄ dicitur existētis in potentia ibi. [Qm autē.] Tertio quantum ad hoc quod additur, inquātum huiusmodi ibi. [Dico autē hoc.] Circa primū vtitur tali ratione. Id, quo aliquid fit actu prius in potētia existens, est actus: sed aliqd fit actu dū mouetur, prius adhuc in potentia existens: ergo motus est actus. Dicit ergo ex hoc manifestū esse q̄ motus sit hoc, i. actus: quia ędificabile dicit potentiam ad aliquid, cum aut ædificabile secundū hanc potentiā, quam importat, reducitur in actum, tunc dicimus, q̄ ædificatur: & iste actus, est ædificatio passiua. Et similiter est de omnibꝰ alijs motibus, sicut doctrinatio, volutatio, medicatio, saltatio, adolescentia, id est augmentum, & senectus, idest diminutio. Consyderandum est enim q̄ antequam aliquid moueatur est in potentia ad duos actus, scilicet ad actum perfectum, qui est terminus motus: & ad actum imperfectum, qui est motus. sicut aqua antequam incipiat calefieri, est in potentia ad calefieri, & ad calidum esse: cum autem calefit, reducitur in actum imperfectum, qui est motus: nōdum autem in actum perfectum, qui est terminus motus: sed adhuc respectu ipsius remanet in potentia. Secundo ibi.

Te.cō.9. circa hāc lite tā vide simp.

ARGY. *Quoniam autē aliqua potentia sunt, atq; actu: at non simul, aut non eodem, sed ut quippiam calidum quidem est potentia, frigidum autem actu, cęteraq; tam uicissim agēt, at patiētur. omne nāq; simul actiuum erit atq; passiuum. quare et id, quod naturaliter mouet, mobile est. omne nāq; tale mouet, subiens motū & ipsum. Atq; sunt quibus omne, quod mouet, moueri uidetur. Verū de hoc quomodo sese habet, ex alijs sanē patebit. Est. n. quoddā mouētium, & immobile. Actus autē eius, quod est potētia, cū actu est, ac nō ut ipsum, sed ut mobile est, operatur, motus nimirū est.*

te.cō.8. Qm autem quędā eadem sunt, & potentia, & actu, quāuis non simul, aut non secundū idē, sed vt calidum quidē potentia, frigidum autē actu, multa iā agunt, & patiuntur adinuicē. omne. n. erit simul actiuum, & passiuum. ergo & mouēs phylice mobile erit. omne enim huiusmodi mouet cū mouetur & ipsum. Videtur quidē igitur quibusdā, omne moueri mouens. Sed de his quidem ex alijs erit manifestū quomodo se habent. Est enim quidam mouentium & immobile, sed potentia existētis cum actu ens agat, aut ipsum, aut aliud, inquantum mobile, motus est.

Ostendit, q̄ motus sit actus existentis in potentia tali ratione, Omnis. n. actus, eius est proprie actus, in quo semper

inue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuenitur, ſicut lumen nunq̃ inuenitur niſi in diaphano: et propter hoc eſt actus diaphani. ſed motꝰ ſemper inuenitur in exiſtere in poteria: eſt igitur motus actus exiſtẽtis in potentia. Ad manifeſtationẽ igitur ſecundæ propoſitionis dicit, q̃ quia quædã eadem ſunt, & in potẽtia, & in actu: licet non ſimul, aut ſecundum idem, ſicut aliquid eſt calidum in potentia, & frigidũ actu: ex hoc ſequitur, q̃ multa agunt, et patiuntur adinuicẽ, inquantum ſ. vtrunq; eſt in potẽtia & actu reſpectu alterius, ſecundũ diuerſa. Et quia omnia corpora inferiora naturalia cõmunicãt in materia, ideo in uno quoq; eſt potẽtia ad id, quod eſt actu ĩ altero: & ideo in õm nibus talibus aliquid ſimul agit & patitur: et mouet & mouetur. Et ex hac ratione quibuſdã viſum eſt, q̃ ſimpliciter omne mouẽs mouetur. Sed de hoc manifeſtum erit magis in aliis. oſtendetur. n. in Octauo huius. & in Duodecimo Metaph. q̃ eſt quoddam mouens immobile, quia nõ eſt in potentia, ſed in actu tãtum. Sed quãdo id, quod eſt in potentia, actu quodãmodo exiſtens agit, aut ipſum, aut aliud inquãtũ eſt mobile, i. reducitur in actũ motus: ſiue ſit motũ a ſeipſo mobili, tũc eſt motꝰ actus eius. Et in de eſt, q̃ illa, quæ ſunt in potẽtia, ſiue agant, ſiue patiãtur, mouentur: quia & agendo patiuntur, & mouendo mouentur, ſicut ignis, cum agit in ligna, patitur, inquantum ingroſſatur per fumum, quia flamma non eſt niſi fumus ardens. Tertio ibi.

Te.cõ.44. Te.cõ.47.

de Cœlo. Te.cõ.28.

ARGY.

Atq; ut mobile dico hoc pacto. Eſt enim æs potentia ſtatua. at tamen non æris actus, ut eſt æs, eſt motio. non eſt enim idem eſſe æris, & aliqua potentia mobilis. Nam ſi eſſet idem ſimpliciter ratione, æris ut æs eſt actus, motus nimirum eſſet. at non eſt idem (ut diximus.)

Dico autem hoc inquãtum ſic. eſt enim æs potentia ſtatua. ſed tamen nõ æris actus, & inquantum æs eſt, motus eſt. nõ enim idem eſt æri eſſe, & potentia alicui mobili, quoniam ſi idem eſſe ſimpliciter, & ſm rationem, eſſet vtiq; æris, inquantum ęs eſt, actus, motus. Non eſt autem idẽ quemadmodum dictum eſt.

te.cõ.10.

Manifeſtat hanc particulã, inquãtum huiuſmodi. Et primo per exẽplum. Secundo per rationẽ ibi. [Manifeſtum autem & in cõtrarijs.] Dicit ergo primo q̃ neceſſariũ fuit addi inquantum huiuſmodi, quia id, quod eſt in potentia, eſt etiam aliquid actu. Et licet idem ſit ſubiectum exiſtens in potentia, & in actu, nõ tamen eſt idem ſm rationem eſſe in potentia, & eſſe in actu, ſicut æs eſt in potentia ad ſtatuam, & eſt actu æs, non tamen eſt eadem ratio æris inquantũ eſt æs, et inquantum eſt potentia ad ſtatuam. Motus autem nõ eſt actus æris inquantũ eſt æs, ſed inquantum eſt in potẽtia ad ſtatuã. alias oporteret q̃ quandiu æs eſſet, tandiu æs moueretur, quod patet eſſe falſum. Vnde patet cõuenienter addituꝫ eſſe, inquantum huiuſmodi. Deinde cum dicit.

ARGY.

Patet autem in contrarijs. nam ualere quidem eſſe ac ægrotare poſſe non eadem ſunt, ſed diuerſa. Eſſet. n. idem ægrotare, atq; ualere. Subiectum autem, & id quod ualet, atq; ægrotat: unum & idem eſt, ſiue humiditas ſit, ſiue ſanguis. Cum autem non ſit idem, quemadmodum neq; color eſt idem, atque uiſibile, patet actum poſſibilis, ea ratione qua poſſibile eſt, motum eſſe.

te.cõ.10.

Manifeſtum autem eſt & in contrarijs. poſſe quidem enim ſanari, & poſſe laborare alterũ eſt. Et nanq;, ſi laborare quidem, & ſanari idem eſſet, ſubiectum autem, & ſanabile, & infirmum, ſiue humiditas ſiue ſanguis, vnum & idem eſt. Quoniam autem nõ eſt idem, quemadmodum neq; color idem & viſibile, poſſibilis inquãtum poſſibile actus, manifeſtum, quòd motus eſt.

Oſtendit idem per rationẽ ſumptam a cõtrarijs. Manifeſtum eſt. n. q̃ aliquando idẽ ſubiectũ eſt in potentia ad contraria, ſicut humor, aut ſanguis, eſt idẽ ſubiectum ſe habens in potentia ad ſanitatẽ, & ægritudinem. Manifeſtum eſt autem, q̃ eſſe in potẽtia ad ſanitatẽ, & eſſe in potentia ad ęgritudinem, eſt alterũ, & alterum. & hoc ſm ordinem ad obiecta, alioquin, ſi idẽ eſſet poſſe laborare, et poſſe ſanari, ſequeretur q̃ laborare, & ſanari eſſent idẽ. Differũt ergo poſſe laborare, & poſſe ſanari ſm rationẽ, ſed ſubiectum eſt vnũ & idem. Patet ergo q̃ non eſt eadem ratio ſubiecti, inquantũ eſt quoddam ens, & inquantum eſt potentia ad aliud: alioquin potentia ad contraria eſſet vna ſm rationẽ. Et ſic etiã non eſt idem ſm rationem color, & viſibile. Et ideo neceſſarium fuit dicere, q̃ motus eſt actus poſsibilis, inquãtum eſt poſsibile: ne intelligeretur eſſe actus eius, quod eſt in potentia, inquantum eſt quoddam ſubiectum.

LECTIO III.

Cum ratione, tum ex aliorum Antiquorum de motu definitionibus examinatis & exclusis, ſuam rectam ac ſufficientem deducit.

Hunc igitur eſſe, atq; tunc re moueri, cũ eſt iſte actus, & neq; prius, neq; poſterius patet. fit. n. ut quodq; interdum operetur, interdum nõ operetur, ceu ædificabile, atq; ædificabilis actus, ut ædificabile eſt, ædificatio nimirum eſt. Nam actus ipſius, aut eſt ædificatio, aut domus. Ai cum eſt domus, tum non eſt (ut patet) ædificabile, ædificabile uero ædificatur. neceſſe eſt igitur actum ipſius ædificationem eſſe. at ædificatio motus eſt quidam. Eadem & ad cæteros motus accommodabitur ratio.

ARGY.

Quòd quidẽ igitur hoc ſit, & quod accidit tũc moueri, cui m eſt actu. & neq; prius, neque poſterius, oſtẽſum eſt. Contingit enim vnũquodq; aliqñ quidem operari, aliquãdo autẽ non. vt ædificabile, & ædificabilis actus, inquantum eſt ædificabile, ædificatio eſt. Aut. n. hoc eſt ædificatio actus, aut domus: ſed, cum domus ſit, non amplius ædificabile eſt. ædificatur autem ædificabile. neceſſe eſt ergo ædificationẽ eſſe actum. ædificatio autem motus quidam eſt. At verò eadem cõueniet ratio in aliis motibus.

tex.cõ.11. A lex. abijcit hunc tex. ab Ariſt. officinali quia The. & Porphy. interpretati ſũt cõtendit Simpli. inter alios connumerari debere.

Poſita definitiõe motus & manifeſtatis ſingulis particularis definitionis, hic conſequenter oſtendit q̃ definitio ſit bene aſſignata. Et primo directe, ſecũdo indirecte ibi. [Quòd autẽ bene dictũ ſit.] Circa primũ vtitur tali ratione. Omne, quod eſt in potẽtia, quandoq; continget eſſe in actu: ſed ædificabile eſt in potẽtia: ergo continget aliqñ actum eſſe ædificabilis, inquantũ eſt ædificabile. Hoc autẽ eſt vel domus, vel ædificatio: ſed domus nõ eſt actus ędificabilis, inquantum eſt ædificabile, quia ædificabile inquantum huiuſmodi reducitur in actum cum ædificatur, cum autem iã domus eſt, non ædificatur. Relinquitur igitur q̃ ædificatio ſit actus ædificabilis, inquantũ huiuſmodi. ædificatio autẽ eſt quidam motus: motus igitur eſt actus exiſtentis in potentia, inquantum huiuſmodi. Et eadẽ ratio eſt de aliis motibus. Patet igitur q̃ motus talis ſit actus, qualis dictus eſt. & q̃ tunc aliquid mouetur qñ eſt in tali actu, et neq; prius, neq; poſterius. quia prius, cũ eſt in potẽtia tantum, nõ incipit motus, neq; etiã poſterius, cum iam omnino deſinat eſſe in potentia, per hoc q̃ fit in actu perfecto. Secundo ibi.

At qui patet nos de ipſo motu recte dixiſſe, & ex hiſce, quæ cæteri de ipſo dixerunt, & quia non eſt facile ipſum aliter definire. neq; enim motũ mutationemq; quiſpiam alio in genere ponere poteſt. neq; qui aliter de ipſo dixere, recte dixiſſe uidentur.

Quòd

Te.cõ.12.

Quòd autem bene dictum ſit, manifeſtum eſt ex quibus Alij de ipſo dicunt, ex eò quòd non facile eſt definire aliter ipſum. Neq; enim motũ in alio genere ponere poteſt vtiq; aliquis.

Secũda pars huius te. Secũda parte 13.te.

Oſtendit indirecte definitionẽ bene aſſignatã per hoc, ſ. q̃ nõ contingat motũ aliquem aliter definire. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intẽdit. Secundo ponit definitiones aliorũ de motu, et reprobat eas ibi. [Manifeſtum autẽ intendentibus.] Tertio aſſignat cauſam quare alij ſic definierunt motũ ibi. [Cauſa autẽ in hoc ponere.] Dicit ergo primo, q̃ manifeſtũ eſt motum eſſe bene definitum ex duobus. Primo quidem, quia definitiones, quibus alij definierunt motum, ſunt inconuenientes, ſecũdo ex hoc, q̃ non conuenit eũ aliter definire. Cuius ratio eſt, quia motus non collocari poteſt in aliquo alio genere, cũ in genere actus exiſtentis in potentia. Secundo ibi.

ARGY.

Id ita eſſe idẽ continuo ſanè patebit. Quidam. n. diuerſitatem, & inæqualitatẽ, et id etiã, quod haud eſt, motũ eſſe dixerũt. At nihil prorſus, ſiue ſit diuerſum, ſiue inæquale ſiue non ens, neceſſario moueri uidetur. Et inſuper non ad hæc, aut ex hiſce, magis ipſa mutatio, quã ex oppoſitis eſt.

Te.cõ.5.

Manifeſtum autẽ intendentibus quẽadmodũ ponũt quidã ipſum alteritatem, & inęqualitatẽ, & quod non eſt dicẽtes eſſe motũ. quorum nullum neceſſariũ eſt moueri, neq; ſi altera ſint, neq; ſi inæqualia, neq; ex his magis eſt, cẽ ex oppoſitis.

te.cõ.13.

Excludit definitiones aliorũ de motu. Et ſciẽdum q̃ tripliciter Aliqui definierunt motũ. Dixerunt. n. motũ eſſe alteritatem ſeu diuerſitatẽ propter hoc, q̃ id, quod mouetur, ſemper alio et alio modo ſe habet. Item dixerunt motũ eſſe inæqualitatẽ. quia id, quod mouetur, ſemper magis ac magis accedit ad terminũ. Dixerunt etiam motum eſſe, quod non eſt, i. non ens: quia id, quod mouetur, dũ mouetur, nondum habet id, ad quod mouetur: vt quod mouetur ad albedinem, nondũ eſt album. Has autẽ definitiões deſtruit Philoſophus tripliciter. Primo quidẽ ex parte ſubiecti motus. ſi. n. motus eſſet alteritas, vel inæqualitas, vel non ens, cuicũq; iſta ineſſent, neceſſario moueretur: quia cuicũq; ineſt motus illud mouetur. Sed nõ eſt neceſſariũ moueri, neq; ea, quę ſunt altera ex hoc ipſo q̃ altera ſeu diuerſa ſunt, neq; inæqualia, neq; ea, quę nõ ſunt. relinquitur igitur q̃ alteritas, & inæqualitas, & nõ ens, nõ eſt motus. Secundo oſtẽdit illud ex parte termini ad quẽ. quia motus & mutatio, nõ eſt magis in alteritatẽ, cũ in ſimilitudinẽ, neq; magis ĩ inęqualitatẽ cũ in æqualitatẽ, neq; magis in non eſſe, cũ in eſſe. Nã generatio eſt mutatio ad eſſe, et corruptio ad nõ eſſe. Nõ igitur motus magis eſt alteritas, cũ ſimilitudo: vel ĩequalitas cũ æqualitas: vel nõ ens, cũ ens. Tertio oſtẽdit idẽ ex parte termini a quo, qa ſicut motꝰ aliqs eſt ex alteritate, et ex ĩequalitate, et ex nõ ente, ita eſt ex oppoſitis horũ. Nõ igit motus magis debet poni ĩ his generibus cũ in oppoſitis. Tertio ibi.

ARGY.

Ponendi autem motum in hiſce cauſa fuit, motum indefinitum quoddam eſſe uideri. Alterius uero principia ſeriei, indefinita ſunt ſanè, ex eò quia ſunt priuatiua. nihil enim ipſorum, aut hoc aliquid, aut tale, aut cæterorũ quicquam eſt prædicamentorum.

Cauſa autem, cur in his ponant illi, eſt, q̃ indeterminatum quiddã iam videtur eſſe motus. Alterius autem coordinationis principia, ex eo quod ſunt priuatiua, & indeterminata ſunt. neque enim hoc, neq; tale, neque vnum ipſorum, quia neq; aliorum quicquã prædicamentorum.

Aſſignat cauſam quare prędicto modo antiqui motũ definierant. Et circa hoc duo facit. Primo aſſignat cauſam eiꝰ quod dictũ eſt. Secundo aſſignat cauſam, cuiuſdã quod ſuperaſſerat ibi. [Videri autẽ indeterminatũ.] Dicit ergo primo q̃ iſta eſt cauſa quare Antiqui poſuerunt motũ in prædictis generibus, ſ. alteritatis, inęqualitatis, et nõ entis: quia motus videtur eſſe quoddã indeterminatũ, i. incompletũ, & imperfectum, quaſi nõ habens determinatam naturam. Et, quia indeterminatus eſt, propter hoc videtur eſſe ponẽdus in genere prinatiuorũ. Nam, cum Pythagoras poneret duas ordinationes rerũ, in quarum vtrãq; ponebat quædã decem principia: principia, quæ erãt in ſecunda ordinatione, dicebãtur ab ipſo ſ determinata, quia ſunt priuatiua: nõ enim determinãtur per formã, quæ ſit in genere ſubſtantię, neq; per formã qualitatis, neq; per formã aliquam ſpecialẽ in aliquo horũ generum exiſtentẽ, neq; etiã per formam alicuius aliorum prædicamentorum. In vna autẽ ordinatione ponebant Pythagorici hæc decem, ſcilicet finitum, impar, vnum, dextrum, maſculum, quietem, rectum, lumẽ, bonum, triangulum, æquilaterum. In alia autem, infinitum, par, multitudinẽ, ſiniſtrum, fœminam, motum, obliquum, tenebram, malum, ex altera parte longius. Secundo ibi.

Te.cõ.14. & 15.

ARGY.

At ut uideatur motus indefinitum quoddã eſſe, cauſa ſunt, non poſſe ipſum, aut in potentia rerum, aut in actu poni. Neq;. n. id, quod eſſe poteſt quantum, neq; id, quod eſt actu quantum, neceſſario mouetur. Et motus quidẽ actus quidam eſſe uidetur (imperfectus tamen) propterea quòd ipſum poſſibile imperfectum eſt, cuius eſt actus. Et iccirco difficile eſt accipere, quid nam ſit motus. neceſſe eſt. n. ipſum, aut in priuatione, aut in potentia, aut in actu ſimplici ponere. at nihil horum eſſe poſſe uidetur. reſtat igitur modus ille iam dictus, actum quidem ipſum aliquem eſſe, talem autem actum, qualem antea diximus, qui difficilis quidem eſt cognitu, poteſt autem eſſe.

Videri autẽ indeterminatum eſſe motum cauſa eſt, quia neq; in potentiã eorũ, quæ ſunt genere rum, neq; in actũ eſt ponere ipſum ſimpliciter. Neq;. n. quod poteſt eſſe quantũ moueri ex neceſſitate eſt, neq; quod actu quãtum eſt. Et motus quidẽ actus quidã videtur eſſe (imperfectus autem.) cauſa autẽ eſt, quoniã imperfectum eſt quod poſſibile, cuius eſt actus motus. Propter hoc igit difficile eſt accipere quid ipſum ſit. aut n. in priuationem neceſſe eſt ipſum ponere, aut in potentiam, aut in actum ſimplicem. horum autem nullum videtur eſſe poſſe: relinquitur igitur prædictus modus, actum quidem quendam eſſe, ſed huius actum qualem diximus, difficile quidem videre, contingit autem eſſe.

te.cõ.14.

te.cõ.15.

Aſſignat cauſam quare motus ponitur inter indeterminata. & dicit q̃ huiꝰ cauſa eſt, quia neq; poteſt poni ſub potentia, neq; ſub actu. Si. n. poneretur ſub potẽtia, quicquid eſſet in potẽtia, puta ad quantitatẽ, moueretur ſm quantitatem. Et, ſi cõtineretur ſub actu, quicquid eſſet actu quantum, moueretur ſecundũ quantitatem. Et quidem verũ eſt q̃ motus eſt actus, ſed eſt actus imperfectꝰ, medius inter potentiam & actũ. Et q̃ ſit actus imperfectus ex hoc patet, q̃ illud, cuius eſt actus, eſt ens in potẽtia, vt ſupra dictũ eſt: & ideo difficile eſt accipere quid ſit motus. Videtur. n. in primo aſpectu q̃ vel ſit ſimpliciter actus, vel ſimpliciter potẽtia, vel q̃ contineat ſub priuatione, ſicut aliqui poſuerũt ipſum cõtineri ſub nõ ente, et ſub ĩequalitate. Sed nullũ horũ eſt poſsibile, vt ſupra oſtẽſum eſt. Vnde relinquit ſolus prædictus modus ad definiendũ motũ, vt. ſ. motus ſit actus talis, qualẽ diximus. ſ. exiſtẽtis in potentia. Talem autem actum cõſyderare difficile eſt propter permixtionem actus & potentiæ, tũ eſſe, talẽ actum nõ eſt impoſsibile, ſed contingẽs.

LECTIO

Universidad de Deusto

LECTIO IIII.

Alia quasi materialis motus definitio ex præmissis deducitur, motum videlicet actum mobilis esse, quoq; item pactu moueatis ac mobilis motus idem actus, ratione autem diuersus sit declaratur.

ARGY. *Mouetur autem & omne mouens, ut diximus, quod est potentia mobile.*

Te.co.16. (Teste Alex.) vult sensigere cœleste corp. ab ijs excrementibus.

MOuetur autem & mouens omne, sicut dictum est, cùm sit potentia mobile.

Postquam Philosophus definiuit motũ, hic ostendit cuius actus sit motus, vtrũ. f. mobilis, vel mouẽtis. Et potest dici, q hic ponit aliã definitionem motus, quę se habet ad præmissam, vt materialis ad formalẽ, & cõclusio ad principiũ. Et hæc est definitio. motus est actus mobilis, inquantũ est mobile. hæc. n. definitio concludit ex præmissa. quia. n. motus est actus existẽtis in potentia, inquantũ huiusmodi: existens aũt in potẽtia, inquantũ huiusmodi, est mobile, nõ aũtem mouẽs, quia mouẽs inquãtũ huiusmodi, est ens in actu sequitur q motus sit actus mobilis, inquãtum huiusmodi. Circa hoc ergo tria facit. Primo ostendit q motus est actus mobilis. Secũdo quomodo se habet motus ad mouentẽ ibi [Motiui aũt actus.] Tertio mouet dubitationẽ ibi. [Habet autẽ defectum.] Circa primũ duo facit. Primo ponit definitionem motus, f. q. motus est actus mobilis. Secũdo ex hoc declarat quoddã, quod poterat esse dubiũ ibi. [Et dubium autem.] Circa primũ tria facit. Primo inuestigat definitionem motus, Secundo cõcludit eam ibi. [Vnde motus est.] Tertio manifestat eã ibi. [Accidit autẽ, &c.] Ad inuestigandum autẽ definitionem motus præmittit, q moueri etiã accidit mouẽti. Et circa hoc duo facit. Primo probat q omne mouẽs mouetur. Secundo ostendit vnde accidat ei moueri ibi. [Adhuc agere.] Quòd autẽ mouens moueatur, ostẽdit ex duobus. Primo quidẽ, quia omne, quod prius est in potentia, & postea in actu, quodãmodo mouetur: mouens autem inuenitur esse prius mouens in potentia, & postea mouẽs in actu: inuenis ergo huiusmodi mouetur. Et hoc est quod dicit, q omne mouens, cum ita se habeat q quandoque sit in potentia [mobile], i. ad mouendum, mouetur sicut dictum est, hoc enim ex dictis apparet. Dictũ est enim q motus est actus existentis in potentia. et hoc contingit in omni mouente naturali. vnde dictum est, q omne mouens Physicum mouetur. Secundo ibi.

Secũda parte. te.18. co.20.

Te.co.18.

Tex.co.17. Ibidem.

Secũda parte. tex.16.

ARGY. *Et cuius immobilitas quies est. cui enim motus inest, huius profectò immobilitas quies est.*

Et cuius mobilitas quies est. Cui enim motus inest, huius immobilitas quies est.

Ostendit idẽ alio modo. Cuiuscũq; sua immobilitas est eius quies, huic inest motus (quies. n. et motus cum sint opposita, habẽt fieri circa idem) sed mouentis immobilitas, i. cessatio a mouendo, dicitur quies. (dicũtur enim quædam quiescere, quando cessant agere.) Omne igitur tale mouẽs, scilicet cuius immobilitas est quies, mouetur. Secundo ibi.

ARGY. *Nam in hoc agere ratione, qua tale est, mouere nimirum est. at hoc facit tactu: quare simul etiam patitur.*

Adhoc enim agere inquantum huiusmodi, ipsum mouere est. Hoc autem facit tactu: quare simul & patitur.

Ostendit vnde accidat mouenti q moueatur. non enim accidit ei ex hoc q mouet, sed ex hoc, q mouet tangendo. quia mouere est agere ad hoc, q aliquid moueatur: id aũt, quod sic a mouente patitur, mouetur. Sed hoc, quod est agere, facit tactu: nã corpora tangendo agunt, unde sequit. q et simul patiãt, quia quod tãgit. patitur. sed hoc intelligendũ est, qñ est mutuus tactus, f. q aliquid tãgit, & tãgitur, vt cõtingit in his, quę cõiacent in materia, quorũ vtrunq; ab altero patitur, dum se tangunt. Corpora aũt cœlestia, quia non cõiacent cũ corporibus inferioribus in materia, sic agunt in ea, q non patiuntur ab eis, & tangunt & non tanguntur, vt dicitur in primo de Generatione. Deinde cum dicit.

Agens cõiũctũ materia patitur, in agendo repatitur.

Te.co.34.

E *Quocirca motus actus est mobilis; ut est mobile. accidit autem hoc, ipsius motiui tactu, quare simul et iam patitur. Semper autem id, quod mouet, formã aliquam afferret aut hoc, aut tale, aut tantum: quæ quidem principium erit, et causa motus, cùm mouet. Id enim quod actu est homo, facit hominem ex eo, quod est potentia homo.* ARGY.

Vndè motus actus mobilis est, inquantũ est mobile. Accidit aũt hoc tactu motiui. quare simul & patit. Species aũt semper existimabit aliqua mouẽs. aut. n. hæc, aut qualis, aut quãta, quę erit principiũ, et causa motus, cũ moueat vt actu homo facit ex potẽtia existente homine, hoiem.

te.co.17.

Ponit definitionem motus concludens ex prædictis, q quamuis mouẽs moueatur, motus tñ non est actus mouentis, sed mobilis, secundum q est mobile. Et hoc cõsequenter manifestat per hoc, q moueri accidit mouẽti & non per se ei cõpetit. vnde, si aliquid secundũ hoc mouetur, secũdum q actus eius est motus, sequitur q motus non sit actus mouentis, sed mobilis, non quidẽ inquantum est mouens, sed inquantũ est mobile. Quòd autẽ moueri accidat mouẽti, manifestat per id, quod supra dictũ est. hoc enim. f. actũ mobilis, qui est motus, accidit ex cõtactu mouentis, ex quo sequitur q simul dũi agit patiatur: & sic moueri cõpetit mouenti per accidẽs. Quòd autem non cõpetat ei per se manifestat per hoc, q semper aliqua forma videtur mouẽs esse, sicut formã, quæ est in genere substãtiæ, in transmutatione, quæ est secundũ substantiam: & forma, quæ est in genere qualitatis, in alteratione: & forma, quæ est in genere quantitatis, in augmẽto & diminutione. Huiusmodi. n. formæ sunt causæ, & principia motuũ, cum omne agẽs moueat secundum formã. Omne. n. agẽs agit inquantũ est actu, sicut actu homo facit ex homine in potentia hominẽ actu. vnde cum vnũquodq; sit actu per formam, sequitur q forma sit principiũ mouens. Et sic mouere cõperit alicui inquãtum habet formã, per quam est in actu. vnde, cũ motus sit actus existentis in potẽtia, vt supra dictum est, sequitur q motus non sit alicuius inquantum est mouens, sed inquantum est mobile. & ideo in definitiõe motus positum est, q est actus mobilis, inquantum est mobile. Deinde cum dicit.

te.co.17. Eudemus Alexan. & Simplicius in mobili subiecti- ue esse fatẽtur

F

G

Quæ cũ ita sint, patet motũ in ipso mobili esse, id inquã quod mutatur. Est enim actus huius, ab ipso motiuo. ARGY.

Et dubium autem manifestum est, q est motus in mobili. actus enim huius, & ab hoc.

te.co.18.

Manifestat quoddã dubium ex prędictis. Solet. n. esse dubium apud quosdã, vtrum motus sit in mouẽte, aut in mobili. Sed hoc dubiũ declaratur ex præmissis. Manifestũ est enim, q actus cuiuslibet est in eo cuius est actus: et supra sic manifestatũ est, q actus motus est in mobili, cum sit actus mobilis, causatus tamẽ in eo a mouente. Deinde cum dicit.

Motiui quoque actus non alius quisquam est. ARGY.

Motiui autem actus, non alius est.

Ostendit quomodo se habeat motus ad mouens. Et primo proponit quod intendit dicens q actus motiui, non est alius ab actu mobilis. Vnde, cum motus sit actus mobilis, est etiam quodammodo actus motiui. Secundo ibi.

Amborum nãq; actum esse oportet. Est enim hoc quidem motiuum, quo potest: hoc autem mouens, quo agit. ARGY.

Oportet quidem enim esse actum vtriusque. motiuum quidem est in ipso posse, mouens autem in ipso operari, vel agere.

Manifestat propositũ. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit q mouentis est aliquis actus, sicut et mobilis. Quicquid enim dicitur secundum potentiam & actum, habet aliquẽ actum sibi competentem: sed sicut in eo, quod mouetur dicitur mobile secundum potentiam, inquantum potest moueri, motum autem secundum actum inquantum actu mouetur:

H

uetur: ita ex parte mouentis motiuum dicitur secũdum potentiam, inquantum. f. potest mouere, mouens autẽ in ipso agere, i. inquantum agit actu. Oportet igitur vtriq;. f. mouenti, & mobili competere quendã actum. Secundo ibi.

A

ARGY. *At ipsius mobilis est actuum. quare perinde amborũ unus est actus.*

Sed est actiuũ mobilis. quare similiter vnus vtriusq; est actus.

Ostendit q idẽ sit actus mouẽtis & moti: mouentis. n. dicitur inquantũ aliquid agit, moti aũt inquantũ patitur, sed idẽ est quod mouẽs agendo causat, & quod motũ patiẽdo recipit. Et hoc est quod dicit, q [mouẽs est actiuũ mobilis] i. actũ mobilis causat: quare oportet vnũ actu esse vtriusq;. f. mouẽtis, & moti. Idem. n. est quod est a mouẽte, vt a causa agẽte, et qđ est in moto, ut in patiẽte, et recipiẽte. Tertio ibi.

ARGY. *Atq; unius ad duo, et duorum ad unum idem est inter uallum, et ut accliue, atq; decliue. hæc enim unum quidem sunt, at ratio non est una. Similiter res sese habet, & in hsce quorum alterum mouet, alterum mouetur.*

B

Sicut idem spatiũ est vnius ad duo, & duorũ ad vnum, & ascendentis, & descẽdentis. Hæc. n. vnum idem sunt: ratio autem nõ vna. Similiter autem est, & in mouente, & in moto.

Manifestat hoc per exẽplum. Eadẽ. n. distantia est vnius ad duo, & duorum ad vnũ secundum rem: sed differunt secundum rationem, quia secundum q incipimus comparationem a duobus procedendo ad vnum dicimus duplum, e cõtrario vero dicitur dimidium. Et similiter idem est spatium ascendentis et descendentis: sed secundum diuersitatẽ principij & termini vocatur ascensio, vel descensio. Et similiter est in mouente, & moto. Nam motus secundum q procedit a mouente in mobile est actus mouentis, secũdum autem q est in mobili a mouente, est actus mobilis.

LECTIO V.

C

In quo nam magis motus sit, in mouente an in mobili: deq; motus ab actione & passione discrimine, & identitate, & prędicamentorum distinctione quamplura dicuntur. Motum item motoris ac mobilis actum esse concludit.

ARGY. *Existit autẽ hoc loco dubitatio disserẽdi facultati accommodata. Necesse est. n. actum aliquẽ esse ipsius actiui etiam ipsius passiui. est. n. actio quidem illius, passio uero huius. Et opus finisue illius actus, huius autem affectus.*

Te.co.19.

HAbet autẽ defectum rationabilẽ. Necesse est. n. fortassis esse quendã actum actiui, et passiui. hic quidẽ. n. actio, illinc vero passio: op⁹ n. & finis, huius quidẽ actio, illius autem passio.

Postquam Philosophus ostẽdit, q motus est actus mobilis, & mouẽtis, nunc mouet quandã dubitationẽ circa præmissa. Et primo mouet dubitationẽ. Secũdo soluit ibi. [At neq; actum.] Circa primũ duo facit. Primo præmittit quędam ad dubitationẽ. Secundo dubitationẽ prosequitur ibi [Qñ igitur vtraq;.] Dicit ergo primo, q id quod dictũ est [habet defectum]. i. dubitationẽ [rationabilẽ]. i. logicam: ad vtranq;. n. partẽ sunt probabiles rationes. Ad hanc autẽ dubitationẽ hoc præmittit, q aliquis actus est actiui, & aliquis actus est passiui, sicut supra dictum est, q & mouentis & moti est aliquis actus. Actus quidẽ actiui vocatur actio, actus vero passiui vocat passio. Et hoc probat. quia illud, quod est opus & finis vniuscuiusq; est actus eius & perfectio, vnde, cum opus & finis agentis sit actio, patientis autẽ passio (vt per se manifestũ est, sequitur quod dictũ est, q actio sit actus agentis, & passio patientis. Secundo ibi.

Te.co.10.

Secũda parte 19.10.

D

ARGY. *Si igitur ambo sint motus, sintq; diuersi, in quo nam sunt? Aut enim in patiente, & eo, quod mouetur sunt ambo: aut actio quidem est in agente, passio uero in patiẽ*

*a.c. habent hęc verba.

te. quod si hanc etiam actionem oporteat appellare, nomine solo conuenient.

Qm̃ igitur vtraq; sunt motus: siquidẽ alteri, in aliquo sunt. Aut. n. vtraq; in patiẽte & moto sunt: aut in agẽte sunt vtraq;. Aut actio quidẽ in agente, passio autẽ in patiẽte est. Si aũt oportet, & hanc actionem vocare, æquiuoce quidem fit.

Prosequitur dubitationẽ. Manifestum est. n. q tã actio, q̃m passio sunt motus: vtrunq;. n. est idem motui. Aut igitur actio & passio sunt idẽ motus, aut sunt diuersi mot⁹. si sunt diuersi, necesse est q vterq; ipsorũ sit in aliquo subiecto. aut igitur vterq; est in patiente & moto, aut alterũ eorũ est in agente, f. actio, & alterũ in patiente, f. passio. Si autẽ aliquis dicat econtra, q id. quod est in agente sit passio: & id quod est in patiente sit actio, manifestum est q æquiuoce loquit: id. n. quod est passio vocabit actionẽ, & ecõtra. Videtur autem quarum membrum omittere, f. q vtrũq; sit in agẽte. sed hoc prætermittit, quia ostẽsum est, q motus sit in mobili, per quod excluditur hoc membrũ, q neutrum sit in patiente, sed vtrunq; in agente. Ex his igitur duobus mẽbris, quæ tangit, primum prosequitur. Secundo ibi.

At uero si hoc est, motus profecto in eo quod mouet erit. Eadem enim est, & in eo quod mouet, & in eo quod mouetur ratio. Quare autem omne mouens mouebitur: aut aliquid motum habens haud mouebitur. ARGY.

At vero, si hoc est in mouente motus erit. eadem enim ratio est in mouente, & in moto. Quare autem omne mõuens mouebitur, aut habens motum non mouebitur.

Si enim aliquis dicat q actio est in agẽte, & passio in patiente: actio autem est motus quidã vt dictum est, sequitur q motus sit in mouente. Eãdem aũt rationem oportet esse & de mouente & de moto, f. vt in quocunq; eorum sit motus, illud moueatur. Vel eadẽ ratio est de mouente & moto, sicut & de patiente & agente. in quocũq; autem est motus, illud mouetur: quare sequitur, vel q omne mouens moueatur, vel q aliquid habeat motũ, & non moueatur, quorum vtrunq; videtur inconueniens. Deinde cum dicit.

Quòd si ambo, actio inquam & passio in eo est, quod mouetur, ac patitur, & hæc duo, doctio disciplinãue sunt in ipso discente. Primum quidem actus in unoquoq; cuiusq; non erit. Deinde absurdum est, duobus quippiam motibus simul moueri. erũt enim alterationes quædam unius duæ, atq; ad unam formam, at fieri nequit. ARGY.

Si autem vtraq; in moto sunt, & in patiente, & actio inquã, & passio, & doctio & doctrina, cum duo sint, in addiscẽte sint. Primum quidem actus vniuscuiusq; nõ in vnoquoq; erit. Postea, & inconueniens est per duos motus simul moueri. Quædam nanque erunt alterationes duæ vnius, & in vnam speciem. Sed impossibile est.

Prosequitur aliud membrũ dicens, q, si aliquis dicat q vtrũq;, f. actio, & passio, cũ sint duo motus, sunt in patiente & moto, & doctio, quæ est ex parte docentis, & doctrina, quæ ex parte addiscẽtis, sunt in addiscente, sequuntur duo inconuenientia. quorũ primum est (quia dictũ est q actio est actus agẽtis.) si igitur actio nõ est in agẽte, sed in patiente: sequetur q proprius actus vniuscuiusq; non est in eo cuius est actus. Postea sequitur aliud inconueniẽs, f. q aliquod vnum, & idẽ moueatur secundum duos motus. actio. n. & passio supponũtur nunc esse duo motus: in quocunq; autẽ est motus, illud mouetur secundũ illum motũ: si igit actio & passio sunt in mobili, sequitur q mobile moueatur secũdum duos motus. Et hoc idẽ esset, ac si essent duę alterationes vnius subiecti, quæ terminarentur ad vnam speciem:

sicut

Simpl. huius impossibilis causam affert & minus fictu nō ingrata ibidem dicit.

ARGY.

sicut ꝙ vnū subiectum moueretur duabus dealbationib⁹, quod est impossibile. Quòd vero idē subiectū moueat dua bus alterationib⁹ simul ad diuersas species terminatis, s. dealbatione & calefactione, nō est inconueniēs. Manifestū au tem est ꝙ actio & passio ad eandē speciem terminātur, idē est.n. quod agēs agit, & patiens patitur. Deinde cum dicit.

At unus ne actus erit? At rationis fines egreditur, diuersorum specie duorum unum actum, eundemq; esse. Et ipsum docto disciplinaue. Et actio atque passio, docere etiam & discere idem erit, & agere atq; pati. Quare necessario discet omnia, qui docet: & patietur, qui agit.

Sed vnus erit actus? Sed irrationabile et duorum, & diuersorum secūdum speciem eundem, & vnū esse actum. Et erit siquidem doctio & doctrina idem, & passio & actio, & docere cum addiscere, idem: & agere cum pati. Quare necesse est omnem docentem addiscere, & agentē pati.

Prosequitur aliud membrum. Posset.n. aliquis dicere, ꝙ actio et passio nō sunt duo motus, sed vnus. Et ex hoc ducit ad quatuor inconuenientia. quorū Primum est, ꝙ idem sit actus diuersorū secūdum speciem. Dictum est.n. ꝙ actio sit actus agētis, & passio actus patiētis, quæ secundum speciē sunt diuersa. si igitur actio & passio sunt idē motus, sequitē ꝙ idem actus sit diuersorū secundum speciē. Secundum inconueniēs est ꝙ, fractio & passio sint vnus motus, ꝙ idē sit actio cū passione, & doctio, quæ est ex parte docentis, cum doctrina, secundū ꝙ se tenet ex parte addiscentis. Tertiū inconueniēs, est, ꝙ agere sit idē quod pati, & docere idē quod addiscere. Quartum, quod ex hoc sequitur, est, ꝙ omne docens addiscat, & omne agens patiatur. Deinde cum dicit,

ARGY. *An neq; alicuius actum in alio esse absurdum est. Est enim doctio docentis actus, in aliquo tamen est, & non incisus, sed est huiusce in hoc.*

Te.co.10. Aut neq; actum alterius in altero esse incōueniens est. Est enim doctio actus docētis. in quodam enim & non decisus, sed huius in hoc.

Soluit præmissam dubitationē. Est autem manifestū ex supra determinatis, ꝙ actio & passio non sunt duo motus, sed vnus & idē motus. Secūdum.n. ꝙ est ab agente dicitur actio: secundū autē quod est in patiēte, dicitur passio. Vnde inconueniētia, quę sequuntur ad primā partem, in qua supponebatur ꝙ actio & passio essent duo motus, non oportet soluere, prēter vnū, quod remanet soluēdum, etiā suppositō ꝙ actio & passio sint vnus motus. quia, cum actio sit actus agentis, vt supra dictū est, si actio & passio sunt vnus mot⁹, sequitur ꝙ actus agentis quodāmodo sit in patiente, & sic actus vnius erit in altero. quatuor autē incōueniētia sequebantur ex altera parte, & sic restāt quinq; incōuenientia soluenda. Dicit ergo primo, ꝙ nō est incōueniens actū vnius esse in altero, quia doctio est actus docentis, ab eo tamen in alterum tendens continue, & sine aliqua interruptione. Vnde idem actus est huiusmodi, i. agentis, vt a quo: et tamē est in patiente, vt receptus in eo. Esset aūt incōueniens si actus vnius eo modo, quo est actus eius, esset in alio. Secundo ibi.

ARGY. *Neq; quicquam prohibet unum duorum eundem esse, non ut idem habeat esse, sed ut est id quod est potētia, ad id quod est actu. Neq; necesse est docentem discere, et si pati atq; agere idem est, non ut ea tamen, quæ rationis eiusdem sunt, ut uestimentum ac tunica, sed ut ua, qua ex Thebis Athenæ, & ex Athenis Thebæ, petuntur, ut antea dixi mus. Non.n. eadem his omnia competunt, quæ aliquo mo do sunt eadem. sed hisce dūtaxat, quorum est eadem ratio.*

* ad.a.l.vt vestis & indumentum. Tex.co.11. Neq; vnum duobus quicquam prohibet eun dem esse actum, non sicut esse idem, * sed sicut est quod potentia est ad agens. Neq; necesse est docentem addiscere, neque si pati & agere idem est, non tamen vt ratio sit vna, quod quid est esse dicentes, sicut tunicæ & indumenti, sed sicut via ex Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas (quemadmodum dictum est prius.) Non enim omnia eadem insunt quolibet modo eisdem, sed solum quibus esse, idem est.

Soluit aliud inconueniens, s. ꝙ idem actus esset duorū. et dicit ꝙ nihil prohibet vnū actum esse duorum, ita ꝙ nō sit vnus & idē motus secundum rationē, sed vnus secundum rem (vt dictū est supra) ꝙ eadem est distantia duorum ad vnū, & vnius ad duo, & eius, quod est in potētia, ad agens, & econtra. Sic.n. idem actus fm rem, est duorum fm diuersam rationē, agentis quidem, fm ꝙ est ab eo: patiētis autē, fm ꝙ est in ipso. Ad alia autē tria inconuenientia, quorum vnum ex altero deducebatur, respōdet ordine retrogrado. Primo, s. ad illud, quod vltimo inducebatur vt magis incōueniens. Sic igitur tertio respōdet ad quintū inconueniēs: & dicit, ꝙ nō est necessariū ꝙ docens addiscat, vel ꝙ agens patiatur. Et si agere, & pati sint idē: tū dicamus ꝙ non sunt idem sicut ea, quorū ratio est vna, vt tunica & indumentū, sed, sicut ea, quæ sunt idem subiecto, et diuersa secundum rationem, vt via a Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas (vt dictum est prius.) Non enim oportet ꝙ omnia eadem conueniant ijs, quæ sunt quocunq; modo idem, sed solum illis, quæ sunt idem subiecto, vel re, & ratione. Et ideo etiam dato ꝙ agere, & pati sint idem, cum non sint idem ratione (vt dictum est) non sequitur ꝙ cuicunque conuenit agere, ꝙ ei conueniat pati. Quarto ibi.

ARGY. *At neq; si doctio, & disciplina sint idem, idem erit et docere, ac discere. quemadmodum neq; si interuallum sit eorum quæ distant unum, idemq; est ab hoc ad illud, atq; ad hoc, ab illo distare.*

At vero neq; si doctio, et doctrina idem, et ad discere, et docere idē. sicut neq; si spatium vnum distantium sit, & distare hinc illuc, & inde huc vnum, & idem est.

Respondet ad quartū inconueniēs, & dicit, ꝙ non sequitē etiam si doctio, & doctrina addiscētis esset idē, ꝙ docere, & addiscere essent idē, quia doctio, & doctrina dicūtur in abstracto: docere autē & discere in cōcreto. Vnde applicantur ad fines, vel ad terminos, secundū quos sumitur diuersa ratio actionis, & passionis. Sicut licet dicamus ꝙ sit idem spatium distantium aliquorum, abstracte accipiendo: si tamē applicamus ad terminos spatij, sicut dicimus distare hinc illuc, & inde huc, non est vnum & idem. Quinto ibi.

ARGY. *Omnino autem neque doctio proprie idem est quod disciplina, neque actio idem quod passio, sed motus, cui hæc insunt. Nam huius in hoc, & huius esse actum ab hoc, diuersum est ratione.*

Tex.co.12. Omnino aūt dicere est neq; doctio cū doctrina, neq; actio cū passione idē proprie est, sed cui insunt hęc, motus. quod.n. huius in hoc, et quod huius ab hoc actum esse, ratione alterum est.

Respondet ad tertiū inconueniens, destruens hāc illationē, qua cōcludebatur, ꝙ si actio & passio sunt vnus motus, ꝙ actio & passio sunt idē. & dicit, ꝙ finaliter dicendū est, ꝙ non sequitur, ꝙ actio & passio sint idē, vel doctio & doctrina: sed ꝙ motus, cui inest vtrūq; eorū, sit idem. Qui quidem motus secundū vnam rationem est actio: & secūdum aliam rationem est passio. alterum.n. est secundum rationē esse actū huius, vt in hoc: & esse actū huius, vt ab hoc. motus autem dicitur actio secūdum ꝙ est actus agentis, vt ab hoc: dicitur autem passio secundū ꝙ est actus patiētis, vt in hoc. Et sic patet ꝙ licet motus sit idē mouentis & moti propter hoc, ꝙ abstrahit ab vtraq; ratiōe: tū actio et passio differunt,

ferunt, propter hoc, ꝙ has diuersas rationes in sua significatione includunt. Ex hoc autē apparet, ꝙ, cum motus abstrahat a ratione actionis, & passionis nō cōtineatur in prædicamento actionis, neq; in prædicamēto passionis, vt quidam dixerūt. Sed restat circa hoc dubitatio duplex. Prima quidem, quia si actio & passio sint vnus motus, et non dixerūt nisi secundū rationem (vt dictum est) videtur ꝙ nō debeāt esse duo prædicamenta: cum prędicamēta sint genera rerū. Item, si motus, vel est actio, vel passio nō inueniretur motus in substātia, qualitate, quātitate, & vbi (vt supra dictū est) sed solū continebitur in actione & passione. Ad horū igitur euidentiā sciendum est, ꝙ ens diuiditur in decē prędicamenta nō vniuoce, sicut genus in species, sed secundū diuersum modū essendi. modi autē essendi proportionales sunt modis prędicādi. (Prædicando.n. aliquid de aliquo altero, dicimus hoc esse illud: vnde & decem genera entis dicūtur decem prædicamēta.) Tripliciter aūt fit omnis prędicatio.

Quæ decem prædicamēta admodum distinguantur.

Substantia. Vnus quidē modus est, qñ de aliquo subiecto prædicat id, quod pertinet ad essentiā ei⁹, vt cū dico Socrates est homo, vel homo est animal, et secundū hoc accipitur prędicamentum substātiæ. Alius autē modus est, quo prædicatur de aliquo id, quod nō est de essentia eius, tñ inhęret ei. quod quidem vel se habet ex parte materiæ subiecti, et secūdum hoc est prædicamentū quantitatis. nā quantitas proprie consequitur materiā, vnde & Plato posuit magnū ex parte materiæ. Aut consequitur formā, & sic est prædicamentū qualitatis, vnde & qualitates fundantur super quantitatē, sicut color in superficie, & figura in lineis, vel in superficiebus.

Quantitas.

Qualitas.

Relatio. Aut se habet per respectū ad alterum, & sic est prædicamentum relationis. cum.n. dico homo est pater, non prædicatur de homine aliquid absolutū, sed respect⁹, qui ei ineſt ad aliquod extrinsecū. Tertius autem modus prædicandi est, qñ aliquod extrinsecū de aliquo prędicatur per modum alicuius denominationis. Sic.n. & accidētia extrinseca de substātijs prædicantur, non tū dicimus, ꝙ homo sit albedo, sed ꝙ homo sit albus. Denominari autē ab aliquo extrinseco inuenitur quidem quodāmodo communiter in omnibus, & aliquo modo specialiter in ijs, quæ ad homines pertinēt tātum. cōmuniter autem inuenitur aliquod denominari ab aliquo extrinseco, vel secundū rationem causæ, uel secundū rationem mēsurę (denominatur.n. aliquid causatū & mensuratum ab aliquo exteriori.) Cum autē quatuor sint causārum genera, duo ex his sunt partes essentiæ, s. materia & forma: vnde prædicatio, quæ posset fieri secundū hæc duo, pertinet ad prædicamentū substantię, vtpote si dicamus ꝙ homo est rationalis, et homo est corporeus. Causa autē finalis nō causat eorsum aliquid ab agente: in tātum.n. finis habet rationē causę, inquantum mouet agentē. Remanet igitur sola causa agens, a qua potest denominari aliquid sicut ab exteriori. Sic igitur secundū ꝙ aliquid denominatur a causa agēte est prędicamentū passionis. nā pati nil est aliud ꝙ susċipere aliquid ab agente. Secundū autem ꝙ ecōtra denominatur causa agēs ab effectu, est prędicamētū actionis. Nam actio est actus ab agente in aliud (vt supra dictū est.) Mensura autem quædā est extrinseca, & quædā intrinseca. Intrinseca quidē, sicut propria lōgitudo vniuscuiusq;, et latitudo, & profunditas. ab his ergo denominatur aliquid sicut ab intrinseco inhærēte: vnde pertinet ad prędicamentū quantitatis. Exteriores autē mensuræ sunt tēpus, & locus. secundum igitur ꝙ aliquid denominatur a tēpore, est prædicamentum qñ. secundum autem ꝙ denominatur a loco, est prædicamentum, vbi, & situs: quod addit supra vbi ordinem partiū in loco. Hoc autem nō erat necessarium addi ex parte temporis, cum ordo partiū in tempore in ratione temporis importetur. est.n. tempus numerus motus secundum prius & posterius. Sic igitur aliquid dicit esse qñ, vel vbi per denominationem a tempore, vel a loco. & etiā aliquid speciale in hominibus. in alijs.n. animalibus Natura dedit sufficienter ea, quæ ad cōseruationem vitę pertinent, vt cornua ad defendendū, corium grossum & pilosum ad tegendū, vngulas, vel aliquid huiusmodi, ad incidendū sine læsione. Et sic, cum talia animalia dicūtur armata vel vestita uel calciata, quodāmodo nō denominantur ab aliquo extrinseco, sed ab aliquib⁹ suis partibus. vnde hoc refertur in his ad prædicamentū substantię. vtputa, si dicerē, ꝙ homo est manuatus, vel pedatus. Sed huiusmodi nō poterant dari homini a natura, tum quia nō cōueniebant subtilitati cōplexionis eius, tū propter multiformitatem operū, qua conueniunt homini inquantū habet rationem, quibus aliqua determinata instrumenta accōmodari non poterant a natura: sed loco omniū ineſt homini ratio, qua exteriora sibi præparat loco horū, quæ alijs animalib⁹ intrinseca sunt.

Sex principia non aliud unum possūt nisi denominationē extrinsecam cū respectu.

Habitus. vnde, cum homo dicitur armatus, vel vestitus, vel calciat⁹, denominatur ab aliquo extrinseco, quod nō habet rationē neq; causæ, neq; mensuræ. vnde est speciale prædicamentū, & dicitur habitus. Sed attendendū est, ꝙ etiam alijs animalibus hoc prędicamentū attribuitur, non secundū ꝙ in suā natura cōsyderantur, sed secundum ꝙ in hominis vsum veniunt, vt si dicamus equū phaleratum, vel sellatum, seu armatum. Sic ergo patet ꝙ licet motus sit vnus, tñ prædicamenta, quæ sumūtur secundum motū sunt duo, secundum ꝙ a diuersis rebus exterioribus fiunt prædicamētales denominationes. Nam alia res est agens, a qua sicut ab exteriori sumitur per modū denominationis prædicamentū passionis: et alia res est patiens, a qua denominatur agēs. Et sic patet solutio primæ dubitationis. Secunda autem dubitatio de facili soluitur. Nam ratio motus cōpletur, nō solū per id, quod est de motu in rerū natura, sed etiā per id quod ratio apprehendit. De motu.n. in rerum natura nihil aliud est ꝙ actus imperfectus, qui est inchoatio quędā actus perfecti in eo quod mouetur: sicut in eo, quod dealbatur, iā incipit esse aliquid albedinis. sed adhoc ꝙ illud imperfectū habeat rationē motus, requirit vlterius ꝙ intelligamus ipsum quasi medium inter duo, quorū prædecens cōparatur ad ipsum, sicut potentia ad actū, unde motus dicitur actus: cōsequens vero cōparatur ad ipsum, sicut perfectum ad imperfectum, vel actus ad potentiā: propter quod dicitur actus existētis in potentia (vt supra dictū est.) Vnde quodcunq; imperfectum accipiatur, ut nō in aliud perfectū tendens, dicitur terminus motus, & nō erit motus secundū quem aliquid mouetur: vtpote, si aliquid incipiat dealbari, & statim alteratio interrūpatur. Quantum igitur ad id, quod in rerū natura est de motu, motus ponitur per reductionem in illo genere, quod terminat motū, sicut imperfectū reducitur ad perfectum (vt supra dictū est.) sed quātū ad id, quod ratio cōprehendit circa motū, s. esse medium quoddā inter duos terminos, sic iā implicat ratio causæ & effectus. nā reduci aliquid de potentia in actū, nō est nisi ab aliqua causa agēte. Et fm hoc motus pertinet ad prædicamētū actionis & passionis. hæc.n. duo prædicamenta accipiūtur secundum rationem causæ agentis & affectus (vt dictum est.) Deinde cū dicit.

ARGY. *Quid igitur est motus, & uniuersaliter, & per partes, etiā diximus. Non est.n. obscurum quonam pacto quæq; species ipsius definetur. Alteratio.n. actus est alterabilis, ut est alterabile. Enimuero notius hoc pacto etiam definetur, si potētia actiui, atq; passiui, ut tale est, actus esse dicatur, et simpliciter, et per singulos, ut ædificatio, uel medicatio. Modo eodē, et de cæterorum motuū unoquoq; dicetur.*

Tex.co.13. Quod quidē igitur motus sit, et vniuersaliter, et fm partem dictum est. non.n. immanifestū est quomodo definietur specierū vnaquæq; ipsius. Alteratio quidem.n. alterabilis fm quod est alterabile, actus est. Amplius aūt notius, ꝙ potētia actiui, & passiui, inquantum huiusmodi, simpliciterq;, & iterum secundum vnumquodq;, quoniam ædificatio, aut medicatio. Eodem autem dicetur modo, & de alijs motibus singulis.

Definit motū in particulari, & dicit ꝙ dictum est quid sit motus, & in vniuersali, & in particulari. quia ex hoc, qđ dictum est de definitione motus in vniuersali, manifestum

esse po terit, quomodo definiatur in particulari. si.n.motus est actus mobilis secūdum cp huiusmodi, sequitur cp alteratio est actus alterabilis secundū cp huiusmodi, et sic de alijs. Et, quia politū fuit in dubitatione, vtrū motus sit actus mouentis, vel mobilis, & ostensum est cp est actus actiui, vt ab hoc, & passiui, vt in hoc, ad tollēdum omnem dubitationē aliquantulum totius, dicamus, cp motus est actus potentię actiui & passiui. Et sic etiā poterimus in particulari dicere, cp ædificatiū est actus ædificatoris, & ędificabilis inquantū huiusmodi, & similē est de medicatione & alijs motibus.

LECTIO VI.

Contemplari infinitum cp Naturalem oportear, Antiquorumq; tam naturaliter q̄ non naturaliter loquentium de illo plurimæ afferuntur opiniones.

ARGV. *Cùm autē Scientia Naturalis circa magnitudines, mōtum, tēpusq; uersetur, quorum unumquodq; finitum, aut infinitum esse necesse est: etsi nō omne quod uis necesse est, aut infinitū esse, aut finitū, ut affectum, ac punctum: (talium.n. fortasse nullum necesse est in horum altero collocari.) ad Naturalem sanè philosophum de Infinito si sit nec ne: & si sit, quid nam sit contemplari, pertinere uidetur.*

Te.cō.24. QVoniam autem de Natura scientia est circa magnitudines, & tēpus, & motum, quorū vnumquodq; necesse est aut infinitū, aut finitum esse: & si nō omne sit infinitum, aut finitum, vt passio, aut pūctus (Talium enim fortasse nullum necesse est in altero horum esse) cōueniens vtiq; erit de Natura Negociantem consyderare si est, aut non est: & si est, quid est.

Postquā Philosophus determinauit de motu, hic incipit determinare de Infinito. Et primo ostēdit cp ad Scientiam Naturalē pertinet determinare de Infinito, Secūdo incipit
tex.cō.31. determinare ibi. [Esse autē infinitum.] Circa primū duo facit. Primo ostendit cp ad Naturalē pertinet determinare de Infinito, secūdo ponit opiniones Antiquorum Philosophorum de infinito ibi. [Et omnes tanquam quoddam.]
Secūda parte 25.te. Primum ostendit, & ratione, & signo. ratio talis est. Scientia Naturalis cōsistit circa magnitudines, & tēpus, & motum: sed necesse est finitū, aut infinitū in his inueniri. omnis.n. magnitudo, vel motus, vel tēpus ab altero horū cōtinetur, i. sub finito, vel infinito. ergo ad Naturalē Philosophū pertinet cōsyderare de infinito, an sit, & quid sit. Sed, quia posset aliquis dicere cp cōsyderatio de infinito pertinet ad Philosophum primū ratione suæ cōitatis ad hoc excludēdum interponit, cp nō omne ens oportet esse finitū, vel infinitū. nam punctus & passio, i. passibilis qualitas, sub nullo horū continetur. ea autem, quæ pertinent ad consyderationem Philosophi primi, consequuntur ens inquantum ens est, & non aliquod determinatum genus entis. Secundo ibi.

ARGV. *Atque scientiæ huiusce contemplationem de ipso propriam esse, hoc signo patet. Omnes.n. qui digne talem philosophiam tetigisse putantur, de infinito sermonem fecerunt.*

Te.cō.25. Consuetuit Arist. [inquit simplicius] aliquid ratione probauerit, & philosophorum testimonio comprobare. Signum enim cp huius scientiæ propria consyderatio de ipso est. Omnes enim, qui videntur rationabiliter tetigisse huiusmodi Philosophiā, fecerunt verbum, de Infinito.

Ostendit idem per signum acceptum a consyderatione Philosophorum naturaliū, omnes.n. qui rationabiliter tractauerunt huiusmodi Philosophiam, s. Naturalem, fecerūt mentionem de Infinito. Ex quo colligitur probabile argumentum ab authoritate Sapientū, cp ad Philosophiam naturalē pertineat determinare de Infinito, Deinde cū dicit,

ARGV. *Ac omnes ipsum, ut principium quoddam eorum quæ sunt posuerunt. Alij quidem per se, ut substantiam: non ut rei cuiquàm accidens, ut Pythagorici, atq; Plato.*

Et omnes tanquā principiū quoddā ponunt eorum quæ sunt. Alij quidē quemadmodū Pythagorici, & Plato p se: non sicut accidens alicui alteri, sed sicut substātiam ipsum esse infinitum.

Ponit opiniones Antiquorū de Infinito. Et primo ostendit, in quo diuersificabātur, secundo ostēdit, in quo omnes conueniebant ibi. [Rationabiliter aūt.] Circa primū duo facit. primo ponit opinionē Philosophorum nō naturaliū de Infinito, s. Pythagoricorū, et Platonicorum. secundo opiniones Naturaliū ibi. [de Natura autē omnes.] Circa primum duo facit. Primo ostēdit, in quo cōueniebant Pythagorici, & Platonici, secūdo in quo differebant, ibi. [Præter hoc, quidā Pythagorici.] Dicit ergo primo, cp Omnes philosophi posuerunt infinitum esse sicut quoddā principium entium. sed hoc fuit proprium Pythagoricis et Platonicis, cp ponerent infinitum non esse accidens alicui alteri naturę, sed esse quoddam per se existens. Et hoc competebat eorum opinioni, quia ponebant numeros, & quantitates esse substantias rerum. infinitum autem in quantitate est, vnde & infinitum per se existens ponebant. Deinde cum dicit.

Secūda parte 30.te.

Secūda parte 26.te.

Secūda parte 25.te.

ARGV. *Verum Pythagorici quidem in sensibilibus ipsum ponunt. non.n. separabilem ipsum numerum faciunt, & id, quod est extra cœlum, infinitum esse dicebant. Plato autē extra quidem cœlum, neq; corpus esse, neq; ideas putabat, propterea quòd, neq; usquam sunt ipsæ. Infinitum tamen, & in sensibilibus, & in illis esse censebat.*

Præter hoc quod Pythagorici quidē i sensibilibus. neq; n. abstractum faciunt numerū, & esse extra cęlum, infinitum. Plato autē extra, nullum esse corpus neq; ideas, eò cp nusquam sint ipsæ, tamē infinitum & in sensibilibus, & in illis esse.

Ostendit differētiam inter Platonem, & Pythagoricos. & primo quantū ad positionem Infiniti, secundo quātum ad radicem ipsius ibi. [Et hi quidē infinitum esse.] Quantum autē ad positionem infiniti, in duobus differebāt Platonici, a Pythagoricis. Pythagorici.n.non ponebant infinitum, nisi in sensibilibus. cum.n. infinitum cōpetat quātitati: prima autē quantitas est numerus, Pythagorici nō ponebant numerū separatum a sensibilibus, sed dicebant numerum esse substantiā rerum sensibilium, & per cōsequens infinitum nō erat, nisi in sensibilibus. Item Pythagoras cōsyderabat, cp sensibilia, quæ sunt infra cœlū, sunt circū clausa cœlo, vnde in eis nō potest esse infinitū: & propter hoc ponebat, cp infinitū esset in sensibilibus extra cœlū. Sed Plato è contrario ponebat, cp nihil est extra cœlū. neq; n. dicebat esse extra cœlū aliquod corpus sensibile (quia cęlū dicebat cœlo, vnde in eis nō potest esse infinitū: & propter hoc ponebat, cp infinitū esset in sensibilibus extra cœlū. Sed Plato è contrario ponebat, cp nihil est extra cœlū. neq; n. dicebat esse extra cœlū aliquod corpus sensibile (quia cęlū dicebat esse continens omnia sensibile) neq; etiā ideas, & species rerum, quas ponebat esse separatas, dicebat esse extra cœlum (quia intus, & extra significant locū) ideæ vero fm ipsum non sunt in aliquo loco (quia locus corporalium est.) Item dicebat Plato cp infinitū non solū est in rebus sensibilibus, sed etiā in illis, i. in ideis separatis, quia etiā in ipsis numeris separatis est aliquid formale, vt vnū: & aliud materiale, vt duo: ex quibus omnes numeri cōponuntur. Secundo ibi.

Vt patet 7 timæo in philo, & i colloquijs de boano.

In timæo de mundo loquens.

ARGV. *Et illi quidem par ipsum infinitum esse dicebant. hoc enim comprehensum, atque finitum ab impari, præbet hisce, quæ sunt infinitionem. Signumq; huius id esse, quod in numeris accidit. cum.n. normæ circa unum, seorsumq; ponuntur, nunc alia semper fit species, nunc una. At Plato duo infinita facit, magnum inquam ac paruum.*

Et hi quidem infinitum esse parem. hic quidē enim comprehensus, & sub impari reclusus adhibet ijs, quæ sunt, infinitatē. Signum autē huius est, quod cōtingit in numeris. circumpositis enim gnomonibus circa vnū, & extra, aliquādo quidem


Te.cō.26.

Norma vertit a valla. De gnomone 7 6. primi euclid. & 1 principio. 2.

quidem aliam fieri speciem, aliqñ autem vnam.

Te.cō.27. Plato autem duo infinita magnum et paruum.

Ostendit differentiā eorum quantum ad radicē infiniti. & dicit, cp Pythagorici attribuebāt Infinitum vni radici, s. numero pari. & hoc manifestabāt dupliciter. Primo per rationem, quia id, quod cōcluditur ab alio, et per aliud termi natur, quātum est de se habet rationem infiniti, quod autē concludit et terminat habet rationē termini: par autem numerus comprehenditur, & concluditur sub impari: si enim proponit aliquis numerus par, vndiq; diuisibilis apparet, cum vero addita vnitate, ad imparē numerum reducitur, iam quandā indiuisionem cōsequitur, ac si par sub impari constringatur. vnde videtur, cp par sit per se infinitū, et cauſet in alijs infinitatē. Ostendit etiā idem per signum. ad cuius euidentiam sciēdum est, cp in geometricis, Gnomon dicitur quadratum super diametrum cōsistens cum duobus supplementis. huiusmodi igitur Gnomon circumpositus quadrato constituit quadratū. Ex huius ergo similitudine in numeris, Gnomones dici possunt numeri, qui aliquib⁹ numeris adduntur. Est autē hic obseruandum cp, si aliquis accipiat numeros impares fm ordinē progressionis numeralis, & vnitari, quę est quadratū virtute, inquantum vnū est solum vnum, addat primum numerum imparem, s. ternarium, constituet quaternarium, qui est numerus quadratus, nā bis duo sunt quātuor. Si vero huic secūdo quadrato addatur secundus, s. quinarius, cōsurgit nouenarius, qui est quadratum trinarij, nā ter tria sunt nouem. Si autem huic tertio quadrato addatur tertius impar, s. septenarius cōsurgit sexdecim, qui est quadratū quaternarij. & sic semp per ordinatam additionē numerorum imparium resultat eadē forma in numeris, s. quadratum. Per additionem autem parium semper resultat diuersa figura. nā. si primus par, s. duo addātur vnitati, cōsurgit ternarius, qui est figurę trilaterę. si autem huic addatur secundus par, s. quaternarius, consurgit septenarius, qui est figuræ heptagonæ. & sic semper variatur figura numerorum ex additione parium. Et hoc videtur esse signum, cp vniformitas pertinet ad numerū imparem, difformitas autē, & varietas, & infinitum pertinēt ad numerum parem. et hoc est quod dicit. Signum huius, s. cp infinitum sequatur numerū parem, est hoc, quod contingit in numeris. circūpositis enim gnomonibus, i. numeris additis circa vnum. i. circa vnitatem, & extra. i. circa alios numeros, aliquando quidem fit alia species, i. alia forma numeralis, s. per additionem numeri paris: aliquando autem fit vna species, s. per additionē numeri imparis. & sic patet, quare Pythagoras numero pari attribuit infinitatem. Plato autem attribuebat duabus radicibus, s. magno et paruo. hæc enim duo secundum ipsum sunt ex parte materiæ, cui competit infinitum. Deinde cum dicit.



Vnitas primū quadratum virtute i numeris

ternarius

Gnomon in numeris addi

2. quadrati

tus secūdo quadrato.

tus tertio quadrato.

Gnomon in numeris addi-

ARGV. *Naturales autem omnes, aliam quandam semper naturam eorū, quæ elementa dicuntur, ipsi infinito supponunt, ut aquam, uel aerem, uel id, quod inter hæc medium collocatur, præter eos, qui elementa finita fecerūt. nullus.n. ipsorum infinitum facit. Qui uero elementa faciunt infinita, ut Anaxag. atq; Democritus, hi infinitum ipsum tactu continuum esse dicunt. Ille quidem ex hisce, quæ sunt similium partium, hic autē ex indiuiduis illis corpusculis, quæ figuris differunt, fiuntque generandarum semina rerum. atq; ille quidem quamuis cōgeriei partem cōgestam esse, perinde atq; totā dicebat, quia uidebat quoduis, ex quouis oriri. Hinc.n. & omnes res olim simul fuisse dixisse uidentur, ut hanc carnem, & hoc os, & quoduis simili modo. igitur & uniuersa, & simul ergo. non solū.n. in unoquoq; principium est segregationis, sed in ipso etiā uniuerso. nā, cum omne, quod fit, ex tali corpore fiat, omniumq; sit generatio, non simul tamen, atq; aliquod principium generationis esse oporteat, et id sit unum, quod ille mentem appellat, mensq; a principio quodam operetur cum intellexit. necesse est olim omnia simul fuisse, moueriq; olim cœpisse. Democritus autem non aliud ex alio primorum illorum corporum fieri dicit. ipsum tamen commune corpus omnium est principium, magnitudine partium differens, atq; figura. Patet igitur ex hisce, quæ diximus, infiniti contemplationem, ad Naturales Philosophos pertinere.*

Qui autē de natura omnes semper subijciunt alteram quandā naturam dictorum elementorū infinito, vt aquā, aut aerem, aut medium horum. Finita autem facientiū elementa, nullus infinita facit. Quicunq; autem infinita faciunt elementa, quēadmodum Anaxag. & Democritus: ille qui dē ex similibus partibus, hic autē ex omni seminario figurarū per contactum cōtinuum infinitum esse dicit. Et hic quidē quamlibet partem esse similiter mistā toto, ex eo quod videt, quod libet ex quolibet fieri. hinc etenim dicere videt, & simul aliqñ omnes res firmatas esse, vt hęc caro, & hoc os, et sic quodlibet: & omnia itaq;, et si mul igitur. Principiū.n. nō solum in vnoquoq; disgregationis, sed & omnium est. qm̄ enim omnē, quod fit, ex huiusmodi fit corpore, omniū. n. generatio præterquam cp non simul, & quoddā principium esse oportet generationis. Hoc autē est vnum, quod ille vocat intellectū. Intellectus autē ex principio quodā operatur intelligens, & cognoscens. quare necesse est simul aliqñ omnia fuisse, & incepisse moueri aliqñ. Democritus

Te.cō.28.

Te.cō.29.

autem nihil alterū ex altero fieri primorū dicit. sed tamē ipsum commune corpus omnium esse principium, magnitudine secundum partes, & figura differens. Quod quidē igitur cōueniens sit Physicis hæc speculatio, manifestum ex his.

Te.cō.30.

Ponit opiniones Naturalium Philosophorū de Infinito. Sciēdum est ergo, q̄ omnes Naturales Philosophi, qui, f. naturaliter principia rerū tradiderunt, dixerunt q̄ infinitum non est per se subsistens, sicut supra dictū est,) sed ponūt infinitum esse accidēs alicuius naturæ ei suppositæ. Qui ergo posuerunt vnum principium rātum materiale, quodcunq; sit de numero eorū, quę dicūtur elemēta: siue aer, siue aqua, siue aliquod mediū, dixerunt id esse infinitum. Qui vero secerunt plura elementa, sed finita fm numerū, nullus eorum posuit, q̄ elemēta essent infinita fm quantitatem, ipsa.n. distinctio elementorū contrariari videbat infinitati vtriusq; eorum. Sed illi, qui fecerunt infinita fm numerū, dicunt ex omnibus illis infinitis fieri quoddā vnum infinitū per contactum. Et hi fuerunt Anax. & Democritus, qui in duobus differebāt. Primo quidē in quiditate principiorum infinitorum. nā Anax. posuit illa infinita principia, esse infinitas similes partes, vt carnis, & ossis, & huiusmodi. Democritus autem ponebat huiusmodi infinita principia, esse indiuisibilia corpora, differentia fm figuras: quæ quidē corpora dicebant esse semina totius Naturæ. Alia differentia est quantum ad habitudinē horum principiorū adinuicē. Anax.n. dixit, q̄ quælibet harū partium infinitarum, esset cōmista cuilibet: sicut q̄ in qualibet parte carnis esset os, & econtra, & similiter de alijs. Et hoc ideo, quia vidēs, q̄ quodlibet fit ex quolibet: & credēs q̄ omne, quod fit ex aliquo, est in eo: syllogizauit q̄ quodlibet sit in quolibet. Et ex hoc videtur ipse affirmare, q̄ aliqñ omnes res erāt simul confuse adinuicem, & nihil erat distinctū ab alio. Sicut.n. hæc caro, & hoc os per generationē eorum cōmiscētur adinuicem, sic etiam est de quolibet alio. Omnia igitur aliqñ fuerūt simul. est tñ accipere principiū disgregationis nō solum in aliquo vno, sed in omnibus simul, quod sic probat. Quod.n. fit ex alio erat prius et cōmistum, & per hoc fit, q̄ segregat ab eo: sed omnia fiunt, licet nō simul, oportet igitur ponere vnū principium generationis omniū, non solū vniuscuiusq;. Et hoc vnum principiū vocauit intellectum, cui soli cōpetit distinguere & cōgregare, propter hoc q̄ est immistus. Quod aūt fit per intellectū, videtur habere, quoddā principium, quia intellectus, a determinato principio incipiēs, operatur. si ergo segregatio fit ab intellectu, oportet dicere, q̄ segregatio habeat quoddā principium. vnde cōcludebat, q̄ aliqñ omnia fuerūt simul, & q̄ motus, quo segregāntur res adinuicē, aliqñ inceperit, cum prius nō fuerit. sic igitur Anaxag. posuit vnū principium fieri ex altero. Sed Democritus dicit, q̄ vnum principiū non fit ex altero, sed tñ natura corporis, quę est cōis omnibus indiuisibilibus corporibus, differens fm partes, & figuras, est principiū oīum fm magnitudinē, inquātū ex indiuisibilibus ponebat cōponi omnes magnitudines diuisibiles. Et sic cōcludit, q̄ ad Philosophū Naturalem pertinet cōsyderare de Infinito. Deinde cum dicit.

ARGV.

Principium autem omnes ipsum ponunt cum ratione. impossibile est. n. aut ipsum in ratione rerum esse frustra, aut aliam ullam ipsi præter principij uim inesse. Omne. n. quod est, aut est principium, aut est ex principio. at principium infiniti nō est: esset. n. ipsius finis. Præterea ingenitū ipsum esse, corruptioneq; uacare cēsent, quippe cū sit principium quoddam. nam & quod nascitur id habeat finem necesse est, & omnis corruptionis est finis. quapropter (ut dicimus) huiusce non est principium. sed hoc, principium cæterorum esse uidetur. Et continere etiam ipsum omnia, gubernareq; dicunt. ut ij qui præter infinitum nullas alias causas faciunt, ut mentem, aut concordiam. Et hoc esse

Socra. in phædone apud Platonē ostēdit ingenitum esse debere principium.

E ipsum diuinum. est enim immortale, nec unquā perire potest, ut Anaximander, & Naturalium plurimi dicunt.

Rationabiliter autē, & principium ipsum ponūt omnes. Neq;.n. frustra possibile ipsum esse, neq; aliā ipsi ineīse potentiā, nisi sicut principiū. omnia.n. principiū sunt, aut ex principio. ifiniti autē non est principiū: esset.n. vtiq; finis ipsius. Amplius autē, & ingenitum, & incorruptibile, si est quoddā principiū. quodcunq;.n. fit, necesse est accipere finē, et finis, omnis est corruptionis. Quare, sicuti dicimus, nō est huius principium, sed hoc aliorum videtur esse, & continere omnia & gubernare: sicut affirmant quicunq; non faciunt præter infinitum alias causas, vt intellectum, aut cōcordiam. Et hoc esse debet diuinū. immortale.n. et incorruptibile est, sicut affirmāt Anaximander, & Plurimi Philosophorum.

F

Quo ad Act. intentionē dissonant a Latinis græci, vt in simplicio & Themistio est videre.

Ponit quatuor, in quibus Antiqui Philosophi cōcordabant circa infinitū. quorum primū est, q̄ omnes posuerunt infinitum esse principiū. & hoc rationabiliter. i. per probabilem rationē. non.n. possibile est, si infinitū est, q̄ sit [frustra]. i. q̄ non habeat aliquē determinatum gradum in entibus, nec potest habere aliā virtutem nisi principij. Quia omnia, quæ sunt in mūdo, vel sunt principia, vel ex principijs. infinito autē non cōpetit habere principiū, quia quod habet principiū, habet finem. vnde relinquitur q̄ infinitū sit principium. Sed attendendū est q̄ in hac ratione vtūtur æquiuoce principio, et fine. nā quod est ex principio, habet principium originis: infinito autē repugnat principium et finis quantitatis, vel magnitudinis. Secundum autē quod attribuebāt infinito est, q̄ sit ingenitū, & incorruptibile. Et hoc sequitur ex eō, q̄ est principiū. omne.n. quod fit, necesse est q̄ accipiat finē, sicut & habet principiū: & etiā cuiuslibet corruptionis est aliquis finis: finis autē repugnat infinito: esse ergo generabile, & corruptibile repugnat ifinito. Et sic patet, q̄ non est aliquod principiū infiniti, sed magis infinitum est principiū aliorum. In hoc etiam æquiuoce sumebant principiū, & finem, sicut & supra. Tertium autem quod attribuebāt infinito erat, q̄ cōtineret, & gubernaret omnia. hoc.n. videtur esse primi principij, & hoc dixerunt quicunq; nō posuerunt præter materiā, quam dicebant infinitā alias causas, agētes, ut intellectū posuit Anax. & concordiā Empe. continere.n. & gubernare magis pertinet ad principiū agens, q̄ ad materiā. Quartū aūt quod infinito attribuebāt est, q̄ esset quoddā diuinū. omne.n. quod est immortale, aut īcorruptibile, diuinū appellabāt. & hoc posuit Anaximan. & plures Antiquorū Philosophorū naturaliū.

G

LECTIO VII.

Rationes infinitum esse apparenter concludentes primo inducit, hinc nonnullis infiniti acceptionibus expositis, tria prosequitur argumenta, quibus validissime, infinitum a sensibilibus non esse separatum concluditur.

H

Esse autem infinitum in ratione rerū, ex hisce quinque maxime quispiam credet. Ex tempore. est. n. hoc infinitū. Ex magnitudinum diuisione, utuntur. n. et Mathematici infinito. Ex eo præterea, quia hoc pacto dūtaxat, generatio, et corruptio nunquā deficiet: si infinitum sit id, ex quo per ablationem, id quod nascitur sit. Insuper ex eo, quia finitum ad aliquod semper finitur. quare necesse est nullum esse finem, si aliud ad aliud semper finiri necesse est. Maxime uero proprijssimeq; ex eo quod uniuersis communem efficit dubitationem. nam, quia mens nō deficit in cogitando, et numerus, et mathematicæ magnitudines. et id quod est extra cœlum, infinitū esse uidetur. Quod si illud sit infinitum, ARGV.

nitum, & corpus infinitum esse uidetur, infinitiq; mūdi. cur. n. magis hac parte uacui q̄ hac, moles est collocanda. Quare si aliqua sit in parte, et ubiq; necesse est esse. Et insuper si sit uacuum, infinitus q̄; locus, et infinitum corpus esse necesse est. In perpetuis. n. non differunt posse, ac esse.

Te.cō.31. Eudemus fex ex causis id ostendit.

ESse autē infinitū, fides ex quinq; continget, maxime intēdentibus. Ex tēpore. hoc. n. infinitum. et ex ea quę est magnitudinū diuisione. vtuntur. n. Mathematici infinito. Amplius sic vtiq; solū nō est deficere fieri, & corrumpi, si infinitum sit. Amplius inducēdo finitum semper ad aliquid. quare necesse est ei nullum esse termi num, si semper inducere necesse est alterū ad alterum. Maxime autē, & magis proprie, quod cō munē facit dubitationē omnibus, propter id. n. quod in intellectu est, nō deficit, & numerus infinitus videtur esse, & mathematicę magnitudines, & quod est extra cœlū. Infinitum autē, cùm sit extra, & corpus infinitū videtur esse, & mūdi. quid enim magis vacuū hic, q̄ ibi? quare si quidem in vno loco, & vbiq; necesse est esse magni tudinem. Similiter autem & si vacuum est, & locus infinitus, & corpus infinitū necesse est esse. contingere. n. ab esse nihil differt in perpetuis.

Te.cō.32.

B

Positis opinionibus Antiquorum de infinito, hic incipit inquirere veritatē. Et primo obiēit ad vtraq; partē, secundo soluit ibi. [Quod quidē igitur actu corpus.] Circa primum duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendū q̄ infinitum sit, secundo ad ostendendū q̄ nō sit ibi. [Habet autem dubitationē.] Circa primū ponit quinq; rationes, quarum prima sumitur ex tempore, quod fm cōem opinionē Antiquorum infinitū erat. Solus.n. Plato generauit tēpus vt in Octauo huius dicet. Dicit ergo primo, q̄ ad ostendendum infinitū esse, ex quinq; rationibus accipi potest. & primo quidē ex tempore, quod est infinitū fm illos, qui dicebant tēpus semper fuisse, & semper futurū esse. Secunda ratio sumitur ex diuisione magnitudinū in infinitū. infinito enim in magnitudinibus vtuntur etiā Mathematici in suis demonstrationibus: quod nō esset si infinitū totaliter tolleretur a rebus. oportet igitur ponere infinitū. Tertia ratio sumitur ex perpetuitate generationis, & corruptionis fm plurium opinionē. si.n. totaliter tolleretur infinitū, non posset dici q̄ generatio & corruptio in infinitū durarent. unde oporteret dicere, q̄ qñq; totaliter generatio cessāret, quod est contra multorū opinionē. oportet ergo ponere infinitū.

C

Hæc rō (vt inquit Alex ād.) fuit epicuri.

Quarta ratio sumitur ex apparēti ratione finiti. Videtur.n. quod finitum sumatur ex aliquo alio. quia videmus apud nos omne finitū extēdi vsq; ad aliquid. demōstrato igitur aliquo corpore, si illud sit infinitum, habetur propositū. si autem sit finitum, oportebit q̄ terminetur ad aliquod aliud, & iterū illud, si sit finitū, ad aliquod aliud. aut ergo erit procedere in infinitū, aut deuenietur ad aliquod corpus infinitū, & vtroq; modo ponitur infinitū: vnde necesse est, q̄ nullus sit terminus corporū, sed semper oportet, q̄ omne finitū includat ab aliquo altero.

D

Quinta ratio sumitur ab apprehēsione intellectus uel imaginationis. Vnde dicit, q̄ illud, quod maxime facit communem dubitationē inducentem homines ad ponendū infinitum, est ex hoc, q̄ intellectus nunq̄ deficit, quin sup quodlibet finitū datum possit aliquid addere. Eximabant autē Antiqui Philosophi q̄ res responderēt apprehensioni intellectus & sensus. vnde dicebāt, q̄ omne, quod videtur, est verum. vt in Quarto Meta. dicitur. & propter hoc credebant, q̄ etiā in rebus esset infinitū. Inde est q̄ videtur numerus esse infinitus: quia intellectus cuilibet numero dato vnitatē addendo, facit aliā speciem. Et eadē ratione videtur magnitudines Mathematicæ, quæ in imaginatione cōsistunt, esse infinitę: quia qualibet magnitudine data, possumus imaginari maiorē. Et eadē ratione videtur esse extra cœlū quoddam spatiū infinitum: quia possumus imaginari extra cœlum in infinitū quasdam dimēsiones. Si autē est infinitum spatium extra cœlū, necesse videtur q̄ sit corpus infinitū, & q̄ sint mūdi infiniti. et hoc duplici ratione. prima ratio est: quia, si cōsyderetur totum spatiū infinitum, totū fm se consyderatum est vniforme. nō est ergo assignare rationē, quare magis in vna parte illud spatiū sit vacuum a corpore, q̄ in alia. si ergo in aliqua parte illius spatij inueniatur aliqua magnitudo corporalis, sicut quæ est huius mūdi, oportet q̄ in qualibet patte illius spatij inueniatur aliqua magnitudo corporalis, sicut quæ est huius mundi: & sic oportet corpus esse infinitū, sicut et spatiū: vel etiā oportet mundos esse infinitos, vt Democ. posuit. Alia ratio est ad idē ostendēdum. quia, si est infinitū spatium, aut est vacuum, aut est plenū: si est plenum habetur propositū q̄ sit corpus infinitum: si autem est vacuum, cum vacuum nihil aliud sit q̄ locus nō repletus corpore, possibile tñ repleri, necesse est, q̄ si est spatiū infinitum, sit etiā locus infinit⁹, qui posset repleri corpore: & ita oportebit corpus esse infinitū, quia in perpetuis non differt cōtingere & esse. Vnde, si contingit locū infinitū repleri corpore, oportet dicere q̄ sit replet⁹ corpore infinito. necesse ergo videt dicere, q̄ sit corpus infinitū. Secūdo ibi.

Te.cō.33.

Habet autem dubitationem ipsa contemplatio infiniti. nam, si ponatur esse, impossibilia multa sequuntur, & etiā si non esse ponatur. Præterea utronam sit modo. utrum ut substantia, an ut accidens alicui naturæ per se, an neutro modo, sed nihilominus sit infinitū, et multitudine infinita. Maxime autē ad Naturalem Philosophum pertinet, si magnitudo sensibilis infinita sit in ratione rerū consyderare.

ARGV.

Habet autē dubitationem de infinito cōsyderatio. Et nanq; nō esse ponētibus, multa impossibilia accidūt, & esse. Amplius autem qualiter est, vtrū sicut substātia, aut sicut accidēs per se alicui naturę, aut neutraliter. Sed nihilominus est īfinitū, aut īfinita multitudine. Maxime aūt Physici est cōsyderare si est magnitudo sensibilis īfinita.

Te.cō.34.

Obiēit in contrariū. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quæstionē esse dubitabilem, ne rationes præmissæ omnino verū concludere videātur. Secundo ostēdit quot modis dicitur infinitū ibi. [Primum ergo determinandum.] Tertio ponit rationes ad ostendendū infinitum nō esse ibi. [Separabile quidē igitur esse.] Dicit ergo primo, q̄ dubitatio est circa infinitū, utrum sit, uel nō sit. multa.n. impossibilia cōsequuntur ēs, qui ponunt infinitū omnino non esse, sicut ex præmissis patet: & etiā ēs, qui ponūt infinitum esse, multa accidunt impossibilia, vt ex cōsequentibus rationibus patebit. Est etiā dubitatio, qualiter infinitum sit, vtrū, scilicet sit aliquid per se existēs, sicut quædam substātia, vel sicut aliquod accidens per se conueniens alicui naturæ. aut neutro modo sit, s. neq; per se existens, sicut substantia, neq; sicut accidens per se. sed nihilominus, si est accidens, est aliquod infinitū cōtinuū, & aliqua infinita fm multitudinē. Sed maxime pertinet ad consyderationē Philosophi Naturalis, si est aliqua magnitudo sensibilis infinita. nā magnitudo sensibilis est magnitudo Naturalis. Secundo ibi.

Secūda pars. 34. te. Tex. cō. 35.

Atq; primum, determinādum est, quot modis dicitur infinitū. V no itaq; modo dicitur infinitū, quod impossibile est pertrāsire, ex eò quia nō est aptū, ut per ipsum transitio fiat, perinde atq; uox inuisibilis dici solet. Alio modo id dicitur infinitū, quod habet sine fine trāsactionē. aut quod uix, Aut quod aptum est quidem habere, non habet tamē trāsactionem, uel finem. Præterea infinitum omne, aut in appositione, aut in diuisione, aut in utrisq; consistit.

ARGV.

Primum ergo determinandū est, quot modis dicitur infinitū. Vno quidē igitur modo, quod impossibile est trāsire, ex eò ꝙ nō est aptū transiri, vt est vox inuisibilis. Aliter autē transitum habēs incōsummabilē, aut quod vix. Aut quod aptum natū est habere, non tñ habet transitum, aut finē. Amplius infinitum omne, aut est secūdū appositionem, aut ſm diuisionē, aut vtroq; modo.

Ostendit quot modis dicitur infinitū, et ponit duas diuisiones infiniti, quarum prima est cōis infinito, & omnibus priuatiue dictis. Nam sicut inuisibile dicitur tripliciter, vel quod nō est aptum natū videri, vt vox, quę nō est de genere visibilium: vel quod male videtur, sicut quod videt in obscuro, aut a remotis, vel quod natū est videri, et nō videtur, sicut quod est omnino in tenebris: sic igit, & vno modo dicitur infinitū, quod non est natum transiri. nam infinitum idem est quo intrāsibile. et hoc est, quia est de genere, intransibilium, sicut indiuisibilia, vt punctus et forma, per quē etiā modū dicitur, vox inuisibilis. Alio modo dicitur infinitū, quod quantū est de se transiri potest, sed eius transitus non potest perfici a nobis, sicut si dicatur profunditas maris esse infinita, vel si potest perfici, tñ vix, & cum difficultate, sicut si dicamus ꝙ iter vsq; in Indiam est infinitum. & vtrunq; istorum pertinet ad hoc, quod est esse male trāsibile. Tertio modo dicitur infinitum, quod est natum trāsiri, quia est de genere transibilium existens, quod tamen non habet trānsitum ad finem, ut si esset aliqua linea nō habens terminum, vel quæcunq; alia quantitas, & sic proprie dicitur infinitū. Aliam diuisionem propriam infiniti ponit ibi. [Amplius autem infinitum.] Dicens ꝙ infinitū dicitur vel per appositionem, sicut in numeris: aut ſm diuisionē, sicut in magnitudinibus: aut vtroq; modo, sicut in tempore. Tertio ibi.

ARGV. *Separabile igitur à sensibilibus infinitū esse nō potest, quod quidem ipsum sit infinitum. Nam, si infinitū ipsum neq; magnitudo sit, neq; multitudo, sed substantia, et non accidens, indiuisibile erit profectò. diuisibile enim aut magnitudinem, aut multitudinem esse constat. Si uero indiuisibile sit, infinitum non erit nisi perinde, atq; uox est inuisibilis. At neq; illi, qui dicunt infinitum esse, ipsum hoc pacto ponunt, neque nos quærimus, si sit idem itidem ipsum, sed ut habet sine fine trānsactionem. Quod si infinitum per accidens sit, non hoc elementum erit eorum, quæ sunt, quo est infinitum: quemadmodū nec ipsum inuisibile locutionis est elementum, & tamen uox est inuisibilis.*

Te.cō. 35. Separabile quidē igitur esse infinitum a sensibilibus, ipsum aliquid existens infinitū, impossibile est. Sī nāq; neq; magnitudo, neq; multitudo est, subſtantia autē ipsum infinitum, & non accidens, indiuisibile erit. diuisibile. n. aut magnitudo, aut multitudo erit. Sī aūt indiuisibile est, nō infinitū est, nihil licut vox inuisibilis. Sed neq; sic dicūt affirmātes esse infinitū, neq; nos quęrimus sed sicut intrāsibile. Sī autem secundū accidens est infinitū, non erit vtiq; elementū eorum, quæ sunt, secundum ꝙ est infinitum, sicut neq; inuisibile locutionis, quamuis vox sit inuisibilis.

Diuersi sunt, & Græci, & Latini i horum te. ipōne.

Te.cō. 36.

Prima ratio. Ponit rationes ad excludēdum infinitū. & primo ad excludendum infinitū separatum, quod Platonici posuerunt, secundo ad excludendū infinitum a rebus sensibilibus ibi. [Rationabiliter quidē igitur.] Circa primū ponit tres rationes. circa quarum primā dicit ꝙ impossibile est infinitū esse separatū a sensibilibus: ita ꝙ infinitū sit aliquid per se existens, sicut Platonici posuerunt. quia, si ponitur infinitū esse aliquid separatū, aut habet aliquā quantitatem, si, conti-

te.cō.40.

E nuam, quæ est magnitudo: aut discretā, quæ est multitudo, aut non. Si autē est subſtantia sine accidēte, quod est magnitudo, siue multitudo, oportet ꝙ infinitū sit indiuisibile: quia omne diuisibile, vel est numerus, vel magnitudo. Si autem aliquid est indiuisibile nō erit infinitū nisi primo modo, s. prout dicitur aliquid infinitū, quod non est aptum natum transiri, sicut dicitur vox inuisibilis. sed hoc est prēter intentionem præsentis quæstionis, qua quærimus de infinito: & prāter intentionē eorum, qui posuerunt infinitum: non. n. intenderunt ponere infinitū sicut indiuisibile, sed sicut intransibile, i. quod natū est transiri, & non habet transitum. Si vero infinitum non sit solum subſtātia, sed etiam habeat accidens, quod est magnitudo & multitudo cui cōpetit infinitū, & sic infinitū inest subſtantiæ, secundū illud accidēs, non erit infinitū, inquantum huiusmodi, principium eorū quæ sunt, sicut Antiqui posuerūt, sicut etiā non dicimus inuisibile esse principiū locutionis, quāuis accidat voci, quæ est principium locutionis. Secundam rationem ponit ibi.

F *Præterea, quonā pacto quippiam ipsum infinitum esse potest: si neque numerus, neque magnitudo per se esse potest: quorum per se affectus quidam ipsum est infinitum? Minus enim ipsum per se, quàm magnitudinem, aut numerum esse, neceſse est.* ARGV.

Amplius quomodo contingit aliquid esse ipsum infinitum, si vere non est, & secundum numerum, & magnitudinem, quorū est per se passio quædam infinitum? Adhuc enim minus esse neceſse est cꝫ numerum, & magnitudinem.

Et est talis. Minus est separabile & per se existens passio cꝫ subiectum. sed infinitum est passio magnitudinis, & numeri: sed magnitudo & numerus non possunt separari, & per se existere, vt in Metaphysica probatum est, ergo neque infinitum. Tertiam rationem ponit ibi.

G *Perspicuum etiam est, infinitum sic esse non posse, ut actu sit, & ut subſtantia, principiumue. nam infinitū erit quicquid ipsius accipias, si habet partes. est. n. idem esse infiniti ac infinitum, ut patet, si infinitum subſtantia sit, & non in subiecto. quare sit ut ipsum, aut indiuisibile sit, aut in infinita sit diuisibile. at fieri nequit, ut idem multa sit infinita. At uero ut pars aeris, aer est, sic & infinitum. & pars quæuis infiniti, si subſtantia quædam & principium sit, uti dicunt. Vacat igitur partibus, atq; indiuisibile est. at esse non potest, id tale, quod actu est infinitum. neceſse est. n. ipsum quantum quid esse. Per accidens igitur infinitum ipsum esse uidetur. Quod si ita sit, dictum iam est antea, non posse ipsum principium dici, sed illud cui accidit, ut aerem, aut par. Quare absurde dicunt profectò, qui tale illud esse censent, ut Pythagorici dicunt. nam subſtantiam faciunt ipsum, & simul etiā partiuntur. Verum hæc quidem forsitā inquisitio uniuersalis est magis, si posit inquā infinitum, & in Mathematicis, et in intelligibilibus, et in hisce, quæ nullā habent magnitudinem esse. Nos autem si sit in sensibilibus (de quibus doctrinam facimus) infinitū corpus incremēto, necne consyderamus, ac perscrutamur.* ARGV.

Manifestum autē & ꝙ nō cōtingit infinitum esse, sicut actu ens, & sicut subſtantiam, & principium. erit. n. quodlibet ipsius acceptū infinitū, si partibile est. infinito. n. esse, & infinitū idem est, si subſtantia infinitū est, & nō de subiecto. quare aūt indiuisibile est, aut in infinita diuisibile. multa autē infinita esse idē impossibile est. At vero sicut aeris, aer pars est, sic & infiniti, infinitū, si-

Te.cō.37.

quidem

quidem subſtantia est & principiū. impartibile A igitur, & indiuisibile est. Sed impossibile est esse actu infinitū. Quantum. n. quid neceſse est esse.

te.cō 38. Quod hic Ari. [inqr simpl.] Infinitum nec accidens esse.

Secundum accidens ergo est infinitū. sed si sic est, dictum est, ꝙ nō cōtingit ipsum, dicere principium, sed illud cui accidit, vt aerē, aut par. Quare incōuenienter vtiq; enunciant, dicentes, sicut Pythagorici dicūt. simul. n. subſtantiā faciūt infinitū, et partiūtur.

te.cō. 39. Sed fortaſsis hęc quidē est vniuersalis quęstio magis, si cōtingit in Mathematicis infinitū esse, & in intelligibilibus, & in nullā habētibus magnitudinē. Nos aūt intēdimus de sensibilibus, & de qbus facimus scientiā, vtrū in ipsis est, aut nō est corpus infinitū in augmentū.

Tertia ratio. Et dicit manifestū esse ꝙ non potest poni, ꝙ infinitū sit B in actu, & ꝙ sit sicut subſtantia quædā, & sicut principium rerum. aut. n. infinitū erit partibile, aut impartibile. si quidem erit partibile, neceſse est ꝙ quælibet pars eius sit infinitum, si infinitū est subſtantia: quia, si infinitū est subſtantia, & non dicitur de aliquo subiecto, vt accidens, oportebit ꝙ idem sit infinitū [& infinito esse]. i. essentia et ratio ifiniti. non. n. idem est id, quod est albū, et natura albi, sed id, quod est homo, est hoc quod est natura hominis. vnde oportebit ꝙ si infinitū sit subſtātia, aut sit indiuisibile, aut diuidatur in partes infinitas, quod est impossibile: quia ex multis infinitis cōponi aliquid idē est impossibile, quia oporteret infinitum terminari ad aliud infinitū. Apparet etiā non solū ex ratione, sed etiā ex similitudine, si infinitū sit subſtātia & diuidatur, oportet ꝙ quælibet pars eius sit infinita. Sicut. n. quælibet pars aeris est aer, ita & quælibet pars infiniti erit infinita, si infinitū sit subſtantia & principium. Quia, si sit principiū, oportet infinitum esse subſtantiā simplicem nō compoſitā ex partibus difformibus, sicut homo, cuius non C quælibet pars est homo. Cum ergo sit impossibile alicuius infiniti quālibet partem infinitā esse, oportebit ꝙ infinitū sit impartibile et indiuisibile. sed illud, quod est indiuisibile, non potest esse infinitū in actu: quia id quod est infinitū in actu est quantū, & omne quantū est diuisibile. sequitur ergo ꝙ, si est infinitū in actu, non sit sicut subſtantia, sed subſtatione accidentis, quod est quātitas. & si hoc sit infinitum non erit principium, sed illud, cui accidit infinitum. siue illud sit aliqua subſtantia sensibilis, ut aer, sicut posuerūt Philosophi Naturales: siue sit aliqua subſtantia intelligibilis, vt par, sicut posuerunt Pythagorici. Vnde manifestum est ꝙ inconuenienter dixerunt Pythagorici ponentes infinitum esse subſtantiā, & simul cū hoc ponentes ipsum esse diuisibile, quia sequitur ꝙ quælibet pars eius sit ifinita, quod est impossibile, vt supra dictum est. Vltimo autem dicit, ꝙ ista quæstio, quæ est, an infinitū sit in Mathematicis quantitatibus, & in rebus intelligibilibus non habentibus magnitudinem, est magis vniuersalis cꝫ sit præsens consydera tio. nos. n. aūt ēdimus ad prēsens de reb⁹ sensibilibus, de quibus tradimus Scientiā Naturalem, vtrū in ipsis sit corpus infinitum in augmentū, vt Antiqui naturales posuerunt.

LECTIO VIII.

Magnitudinem seu sensibile corpus actu infinitum dari ꝙ impossibile sit, cum logicis, tum validis naturalibus rationibus ex suppositione ostenditur.

ARGV. *Si igitur dissevendi modo consyderabimus ex hisce uidebitur infinitum non esse. nam, si ratio corporis est, superficie terminatum esse, non erit infinitum ullum, aut intelligibile, aut sensibile corpus. At uero neque numerus, ita ut separatus, ac infinitus. numerus enim omnis, & id quod numerum habet, numerabile est. si igitur fieri potest, ut ipsum numerabile numeretur, & infinitum quispiam poterit pertransire.*

te.cō. 40. RAtionabiliter quidē igitur speculantibus, ex huiusmodi videbit nō esse vtiq;. Si. n. est corporis ratio, quod planitie determinatum est, nō erit vtiq; corpus infinitū, neq; intelligibile, neq; sensibile. At vero nec nūerus sic est, sicut te.cō. 41. separatus & infinitus. numerabile. n. nūerus est, aut habēs numerū. si ergo nūerabile possibile est numerari. et ptrāsire vtiq; possibile erit infinitū.

Postq; Philosophus remouit opinionē Antiquorum, qui de infinito nō naturaliter loquebantur illud a sensibilibus separātes, hic ostēdit non esse infinitū, sicut Philosophi Naturales ponebāt. & primo ostēdit hoc per rationes logicas. Secūdo per rationes Naturales ibi. [Physicæ autē magis.] Dicuntur autē primæ rationes logicæ, nō quia ex terminis logicis logice procedāt, sed quia logico modo procedūt, s. ex cōibus et probabilibus, quod est propriū syllogismi dialectici. Ponit ergo duas Logicales rationes, in quarū prima ostēdit, ꝙ nō sit aliquod corp⁹ infinitū. Definitio. n. corporis est, ꝙ sit determinatū [planitie], i. superficie, sicut definitio lineæ est, ꝙ eius termini sint puncta. nullum autē corpus determinatū superficie est infinitū: ergo nullum corpus est infinitum: neq; sensibile, quod est corpus Naturale, neq; intelligibile, quod est corpus Mathematicū. Quod ergo dicit [rationabiliter.] exponendū est logice. Nā logica dicitur rationalis Philosophia. Secūda ratio ostēdit, ꝙ nō sit infinitū multitudine. Omne. n. numerabile cōtingit numerari, & per cōsequens numerādo transiri. omnis aūt numerus, & omne quod habet numerū, est numerabile: ergo omne huiusmodi cōtingit trāsir⁹. si igitur aliquis numerus siue separatus, siue insensibilibus existēs, sit infinitus, sequetur ꝙ possibile sit trāsire infinitū, quod est impossibile. At tendendū est autem ꝙ istæ rationes sunt probabiles, procedentes ex ⁹ns, quę cōiter dicūtur: non. n. ex necessitate cōcludunt. quia qui poneret aliquod corpus esse infinitū, nō concederet ꝙ de ratione corporis esset terminari superficie, nisi forte ſm potentiā, quamuis hoc sit probabile & famosum. Similiter qui diceret aliquā multitudinem esse infinitam, non diceret eā esse numerum, vel numerū habere. addit. n. numerus super multitudinē rationem mēsurationis. Est. n. numerus multitudo mēsurata per vnū, vt dicit in Decimo Meta., & ꝓpter hoc numerus ponit ſpecies quātitatis discretæ, nō aūt multitudo: sed est de trāscēdētibus. Secundo ibi. te.cō. 42. Id etiā & sim pl. aduerti, & Themistiꝰ cōmunia vocat, ex quibus rationes hic Philosophus.

te.cō. 11

Sed, si magis naturaliter cōtemplabimur, ex hisce, quæ deinceps dicentur, nullum infinitum corpus in ratione rerum esse uidebitur. nec. n. compoſitum esse potest, nec ſimplex. Compoſitum igitur corpus nullū est infinitum, si elementa multitudine sint finita. neceſse est. n. & plura esse, & æqualitatem inter contraria semper esse, & unum ipsorum infinitum non esse. nam si ignis quidem sit finitus, aer autē infinitus (quanquā unius corporis us, inferior est alterius ut: atq; pars ignis, æqualem aeris partē ui superat modo exceſsus aliquem subeat numerum.) tamen infinitū corpus superabit ut patet, atque finitum sanè corrumpet. Nec unumquodq; infinitum esse potest. nam corpus quidem est, quod omni ex parte dimensionem habet. Infinitū autem, quod sine fine est extensum dimensione. Quibus sit ut infinitum corpus per omnem sit dimensionem in infinitum extensum. At uero neq; potest infinitū corpus unū ac ſimplex esse, aut ſimpliciter, aut ut quidā inquiūt, id quod est prāter elementa, ex quo hæc generant. Sunt. n. qui hoc faciūt infinitum, sed non aerē, aut aquā ne ab infinito cætera corrumpantur. Habent. n. inter se contrarietatem, quippe cū aer frigidus, aqua humida, & ignis calidus sit. quorum si unū esset infinitū, cætera iā fuissent corrupta. ARGV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunc autem aliud infinitū inquiunt esse, ex quo hæc fiũt. At impossibile est, nō solum infinitum hoc esse (de hoc.n. commune quid est dicendum, de omni similiter, & aere, et aqua, et quouis alio simplici) sed etiam esse tale corpus sensibile, præter ea corpora, quæ elemẽta uocãtur. omnia nãq; in id dissoluuntur, ex quo fiunt & constant. quare præter aerem, ignem, terram, & aquam corpus hoc aliud esset. At nullum esse uidetur. neq; igitur ignis, neq; aliud quicquam elementorum infinitum esse potest. Omnino enim et absq; hoc esse inquam ipsorum aliquid infinitum impossibile est, ipsum uniuersum, aut esse, aut fieri unum quid ipsorum (si sit etiam infinitum) perinde ut Heraclitus esse rebat. Omnia dicens tandem fieri ignem. Eadem & ad illud unum accommodabitur ratio, quod præter elementa Naturales Philosophi faciunt: omne.n. ad contrarium ex contrario, ut ad frigidum ex calido, solet mutari.

Te.cõ.42. Physice autẽ magis cõsyderãtibus ex his, manifestum erit. neq; n. cõpositum possibile est esse infinitũ, neq; simplex. Compositũ quidẽ igitur non erit infinitũ corpus, si finita elemẽta sint multitudine: necesse est. n. plura esse, & æquari cõtraria semper, et non esse unũ eorũ infinitum. Si nanq; quantũcunq; deficiat, quæ in uno corpore est potẽtia a potẽtia alterius. ut si ignis finitus sit, aer autẽ infinitus. sit autẽ æqualis ignis, ad aerem æqualẽ in potentia, quantũcunq; duplicatus, solum autẽ numerum quendã habẽs, tũ manifestũ est q infinitũ excedet, & corrũpet finitũ.

Te.cõ.43. Vnumquodq; autẽ infinitum esse, impossibile est. Corpus.n. est omniquaq; habens dimensionem. infinitum aũt quod indeterminate distans est. Quare infinitũ corpus ubiq; extẽsum erit in

Te.cõ.44. infinitum. At uero neq; unũ conuenit infinitũ corpus esse & simplex. neq; sicut dicunt quidã: quod extra elemẽta est, ex quo alia generantur, neq; simpliciter. Sunt.n. quidam qui hoc faciũt infinitum, sed nõ aerem, aut aquam, ne alia corrumpãtur ab infinito: habẽt.n. adinuicem cõtrarietatem, ut aer quidẽ humidus, aqua autẽ frigida, ignis uero calidus: quorũ si esset unum infinitum, corrumperẽtur utiq; iam alia. Nũc autẽ dicũt alterum esse id, ex quo hęc sunt. Impossibile

Vide Simplicitũ circa hæc exempla.

m.cõ.45. est autẽ esse aliquod corpus huiusmodi infinitũ (de hoc.n. cõe quiddam dicendũ est, & de omni similiter, & aere, & aqua, & quolibet.) Sed primo dicendũ, q non est huiusmodi corpus sensibile extra vocata elemẽta. omne nãq; ex quo est, & resoluitur in hoc. quare esset utiq; hic corpus, præter aerẽ, & ignem, & terram, & aquã. videtur

n.cõ.46. autem nullũ huiusmodi. Neq; igitur ignẽ, neq; aliorum elementorũ ullum, contingit infinitum esse. omnino.n. & præter id, q infinitum sit aliquod ipsorum, impossibile est, si ipsum uniuersum finitum sit, aut esse, aut fieri unum aliquod ipsorum, sicut dicit Heraclitus omnia fieri aliquando ignem. Eadem autem ratio est, & de

n.cõ.47. uno, & de alio, quod faciunt extra elemẽta Physici. omne nanque mutatur ex contrario in contrarium, ut ex calido in frigidum.

Inducit rationes naturales ad ostẽdendum q non sit corpus infinitũ in actu. Circa quas consyderãdum est, q, quia Arist. nondũ probauerat corpus cœleste esse alterius essentiæ a quatuor elemẽtis: opinio autem cõis suo tempore fuerat, q esset de natura quatuor elemẽtorũ, procedit in his rationibus, ac si nõ esset aliud corpus sensibile extra quatuor elemẽta, sm suam cõsuetudinẽ. quia semper anteq; probet id, quod est sue opinionis, procedit ex suppositione opinionis aliorum cõis. Vnde, postq; probauit in Primo libro de Cœlo & Mundo, cœlũ esse alterius naturæ ab elementis, ad veritatis certitudinẽ iterat cõsyderationẽ de Infinito, ostendens uniuersaliter q nullũ corpus sensibile est infinitũ. Hic autem primo ostẽdit q non sit corpus sensibile infinitũ, supposito q sint elemẽta finita multitudine. secundo ostendit idẽ uniuersaliter ibi. [Oportet autẽ, & de omni.] Dicit ergo primo q procedẽdo naturaliter, i. ex principijs Scientiæ Naturalis, magis & certius cõsyderari poterit, q nõ sit corpus sensibile infinitũ ex ijs, quę dicẽtur. omne.n. corpus sensibile, aut est simplex, aut cõpositum. Primo ergo ostẽdit, q non sit corpus sensibile cõpositum infinitum, supposito q sint elemẽta finita secundũ multitudinem. non.n. potest esse q unum ipsorum sit infinitũ, & alia finita. quia ad cõpositionem alicuius corporis misti requiritur q sint plura elementa, & q cõtraria aliquo modo adæquẽtur, alias cõpositio permanere nõ posset: quia illud, quod esset omnino potentius destrueret alia, cum elemẽta sint contraria. si autem unum elementorũ esset infinitũ, nulla æqualitas esset alijs finitis existẽtibus, quia infinitũ improportionabiliter excedit finitũ. non ergo hoc potest esse q unũ tãtum eorum, quæ ueniunt in mistionẽ, sit infinitum. Posset autẽ aliquis dicere q illud infinitũ esset debilis virtutis. f. agẽdo, & ideo non potest uincere alia, s. finita, quæ sunt fortioris virtutis, utpote si infinitus sit aer, & finitus ignis. Et ideo ad hoc remouendum dicit, q quantũcunq; potentia unius corporis, quod ponitur infinitũ, deficiat a potẽtia alterius corporis, quod ponitur finitũ, utpote, si ignis sit finitus, & aer infinitus, necesse est tũ dicere, q aer quantũcunq; duplicatus, i. secũdum aliquẽ numerum multiplicatus, sit æqualis igni in potẽtia. si igitur potẽtia ignis esset cẽtuplo maior, q potentia aeris eiusdẽ quantitatis: si aer cẽtupletur sm quãtitatẽ, erit æqualis ei in potẽtia: & tũ aer centuplatus est multiplicatus sm aliquem numerũ determinatum, & uincitur a potentia aeris infiniti. Vnde manifestum est, q etiam potẽtia ignis, uinceretur a potẽtia aeris infiniti, & sic infinitũ excedit et corrũpit finitum, quantũcunq; potentioris naturę uideatur. Similiter etiã non potest esse q quodliber elemẽtorum, ex quibus cõponitur corpus mistum, sit infinitũ: quia de ratione corporis est q habeat dimẽsiones in omnẽ partem: nõ in longitudinem tãtum, ut linea, neq; in longitudinem & latitudinẽ solum, ut superficies. de ratione autẽ infiniti est, q habeat dimẽsiones infinitas: ergo de ratione corporis infiniti est, q habeat dimẽsiones infinitas in omnem partem. & sic nõ potest esse q ex pluribus corporibus infinitis aliquod unũ componatur, quia quodlibet occupat totum mundũ, nisi ponãtur duo corpora esse simul, quod est impossibile. Sic igitur ostẽso q corpus compositum nõ potest esse infinitũ, ostẽdit ulterius q nec etiã corpus simplex, neq; unum elementorũ, neq; aliquod mediũ inter ea, ut uapor est mediũ inter aerem & aquam. quidam.n. posuerunt hoc esse principium, ex eo alia generari dicẽtes. & hoc dicebant esse infinitũ, non autem aerẽ, aut aquam, aut aliquod aliorum elemẽtorum, quia cõtingeret alia elementa corrũpi a quocũq; ipsorũ, quod infinitũ poneretur, quia elementa habent cõtrarietatem adinuicem, cum aer sit humidus, aqua frigida, ignis calidus, terra sicca. Vnde, si unum horũ esset infinitũ, corrumperet alia, cũ cõtrarium natum sit corrumpi a cõtrario, & ideo dicũt aliqui aliud ab elemẽtis esse infinitum, ex quo sicut ex principio elementa causantur. Hanc autẽ positionem dicit esse impossibilem, non solum quan-

Arist. primũ quod sua opinionis est probet, ex aliorũ opinione procedit. te.cõ.15.

Secũda pars te.cõ.46.

quantũ ad hoc, q dicit tale corpus medium esse infinitum, quia de hoc dicetur cõis quædã ratio, tam de igne, & aere, & aqua, cũ etiam de corpore medio. Sed ex hoc ipso etiã est impossibilis prædicta positio, qa ponit aliquod principiũ elementare præter quatuor elementa. non.n. inuenitur aliquod corpus sensibile præter ea, quæ dicũtur elementa, s. aerem, aquã, & huiusmodi. sed hoc oporteret si aliquid aliud, præter elemẽta veniret in compositionẽ istorum corporũ. unumquodq;.n. compositũ resoluitur in ea, ex quibus componitur. si igitur aliquid aliud veniret in cõpositione istorum corporũ, cũ hæc quatuor elemẽta, sequeret q hic apud nos inueniretur aliquod corpus simplex, præter hæc quatuor elemẽta per resolutionẽ istorum in elemẽta. Sic igitur patet q positio præmissa falsa est quantũ ad hoc, quod possit aliquod corpus simplex præter hæc nota elemẽta. Vltrius autẽ ostendit cõi ratione q nullum elementorũ possit esse infinitũ. quia, si aliquod elementorum esset infinitum, impossibile esset totũ uniuersum esse aliud, nisi illud elemẽtum, & oporteret q omnia alia elemẽta conuerterentur in ipsum. uel iã essent conuersa in ipsum, propter excellẽtiam uirtutis infiniti super alia, sicut Heraclitꝰ dicit, q quãdoq; futurum est, q omnia cõuertantur in ignem, propter excellentem ignis uirtutem. Et eadẽ ratio est de uno elemẽtorũ, & de alio corpore, quod faciunt quidã Naturales extra elementa. oportet enim illud aliud habere contrarietatem ad elementa, cum ex eo ponantur alia generari. Mutatio autẽ non fit nisi ex contrario in contrarium, ut ex calido in frigidum, sicut supra ostensum est. Sic igitur & istud corpus medium, ratione contrarietatis destruet alia elementa.

LECTIO IX.

Corpus infinitum actu non dari quatuor astruit rationibus Anaxagoræq; deluditur opinio, qua infiniti motus ac quietis causam tetigisse arbitratus est.

ARGV. *Atque ex his etiam de quouis consyderare oportet, si possit necne, infinitum esse sensibile corpus. Ex his autem patebit infinitum sensibile corpus in ratione rerum, esse omnino non posse.*

OPortet autẽ de omni ex his consyderare, si cõtingat, aut nõ contingat, corpus infinitũ esse sensibile. Quòd aũt omnino impossibile sit corpus infinitũ esse sensibile, ex his manifestũ.

Te.cõ.48.

Postq; ostendit Philosophus nõ esse corpus sensibile infinitum facta suppositione, q sint elemẽta finita, hic ostendit idẽ simpliciter absq; omni suppositione. & primo dicit de quo est intẽtio, secundo exequitur propositũ ibi. [Aptũ.n.

Paulopostim mediate. natura est.] Dicit ergo primo q ex ijs, quæ sequũtur, oportet cõsyderare de omni corpore, nulla suppositione facta, si contingat quodcunq; corpus naturale esse infinitũ. & ex sequẽtibus rationibus manifestum fiet, q non. Secundo ibi.

ARGY. *Omne nanq; sensibile corpus aptum est alicubi esse, atque locus est quidam cuiusq;, et idem est totius, ac partis, ut totus terræ uniusq; glebæ: et ignis item, atq; scintillæ.*

Aptum enim natura est omne sensibile, alicubi esse, & locus aliquis est uniuscuiusq;, & idem partis, & omnis est ut totius terræ, & unius glebæ: & ignis, & scintillæ.

Te.cõ.53. Te.cõ.54. Te.cõ.55.

Ostendit propositũ quatuor rationibus. Secũda incipit ibi. [Omnino autẽ manifestum.] Tertia ibi. [Amplius omne corpus sensibile est.] Quarta ibi. [Simpliciter autẽ & si impossibile.] Circa primã rationem tria facit. primo præsupponit quędã necessaria ad rationẽ. secundo ponit rationem ibi. [Quare si quidẽ eiusdem speciei. [Tertio excludit

Secũda parte 48.te. Te.cõ.50. falsam opinionẽ quandã ibi. [Anaxag. autẽ inconuenienter.] Præmittit ergo tria. quorũ primũ est, q omne corpus sensibile habet aptitudinẽ naturalem, ut sit in aliquo loco. Secundũ est, q cuilibet corpori naturali cõuenit aliquis locus locorũ, qui sunt. Tertium est, q idẽ est locus naturalis, totius & partis, sicut totius terræ, & unius glebæ, & totius ignis, & uni⁹ scintillæ. & huius signũ est, q in quacũq; parte loci totius ponaẽ pars corporis, quiescit ibi. Secũdo ibi.

Quare si infinitum partium sit simiIiũ, immobile erit, aut semper feretur. At id fieri nequit. cur.n. deorsum magis quam sursum, aut ad quemuis locum mouebitur? dico autem si sit gleba, quorsum hæc mouebitur, aut ubi manebit? corporis enim eiusdem formæ locus est infinitus: occupabit ne igitur totũ locum? At quomodo fieri potest? Quæ nam igitur ipsius quies, aut ubi nam erit? et quis præterea motus, an ubiq; manebit? non ergo motu ciebitur. An omnem ad locũ mouebitur? nõ ergo quiesceт inquã, ac stabit. Sin uero sit dissimilium partium, dissimilia etiam erũt & ipsa loca. At q; primo quidem ipsius uniuersi corpus, non erit unum, nisi tãctu. deinde partes, aut sunt infinitæ specie, aut finitæ. at finitæ nequeunt esse. erunt.n. aliæ quidẽ infinitæ, aliæ uero nõ infinitæ. si uniuersum est infinitum, ignis inquam, uel aqua. Tale autem corruptio est cõtrarijs ipsis, ut antea diximus. Et ob hoc nemo Naturalium infinitum ipsum unumq; ignem aut terram fecit, sed aut aerem, aut aquam, aut id, quod inter ipsa mediũ collocarunt. quoniam illorum quidem locus manifeste erat determinatus, atq; distinctus: hæc autem utroq; in loco, in supero inquam ac infero esse possũt. At neq; etiam infinitæ, nam, si sint infinitæ ac simplices, et loca erũt infinita profectò, & infinita etiam elementa. Quòd si hoc esse nequeat, sint quę ipsa loca finita, & totum ipsum finitũ esse necesse est. fieri nanq; non potest, ut non æqua sint locus, & corpus. neq; enim locus maior esse potest, quam ipsum corpus, neque corpus maius, quam ipse locus. nam aut uacuum aliquid erit, et corpus insuper infinitum non erit. aut corpus quippiam erit, quod nusquam aptum est esse.

Tanze alo. Simplicer. circa ly eiusdem speciei.

Quare si quidẽ sit eiusdẽ speciei, aut immobile erit, aut semper mouebit. Et impossibile est: quid.n. magis deorsum, aut sursum, aut quouis? dico autem ut si gleba sit alicubi, ipsa qua mouebitur, aut ubi manebit? locus.n. infinitus erit sibi, & cognati sibi corporis. utrum igitur cõtinebit

* a.l. totius. totum locũ? & quomodo? Quæ igitur & ubi quies, & motus ipsius? an ubiq; manebit? nõ ergo mouebitur. An ubiq; mouebitur? non ergo stabit. Si autẽ dissimile est omne, dissimiles & loci sunt. et primũ quidem non unũ corpus uniuersi est, nisi tãgendo. Postea aut finita hæc erũt, aut infinita specie. & finita quidem non esse possunt. erunt.n. alia quidem finita, alia uero non, si omne infinitũ est, ut ignis, aut aqua. Corruptio autem huiusmodi in cõtrarijs esset (licut dictum est prius.) Et propter hoc nullus Naturaliũ unũ, & infinitum ignẽ facit, neq; terrã, sed aut aerem, aut aquã, aut ipsorum mediũ. quia locus utriusq; manifestus erat, & determinatus. hæc aũt utroq; participãt, eo, qui sursum, & eo, qui deorsum. Si autẽ infinita, & simplicia sunt, & loci infiniti, & elemẽta infinita erũt. si autẽ hoc impossibile est, & loci finiti sunt, & totum finitum esse necesse est. Impossibile enim est non æquari locum, & corpus. Neque enim locus omnis maior est, cũ quantumcunque contingit corpus simul esse,

Te.cõ.49.

Simi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demõstratio hæc fan Simpl. Iampridẽ & ostẽdit nullũ sublunare corpus infinitum esse.

Similiter autem neq; infinitũ erit corpus, neque corpus motus q; locus. Aut.n. vacuũ erit aliquid: aut corpus nusquam aptum natum est esse.

Ponit rationem, quę talis est. Si ponatur aliquod corpus infinitũ, aut oportet q; totũ sit vnius speciei cum suis partibus, sicut aqua vel aer: aut q; habeat partes dissimiliũ specierum, vt homo, aut plãta. si habet omnes partes unius speciei, sequitur fm præmissã, q; vel sit totaliter immobile, & nunq; moueatur, aut q; semper moueatur, quorũ vtrunq; est impossibile: quia per alterũ horum excluditur quies, & per alterũ motus a rebus naturalibus, & vtroq; modo tollitur ratio naturę, cum natura sit principiũ motus et quietis. Quod autẽ sequatur, q; sit vel totaliter mobile, vel totaliter quietum, probat cõsequenter per hoc, q; nõ esset assignare rationem, quare aliquid magis sursum aut deorsum moueretur, aut in quãcunq; partẽ. & hoc manifestat per exẽplũ. ponamus.n. q; totũ illud corpus infinitũ, simile in partib⁹, sit terra, non erit assignare quo aliqua gleba terræ moueat, vel vbi quiescat. quia quãlibet partem loci infiniti occupabit aliquod corpus sibi connatũ. i. eiusdẽ speciei. Nunquid igitur potest dici q; una gleba moueat ad hoc, q; cõtineat. i. q; occupet successiue totũ locum infinitũ, sicut Sol mouet, vt sit ī quælibet parte zodiaci circuli? Et quomodo poterit hoc esse, vt vna gleba terræ pertrãseat per omnes partes infiniti loci? nihil autẽ mouet ad impõssibile. si igitur impossibile est q; gleba moueatur ad occupandũ totum locũ infinitum, vbi erit quies eius, & vbi motus eius? aut.n. oportet q; semper quiescat, & sic nunquã moueatur: aut q; semper moueatur, & sic nunq; quiescat. Si autẽ detur alia pars diuisionis. s. q; corpus infinitũ habeat partes dissimiles fm speciem, sequitur etiã q; dissimilia sint loca diuersarũ partiũ. alius est.n. locus naturalis aquæ, & alius terræ. Sed ex hac positione sequitur primo, q; corpus totius infiniti non sit vnũ simpliciter, sed fm quid, s. fm contractũ: & sic non erit vnum corpus infinitũ (vt ponebatur.) Et, quia posset aliquis nõ reputare hoc inconueniens, subiungit aliã rationẽ contra hoc, & dicit, q; si totũ infinitum cõponitur ex dissimilibus partib⁹, necesse est q; huiusmodi partes dissimiles fm speciem, aut sint specierũ finitarum aut infinitarum fm numerum. nõ autẽ potest esse, q; sint finitarum specierum, quia oportebit, si totũ est infinitum, q; quędã sint finita fm quantitatem, & quædã infinita. aliter.n. ex finitis numero posset cõponi infinitum. hoc autẽ ponere, sequitur q; illa, quæ sunt infinita corrũpant alia propter contrarietatẽ (vt prius dictũ est in præcedenti ratione.) Et ideo etiam nullus Antiquorũ Naturalium Philosophorum vnum principiũ (quod dixit esse infinitum) posuit ignẽ, vel terrã, quæ sunt extrema, sed magis aquã, vel aẽrẽ, vel aliquod mediũ: quia loca illorum erat manifesta, & determinata, s. sursum & deorsum. nõ sic autẽ est de alijs, sed terra est deorsum respecta eorum, et ignis sursum. Si vero aliquis accipiat aliã partẽ, s. q; corpora partialia sint infinita fm speciẽ, sequitur etiã q; loca sint infinita fm speciẽ, et q; elemẽta sint infinita. si autẽ hoc est impossibile, q; elemẽta sint infinita, vt in primo probatum est, & q; loca etiã sint infinita, cum non sit possibile inuenire infinitas species locorũ, necesse est q; totum corp⁹ sit finitum, &c, quia cõcluserat ex infinitate corporum infinitatem locorũ, subiungit q; impossibile est nõ æquari corpus ad locum, quia nõ potest esse, q; sit locus maior, q̃ contingit esse corpus, nec; corpus potest esse infinitum, si locus non est infinitus, & nec; corpus potest esse maius q̃ locus, quocunq; modo: quia, si locus sit maior q̃ corpus, sequitur q; sit vacuũ alicubi. aut, si corpus sit maius q̃ locus, sequitẽ q; aliqua pars corporis non sit in aliquo loco. Tertio ibi:

ARGV. *Anaxagoras autem absurde de infiniti quiete dicit: firmare enim infinitum seipsum, dicit, idq; ex eo fieri; quia est in seipso. Nihil enim aliud ipsum continet.*

Tex.cõ.58. Anax. autẽ, incõuenienter dicit de infiniti mãsiõe, sufleire.n. ipsum seipsum, dicit infinitũ. hoc autẽ est, qa in seipso est. (Aliud.n. cõtinet nihil.)

E Excludit quendã errorẽ. & primo ponit ipsum & dicit, q; Anax. dixit infinitũ quiescere. sed inconuenienter assignauit rationẽ quietis eius. dixit.n. q; fulcit, i. sustentat infinitum, seipsum, quia est in se, & non in alio, cum nihil ipsum contineat, & sic non possit extra se moueri. Secundo ibi.

ARGV. *Quasi ubi quippiam sit, ibi esse aptum consistere. Hoc autem uerum non est. esse.n. alicubi ibi quippiam potest, non ubi aptum est esse. Quamuis igitur quam maxime totum non moueatur (id enim, quod in seipso firmatur, & in seipso est, immobile necesse est esse.) dicat tamẽ ipse oportet, cur non est aptum moueri. Non.n. sat est hoc dixisse, pacto, ac euasisse. fieri.n. potest ut non moueatur, & quod uis aliud corpus. sed nihil prohibet aptum esse moueri. Et terra nanq; non fertur, nec si infinita etiam esset, ex eo tamen quia medio coerceretur. Non enim quia nõ est aliud, ad quod fertur, in medio ipso quiescet, sed quia non hoc modo est apta ferri. Et tamen liceret dicere, seipsam terrã firmare. Quod si neq; terra si infinita esset, hæc esset causa, sed grauitatem habere (graue autem in medio suapte natura quiescere solet) similiter & infinitum in seipso quiescit, ob aliquam aliam causam. Et non ex eo, quia est infinitum, & seipsum firmat.*

Tex.cõ.51. Simpl. hoc in loco a naxag. femẽtiã tuet. Tanẽ vbi vtiq; aliquid sit, aptũ natum sit ibi esse. Hoc autẽ nõ verum est. erit.n. aliquid alicubi & non vbi aptum natũ est esse. Si igitur, quia maxime nõ mouetur totum (in seipso quod. n. fulcitur, & in seipso est, imobile esse necesse est.) sed quare nõ aptum natum sit moueri, dicẽdum est. nõ enim sufficiẽs est sic dicentẽ euadere. Erit enim vtiq; & quodlibet aliud non motum, sed aptum natum esse nihil prohibet: qm̃ & terra nõ fertur, neq; si infinita esset ferretur, coercita tamen a medio. Sed nõ quia nõ est aliud ibi mutatur: manebit ī medio: sed nõ mouebitur: quia nõ apta nata est sic: sed tñ licebit vtiq; dicere, qa fulcit seipsam. Si ergo neq; ī terra hæc causa est, cũm sit ifinita, sed quia grauitatem habet (graue autẽ manet in medio) similiter & infinitum manet vtiq; in seipso, propter aliã quãdam causam, sed nõ qa infinitũ est, et fulcit ipsum, et seipsum.

Tex.cõ.52. Improbat rationibus duabus, quod dictũ est. quarũ Prima est, q; Anaxa. sic assignauit rationẽ de quiete infiniti, ac si vbi aliquid sit, ibi sit aptũ natum esse: quia ex hac sola ratione dixit infinitũ quiescere, quia est in seipso. Sed hoc nõ est verũ q; vbi aliquid est, ibi semper aptum natum sit esse: quia aliquid est alicubi per violentiam, et non naturaliter. Quamuis igitur hoc maxime verum sit q; totũ infinitum nõ mouetur, quia sustẽtatur & manet in seipso, & sic est immobile. sed tñ dicendũ erat, quare nõ est aptum natum moueri. non.n. potest aliquis sic euadere dicẽs, q; non mouetur infinitũ: quia eadẽ ratione. & de quolibet alio nihil prohibet q; nõ moueatur: sed fit aptũ natũ moueri: quia &, si terra esset infinita, sicut nunc nõ fertur qm̃ est in medio, ita & tunc nõ ferretur quantum ad partẽ, quæ esset in medio, sed hoc nõ esset, quia nõ haberet aliquid aliud vbi sustentaret nisi in medio: sed quia nõ habet aptitudinẽ naturalem, vt a medio moueatur. Si ergo ita est in terra, q; non est causa, quare quiescat in medio, qa est infinita, sed quia habet grauitatem ex qua nata est manere in medio: similiter de quocunque alio infinito assignanda est causa quare quiescat, & non quia est infinitum, vel quia fulcit seipsum. Aliam autem rationem ponit ibi.

Et in-

ARGV. *Et insuper patet & quamuis ipsius partem, eodem modo quiescere oportere. nam ut infinitum in seipso manet, seipsum firmans, sic & omnis ipsius pars, quamcunq; acceperis, in seipsa manebit. Loca nanq; totius ac partis, speciei esse eiusdem constat. totius enim terræ glebæque idem est locus qui est inferius, & etiam ignis totius atq; scintillæ, qui est superius. Quare, si infiniti sit locus in seipso esse, & partis idẽ erit profectlo. Quælibet ergo in seipsa manet.*

Similiter autẽ manifestũ, q; & si sit: quælibet pars oportebit manere. sicut.n. infinitũ in seipso manet, se fulciẽs, sic & si quælibet pars accipiat, in seipsa manebit. totius.n. & partis similes loci sunt, sicut terræ, & glebæ deorsum: & oĩs ignis, & scintillæ sursum. Quare, si infiniti locus quod in seipso, & idem partis, manebit ergo in seipsa.

Et dicit q; si totum infinitum quiescit, quia manet in seipso, sequitur, q; quælibet pars ex necessitate quiescat, quia manet in seipsa. idem enim est locus totius & partis, vt dictum est, vt ignis & scintillæ sursum: & terræ & glebæ deorsum. si ergo totius infiniti locus est ipsummet, sequetur, q; quælibet pars infiniti maneat in seipsa, sicut in proprio loco. Secundam rationem ponit ibi.

ARGV. *Omnino autem patet fieri non posse ut corpus infinitũ in ratione rerum ponatur, & locus corporibus tribuatur, si corpus omne sensibile, aut graue sit, aut leue. at graue quidem ad mediũ suapte natura feratur, leue uero similiter supera loca petat. Et infinitum.n. hanc eandẽ naturæ subeat legem, necesse est. At fieri nequit, ut aut totũ graue sit, aut leue: aut dimidium graue, dimidium graue. quo nanq; modo diuides illud, aut quo pacto ipsius infiniti, hæc quidẽ pars supra, hæc autem infra: uel ultima, uel media erit?*

Tex.cõm.53. Omnino aũt manifestũ est q; impossibile est, simul infinitum dicere corpus, & locum quendã corporibus esse, si omne corpus sensibile aut grauitatem habet, aut leuitatem. Et, si graue quidem est, in medium natura habet ferri, si vero leue, sursum. necesse est enim & infinitum corpus. Impossibile autem, aut omne vtrũlibet, aut medium vtrunq; sustinere. Quomodo. n. diuides, aut quomodo infiniti erit hoc quidem sursum, illud autẽ deorsum, aut vltimum, aut medium?

Secũda ratio. Et dicit, q; omnino manifestũ est, q; impossibile est dicere esse infinitũ corpus in actu, & q; cuiuslibet corporis est aliquis locus: si omne corpus sensibile, aut habet grauitatẽ, aut leuitatem, sicut Antiqui dixerũt ponẽtes infinitũ. quia, si sit corpus graue, oportet q; naturaliter ferat deorsum, s. ad medium: si aũt sit leue, necesse est q; ferat sursum. Si ergo sit aliquod infinitũ corpus sensibile: necesse est, q; etiam in corpore infinito sit sursum, & mediũ. sed impossibile est q; totum infinitum sustineat in se vtrũlibet horum, scilicet sursum & medium: vel etiam, q; sustineat vtrunq; secundum diuersas medietates. quomodo enim infinitum poterit diuidi, vt vna pars eius sit sursum, & alia deorsum: vel q; in infinito sit vltimum & medium? Non est igitur corpus sensibile infinitum. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGV. *Præterea omne corpus sensibile est in loco. loci uero species, ac differentiæ sunt supra, & infra, ante, et retro, dextrum, atq; sinistrum. atq; hæc non solum nostra ex parte sunt, positioneue, sed in ipso etiam toto distincta sunt: atq; hæc esse in infinito non possunt.*

Tex.cõ.54. Amplius omne corpus sensibile in loco est. loci autem species, & differentiæ, sursum, & deorsum, ante, & retro: dextrorsum, & sinistrorsum. Et hæc nõ solum ad nos, & positione sunt, sed in ipso toto determinata sunt. impossibile autem in infinito hoc esse.

Et dicit, q; omne corpus sensibile est in loco. Differentiæ autem loci sunt sex, sursum, deorsum, ante, & retro, dextrorsum, & sinistrorsum, quæ quidẽ sunt determinata non solũ quo ad nos, sed etiã in ipso toto Vniuerso. Determinantur enim secũdũ se huiusmodi positiones, in quibus sunt determinata principia, & termini motus: vnde in animatis determinãtur sursum & deorsum, secundũ motum alimenti: ante & retro secundũ motũ sensus: dextrorsum & sinistrorsum fm motum processiuũ, cuius principiũ est a parte dextra. In rebus autẽ inanimatis, in quibus nõ sunt principia determinata horũ motuum, dicitur dextrorsum et sinistrorsum per cõparationem ad nos. dicitur.n. columna dextra, quæ est ad dextram hominis: & sinistra, quę est ad sinistrã. Sed in toto vniuerso determinantur sursum & deorsum secundum motũ grauium, et leuium: fm autem motum cœli determinatur dextrum oriens, sinistrum occidẽs, ante vero hemisphęriũ superius: retro vero hemisphęriũ inferius: sursum vero meridies, deorsum vero septẽtrio. Hæc autem nõ possũt determinari in corpore ĩfinito. Impossibile est ergo totũ vniuersum esse infinitũ. Quartã rationem ponit ibi.

Tertia ratio.

Alexã. aduersus Anonimum epicureũ. estimat hãc differẽtias nõ esse quo ad nos ni pr⁹ vniuerso. ieeddã natura fuisse.

ARGV. *Atq; simpliciter si locus infinitus esse non possit, sitq; omne corpus in loco, et in ratione profectlo rerum, infinitũ corpus esse nõ potest. At uero quod alicubi est, in loco est: & quod in loco est, alicubi est. ut igitur infinitũ quantitatis rationẽ subire non potest (nam quãtum fuerit quoddã, ut bicubitum aut tricubitũ, hæc.n. significat ipsum quantum sic, & quod est in loco id alicubi sanè est. At id, aut supra, aut infra, aut in aliqua alia sex differentiam esse significat, quarum unaquæq; finis est quidam, ut constat.*

Tex.cõ.55. Simpliciter autẽ, si impossibile est locum esse infinitum: in loco autẽ omne corpus est impossibile est infinitum esse aliquod corpus. At vero quod alicubi est & in loco est, & quod ī loco est, alicubi est. Si igitur neq; quantitatẽ possibile est infinitã esse (quantum.n. aliquid erit, vt bicubitum, aut tricubitum, hæc.n. significant quãtum) sic in loco, quia alicubi, hoc est autẽ, aut sursum, aut deorsum, aut in aliqua distãtia: quæ sunt sex. horum autẽ vnumquodq; terminus aliquis est.

Et dicit, q; si impossibile est esse locũ infinitum, cum omne corpus sit in loco, sequitur q; impossibile sit esse aliquod corpus infinitũ. Sed q; impossibile sit esse locũ infinitum, sic probat. quia hæc duo conuertuntur, esse in loco, & esse in aliquo loco, sicut & esse hominem, et esse aliquem hominem: & esse quantitatem, & esse aliquam quantitatem. sicut igitur impossibile est esse quantitatem infinitam, quia sequeretur aliquam quantitatem esse infinitam, vt bicubitum, et tricubitum, quod est impossibile: ita impossibile est esse locum infinitum, quia sequeretur aliquem locũ infinitũ esse, vel sursum, vel deorsum, & huiusmodi: quod est impossibile, eũ quodlibet eorũ significet quendam terminũ, vt dictum est. Sic ergo nullum corpus sensibile est infinitũ.

LECTIO X.

Propria ex sententia actu infinitum non reperiri demonstrat: diuersorum item infinitorum communia ac propria insinuans, quonammodo potentia infinitum esse dicatur, concludit.

ARGV. *Patet igitur ex hisce, quæ diximus, infinitũ corpus in ratione rerum, actu non esse. At qui constat impossibilium euenire complura, si non sit simpliciter infinitum. Tempo-*

ris

ris enim erit aliquod principium, atque finis. & magnitudines, non erunt in magnitudines diuisibiles. numerus etiã infinitus non erit. Cum igitur his hoc pacto determinatis neutra pars aſserenda eſse uideatur, arbitro profecto, moderatoreque eſt opus. Atque patet partim non eſse.

Te.cõ.56. QVod quidẽ igitur actu corpus non ſit infinitum, manifeſtum ex his. Quod autem, ſi ſit non ſit infinitum, ſimpliciter multa impoſſibilia accidãt, manifeſtum eſt. Temporis. n. erit quoddã principium & finis. Et magnitudines nõ diuiſibiles in magnitudines. Et numerus nõ erit infinitus. Cum autem determinatur ſic, neutro modo videſ cõtingere, ob hoc videlicet eſt manifeſtum, q̃ ſic quidem eſt, ſic autem non.

Poſtquã Philoſophus diſputatiue proceſsit de infinito, F
hic incipit determinare veritatẽ. & primo oſtẽdit an ſit in-
finitum. ſecũdo quid ſit ibi. [Accidit autem contrarium.]
Prima diuiditur in duas. In prima oſtẽdit quomodo infini-
tum ſit. In ſecunda cõparat diuerſa infinita adinuicem, ibi.
[Aliter autẽ in tempore.] Circa primum tria facit. Primo
oſtendit, q̃ infinitũ quodãmodo eſt & quodãmodo nõ eſt.
Secũdo determinat, q̃ eſt in potẽtia, & nõ eſt ſicut actu ens
ibi. [Dicitur igitur.] Tertio manifeſtat quomodo ſit in po
tentia ibi. [Non oportet autẽ potentia ens.] Dicit ergo pri
mo q̃ ex præmiſſis manifeſtũ eſt, q̃ nõ ſit aliquod corpus
infinitũ in actu. Itẽ ex iſs, quæ ante dicta ſunt, manifeſtũ eſt
q̃, ſi infinitũ ſimpliciter nõ ſit, q̃ multa ſ̃poſsibilia accidũt.
Quorum vnũ eſt, q̃ tẽpus habebit principiũ & finẽ, quod
reputatur inconueniens ſm ponentes æternitatem mundi.
Et iterum ſequetur, q̃ magnitudo non ſemper ſit diuiſibilis
in magnitudines: ſed quandoq; deuenietur per diuiſionem
magnitudinum ad quædam, quę non ſunt magnitudines.
ſed omnis magnitudo eſt diuiſibilis. Item ſequetur, q̃ nu-
merus non augeatur in infinitum. Quia igitur ſm determi
nata, neutrum videtur contingere: neque, ſ. q̃ infinitum ſit
actu, neq; q̃ ſimpliciter nõ ſit, neceſſe eſt dicere q̃ quodam
modo eſt, quodammodo non eſt. Secundo ibi.

ARGY. *Dicitur itaq; quippiã eſſe: aliud aut potẽtia, aliud actu, & infinitum eſt additione, ac etiam diuiſione. Magnitudo autem actu quidẽ infinita nõ eſt, uti diximus: diuiſione autem eſt. Non eſt. n. difficile lineas indiuiduas è medio tollere. Reſtat igitur infinitum in ratione verum potentia eſſe.*

Dicitur igitur eſſe aliud quidẽ potentia, aliud
vero actu. Et infinitum eſt quidẽ apoſitione, eſt
autẽ & ablatione. Magnitudo autẽ, quod quidẽ
actu nõ ſit infinita: dictum eſt. diuiſione autem
eſt. Non enim difficile deſtruere indiuiſibiles li-
Te.cõ.57. neas. Relinquitur igitur potentia eſſe infinitũ. H

Oſtendit q̃ infinitũ eſt ſicut potentia ens. & dicit, q̃ ali-
quid dicitur eſſe in actu, & aliquid dicitur eſſe in potentia.
Infinitum autẽ dicitur eſſe per appoſitionẽ, ſicut in nume-
ris vel per ablationẽ, ſicut in magnitudinibus. oſtẽſum eſt
enim q̃ magnitudo nõ eſt actu infinita: & ſic in magnitu-
dinibus per appoſitionẽ infinitũ non inuenitur, ſed per di-
uiſionẽ in eis inuenitur infinitũ. Non. n. eſt difficile deſtrue
re opinionẽ Ponentium indiuiſibiles eſſe lineas. Vel ſecun-
dum aliam literam, non eſt difficile partiri atomas lineas, i.
oſtendere lineas, quas quidam ponũt indiuiſibiles, eſſe par
tibiles. Dicitur autem infinitum in appoſitione vel diuiſio
ne ſecundum q̃ poteſt apponi, vel diuidi. Relinquitur igi-
tur q̃ infinitum ſit tanquam in potentia ens. Tertio ibi.

ARGY. *Non oportet autem infinitum potentia ſic accipere, ut actu tandem euadat, quemadmodum ſit poteſt hoc ſtatua eſſe, erit hoc ſtatua tandem. Sed, cum multipliciter quippiam eſſe dicatur, perinde eſt infinitum, ut dies eſt, atque ludus: ex eo quia ſit aliud, atque aliud ſemper. Nam in his eſt eſſe potentia, atque actu. Eſt enim olympicus ludus, et quia fieri poteſt, & quia ſit.*

Non oportet autẽ potentia ens accipere, ſicut
ſi poſsibile ſit hoc, ſtatuã ẽs eſſe, quod et erit hoc,
ſtatua: ſic & infinitum: quod erit actu. Sed q̃n
multipliciter eſt eſſe, quẽadmodum dies & agon
in ſemper aliud & aliud fieri, ſic et infinitum eſt.
Et nãq; in his eſt, & potentia, & actu. Olympia
n. ſunt, & in poſſe agonẽ fieri, & in eo quod fit.

ὁ ἀγὼν ὥνος certamen, ludus & dicitur ἀπὸ τοῦ ἀγωνίζω, q̃d eſt certo. ὁλύμπια.

Oſtendit quomodo infinitũ ſit in potẽtia. Dupliciter. n.
inuenitur aliquid in potentia. Vno modo ſic q̃ totũ poteſt
reduci in actũ, ſicut poſsibile eſt hoc æs eſſe ſtatua, quod ali
q̃n erit ſtatua. non autẽ ſic dicitur eſſe infinitũ in potentia.
Alio modo aliquid dicitur in potentia eſſe, quod poſtea ſit
actu ens, non quidẽ totum ſimul, ſed ſucceſſiue. Multipli-
ter. n. dicitur aliquid eſſe, vel quia totũ eſt ſimul, vt homo
& domus, vel quia ſemper vna pars eius ſit poſt aliam, per
quem modũ dicitur eſſe dies, & ludus agonalis. Et hoc mo
do dicitur infinitũ eſſe ſimul, & in potentia, & in actu. om-
nia. n. huiuſmodi ſimul ſunt in potẽtia, quantum ad vnam
partem et actu quantũ ad aliam. olympia. n. id eſt feſta ago
nalia, quæ celebrabantur in monte Olympo dicuntur eſſe,
& durare ſm agones, vel poſſe fieri in actu: quia quandiu
durabant iſta feſta, aliqua pars illorum ludorum erat in fie
ri, & aliqua erat vt in futurum fienda. Deinde cum dicit.

Patet autem infinitum in tempore diuerſo modo, & in hominibus, & in diuiſione magnitudinum eſſe. ARGY.

Aliter autem, & in tẽpore manifeſtum quod
infinitum, & in hominibus, & in diuiſione ma-
gnitudinum.

Comparat diuerſa infinita adinuicẽ. Et primo cõparat G
infinitum tẽporis & generationis infinito, quod eſt in ma-
gnitudinibus. Secũdo cõparat infinitũ ſm appoſitionem,
& infinitum ſm diuiſionẽ in magnitudinibus, ibi. [Quod Tex.cõ.59.
autem ſecundum appoſitionem.] Circa primum tria facit.
Primo proponit quod intendit, & dicit, q̃ aliter manifeſta-
tur infinitum in generatione hominum & in tempore, &
aliter in diuiſione magnitudinum. Secundo ibi.

Omnino nanq; hoc modo eſt infinitũ, ut ſemper aliud, aliudq; ſumatur, et id quod accipitur ſit quidem finitum, at aliud atque aliud ſemper. Quare non oportet infinitum perinde accipere, atque hoc aliquid, ut hominem aut domum. ſed ut dies dicitur, atq; ludus, quorũ eſse nõ ſubſtantia quædã eſt ortum: ſed in generatione ſemper corruptio neq; conſiſtit finitum quidem, at aliud atq; aliud ſemper. ARGY.

Omnino quidem. n. ſic eſt infinitum, in ſem-
per aliud, & aliud accipiẽdo: & acceptum quidẽ
ſemper eſſe finitũ, ſed ſemper alterũ, & alterum.
Quare infinitum non oportet accipere ſicut hoc Te.cõ.58.
aliquid, vt hominẽ, aut domum: ſed ſicut dies di In ipſo ſtatim principio te. deficit aliquid q̃ in ſimpli. litera habet. hæc videlicet verba. Amplius ipſum eſſe multipliciter dicitur.
citur, & agon, quibus eſſe, nõ ſicut ſubſtãtia quę
dam factũ eſt, ſed ſemper in generatione, aut cor
ruptione finitum, ſed ſemper alterum, & alterũ.

Oſtendit q̃d ſit cõe omnibus infinitis. & dicit, quod hoc
omnino, & vniuerſaliter in omnibus infinitis inuenitur, q̃
infinitum eſt in ſemper aliud & aliud accipiẽdo ſm quãdã
ſucceſsionẽ, ita tñ q̃ quicquid accipitur in actu de infinito,
totum ſit finitũ. Vnde nõ oportet accipere q̃ infinitũ ſit ali
quid totũ ſimul exiſtens, ſicut hoc aliquid demonſtratum,
ſicut accipimus hoſtem, vel domũ, ſed ſicut ſunt ſucceſsiua,
vt dies, & ludus agonalis, quorũ eſſe nõ eſt hoc modo, q̃ali
quid eorũ ſit ſicut quædã ſubſtantia perfecta tota actu exi-
ſtens. Secũda parte te. 60. in tertia parte.

ſtens. In generatione autẽ, & corruptione, etſi in infinitum A
procedat, ſemper illud quod accipit in actu, eſt finitũ. in to-
to. n. decurſu generationis, etiã ſi procedatur in infinitũ, &
omnes homines, qui ſimul accipiunt ſunt finiti ſecũdũ nu-
merũ: et huiuſmodi finitũ oportet accipere alterũ, et alterũ,
ſm q̃ quidam homines ſuccedunt quibuſdam. Tertio ibi.

ARGY. *Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo, quod ſumptum: in hominibus autem, atq; tempore accidentibus, ita ut non deficiant.*

Sed in magnitudinibus quidem permanente
accepto, hoc accidit: in hominibus autem, & tẽ-
pore corruptis, ſic vt non ſit deficere.

Oſtendit differẽtiam & dicit, q̃ illud finitum, quod acci
pimus in magnitudinibus, vel apponendo vel diuidendo,
permanet, & non corrũpitur. Sed illa finita, quæ accipiun-
tur in infinito, decurſu temporis & generationis humanæ
corrumpuntur: ita q̃ per iſtum modum non contingit tem B
pus, & generationem deficere. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atqui infinitum, quod in additione, et quod in diuiſione cõſiſtit, idem quodammodo eſt. Fit. n. in magnitudine finita, per additionem è contra. Nam ut cum diuiditur, cernitur in infinitũ abitio. ſic cũ additio ſit, ad magnitudinem ipſam determinatam uidebitur. Etenim ſi quiſpiam in magnitudine ſmita, deſmita magnitudine ſumpta, eadem aliã accipiat ratione, nõ eandem totius magnitudinem ſumẽs: non pertranſibit unquam magnitudinẽ illam finitam. Sin uero hoc pacto rationem augeat, ut ſemper magnitudinem eandem accipiat, pertranſibit ſanẽ, propterea quòd omne finitum quotus cõſumitur deſmito. Alio igitur modo non eſt infinitũ in rebus. ſed hoc pacto, potẽtia inquam, atq; diuiſione. Et actu et iam eſt, perinde atq; dies, ac ludum dicimus eſſe. Et potentia ſic eſt, ut materies, & non per ſe, ut ipſum ſmitum. Et additione igitur, hoc pacto eſt potentia, ſmitum: quod quidem aliquo modo dicimus idem eſse, quo id, quod in diuiſione conſiſtit. Semper enim eſt aliquid ipſius extra ſumendum.*

Te.cõ.59. Quod autem ſecundũ appoſitionem, idẽ quo
dammodo eſt, & quod eſt ſecundum diuiſionẽ.
Infinitum. n. ſecundum appoſitionẽ fit e contra
rio: ſecundum q̃. n. diuiſum videtur in infinitũ,
ſic appoſitũ videbitur ad determinatũ. In finita
enim magnitudine, ſic accipiẽs aliquis determi-
natum accipiet eadẽ ratione, non eandẽ aliq̃ ma
gnitudinem ratione accipiẽs, non trãſibit finitũ.
Sin vero ſic augmẽtet, vt ſemper eandem aliquã
fit accipere magnitudinẽ, tranſibit finitum, pro D
pter id, q̃ omne finitũ abſumit quolibet finito.
Aliter quidẽ igitur nõ eſt, ſic autẽ eſt infinitum
Te.cõ.60. potẽtia, & diuiſione. Et actu autẽ eſt, ſicut diem
eſſe dicimus & agonem, & potẽtia ſic, ſicut mate
riã, & nõ per ſe, ſicut finitũ. Et ſecũdũ appoſitio
nẽ igitur ſic infinitũ potentia eſt, quod idẽ dici-
mus quodãmodo eſſe ei, quod eſt ſm diuiſionẽ.
ſemper quidẽ. n. aliquid ipſius extra eſt accipere.

Comparat duo infinita, quæ ſunt in magnitudinibus, ſ.
ſm appoſitionem, & ſm diuiſionem. Et circa hoc tria facit.
Primo ponit conuenientiã inter vtrunq; infinitum, ſecũdo
oſtendit differentiam ibi. [Non tũ excellit.] tertio inducit
quandã cõcluſionem ex dictis ibi. [Quare neq; eſt excelle-
re.] Dicit ergo primo, q̃ quodãmodo infinitũ per appoſi-
tionem eſt idẽ cum infinito ſm diuiſionẽ: quia infinitũ ſm

appoſitionẽ fit ex oppoſito cũ infinito ſm diuiſionẽ. ſm. n. A
q̃ aliquid diuiditur in infinitũ, ſm hoc in infinitũ videtur
poſſe apponi ad aliquã determinatam quantitatẽ. Manife
ſtat igitur quomodo ſit infinitũ diuiſione in magnitudine.
& dicit q̃, ſi aliquis in aliqua magnitudine finita, accepta
aliqua parte determinata per diuiſionẽ, ſemper accipiat di
uidẽdo alias partes, ſm eandẽ rationẽ, i. proportionem, ſed
non ſm eandẽ quantitatẽ, in eadem proportione, non per-
tranſibit diuidẽdo illud finitũ. puta, ſi a linea cubitali acci-
piat medietatẽ, et iterũ a reſiduo medietatẽ, ſic in ĩfinitum
procedere poteſt. ſeruabitur. n. in ſubtrahẽdo eadẽ propor-
tio, ſed non eadẽ quantitas ſubtracti. minus eſt. n. ſm quan
titatem dimidiũ dimidij, q̃ dimidiũ totius. Sed, ſi ſemper
ſumeret eandẽ quãtitatẽ, oporteret q̃ ſemper magis ac ma
gis augeretur proportio: puta ſi a quãtitate. x. cubitorũ ſub
trahatur vnus cubitus, ſubtractũ ſe habet ad totũ in ſubde-
cupla proportione. Si autem iterum a reſiduo ſubtrahatur
vnus cubitus, ſubtractũ ſe habebit in maiori proportione.
minus. n. vnus cubitus exceditur a nouẽ q̃ a decem. ſicut B
igitur ſeruãdo eandem proportionẽ diminuitur quãtitas,
ita ſumẽdo eandem quantitatẽ augetur proportio. Si ergo
aliquis ſic ſubtrahendo ab aliqua magnitudine finita, ſem
per augeat proportionẽ ſumendo eandẽ quantitatem, tran
ſibit diuidẽdo magnitudinẽ finitam. puta ſi a linea cẽtum
cubitorum, ſemper ſubtrahat vnũ cubitũ. & hoc ideo quia Infinitũ aſſimilatur materiæ.
omne finitum cõſumitur quocunq; finito ſemper accepto.
Aliter igitur infinitum non eſt ſecundũ diuiſionẽ niſi in po
tentia, quod tũ ſimul eſt actu eũ potentia, ſicut dictũ eſt de
die in tẽpore, & de agone. Et cum infinitũ ſit ſemper in po
tentia, aſsimilatur materiæ, quę eſt ſemper in potẽtia, & nõ
eſt per ſe exiſtẽs in actu totũ, ſicut finitũ eſt in actu. & ſicut
infinitum ſecundum diuiſionẽ eſt in potentia, cum actu ſi-
mul, ſimiliter dicendum eſt de infinito ſecũdum appoſitio-
nem, quod quodammodo eſt idem cum infinito ſecũdum
diuiſionem, vt dictum eſt. Inde autẽ manifeſtum eſt, q̃ infi
nitum per appoſitionem eſt in potentia: quia ſemper con-
tingit aliquid aliud accipere apponendo. Secundo ibi.

Hoc tamen definitam omnem exuperat magnitudinem, ut in diuiſione definitam exuperat omnem, & ſemper minor euadit. ARGY.

Non tamen excedit omnem determinatã ma
gnitudinem: ſicut in diuiſione excedit omnem
determinatam, & erit minor.

Oſtendit differentiã inter infinitum ſecundũ appoſitio-
nem, & infinitum ſecũdum diuiſionem. & dicit, q̃ infinitũ
per appoſitionẽ non excedit in maius, omnẽ magnitudinẽ
finitam determinatã, vel datam: ſed infinitũ ſecũdum diui
ſionem, excedit omnẽ determinatã paruitatem in minus.
accipiamus. n. aliquam determinatã paruitatẽ, puta vnius
digiti, ſi lineã centum cubitorũ diuidam in infinitum, acci-
piendo ſemper dimidiũ, venietur ad aliquid minus vno di
gito. Sed apponendo in infinitum e cõtrario diuiſioni, erit
dare aliquam quantitatem finitam, quæ nunq̃ pertranſibi
tur. Dentur. n. duæ magnitudines, quarũ vtraq; ſit. x. cubi-
torum: & tertia, quæ ſit. xx. Si igitur id, quod ſubtraho in
infinitum, accipiendo ſemper dimidium ab vna magnitu-
dine. x. cubitorum, addatur alteri, quæ etiam eſt. x. cubito-
rum nũquam peruenietur in infinitũ apponendo ad men-
ſuram quantitatis, quæ eſt. xx. cubitorum: quia quantum
remanebit in magnitudine, cui ſubtrahitur, tãtum deficiet
a menſura data in quantitate, cui addetur. Tertio ibi.

Vt autem omnem additionem exuperet, neq; potentia eſſe poteſt: ſiquidem non ſit per accidẽs actu infinitum, ut Naturales, id corpus infinitũ eſse dicũt, quod extra mundũ collocauere, cuius ſubſtãtia aer eſt, aut aliquid tale. Sed, ſi infinitum actu ſenſibile corpus, hoc pacto in ratione veri eſse non poteſt, patet neq; per additionẽ poſſe, ſic eſse potentia infinitũ, niſi (ut dictu eſt) diuiſionis cõtrario modo. ARGY.

Vt

Vt autem omnẽ excedat secũdum appositionem: neq; potẽtia possibile est esse, siquidem nõ est secundũ accidens actu infinitum sicut dicunt Phyliologi, extra corpus mũdi, cuius substantia est aer, aut aliud huiusmodi. Sed, si nõ possibile est, ꝙ infinitũ corpus sensibile actu sit, manifestũ ꝙ neq; potentia vtiq; erit secũdum appositionẽ, sed aut, (sicut dictum est,) è contrario diuisioni.

Te.cõ.61. Induxit conclusionẽ ex dictis. Et primo inducit eã, secundo manifestat per dictũ Platonis ibi. [Qm & Plato.] Dicit ergo, ꝙ ex quo appositio in infinitum non facit trãscendere omnem determinatã quantitatem, nõ est possibile esse, nec etiam in potẽtia, ꝙ excellatur omnis determinata quãtitas per appositionẽ. quia, si esset in natura potẽtia ad appositionem transcendentẽ omnem quantitatẽ, sequeretur ꝙ esset actu infinitũ: sic ꝙ infinitũ esset accidẽs alicui naturæ, sicut Naturales Philosophi extra corpus huius mũdi, quod videmus, ponũt ꝙ est quoddã infinitum, cuius substãtia est aer, vel aliquod aliud huiusmodi. Si ergo non est possibile esse corpus sensibile actu infinitũ, (vt ostensum est,) sequitur ꝙ non sit potẽtia in natura ad appositionem transcendentem omnem magnitudinem: sed solum ad appositionem infinitam per contrarium diuisioni (vt dictum est.) Quare autẽ, si esset potentia ad infinitam additionem transcendentem omnem magnitudinem, sequatur esse corpus infinitum in actu, non autem ad additionem infinitam in numeris, transcendentem omnem numerum, sequatur esse numerum infinitum in actu, infra ostendetur. Secundo ibi.

Te.cõ.69. ARGY. *Nam & Plato infinita duo propterea facit, quòd in accretione exuperare uidetur, & in diuisione in infinitum abire. At quanquàm duo facit, non tamen utitur. In numeris enim neq; processio per diuisionem est infinita (unitas enim minimum est:) neq; accretio, usq; nanq; ad denarium incrementa numeri facit.*

Te.cõ.61. Qm & Plato propter hoc infinita duo fecit, quod & in augmentũ videẽ excellere, & in infinitũ abire, & ad annihilationẽ. Faciẽs tn duo, nõ vtitur duobus. neq; n. in numeris secundũ diuisionem, infinitũ est (vnitas. n. minimũ est) neq; i augmentum, vsq; nanq; decem facit numerum.

Manifestat quod dixerat per dictum Platonis: et dicit ꝙ, quia infinitũ in appositione magnitudinũ est per oppositã diuisionẽ: propter hoc Plato duo fecit infinita, s. magnum, quod pertinet ad additionẽ, & paruũ, quod pertinet ad diuisionem: quia, s. infinitũ videtur excellere, & per additionem in augmentũ, & per diuisionẽ in decremẽtum, vel tendendo in nihil. Sed cũ ipse Plato faciat duo infinita, non tn vtitur eis: quia cum numerum poneret substantiã esse omnium rerum, in numeris non inuenitur infinitum per diuisionem: quia in eis est minimum, vnitas: neq; etiam per additionem secundum ipsum, quia dicebat ꝙ species numerorum nõ variantur nisi vsq; ad. x. et postea reditur ad vnitatem computando vndecim, & duodecim, & cætera.

Simplicius in huiꝰ te. expositione loquendo ostendit Platonẽ huiꝰ sententiæ haud fuisse.

LECTIO XI.

Antiquorum de infinito definitionem refellens, propriam ac veram assignat.

ARGY. *Fit autem, ut infinitum sit contrario modo, atque alij dicunt. Non enim id est infinitum, cuius nihil est extra, sed id, cuius aliquid semper est extra.*

te.cõ.62. Accidit autẽ contra esse infinitũ, ꝫ sicut dicunt. Non enim cuius nihil est extra, sed cuius semper aliquid est extra, hoc infinitum est.

Postꝫ Philosophus ostendit quomodo est infinitũ, hic ostẽdit quid sit infinitũ. Et circa hoc tria facit. primo ostendit quid sit infinitũ, secundo ex hoc assignat rationẽ corũ, quæ de infinito dicũtur ibi. [Secundum rationẽ autem accidit.] tertio soluit rationes, quæ supra positæ sunt ibi. [Reliquum autẽ est.] Circa primum duo facit. Primo ostendit quid sit infinitũ, excludẽs quorundã falsam definitionem, Secundo excludit quandã falsam opinionẽ, consequentem ex illa falsa definitione ibi. [Qm hinc accipiũt dignitatẽ.] Circa primũ tria facit. Primo proponit quod intẽdit, secundo manifestat propositũ ibi. [Signum nanq;.] tertio infert quandã conclusionem ex dictis ibi. [Vnde melius est opinandũ.] Dicit ergo primo, ꝙ cõtrario modo definiendũ est infinitũ, ꝫ sicut quidã definierunt, dixerunt. n. quidam, ꝙ infinitũ est extra quod nihil est, sed e contra dicendũ est, ꝙ infinitum est cuius est semper aliquid extra. Secundo ibi.

te.cõ.67. Te.cõm.73. Tex.cõ.65. TOTA Secũda pars 62.te. Secũda pars te.64.

ARGY. *Cuius hoc indicium est, nam et annulorum eos, qui parum carent, infinitos homines dicunt, quia semper aliquid est extra sumendum: per similitudinem tamen quandam, & non proprie. Oportet. n. & hoc esse, & nunquàm idẽ insuper sumi. In circulo uero non ita fit, sed semper, quod deinceps sumitur, est solum aliud. Infinitũ igitur id est, cuius semper aliquid extra, ratione quãtitatis accipi potest.*

TOTA

Signum autem est. & nanq; annulos dicunt infinitos, vt habentes circulationẽ: quia semper est extra accipere, secundum similitudinẽ quandam dicentes, non tamẽ propriæ. Oportet enim & hoc esse, & nunquã idem recipi. in circulo autem non sic fit, sed semper quod est consequenter, solum alterum. Infinitũ quidem igitur hoc est, cuius, secundum quantitatem accipientibus, semper est aliquid accipere extra.

te.cõ.63. Hinc ex alex. expositione habemus primã diuisionis rationẽ quãtitatis cõperere. Secũda pars. Tex.63.

Manifestat propositũ. & primo ostẽdit, ꝙ sua assignatio sit bona, secũdo ꝙ assignatio Antiquorũ sit incõpetens ibi. [Cuius autẽ nihil est extra.] [Ostẽdit ergo primo, ꝙ infinitum sit cuius semper est aliquid extra, per quoddã signum. Dicunt. n. quidã, ꝙ annuli sunt infiniti, quia per hoc, ꝙ habent quãdam circulationem, semper est ibi supponere partem ad partẽ acceptam. sed hoc dicitur fm similitudinẽ, & nõ proprie: quia ad hoc ꝙ aliquid sit infinitum, requiritur hoc, s. ꝙ extra quãlibet partem acceptã, sit quædam alia: ita tn ꝙ nunꝯ resumatur illa, quę prius fuit accepta. Sed in circulo nõ est sic, quia pars, quæ accipitur post aliam partẽ, est alia solũ ab ea, quæ immediate accepta est, nõ tn ab omnibus partibꝰ prius acceptis: quia vna pars potest multoties sumi, ut patet in motu circulari. Si igitur annuli dicũtur infiniti propter hãc similitudinem, sequitur, ꝙ illud, quod est vere infinitũ, sit cuiꝰ semper sit accipere aliquid extra si aliquis velit accipere eius quantitatẽ. Non. n. potest cõprehẽdi quãtitas infiniti, sed si quis velit eã accipere, accipiet partem post partẽ in infinitũ (vt supra dictũ est.) Secũdo ibi.

Tex.64.

ARGY. *Cuius uero nihil est extra, id perfectum, ac totũ. Hoc. n. pacto totum consueuimus definire, totum dicentes id esse, cuius nil prorsus abest. ut hominem totum, aut ciſtellam, atq; ut quodq; sic, & id quod proprie totum est: ueluti totum ipsum, cuius nihil est extra. Cuius uero aliquid abest, id quicquid abest, untuersum non est. Totum autem, et perfectum, aut idem penitus sunt, aut naturã finitimam habẽt. Perfectũ uero nihil est prorsus, quod non habeat finẽ.*

Cuius autẽ nihil est extra, hoc perfectũ est, & totũ. Sic. n. definimus totũ, cui nihil abest, vt hominẽ totum, aut arcã. Sicut aũt definimus singulare, sic, & quod ꝓprie: vt totũ cuius nihil est extra. cuius aũt absentia extra est: non omne est, cũ absit. Totum autẽ, et perfectum, aut idẽ penitus, aut proximũ fm naturã est. Perfectum autẽ nullum, nõ habens finem. finis autem terminus est.

Lec.64.

Probat,

Probat, ꝙ definitio Antiquorũ sit incõpetens, tali ratione. Id cuius nihil est extra, est definitio perfecti et totius: qđ sic probat. definitur. n. vnũquodq; totũ esse, cui nihil deest: sicut dicimus hominẽ totum, aut arcam totã, quibus nihil deest eorũ, quæ debẽt habere. Et sicut hoc dicimꝰ in aliquo singulari toto, vt est hoc particulare, vel illud, ita etiã hęc ratio cõpetit ei, quod est vere, & proprie totũ, s. in Vniuerso, extra quod simpliciter nihil est. Cum autem aliquid desit per absentiã alicuius intrinseci, tunc non est totũ. Sic igitur manifestũ est, ꝙ hæc est definitio totius. Totum est, cuius nihil est extra. Sed totũ & perfectum, vel sunt penitus idem, vel sunt propinqua fm naturã. (Et hoc ideo dicit, quia totum nõ inuenitur in simplicibus, quæ nõ habent partes: in quibus tn vtimur nomine perfecti) per hoc igit manifestũ est, ꝙ perfectũ est, cuius nihil est extra ipsum. Sed nullũ carens fine est perfectũ (quia finis est perfectio vniuscuiusq;.) Finis autẽ est terminus eius, cuius est finis nullũ igit infinitũ, & interminatũ est perfectum. Non ergo cõpetit infinito definitio perfecti, cuius. s. nihil est extra. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quocirca putandum est, melius Parmenidem, Melisso dixisse. Hic enim ipsum infinitum totum appellat. Parmenides autem totum dicit esse finitum, a medio æque distãs. Fieri enim non potest, ut infinitum cum toto, ac uniuerso, perinde atque cum lino linum nectatur.*

Vnde melius est opinandũ. Parmenidẽ, Melisso dixisse. Hic quidẽ. n. infinitũ totũ dicit, ille autẽ. totum finiri a medio æque pugnãs. Non. n. linum lino est continuare omni, & toti infinitũ.

Inducit quandam conclusionẽ ex dictis. Quia enim infinito non competit definitio totius, manifestũ est, ꝙ melius dixit Parmenides, ꝫ Melissus. Melissus enim dixit totum Vniuersum esse infinitum: Parmenides vero dixit, quòd totum finitur per æque pugnãs a medio: in quo delignauit corpus vniuersi esse sphericum. In spherica. n. figura lineæ a medio usq; ad terminum, s. circunferentiam ducuntur fm æqualitatẽ quasi æque pugnantes sibi inuicem. Et recte dicitur, ꝙ totum vniuersum sit finitum: quia totũ, & infinitũ, non se inuicẽ cõsequuntur, quasi sibi continuata, sicut lino cõtinuatur linũ, in filando. Erat enim prouerbiũ vt ea, quæ consequuntur, diceren tur sibi cõtinuari sicut linum lino. Deinde cũ dicit.

Lineæ a centro ad circunferentiam ducuntur fm æqualitatẽ.



ARGY. *Nam hic, & hanc præclaram de infinito conditionem accipiunt, omnia inquam ipsum continere, & uniuersum in seipso complecti. habet enim similitudinem quandam ad totum. Infinitum enim materia perfectionis magnitudinis est: & id quod est potentia totum, non actu. Est autem diuisibile & ad diminutionem, et ad additionem contrariam: totumq;, atq; finitum non per se, sed per aliud. et non continet, sed ut infinitum est, continetur. Quapropter, & ignotum est ea ratione, qua est infinitum: materia nanque formam non habet. Quare patet partis magis infinitum, quàm totius rationem subire. materia nanque pars est totius, perinde ac æs est æneæ statuæ pars.*

Quoniam hinc accipiunt dignitatem de infinito, ꝙ est omnia continens: & omnia in seipso habens, propter id quod habet similitudinem quãdam cũ toto. Est. n. infinitũ perfectionis magnitudinis materia: & quod potentia totum est, actu vero nõ. Diuisibile autẽ est & ad diuisionẽ, & ad oppositã appositionem. Totum autẽ & finitum, nõ secundũ se, sed secundum aliud: & nõ continet, sed cõtinetur, inquãtum est infinitum. Vnde ignotum est, inquantum est infinitũ speciem enim nõ habet materia. Ergo manifestum est, ꝙ magis in partis ratione sit infinitum, ꝫ in totius. pars. n. materia totius est, sicut æs statuæ.

Tex.cõ.65. te.cõ.66.

Excludit quandam falsam opinionẽ ex prędicta definitione falsia exortam. Et primo cõiter quantum ad omnes. secũdo specialiter quantũ ad Platonẽ ibi. [Qm si cõtinet.] Dicit ergo primo, ꝙ, quia æstimauerunt infinitũ coniungi toti, hinc acceperũt quasi [dignitatem.] i. rem per se notã, de infinito, ꝙ omnia cõtineret: & omnia in se haberet propter hoc, ꝙ habet quandã similitudinem cum toto, sicut id, quod est in potentia, habet similitudinẽ cum actu. Infinitũ enim inquantũ est in potẽtia, est sicut materia respectu perfectionis magnitudinis: et est sicut totũ in potẽtia, non autẽ in actu. Quod patet ex hoc, ꝙ infinitũ dicitur fm ꝙ possibile est aliquid diuidi in minus, & fm ꝙ ex opposito diuisioni potest fieri appositio (vt supra dictũ est.) Sic igitur infinitum fm se, i. fm propriam rationem, est in potentia totũ: & est imperfectũ, sicut materia non habens perfectionẽ. Non autẽ est totum, & finitũ secundum se, i. fm propriã rationẽ, qua est infinitũ: sed fm aliud, i. secundum finẽ, & totum, ad quod est in potẽtia. diuisio. n. quæ est possibilis in infinitũ, fm ꝙ ad aliquid terminatur, dicitur esse perfecta: & fm ꝙ vadit in infinitũ est imperfecta. Et manifestũ est ꝙ, cum totius sit cõtinere: materiæ autẽ contineri, ꝙ infinitũ inquantum huiusmodi, nõ continet, sed cõtinetur: inquãtum. s. id, quod de infinito est in actu, semper cõtinetur ab aliquo maiori, fm ꝙ possibile est aliquid esse extra accipere. Ex hoc autẽ, quod est sicut ens in potẽtia, non solũ hoc sequitur, ꝙ infinitum continetur, & nõ contineat: sed etiam sequuntur duæ aliæ cõclusiones: quarum vna est, ꝙ infinitum inquantum huiusmodi est ignotum: quia est sicut materia non habens speciem, i. formam (vt dictum est:) materia autem nõ cognoscitur nisi per formam. Alia conclusio est, quæ ex eodem sequitur: ꝙ infinitum magis habet rationem partis, ꝙ totius: quia materia comparatur ad totum, vt pars. Et recte infinitum se habet vt pars, inquantum non est de ipso accipere nisi aliquam partem in actu. Secundo ibi.

Secũda parte. te.cõ.66.

ARGY. *Nam, si in rebus sensibilibus continet, & in intelligibilibus etiam ipsum magnum, & paruum, continere res intelligibiles oportebat. at absurdum est profecto ac impossibile, id, quod est ignotum, atque indefinitum, continere ac definire.*

Quoniam si continet in sensibilibus, & in intelligibilibus magnum, & paruũ, oportuit continere intelligibilia. inconueniens autem & impossibile est ignotum, & indeterminatum continere, & determinare.

Affert Platonicã veritatẽ Simpl. hoc in loco ipsũ contra Arist. acerrime tuetur.

Excludit opinionẽ Platonis, qui ponebat infinitũ tã in sensibilibus, ꝫ in intelligibilibus. et dicit, ꝙ ex hoc manifestum est etiã, ꝙ, si magnũ & paruũ, quibus Plato attribuit infinitũ sint in sensibilibus, & in intelligibilibus rangꝫ continentia (propter hoc, ꝙ cõtinere attribuitur infinito) sequitur, ꝙ infinitũ contineat intelligibilia. sed hoc videtur esse inconueniens, & impossibile, ꝙ infinitum, cum sit ignotum & indeterminatum, contineat et determinet intelligibilia. Nou. n. determinantur nota per ignota, sed magis e contra.

LECTIO

LECTIO XII.

Quatuor dam propositionum de infinito intellectus: eoq; in diuersis diuisimode inuento quonammodo Geometræ vtantur.

ARGY. *At qui cum ratione etiam fit, ut id quidem, quod in additione consistit, nõ videatur esse sic infinitum, ut omnem exuperet magnitudinẽ. Id uero, quod in diuisione consistit, infinitum esse sic usquequaq; videatur. Infinitum enim intus pernecessarijs, atq; materia continetur, forma autem continet.*

Te.cõ.67. SEcundum rationẽ autẽ accidit, vt quod est et sẽm appositionẽ nõ esse videatur infinitũ sic, vt omnem excedat magnitudinem, in diuisione autem esse. continetur enim sicut materia intus & infinitum: continet autem species.

Posita definitione infiniti, hic ex definitione assignata assignat rationẽ eorum, quæ de infinito dicuntur. Et primo eius, quod dicit de apppositione & diuisione infiniti. secundo eius, quod infinitũ in diuersis secundũ ordinẽ inuenitur ibi. [Infinitum autẽ nõ idem est.] tertio eius, quod Mathematici vtũtur infinito ibi. [Non remouet autẽ ratio.] quarto eius, quod infinitũ ponitur principium ibi. [Qm̃ autem causę.] Circa primũ duo facit. Primo assignat rationẽ eius, quod dicitur de infinito, circa diuisionẽ, & appositionẽ in magnitudinibus. secũdo eius, quod dicitur in numeris per comparationẽ ad magnitudines ibi. [Rationabiliter autẽ est.] Dictum est autẽ supra, ꝙ appositio in infinitum sic inuenitur in magnitudinibus, ꝙ tñ nõ exceditur per hoc quęcunq; determinata magnitudo. Sed diuisio in infinitum sic inuenitur in magnitudinibus, ꝙ diuidẽdo transitẽ quęcũq; quantitas in minus (vt supra expositũ est.) Hoc autẽ secundum rationẽ dicit accidere: quia, cum infinitũ habeat rationem materiæ, cõtinetur intus sicut materia. illud aũt, quod continet, est species et forma. manifestũ est autem ex ijs, quę dicta sunt in 3ecũdo, ꝙ totum habet rationem formæ, partes autem rationẽ materiæ. cum ergo in magnitudinibus a toto itur ad partes per diuisionem, rationabile est, ꝙ ibi nullus terminus inueniatur, qui nõ transcendatur per infinitã diuisionem. sed in additiõe itur a partibus ad totum, quod habet rationem formæ continentis, et terminantis: vnde rationabile est ꝙ sit aliqua determinata quantitas, quam infinita appositio non transcendat. Secundo ibi.

Te.cõ.70. Tex.cõ.71. Te.cõ.71. Tex.cõ.68. Cur appositio ne determinatam quãtitatem non sit excedere diuisione aũt sic.

ARGY. *Cum ratione etiam accidit in numero quidem uersus minus minimum esse finemq;: uersus autem plus omnem semper multitudinem exuperare. In magnitudine uero cõtrarium. Versus quidem minus omnem magnitudinem exuperare, uersus autem maius non esse magnitudinem infinitam. Hæc enim ita propterea fiunt, quòd ipsum unum quicquid tandem id sit, indiuisibile est. homo nanq; unus est homo, non multi. Numerus autem est una plura, quantauis quædam. Quare ad indiuisibile stetur necesse est. Duo enim ac tria denominatiua nomina sunt, & cæterorum quisq; numerorum simili modo.*

Te.cõ.69. Rationabiliter autem est, & in numero quidem, ad minimum versus esse terminũ: ad plus autem semper omnem excellere multitudinem. In magnitudinibus autem e contrario. In minus quidem excedere omnem magnitudinẽ, sed in maius nõ esse magnitudinem infinitam. Causa autem est, quia vnum est indiuisibile, quodcunque vnum sit, vt homo, vnus homo, et nõ multi. numerus autem est vno plura, & quanta quædã. quare, necesse est stare ad indiuisibile. duo nanq; & tria denominatiua nomina sunt, similiter, & aliorum numerorum vnusquisque.

E Assignat rationem de infinito in numeris per comparationem ad magnitudines. Dicitur enim ꝙ in numero inuenitur aliquis terminus in minus, quem non est diuidendo transcẽdere, sed nõ inuenitur aliquis terminus in plus: quia quolibet numero est inuenire alium maiorem per additionem. in magnitudinibus autem est e cõtra (vt dictum est.) Et huius rationem assignat, & primo quidem quare in numeris aliquis terminus inuenitur, qui in minus non transcenditur diuidendo. huius enim ratio est: quia omne vnũ, inquantum vnum est indiuisibile, sicut homo indiuisibilis est vnus homo, & non multi. Quemlibet autem numerum oportet resoluere in vnũ: quod patet ex ipsa ratione numeri. numerus. n. hoc significat, ꝙ sint aliqua plura vno: quælibet autem plura excedentia vnũ siue plus, uel minus, sunt determinatæ species numerorum. vnde, cũ vnum sit de ratione numeri, & de ratione vnius sit indiuisibilitas, sequit̃, ꝙ diuisio numeri stet in termino indiuisibili. Quod autem dixerat, ꝙ de ratiõe numeri sit, ꝙ sint plura uno, manifestat per species: quia duo, & tria, & quilibet alius numerus denominatur ab vno. vnde dicitur in quinto Meta. substãtia senarij est in hoc, ꝙ sit sexies vnum: non autem in hoc ꝙ sit bis tria, vel ter duo: quia sequeretur, ꝙ vnius rei essent plures definitiones, & plures substantię: quia ex diuersis partibus diuersimode consurgit vnus numerus. Secundo ibi.

Numerus in infinitum crescit non sit diuisibilis, e cõtrario diuisioni magnitudinis.

Te.cõ.13.

Versus autẽ plus, sit ut semper intelligatur. diuisiones enim magnitudinis, duas in partes æquales sunt infinitæ. Quare potẽtia quidem est, actu nõ est. sed semper id, quod accipitur, multitudinẽ omnẽ exuperat definitã. Sed nõ est separabilis hic numerus diuisionis, nec infinitũ permanet: sed fit, et quemadmodum tempus, et ipse numerus tẽporis.

ARGY.

In plus autem, semper est intelligere, infinitæ enim sunt bipartitiones magnitudinis. Quare potentia quidem est, actu vero non: sed semper excedit, acceptum omnem determinatam multitudinem. Sed non separabilis est hic numerus a decisione: neq; manet infinitas, sed fit semper sicut & tempus, & numerus, temporis.

Assignat causam quare in numeris additio excedit omnem determinatam multitudinẽ. & dicit, ꝙ possumus semper intelligere, quolibet numero dato, aliũ maiorẽ, per hoc ꝙ magnitudo diuiditur in infinitum. manifestum est enim ꝙ diuisio causat multitudinem. vnde quãto plus diuiditur magnitudo, tanto maior multitudo cõsurgit: & ideo ad infinitam diuisionem magnitudinum, sequitur infinita additio numerorũ. Ideo sicut infinita diuisio magnitudinis non est in actu, sed in potentia: & excedit omne determinatum in minus (vt dictum est) ita additio numerorum infinita, non est in actu, sed in potentia: & excedit omnem determinatam multitudinem. Sed hic numerus, qui sic in infinitũ multiplicatur, nõ est numerus separatus a decisione magnitudinum. Circa quod sciendum est ꝙ diuisio (vt dictũ est) multitudinem causat. Est autẽ diuisio duplex. Vna formalis, quæ est per opposita, & alia secundum quãtitatem. Prima autem diuisio causat multitudinem, quæ est de trãscendentibus, sm̃ ꝙ ens diuiditur per vnum & multa. Sed diuisio continuæ quantitatis causat numerum, qui est species quãtitatis, inquãtum habet rationem mẽsuræ: & hic numerus multiplicabilis est in infinitum, sicut & magnitudo diuisibilis est in infinitum. Sed multitudo, quæ sequitur diuisionem formalem rerum, non multiplicatur in infinitum: sunt enim determinatæ species rerum, sicut & determinata quantitas Vniuersi. Et ideo dicit, ꝙ hic numerus, qui multiplicatur in infinitũ, non separat a diuisione continui. Neq; tñ hic numerus sic est infinitus, sicut aliquid permanẽs: sed sicut semper in fieri existẽs, inquãtũ successiue addit supra quẽlibet numerum datũ, sicuti etiã est de tempore, et de numero tẽporis: numerus. n. tẽporis crescit successiue per additionẽ dici ad diẽ, non ꝙ oẽs dies sint simul. Deinde cũ dicit.

H

Diuisionũ duplex genus.

In

ARGY. *In magnitudinibus autem contrarium est. Nam diuiditur quidem in infinita continuum ipsum. Versus autem maius non est infinitum. quantum. n. contingit potentia esse, tantũ & actu esse contingit. Quare, cum infinitũ nullum sit sensibile corpus, nõ cõtingit definitæ magnitudinis omnis exuperationẽ esse. alioquin, maius cœlo aliquid erit.*

Te.cõ.69. In magnitudinibus autẽ contrarium est. diuiditur. n. in infinita continuum. In maius autem non est in infinitum. quantum. n. contingit potentia esse, & actu contingit tantum esse. Quare cũm sit infinita nulla magnitudo sensibilis, non contingit excessum esse omnis determinatæ magnitudinis. esset enim vtiq; aliquid cœlo maius.

Hoc in loco eõ. dubitationem quãdam mouet, quam et multo ante ipsum Græci expositores diluerunt, & breuius, nec i doctius, quãquã nec ipsi scopũ attigerint, vt docto lectori perspicuum esse poterit breuitatis causã, tantum rem adiecimus.

Ostendit ꝙ e cõtrario est in magnitudinibus. Diuiditur enim continuũ in infinitũ (vt dictum est.) Sed in maius nõ procedit in infinitũ, etiam sm̃ potentiã: quia quantũ vnũquodq; est in potẽtia tantũ potest esse in actu. si igit esset in potẽtia natura, ꝙ cresceret aliqua magnitudo in infinitũ, sequeret, ꝙ esset aliqua magnitudo sensibilis infinita, quod est falsum, vt supra dictũ est. Relinquitur igitur, ꝙ nõ est in potẽtia additio magnitudinũ in infinitũ sic, ꝙ excedat omnis determinata quãtitas: quia sequeret, ꝙ esset aliquid maius cœlo. Ex quo patet falsum esse quod quidã dicunt, ꝙ in materia prima est potentia ad omnẽ quantitatẽ. non. n. est in materia prima potentia nisi ad terminatam quantitatẽ. Patet etiã ex præmissis ratio, quare non oportet numerum tantũ esse in actu, quantũ est in potẽtia: sicuti hic dicitur de magnitudine: quia additio numeri sequit̃ diuisionẽ continui, per quã a toto itur ad id, quod est in potentia ad numerum: vnde nõ oportet deuenire ad aliquẽ actum, finiẽtem potẽtiam, sed additio magnitudinis ducit in actũ (vt dictũ est.) Commentator autẽ assignat aliã rationẽ: quia potẽtia ad additionẽ magnitudinis est in vna. & eadẽ magnitudine: sed potẽtia ad additionẽ numerorũ est in diuersis numeris: inquantũ cuilibet numero potest aliquid addi. Sed hęc ratio parũ valet, quia sicut per additionẽ est alia & alia species numeri, ita alia & alia species mẽsuræ, secundum ꝙ bicubitum & tricubitum dicũtur species quantitatis. Et etiã quicquid additur superiori numero additur inferiori: & secundum hoc in vno et eodẽ numero, s. binario vel trinario, est potentia ad infinitam additionem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ipsum autem infinitum non est idem in motu, magnitudine, atq; tempore, ut una quædã natura. Sed posterius dicitur ob prius, ueluti motus quidem dicitur infinitus, quia prius ita dicitur magnitudo, super qua fit motus, & quæ alteratur aut accrescit: Tempus autem propter motum. Atq; nunc quidem utimur hsce, posterius autem, & quidnam sit horum unumquodq;, & cur omnis magnitudo diuisibilis sit in magnitudines, dicere enitemur.*

Te.cõ.70. Infinitum autẽ non idẽ est in motu, & magnitudine, & tẽpore, tanc̃ vna quædam natura: sed posterius dicitur & secundũ prius, vt motus quidẽ, quia prius est magnitudo, in qua mouet̃, aut alteratur: aut augmẽtatur: tempus autẽ propter motũ. Nunc quidem. n. vtimur his, posterius autem tẽtabimus dicere: & quid est vnũquodq;, & qa oĩs magnitudo sit ĩ magnitudines diuisibilis.

Ostendit quomodo infinitum inueniatur diuersimode in diuersis, & dicit, ꝙ infinitum non est secundum eandem rationem in motu, & in magnitudine. & tẽpore, ac si esset vna natura vniuoce prędicata de eis. sed dicit de posteriori eorum secundum prius, sicut de motu propter magnitudinem, in qua est motus, vel localis, vel alterationis, vel augmẽti, de tempore autem propter motum. & hoc ideo, quia infinitum comperit quantitati: motus autem est quãtus secundum magnitudinem, et tempus propter motum (vt infra patebit.) Et ideo dicit, ꝙ nunc vtimur his, sed posterius manifestabit̃ de unoquoq; eorũ quid sit: et ꝙ omnis magnitudo sit diuisibilis in magnitudines. Deinde cum dicit.

ARGY. *At qui neque Mathematicorum contemplationem ea ratio aufert, quæ infinitum hoc pacto e medio tollit, ut ad incrementum habeat actu sine transitione. Neq; n. nunc ipso indigent infinito, neq; utuntur: sed tantam solum lineam postulant, quantam uolunt finitam. Atq; quantamuis aliam magnitudinem eadem diuidere ratione, qua diuisa est magnitudo maxima, licet. Quare ad ostendendum quidem illo pacto nihil referet prorsus: esse autem ipsum in ijs est magnitudinibus, quæ in rerum sunt ratione.*

Non remouet autẽ ratio mathematicos à consyderatione, auferẽs sic esse aliquid infinitum, vt actu sit in augmentũ, intrãsibile. Neq; n. sic indigent infinito, neq; vtũtur: sed solum esse, quantãcunq; velint, finitam. maxime autem magnitudini, secundum eandẽ inest secari rationẽ, quantamcunq; magnitudinem alteram. Quare ad demonstrandum quidem, illo modo nihil differt. esse autem in existentibus erit magnitudinibus.

Te.cõ.71.

Ostendit quomodo Mathematici vtũtur infinito, & dicit, ꝙ ratio prædicta, qua ponimus nõ esse magnitudinem infinitã in actu, non remouet cõsyderationem Mathematicorum, qui vtũtur infinito: puta cũ Geometra dicit, ꝙ sit talis linea infinita. non. n. indigent ad suam demonstrationẽ infinito in actu, neq; eo vtũtur: sed solum indigent, ꝙ sit alĩ qua linea finita tanta, quanta est eis necessaria, vt ex ea possint subtrahere, quod volũt. & ad hoc sufficit, ꝙ aliqua maxima magnitudo sit: quia alicui maximę magnitudini cõpetit, ꝙ possit diuidi secundum quantamcunq; proportionem respectu alterius magnitudinis datæ. vnde ad demonstrandum, nõ differt, vtrum sit hoc modo, vel illo, s. vel infinita, vel finita maxima quantitas: sed quantum ad esse rei multum differt, vtrum sit vel non sit. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum uero causæ in quatuor sint distinctæ, patet infinitum, ut materiam causam esse: et esse quidem ipsius priuationem esse: per se autem subiectum continuum ipsum atq; sensibile esse. Cæteri etiam omnes ipso infinito, ut materia uti uidentur. Quapropter & absurdum est sanè, ipsum id esse quod continet, & non id quod continetur asserere.*

Quoniam autem causæ diuisæ sunt quadrifariam, manifestum, ꝙ sicut materia infinitum causa est: & quod esse quidem ipsi priuatio est, per se autem subiectũ, continuum ipsum et sensibile est. Videtur autem, & omnes Alij sicut materia, vtentes infinito. Vnde & inconueniens est, continens ipsum facere, & non contentum.

Te.cõ.72.

Ostendit quomodo infinitũ sit principium, & dicit, ꝙ, cum sint quatuor genera causarũ, (vt supra dictũ est,) patet ex præmissis, ꝙ infinitũ est causa sicut materia: infinitũ. n. habet esse in potentia, quod est propriũ materiæ. Sed materia quidem qnq; est sub forma, qnq; autẽ sub priuatione. Infinito autẽ nõ cõpetit ratio materiæ sm̃ ꝙ est sub forma, sed sm̃ ꝙ est sub priuatione: quia, s. infinitũ dicitur per remotionẽ perfectionis & termini. Et propter hoc subiũgit, ꝙ ipsi infinito esse, est priuatio, i. ratio infiniti in priuatiõe cõsistit. Et ne aliquis intelligat, ꝙ infinitũ est materia, sicut materia prima, subiũgit, ꝙ per se subiectũ priuationis, quę cõstituit rationẽ infiniti, est cõtinuũ sensibile. Et hoc apparet, quia infinitũ (quod est in numeris) causatur ex infinita diuisione magnitudinis: & similiter infinitum in tempore,

in secundo com.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& motu causatur ex magnitudine: vnde reliquitur, ꝙ primum subiectum infiniti, sit continuum. Et, quia magnitudo secundum esse non est separata a sensibilibus, sequitur, ꝙ subiectum infiniti sit sensibile. Et in hoc etiam concordant omnes Antiqui, qui vtuntur infinito sicut principio materiali. Vnde inconueniens fuit, ꝙ attribuerunt infinito continere, cum materiæ non sit continere, sed contineri.

LECTIO XIII.

Quinque diluuntur argumenta, quæ probare videbantur dari infinitum in actu.

ARGY. *At enim restat eas soluere rationes, quibus infinitum non solum potentia, (sed ut definitum,) etiam esse videtur. Partim enim non sunt necessariæ, partim ueras quasdam obiectiones alias habent.*

Tex.cō.73. RElíquum autem est aggredi, secundū quas rationes infinitum esse videtur, non solum potentia, sed vt determinatum. Alia enim ipsorum non necessaria sunt, alia vero habent quasdam veras contrarietates.

Postquam Philosophus per definitionē infiniti rationes eorū, quæ de infinito dicunt, assignauit, hic soluit rationes, quæ supra positæ sunt ad ostendendū infinitum esse. Et primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositū ibi. [Neq; n. vt generatio.] Dicit ergo primo, Post ea, quæ dicta sunt de infinito, reliquū est soluere rationes, ſm quas videbatur ostendi, ꝙ infinitū sit non solū in potentia (sicut supra determinauimus) sed ꝙ sit in actu, sicut ea, quæ sunt finita, & determinata. Aliquæ. n. illarū rationum non concludunt ex necessitate, sed sunt totaliter falsæ: aliquæ autem earum ex aliqua parte verum concludunt. Secundo ibi.

Immediate infertur.

ARGY. *Non enim ut generatio non deficiat, corpus esse sensibile infinitum actu necesse est. Potest enim alterius corruptio generatio alterius esse, si finitum est Vniuersum.*

Neq; enim vt generatio non deficiat, necessarium est infinitum esse actu sensibile corpus. cōtingit enim alterius corruptionem alterius generationem esse, cùm omne finitum sit.

Soluit quinq; rationes, quæ supra positę sunt ad ostēdendum infinitū esse. Et primo soluit eā, quę sumebatur ex parte generationis, quæ erat tertia. Concludebatur. n. ꝙ, si generatio nō deficit, ꝙ oporteat esse infinitū. Sed hęc ratio quantum ad hoc verum cōcludit, ꝙ infinitum sit in potētia, quę successiue in actum reducatur (sicut supra dictū est) sed nō est necessarium, ꝙ sit aliquod corpus sensibile infinitum in actu ad hoc ꝙ generatio non deficiat, sicut Antiqui æstimauerunt, ponentes infinitum conseruare generationem, ac si semper generatio fieret per extractionē ex aliquo corpore: quod in infinitum fieri nō posset, nisi illud corpus esset infinitum. Sed hoc non est necessarium, cum toto corpore sensibili existēte finito, generatio in infinitum durare possit per hoc, ꝙ corruptio vnius est generatio alterius. Secundo ibi.

Soluitio tertij argumenti.

Te.cō. ARGY. *Prætereà tangere atq; finitum esse diuersa sunt. Nam illud quidem ad aliquid est (omne enim quod tangit aliquid tangit) atque accidit alicui finitorum. Finitum autem non est ad aliquid: neque sit, ut quoduis sine ullo discrimine, quoduis tangat.*

Te.cō.74. Amplius tāgi & includi, alterū est. hoc quidē enim ad aliquid, et cuiusdā (tangit. n. aliquid omne) & finitorū alicui accidit. Finitum autem nō ad aliquid est, neq; tangere cuiuslibet quoduis.

Soluitio quarti argumenti.

Soluit rationem quartam, quæ sumebatur ex parte contactus, ac si necessarium sit omne corpus finitum tangere quoddam aliud: & sic oporteat procedere in infinitum. Sed ipse soluit, ꝙ alterum est tangi & finiri, quia tāgi & includi dicitur respectu alterius: omne enim tāgens tangit aliquid. sed finitum dicitur absolute, & non ad aliud, inquantum per proprios terminos aliquid finitum est in seipso. Accidit enim alicui finito ꝙ tangat. Non tamen oportet, ꝙ omne tactum ab vno, tangat aliud: vt sic in infinitum procedatur. Vnde manifestum est, ꝙ hęc ratio omnino nihil ex necessitate concludit. Tertio ibi.

ARGY. *Atqui per absurdū est intellectione credere. Non enim in re est ipse excessus atq; defectus, sed in ipsa intellectione. Nam potest quispiam unumquenq; nostrum maiorē, quàm est intelligere, augens ipsum in infinitum. At non ideo quispiam nostrum extra ciuitatem est, aut tantam magnitudinem, quam habemus exuperat, quia quispiam sic intelligit: sed quia est, hoc autem accidit.*

Tex.cō.75. Intelligentiæ autem credere inconueniēs est. Non enim in re abundantia & defectus est, sed in intelligentia. Vnumquenq; enim nostrum intelliget vtiq; aliquis multiplicem seipso, augmentans in infinitum: sed non propter hoc, extra aliquid est. aut extra tantam magnitudinem, quam habemus, quamuis intelligit aliquis: sed quoniam est, hoc accidit.

Solutio quinti argumenti.

Soluit rationem quintam, quæ sumitur ex parte intellectus, & imaginationis: quam Antiqui non distinguebant ab intellectu. Per hanc autem rationem supra ostēdebatur, ꝙ esset spatium infinitum extra Cœlum, & per consequēs locus, & corpus. Sed ipse dicit, inconueniens est credere intelligentię, ita scilicet, ꝙ quicquid apprehēditur intellectu, vel imaginatione sit verum, vt quidam Antiquorum putauerunt, quorum opinio reprobatur in quarto Metaphysicæ. Non enim sequitur, si apprehendo aliquam rem minorem, vel maiorem, quàm sit, ꝙ sit aliqua abundantia, vel defectus in re illa: sed solum in apprehēsione intellectus, vel imaginationis. Potest enim aliquis intelligere quemcunq; hominem esse multiplicem eius quod est, vel duplum, vel triplum, vel qualitercunq; augmentans in infinitum, non tamen propter hoc erit aliqua huiusmodi quantitas multiplicata extra intellectum, aut extra determinatam quantitatem, aut magnitudinem. Sed contingit ꝙ re sic existente, aliquis ita intelligat. Quarto ibi.

ARGY. *Tempus autem & motus sunt infinita, & intellectio eo non permanente, quod sumitur.*

Tempus autem & motus infinita sunt, & intelligentia non permanente accepto.

Solutio primi argumenti.

Soluit rationem primam acceptam ex tempore et motu. & dicit ꝙ tempus & motus sunt infinita, non in actu, quia nihil est temporis in actu, nisi nunc: neq; aliquid motus est in actu, nisi quoddā indiuisibile. Sed intellectus apprehendit continuitatem temporis et motus, accipiendo ordinem prioris & posterioris: ita tamen ꝙ id, quod primo fuit acceptum de tempore, vel motu, non permanet sic: vnde non oportet dicere ꝙ totus motus infinitus sit in actu, vel ꝙ totum tempus sit infinitum. Quinto ibi.

ARGY. *Magnitudo uero neq; diuisione, neq; incremento intelligibili est infinita. Sed de infinito quonam pacto est, & non est: & quid etiam est, satis iam diximus.*

Magnitudo autem neq; diuisione, neq; intelligibili augmentatione est infinita. Sed de infinito quidem quo modo est, & quo modo non est, & quid est, dictum est.

Solutio secundi argumēti.

Soluit rationem secundam sumptam ex parte magnitudinis, & dicit, ꝙ magnitudo non est infinita in actu, neque per diuisionem, neq; per augmentationem intelligibilem, sicut ex supradictis patet. Vltimo autem epilogat quod dictum est de infinito.

ARI-

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER QVARTVS,

Cum S. Thomæ expositione.

SVMMA LIBRI.

De Loco, Vacuo, Tempore, tum ex Antiquorum, tum ex propria sententia disseritur.

LECTIO PRIMA.

Loci contemplationem ad Naturalem attinere dicitur, propriæ item rationes, famosæq; adducuntur locum esse affirmantes.

ARGY. *VT autem de infinito sic de loco necesse est, Philosophum naturalem si sit necne: & si sit, quonam sit modo: quidq; etiam sit cognoscere.*

Tex.cōm.1. SImiliter autem necesse est Naturalem, & de loco, sicut & de infinito, consyderare si est, aut non: & quomodo est, & quid est.

POstquā Philosophus determinauit in Tertio de motu, & infinito, quæ cōpetunt motui intrinsece, ſm ꝙ est de genere continuorū, nunc in Quarto libro intendit determinare de ijs, quæ adueniūt motui extrinsece. Et primo de ijs, quæ adueniunt motui extrinsece, quasi mensuræ mobilis. secundo de Tempore, quod est mensura ipsius motus. ibi [Consequēs autem dictis.] Circa primū duo facit. Primo determinat de loco. Secūdo de vacuo ibi [Eodem autē modo accipiendū.] Circa primum duo facit. Primo ostēdit ꝙ determinandū est a Naturali de loco. Secundo prosequitur propositū ibi [Quod quidē igitur locus sit.] Circa primū duo facit. Primo proponit quod intēdit, & dicit, ꝙ sicut ad Naturalē ptinet determinare de infinito, si est vel nō est, & quomodo sit, et quid sit, similiter etiā et de loco. Secūdo ibi.

Te.cō.87. Tex.cō.30. Te.cō.3.

ARGY. *Nam omnes ea, quæ sunt, alicubi esse existimant, quia id, quod non est, nusquam est. ubi nanq; hippocentaurus est, aut chimera?*

Et ea nanq; quę sunt, omnes opinantur alicubi esse. Quod enim non est, nusquam est. vbi. n. est * tragelaphus, aut sphinx?

* hirco cernus.

Te.1. Probat quod dixerat. Et primo ex parte ipsius loci. Secūdo ex parte nostra ibi [Habet aūt multas dubitatiōes.] Circa primum ponit duas rationes, quarū prima talis est. Ea, quæ sunt cōia omnibus Naturalibus, pertinēt maxime ad consyderationē Naturalis: sed locus est huiusmodi: omnes. n. communiter opinātur omnia ea, quæ sunt, in aliquo loco esse. Et ad hoc probandū vtūtur Sophistico argumento a positione cōsequentis. Argumentantur. n. sic. Quod nō est, nusq; est, i. in nullo loco est: non. n. est dare vbi sit Tragelaphus aut sphinx, quæ sunt quædā fictitia, seu chimerica. argumētatur ergo ꝙ, si id, quod in nullo loco est, non sit: ergo omne, quod est, est in loco. Sed, si esse in loco conuenit omnibus entibus, videtur ꝙ locus magis pertineat ad cōsyderationē Metaphysici, q̄m Physici. Et dicendū est, ꝙ hic argumētatur ab opinione ponentiū omnia entia esse sensibilia, propter hoc, ꝙ imaginationē corporum trāscendere nō possunt: & secundum hos Naturalis sciētia est Philosophia prima communis omnibus entibus, vt dicitur in quarto Metaphysicæ. Secundam rationem ponit ibi.

Argumētum Platonis I Timæo cius verba referūtur a Simplicio.

ARGY. *Communis quoq; maxime, atque proprissimus motus (quem lationem appellamus) loco sanè accommodatur.*

ex te.cō.7. Et de motu, qui cōis maxime est, et magis proprię, q̄ ſm locū est (quē vocam⁹ loci mutationē.) Quæ talis est. Ad philosophū Naturalem pertinet consyderare de motu: sed motus, qui est ſm locū [quem dicimus loci mutationē] est maxime cōis inter omnes motus: quædam. n. corpora, s. cęlestia, mouētur hoc motu tantū, cum tñ nihil moueat alijs motibus, quin moueat hoc motu. Similiter etiā hic mot⁹ est magis proprius: qa hic solus motus est vere cōtinuus. & perfectus, vt in Octauo probabit. Motus aūt ſm locū non potest cognosci, nisi cognoscat locus. Naturalis igitur debet consyderare de loco. Deinde cum dicit.

Secūda ratio.

Quomodo motꝰ localis cōior ac prior sit cæteris motibus, vide 8. Physi. a te. 55. vsque ad tex. cō. 61.

Complures autem dubitationes emergunt quid nam sit ipse locus, non enim idem ex omnibus, quæ ipsi competūt, contemplanti uidetur. Præterea nihil ab alijs, aut dubitatum de ipso, aut inuentum habemus.

Habet autem multas dubitationes, quid forte sit locus. non enim idem videtur consyderantibus ex omnibus, quæ insunt. Amplius autē neq; habemus quicquam ab alijs, neque prędubitatū, neque bene exquisitum de hoc.

Te.cō.2.

Plato sic de loco I Timęo tractauit, vt de materia, potiꝰ tractasse videatur.

Inducit ad idem rationē ex parte nostra. de illis enim a Sapientibus determinandum est, de quibus dubitatio est: multę autem dubitationes sunt de loco quid sit. quarū quidem dubitationum duplex est causa, una est ex parte ipsius loci: quia non omnes proprietates loci ducunt in candē sententiam de loco, sed ex quibusdam proprietatibus loci, videtur, ꝙ locus sit hoc, ex quibusdam autē videtur, ꝙ locus sit aliud. Alia vero causa est ex parte hominum. quia Antiqui nec bene mouerūt dubitationem circa locum, neq; etiā bene exquisierunt veritatem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Esse autem locum ex translatione patere uidetur. ubi nanque nunc est aqua, hic rursus est aer, hinc egressa illa tanquam ex uase. Nonnunquam etiam eundem hunc locum aliud corpus quippiam occupat: hoc autem ab his omnibus, quæ insunt atq; mutantur, diuersum esse uidetur: in quo nanq; nunc est aer, in hoc prius fuerat aqua. Quare paret locum, & receptaculum ipsum aliud quid esse ab utrisq;, ad quod, & ex quo sunt mutata.*

Quod quidem igitur locus sit, videtur ex trāsmutatione manifestum esse. vbi nanq; nunc est aqua, hinc exeūte sicut ex vase, iterum aer inest. aliqñ autem locum hunc, aliud aliquod corporū detinet, hoc ab ijs quæ insunt, & commutantur, alterum omnibus esse videtur. in quo enim aer est nunc, aqua in hoc prius erat. Quare manifestum est, ꝙ erat locus aliquis, & receptaculū alterum ab vtrisq;, in quod & ex quo mutatum est.

Te.cō.3.

Incipit determinare de loco. et primo per modū disputationum. Secundo determinādo veritatem. ibi [Post hoc autē accipiendū.] Circa primū duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendū locum esse. Secundo ad ostendendū ꝙ locus non sit. ibi. [At vero: sed habet defectū.] Circa primū duo facit. Primo ostēdit locū esse rationibus acceptis a veritate rei. Secundo ab opinionibus aliorū. ibi [Amplius vacuū.] Circa primū ponit duas rationes, in quarū prima sic procedit. Dicit. n. ꝙ ex ipsa trāsmutatione corporū, quæ mouentur ſm locum, manifestū est ꝙ locus aliquid sit. Sicut. n. trāsmutatio, quæ est ſm formas, homines induxit ad cognitionem materiæ, quia, s. oportet esse aliquod subiectū, in quo sibi formæ succedāt, ita trāsmutatio ſm locū induxit homines ad cognitionē loci: oportet. n. esse aliquid, vbi sibi corpora succedāt. Et hoc est quod subdit, ꝙ exeūte aqua indē, vbi nūc est, sicut ex quodā vase, iterū subintrat aer: cum igitur eundem locū qñq; aliud corpus detineat: ex hoc manifestum videtur esse, ꝙ locus sit aliud ab ijs, quę sunt in loco, & trāsmutantur ſm locū: quia vbi nūc est aer, prius aqua ibi erat: quod nō esset, si locus nō esset aliud ab aere et aqua

in fine. 12. te.

Tex.cō.14.

Te.cō.6.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Relinquitur igitur, ꝙ locus est aliquid: & quoddam receptaculum alterum ab vtroq; locatorū: et est terminus motus localis à quo & in quem. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea corporum naturalium atque simplicium ut ignis, terræ, ac talium lationes, non solum aliquid esse locum, sed etiam habere quandam potentiam indicant. fertur. n. unumquodq; suum ad locum, aliud sursum, aliud deorsum, nisi prohibeantur. Hæc autem loci sunt partes & species, supra inquã, ac infra, cæteræq; quatuor differẽtiæ sunt q; hæc, dextrum inquam, atq; sinistrum: & supra ac infra, non solum nostra ex parte (ad nos. n. non semper est idem, sed fit ut uertimur positione.) Quocirca sæpe idem dextrum est, atq; sinistrum, et supra ac infra, & ante & retro. Sed etiam ex ipsa natura, ubi distinctum est sursum utrunq;. Non enim quoduis est ipsum supra, sed id, quò fertur ignis ac leue. Similiter & infra non est quoduis, sed id, quò ea, quæ pondus habent, & terrea pergunt. Quibus patet, hæc non solum positione, sed ui quoq; differre. Indicãt idipsum & mathematica. Nam etsi non sunt in loco, nostra tamen positione dextra, læuaq; habent, nihil horum habentia natura (ut solum positio ipsorum intelligatur.)

Te.cõ.4.

Amplius autem loci mutatiões phylicorum corporum & simpliciũ, vt ignis, & terræ, & taliũ non solum ostẽdunt, ꝙ aliquis est locus, sed ꝙ & habet quandã potẽtiam. fertur. n. vnũquodq; in suum locũ, non prohibitum, hoc quidẽ sursum, illud autẽ deorsum. Hæc autẽ sunt loci partes, & species, sursum & deorsum, et reliquæ sex distantiarum. Sunt autẽ huiusmodi nõ solum ad nos dextrorsum, sinistrorsum, sursum, & deorsum. nobis. n. non semper idem, sed ſm positionem quomodocunq; vertamur fit: propter quod idẽ multoties dextrũ & sinistrũ est, & sursum, & deorsum: & ante, & retro. In natura autẽ determinatũ est seorsum vnũquodq;. Non. n. quodcũq; contingit, sursum est: sed quò fert ignis & leue. Similiter autẽ, & deorsum: nõ quodcunq; contingit. sed quò habẽtia grauitatẽ, & terrea, tãquã non positione solum differentia, sed potentia. Ostendunt autem, & Mathematica. cùm. n. non sint in loco, tamen ſm positionem ad nos, habẽt dextra, & sinistra (vt solũ intelligatur ipsorũ positio) non habẽtia natura horum vnumquodq;.

Loci partes, & species idẽ 5 Phy. te. cõ. 5 4. & 2. Cœ. te. cõ. 9. & in te. seq. Te.cõ.5.

Et dicit, ꝙ cum quorũcunq; corporum motus ostendat locum esse, vt dictũ est, motus localis corporũ naturalium simplicium, vt ignis, & terræ, & aliorũ huiusmodi grauiũ et leuium, non solũ ostendit ꝙ locus sit aliquid, sed etiam ꝙ locus habeat quandã potentiam, & virtutem. Videmus. n. ꝙ vnumquodq; horũ fertur in suũ propriũ locum qũ non impeditur: graue quidẽ deorsum, leue autẽ sursum. Ex quo patet, ꝙ locus habet quandã virtutem conseruandi locata: & propter hoc locatũ tendit in suum locum desyderio suæ conseruationis. Non autẽ ex hoc ostẽditur ꝙ locus habeat virtutẽ attractiuã, nisi sicut finis dicitur atttrahere. Sursum autẽ & deorsum, & alia de numero sex distãtiarũ, s. ante & retro, dextrorsum et sinistrorsum, sunt partes et species loci. Huiusmodi autẽ distantiæ determinantur in Vniuerso ſm naturam, & nõ solũ quo ad nos. & hoc patet, quia in his, in quibus ista dicuntur quò ad nos. nõ semper idẽ est sursum, vel deorsum, vel dextrorsum, sinistrorsum: sed variatur ſm ꝙ diuersimode nos cõuertimur ad ipsum. vnde multoties aliquod immobile manẽs, quod prius erat dextrum fit sinistrũ: & similiter de alijs, prout nos diuersimode ad illa conuertimur. Sed in natura aliquid determinatũ est sursum & deorsum ſm motũ grauium & leuiũ: & aliæ positiones secundum motũ cœli, vt in Tertio dictum est. Non. n. indifferenter quæcũq; pars mũdi est sursum, vel deorsum: sed sem per sursum est, quo fertur leuia, deorsum autẽ, quo fertur grauia. Quæcunq; autem ſm se habent determinatas positiones, necesse est ꝙ habeant potẽtias, quibus terminentur. alia enim est in animali potẽtia dextri, & alia sinistri: vnde relinquitur, ꝙ locus sit, & habeat aliquã potentiam. Quòd autẽ in aliquibus dicatur positio solum quò ad nos, ostẽdit per mathematica, quę quidem, licet non sint in loco, tamen attribuitur eis positio solum per respectum ad nos. vnde in eis non est positio ſm naturam: sed solum ſm ꝙ intelliguntur in aliquo ordine ad nos, vel supra, vel subtus, vel sinistrorsum, vel dextrorsum. Deinde cum dicit.

Præterea qui uacuum esse dicunt, locum asserunt esse. Vacuum enim locus erit sanè corpore carens. Locum igitur aliquid esse præter corpora ipsa: & omne corpus sensibile esse in loco, per hæc quispiam sanè putabit.

ARGY.

Amplius vacuũ affirmantes, locũ dicunt esse. Vacuũ. n. erit vtiq; locus priuatus corpe. Quòd quidẽ igitẽ sit aliquis locus prẽter corpora: et̃ omne corpus sensibile in loco, p hoc aliq; cõcipiet.

Te.cõ.6.

* omne corpus sensibile ꝓpter mathematica simp.

Ostendit locum esse ex opinionibus aliorũ. Et primo ex opinione ponentiũ vacuum. quia quicũq; affirmãt vacuũ esse, necesse est ꝙ dicãt esse locũ: cum vacuũ nihil aliud sit, q̃ locus priuatꝰ corpore. Et sic ex hoc, & ex præmissis rationibus potest aliquis cõcipere, ꝙ locꝰ sit aliquid ꝓter corpora: & ꝙ omnia corpora sensibilia sint in loco. Secundo ibi.

*Rectè etiam Hesiodus * uidebitur dicere: faciens ante omnia chaos. Dicit enim. Ante chaos, post hoc facta est latissimã tellus: propterea, quòd primo receptaculum hisce, quæ sunt, fuisse oportebat: quia putabat, ut multi, cuncta alicubi esse, atq; in loco. Quòd si ita sit, admirabilis quædã ipsius loci uis erit, & omnibus prior. Quod enim ita se habet, ut sine ipso quidem cætera nequeant esse, ipsum autem sine cæteris sit, id primum omnium esse, necesse est. locus enim non perit, etsi ea quæ in ipso sunt corrumpantur.*

ARGY.

* in theogonia, ideſt 1 lib. de origine Deorum.

Videbitur autẽ vtiq; & Heliodus recte dicere, faciens primum Chaos. * dicit igitur. Omniũ quidem primum Chaos factum est, postea vero terra lata, tanquam indigeret primum esse receptaculũ ijs, quæ sunt. propter id, ꝙ opinati sunt, quemadmodum multi, omnia alicubi & in loco esse. Si autem huiusmodi est, mirabilis quædã vtiq; erit potentia loci, & prima omnium. Sine quo nanq; aliorum nullum est, illud autem sine alijs, necesse est primum esse. non enim perditur locus, ijs quæ sunt in eo corruptis.

* Orpheꝰ varijtũ, et immẽsum hiatum, q̃d Heſiodus chaos vocauit

Tex.cõ.7.

Inducit ad idem opinionem Hesiodi, * qui fuit vnus de Antiquis poetis theologis; q posuit primo factũ esse chaos Dixit enim, ꝙ primo inter omnia factum est chaos, quasi quædam confusio, & receptaculum corporum: & postea facta est terra lata ad recipiendum diuersa corpora, ac si primo necesse esset esse receptaculum rerum, q̃ ipsę res. Et hoc ideo posuerunt, quia crediderunt, sicut & multi alij, ꝙ omnia quæ sunt sint in loco. Quod, si verum est, sequitur ꝙ locus non solum sit, sed ꝙ habeat mirabilem potentiam, quæ sit prima omnium entium, illud enim, quod potest esse sine alijs, & alia non possunt esse sine eo, videtur esse primũ: locus autem ſm eos potest esse sine corporibus: quod exinde conficiebant, quia videmus locum remanere destructis locatis: res autem non possunt esse sine loco. relinquitur igitur secundum eos, ꝙ locus sit primum inter omnia entia.

* Simpl. hoc in loco nõ ita craſſam Heſiodi poſitionem fuiſſe, vt Ariſto. ei tribuit, oſtẽdit.

LECTIO

LECTIO II.

Rationes locum esse destruentes adducuntur.

ARGY.

Verum si sit locus, existit cõtinuo dubitatio, quidnam sit, utrũ moles corporis quædam, an alia quædam natura. Est. n. genus ipsius primo quærendum. Igitur habet quidẽ dimensiones tres, longitudinẽ, latitudinem ac etiã altitudinem: quibus omne definitur numerũ corpus. at locum impossibile est esse corpus. erunt enim in eodem corpora duo.

Te.cõ.8. Stoici [vt refert Simpli.] corporum penetrationem probare conati, cõtraquos Ale. libellum acutissimum edidit. Endemus autẽ ne dũ duo naturalia corpora in eodẽ [inqt] esse nõ posse, aut nec natura le vnum & alterũ Mathematicum.

At vero habet defectũ si est, quid est. vtrum n. moles quædã corporis, aut quædã altera natura. Quærẽdum est. n. genus ipsius primum. Distantias quidẽ igitur habet tres, longitudinis, latitudinis, & profunditatis: quibus determinatur corpus omne. Impossibile est autem corpus esse locum. in eodem nanq; essent duo corpora.

Postquam Philosophus posuit rationes ad ostẽdẽdum ꝙ locus sit, hic ponit sex rationes ad ostẽdendũ ꝙ locus nõ sit. Principium autẽ ad inuestigandũ de aliquo an sit, oportet accipere quid sit: saltẽ quid significet per nomẽ. & ideo dicit, ꝙ quãuis ostensum sit ꝙ locus sit, tũ habet defectũ, i. dubitationẽ, quid est, etsi est, vtrum, s. sit quædã moles corporea, aut aliqua natura alterius generis. Sit ex hoc sic argumentatur. Si locus est aliquid, oportet ꝙ sit corpus: quia locus habet tres dimẽsiones, i. longitudinis, latitudinis, et profunditatis. his autẽ determinatur corpus: quia omne quod habet tres dimẽsiones, est corpus. sed impossibile est locum esse corpus: quia, cum locus & locatũ sint simul, sequeretur duo corpora esse simul, quod est inconueniens. ergo impossibile est locum aliquid esse. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY.

Præterea si corporis sit locus ac receptaculum, patet & superficiei, & reliquorum, finium esse. eadem enim accommodabitur ratio. nam ubi prius erant superficies aquæ, superficies rursus aeris erunt. at nulla est differentia puncti: ac loci puncti. Quare. si locus non est diuersus ab hoc, neq; a cæterorum ullo diuersus est, nec quicquam est ipse præter unumquodque istorum.

Te.cõ.9.

Amplius, si vere corporis locus est receptaculum, manifestũ ꝙ & superficiei erit, & reliquorũ terminorum. eadem. n. consonat ratio. vbi nãq; prius erant aquę plana, erũt iterũ quę sunt aeris. At vero differentiam nullam habemus puncti, & loci pũcti. quare, si neq; ab hoc est locus diuersus, neq; ab aliorum aliquo: neq; est aliquid prẽter vnumquodq; istorum locus.

Secũda ratio.

Quæ talis est. Si locus corporis vere est quoddã receptaculum corporis, aliud a corpore, oportet ꝙ etiã superficiei sit aliquod receptaculũ, aliud ab ipsa: et similiter est de alijs terminis quãtitatis, quæ sunt linea & pũctus. Et hãc conditionalẽ sic probat. Propter hoc. n. ostẽdebat locus esse aliꝰ a corporibꝰ, quia vbi nũc est corpus aeris, ibi prius erat corpus aquæ. & similiter vbi prius erat superficies aquę, nunc est superficies aeris: ergo locus superficiei est aliud a superficie, & similis ratio est de linea, & pũcto. Argumẽtatur ergo a destructione cõsequentis, per hoc ꝙ nõ potest esse aliqua differentia loci pũcti, a puncto: quia, cum locus nõ excedat locatum, locus puncti non potest esse nisi aliquod indiuisibile. Duo autem indiuisibilia quantitatis, vt duo puncta simul coniuncta, non sunt nisi vnum: ergo eadem ratione, neq; locus superficiei erit aliud a superficie, neq; locus corporis erit aliud a corpore. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY.

Quid enim tandem locum esse ponemus? Neq; enim elementum, neq; ex elementis, aut corporeis, aut incorporeis esse potest: talem habens naturam. nam magnitudinẽ quidem habet, nullum est autem corpus. At corporum quidem sensibilium elementa corpora sunt. ex intelligibilibus autem elementis, nulla sit magnitudo.

Quid. n. forte ponemus esse locum? Neq; n. elemẽtum, neq; ex elemẽtis potest esse, huiusmodi habens naturam, neq; corporeorũ, neq; incorporeorum. magnitudinẽ quidẽ. n. habet locus, corpus autem nullum. Adhuc autẽ sensibilium quidem corporum, elementa corporea. ex intelligibilibus autem elementis magnitudo nulla fit.

Te.cõ.10. * Non enim [inqt Simpl.] sufficiẽs pars ratio elementorum illa foret, cũ materiam & formã requerit, & hoc de industria fecit Arist.

Quę talis est. Omne, quod est, vel est elementũ, vel est ex elemẽtis: sed locus neutrũ horũ est: ergo locus nõ est. Mediã probat sic. Omne, quod est elementũ, vel ex elemẽtis, est de numero corporeorũ, vel incorporeorũ: sed locus non est de numero incorporeorũ: quia habet magnitudinẽ. nec de numero corporeorũ: quia non est corpus, vt probatũ est: ergo neq; est elemẽtũ, neq; ex elemẽtis. Et, qa posset aliquis dicere, ꝙ licet nõ sit corpus, est tñ elemẽtũ corporeũ, ad hoc excludendũ subiũgit, ꝙ sensibiliũ corporũ sunt elementa corporea (quia elemẽta nõ sunt extra genus elemẽtatorũ.) Nã ex intelligibilibꝰ principijs, quæ sunt incorporea, nõ constituẽ aliqua magnitudo. vnde, si locus nõ sit corpus, non potest esse elementũ corporeum. Quartam rationẽ ponit ibi.

Tertia ratio. Hãc rationẽ, & sequentem, aut nõ diſſoluat Arist. Videte, c. 47

Præterea cuinam rei causam locum esse quispiam ponet? nulla. n. ipsi causarum quatuor competit. Neq; enim ut materia rerũ est causa (quippe cum nihil ex ipso cõstet) neq; ut Formæ ratio, neq; ut Finis, neq; res ullas mouet.

ARGY.

Amplius & cuius vtique quis ponet ijs quæ sunt, causam esse locum? nulla enim causa inest ipsi de quatuor. Neq; enim sicut materia, eorum quæ sunt. neq; enim ex ipso cõstituta sunt entia. neq; sicut Forma & ratio eorum, quæ sunt. neq; sicut Finis. neq; sicut Mouens ea, quæ sunt.

Te.cõ.11.

Quæ talis est. Omne, quod est, aliquo modo est causa respectu alicuiꝰ: sed locus nõ potest esse causa ſm aliquẽ quatuor modorũ. * neq; n. est causa sicut materia: quia ea, quæ sunt, nõ constituuntur ex loco, quod est de ratione materię. neq; sicut causa formalis, quia tũc omnia, quæ haberẽt vnũ locũ, essent vnius speciei, cum principiũ speciei sit forma. neq; iterũ sicut causa finalis rerũ: quia magis videntur esse loca, propter locata, q̃ locata propter loca. neq; iterũ est causa efficiẽs, vel motiua, cum sit terminus motus. Videtur igitur, ꝙ locus nihil sit. Quintam rationem ponit ibi.

Quarta ratio. * causam horũ aliter Simpl. adducit, & Eudemus cõtra Democritum a causis omnibus locum alienum esse ostendit.

ARGY.

Præterea & ipse, si sit unum quid eorum, quæ sunt, alicubi erit: Zenonis nanque dubitatio rationem aliquam quærit. Nam, si omne quod est, est in loco, patet & locum etiam esse loci, atq; hoc in infinitum abibit.

Amplius & ipse, si est aliquid eorũ, quæ sunt, alicubi erit. Zenonis enim opinio quærit quandam rationem. si nanq; omne, quod est, in loco est, manifestum quoniã & loci locus erit, & hoc in infinitum procedet.

Te.cõ.12.

Quæ est ratio Zenonis, & est talis. Omne, quod est, est in loco: si igitur locus est aliquid, sequitur ꝙ sit in loco, & ille locus in alio loco, & sic in infinitum, quod est impossibile: ergo locus non est aliquid. Sextam rationem ponit ibi.

Quinta ratio Soluitur hæc ratio infrà. te.c. 28. & 47

ARGY.

Insuper, si, ut est omne corpus in loco, sic est et in omni loco corpus, quoniam pacto dicemus de ijs quæ accrescũt? Nã si locus cuiusq; neq; minor est, neq; maior, necesse est una cũ ipsis incrementa locũ suscipere. Ex ijs igitur, nõ solum quid nã sit locus: sed si sit etiam, dubitare, necesse est.

Amplius, si, vt omne corpus in loco est, sic & in omni loco corpus, quomodo igit dicemus de ijs, quę augmentãtur? Necesse est. n. ex his, simul

tex.cõ.13.

augmentari locū cū ipsis, si neq; minor, neq; maior locus est vniuscuiusq;. Per hoc quidē igit nō solum quid est, sed etiā si est, dubitare necesse est.

Sexta ratio.

Quæ talis est. omne corpus est in loco, et in omni loco est corpus, ut a multis probabiliter existimatur, ex quo accipitur q locus nō sit minor neq; maior ēj locatū. cum ergo locatum crescit, oportet q crescat & locus. sed hoc videtur impossibile, cum locus sit quoddā immobile. nō ergo locus aliquid est. Et vltimo epilogat, q per huiusmodi rationes nō solum dubitatur quid sit locus, sed etiam an sit. Huiusmodi autem rationes soluentur per ea, quæ sequentur.

LECTIO III.

Opiniones formiam seu materiam locum esse dicentium prosequitur: eq; quamplurimis rationibus refelluntur.

ARGY. *Cùm autem quoddā per se, quoddā dicatur per aliud, et locus alius sit cōmunis, in quo cuncta corpora sunt, alius proprius, in quo primo quippiā est. Nā tu nunc es in cœlo, quia in aere es, qui quidem in cœlo est: et rursus in aere es, quia in terra es: & in hac simili modo, quia in hoc loco es, qui nihil plus quàm te cōtinet. Cùm hæc igitur ita sint, atque locus id sit, quod primū unumquodq; corporū cōtinet, finis ipse quidā erit profectò. Quare locus uniuscuiusq; forma esse uidebitur: qua magnitudo materiaq; magnitudinis terminatur: hæc n. rei cuiusq; est finis. Atq; hoc quidē modo cōsyderātibus, locus uniuscuiusq; forma esse uidetur*

Tex.cō.14.

QVoniam autem aliud quidē secundum se, aliud vero secundū aliud dicitur: similiter & locus, alius quidem cōis, in quo oīa corpora sunt: alius vero proprius ī quo primo. (Dico autem cōis, qm̄ quasi tu nunc in cœio æs, quia in aere: hic autem in cęlo & in aere, quia in terra: similiter autē & in hac, quia & in loco, qui nihil cōtinet plus q̄ te.) Si igitur locus est primū cōtinens vnumquodq; corpus: * terminus quidam vtique erit. quare videtur species, & forma vniuscuiusq; locus esse: qua determinat magnitudo, & materia magnitudinis, hæc. n. est vniuscuiusq; terminus. Sic quidem igitur cōsyderantibus, locus vniuscuiusq; species est.

* in hac rōne est sophisma, in æquiuocatiōe finis, qui latenter de forma, & extranee dicit de loco. Simpli. & post ipsum cōment. te. cō. 15.

Postquā Philosophus inquisiuit disputatiue an locus sit, hic inquirit quid sit. Et primo ponit rationes disputatiuas ad ostendendū locum esse formā, vel materiā. Secundo ponit rationes in cōtrarium ibi. [At vero q impossibile sit.] Circa primū duo facit. Primo ponit rationem ad ostendendum locū esse formam. Secundo ad ostendendum locū esse materiā. ibi [Secundum autē q videt locus esse.] Tertio inducit corollariū ex his ibi. [Merito autē ex his.] Dicit ergo primo, q sicut in entib⁹ quoddā est per se ens, & aliquod dicitur ens per accidēs, similiter considerandū est circa locū, q quidā locus est cōis, in quo omnia corpora sunt, & alius est locus proprius, qui primo & per se dī locus. Locus autē cōis nō dicitur locus nisi per accidēs, et per posterius. quod sic manifestat. possum. n. dicere q tu es in cęlo, quia es in aere, qui est in cęlo, & q tu es in aere et in cęlo, quia es ī terra: & in terra diceris esse, quia es in loco, qui nihil cōtinet plus q̄ te. Si ergo illud, quod primo et per se cōtinet unūquodq;, est per se locus eius: huiusmodi autē est terminus, ad quem res terminatur: sequit ergo q locus proprie, & per se sit terminus rei. Forma autē est terminus vniuscuiusq;: quia per formā terminatur materia vniuscuiusq; ad proprium esse: & magnitudo ad terminatam mēsuram. quantitates. n. rerum cōsequuntur formas earū. videtur igitur fm hanc consyderationem, q locus sit forma. Sed sciendum q in hac ratione est sophisma cōsequentis: syllogizatur enim in secunda figura ex duabus affirmatiuis. Secundo ibi,

Secūda parte te. 15. Secūda parte 16. te.

Vt autem interuallū magnitudinis esse uidetur materies, hoc. n. a magnitudine est diuersum, et est id, quod a forma cōtinetur ac terminatur, uelut a superficie terminoue. tale autē est ipsa materies, & id quod terminis caret. Nā, cùm auferatur finis, atq; affectus a pila, nihil præter materiā restat. Quapropter et Plato in Timæo materiā & receptaculum, idē esse dicit. Susceptiuum. n. & receptaculum, unum esse dicit ac idē. Et quāquam materiam illo quidem in loco susceptiuum appellat, in hisce uero, quæ non scriptæ Sententiæ nūcupantur, alio modo, locū tamen & receptaculum, idem asserut esse. V nuerſi nanque locum aliquid esse dicunt, hic uero quidnam sit, solus dicere est aggressus. ARGY.

Secundum autē q videtur esse locus distātia magnitudinis, sic materia. hæc nanq; altera est a magnitudine. Hæc autē est cōtenta sub specie & definita, sicut sub plano & termino. est autē huiusmodi materia & infinitū. Cùm. n. remouentur termini & passiones sphæræ, relinquit nihil præter materiam. Vnde Plato, materiam et locū dicit esse idem in Timęo. receptiuum enim et locum vnum & idem dicit. alio vero modo ibi dicens receptiuum, & in dictis, non scriptis Dogmatibus, tī locum & receptiuum idem retulit. Dicunt quidem enim omnes esse aliquid locū: quid autem est, hic solus conatus est dicere.

te. cō. 16.

Ponit rationem Plat. per quā sibi uidebatur q locus esset materia. Ad cuius euidentiā sciendū est, q Antiqui putauerunt locū esse spatiū, quod est inter terminos rei cōtinentis, quod quidē habet dimēsiones longitudinis, latitudinis, & profunditatis. nō tī huius spatiū videbatur esse idem cum aliquo corpore sensibiliū: quia recedētibus & aduenientibus diuersis corporibus sensibilibus, remanet idē spatium. Secundū hoc ergo sequit, q locus sit dimensiones separatę. Et ex hoc volebat syllogizare Plato, q locus esset materia. Et hoc est quod dicit, q fm q locus videt aliquibus esse distātia magnitudinis spatij, separata a quolibet corpore sensibili, videbat q locus esset materia. Ipsa nanq; distātia, uel dimēsio magnitudinis, altera est a magnitudine. nā magnitudo significat aliquid terminatū aliqua specie: sicut linea terminatur pūctis, & superficies linea, & corpus superficie, quæ sunt species magnitudinis: sed dimēsio spatij est cōtenta sub forma & determinata, sicut corp⁹ determinat plano, i. superficie, vt quodā termino. Id autē, quod cōtinetur sub terminis, videtur esse in se nō determinatū. Quod planum autē est in se nō determinatū, sed determinatur per formā & terminū, est materia, quæ habet rationē infiniti: quia, si ab aliquo corpore sphęrico remouēatur passiones sensibiles, & termini, quibus figurat dimēsio magnitudinis, nihil relinquitur nisi materia: vnde relinquitur q ipsę dimēsiones ex se indeterminatæ, quæ per aliud determinātur, sint ipsa materia. Et hoc præcipue sequebatur fm radices Platonis, qui ponebat numeros, & quantitates esse substantias rerū. quia igitur locus est dimēsiones, & dimensiones sunt materia: dicebat Plato in Timæo, q idem est locus, & materia. omne. n. receptiuum alicuius dicebat esse locum, nō distinguens inter receptionē loci, & materiæ: vnde, cum materia sit receptiuum formarū, sequitur q materia sit locus. Tamē sciēdū q de receptiuo diuersimode Plato loquebatur: quia in Timæo dixit receptiuū esse materiā. in dogmatibus aūt dictis & nō scriptis, i. cū verbotenus docebat in scholis, dicebat receptiuū esse magnum et paruum: quę etiā ex parte materiæ ponebat, vt supra dictum est. tū cuicunq; attribueret esse receptiuum, semper dicebat q receptiuum, & locus sint idem. Sic igitur, cum multi dicerent locū esse aliquid, solus Plato conatus est assignare quid sit locus. Tertio ibi,

Soluūtur ista arguméta in fenus tex. cō. 28. 29.

Merito

ARGY. *Merito autem ex hisce consyderantibus, difficile esse uidebitur, quidnam sit ipse locus cognoscere, si utrumuis horum sit, siue materies, siue forma. Nam hæc & summā habent contemplationem, & seorsum alterum sine altero facile cognosci non potest.*

Merito autem ex his intendentibus videtur vtiq; difficile cognoscere quid est locus, siquidē horum quodcunq; est, siue materia, siue forma. Hæc * enim altissimam habent speculationem, & sine inuicem non facile est cognoscere ipsa.

* tā difficilis est materiæ cōtemplatio, vt non nisi (vt inquit Plato) adulterina ratione persuaderi possit.

Concludit ex prædictis, q, si locus est vel materia, vel forma, rationabile videtur, q sit difficile cognoscere quid sit locus: quia tam materia, q̄ forma habent altissimam speculationem & difficilem. & non est facile etiam cognoscere vnum eorum sine altero. Deinde cum dicit.

ARGY. *At uero non est difficile uidere locum utrumuis horum esse nō posse. Neq; n. materia, neq; forma separatur a re: at locus separari potest. in quo nāq; erat aer, in hoc rursus est aqua, uicissim hisce sibi cedentibus, cæterisq; corporibus similiter, uti diximus. Quare neq; pars est, neq; habitus ipse locus, sed a quaq; re separabilis est. Etenim quale est vas, tale quid ipse locus esse uidetur. uas enim locus est potens transferri. at uas nihil est eius rei, quæ est in ipso. Locus igitur quo quidem est a re separabilis, hoc forma sane non est: quo uero continet, hoc a materia est diuersus.*

tex.cō.17. At vero q impossibile sit vtrumuis horū esse locum, non est difficile videre. Forma. n. & materia non separantur a re, locum autem cōtingit. in quo nāq; aqua erat, in hoc iterum aer, sicut diximus prius, fit, transmutatis adinuicem aereq;, & aqua, et alijs corporibus similiter. Quare neq; pars, neque habitus, sed separabilis est locus ab vnoquoq;. etenim videtur tale quid esse locus, vt vas. etenim vas locus transmutabilis, vas autē nihil rei. Secundum quidē igitur q separabilis est a re, sic quidem non est forma. Secundum autem q continet, siquidem alterum est a materia.

Te.cō. 18.

Prima ratio.

Ponit quinq; rationes in cōtrarium. Circa quarū primā dicit, q nō est difficile videre locū non esse materiā vel formam. quia forma & materia nō separātur a re, cuius sunt: sed locū cōtingit separari, q̄a in loco, in quo erat aer, postea est aqua: & etiā alia corpora adinuicē mutantur loco. vnde manifestū est, q locus nō est pars rei vt materia, vel forma. Neq; est etiā habitus, seu quodcunq; accidēs: quia partes, et accidentia nō sunt separabilia a re: sed locus est separabilis. & hoc manifestat per exēplum, quia locus videtur cōparari ad locatū sicut quoddā vas, sed in hoc tantū differt: quia locus est immobilis, vas autē mobile, vt infra exponet. Sic igit per hoc q locus est separabilis, ostēditur q locus nō sit forma. Sed q locus nō sit materia ostendit nō solū per hoc, q est separabilis, sed etiā per hoc, q cōtinet: materia autem non cōtinet, sed cōtinetur. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Videtur autem semper id, quod est in loco, aliquid esse: & extra ipsum aliquid aliud esse.*

Videtur autē semper, quod est alicubi, ipsum esse aliquid: & alterum aliquid extra ipsum.

Secūda ratio.

Quia enim ostēderat q locus nō est materia, nec forma, per hoc q locus separatur a locato, vult ostēdere q etiam, si locus nunquā separaret a locato ex hoc ipso quod dicimus q aliquid est in loco, apparet q locus nō est forma neq; materia. quia omne, quod dicitur esse alicubi, videt & ipsum esse aliquid: & alterum aliquid esse ab eo, in quo est, vnde, cū aliquid dicitur esse in loco, sequitur q locus sit extra locatum. Materia autē, & forma non sunt extra rē: ergo neq; materia, neq; forma est locus. Tertiam rationem ponit ibi.

Plato tamen dicat oportet (si parumper liceat digredi) cur forma, numeriq; non sunt in loco, si locus est id, quod est particeps: siue magnum sit illud, & paruum, siue materies, ut in Timæo asserit? ARGY.

Platoni igitur dicendum est (si oportet digredientes dicere) quare non in loco species & numeri sunt, si id, quod vere participatiuum est, locus sit: siue magnum, siue paruū sit quod participatiuum est, siue materię, vt in Timęo scriptit.

Hic arguit specialiter contra positionem Platonis dicendo. Dictū est. n. supra in Tertio, q Plato posuit Ideas, et numeros nō esse in loco: sequebatur autē, fm eius sententiā de loco, q essent in loco: quia omne participatū est in participante: species autē & numeros ponebat participari, siue a materia, siue a magno, et paruo, sequitur ergo q species et numeri sint in materia, siue in magno, & paruo. Si igit materia, vel magnum & paruum est locus, sequitur q numeri & species sint in loco. Quartam rationem ponit ibi.

Tertia ratio.

Præterea, si locus esset materies aut forma, quonam pacto res ad suum pergeret locum? esse enim id locus non potest, ad quod non est motio: & quod hasce differentias, supra, inquam ac infra, non habet. quare locus in talibus est quærendus. Quod, si in ipsa re locus non inest (insit enim oportet, si est materies aut forma) locus, erit in loco. Mutatur enim una cum re, atque mouetur, & forma, & id quod terminis caret, & non in eodem est semper, sed ubi est ipsa res. Quare fit, ut loci sit locus. ARGY.

Amplius quomodo ferretur in sui locum, si locus esset materia, aut species? impossibile est n. cuius non est motus, neq; sursum aut deorsum, locum esse. quare, quærendus in huiuscemodi locus est. Si autē in ipso locus est (oportet. n. siquidem aut forma aut materia est) erit locus in loco. Transmutantur enim simul cū re, et mouentur: & species & infinitum, non semper in eodem, sed vbi vtiq; res. Quare loci erit locus.

Te. cō. 19. Quinta.

Te. cō. 20. Sexta.

Circa quā dicit q nō poterit conuenienter assignari quomodo aliquid moueat fm locū, si materia & forma sint locus, impossibile est. n. assignare locū in ijs, quę non mouentur sursum, vel deorsum, vel quomodocunq; aliter fm locū, vnde in illis quærēdus est locus, quæ fm locū mouētur. Sed si in ipso, quod mouetur, est locus, quasi aliquid ei intrinsecū (quod oportet dicere, si materia vel forma sit loc⁹) sequitur q locus erit in loco: quia omne, quod trāsmutatur fm locū, erit in loco: sed ea, quæ sunt in re, vt species & infinitū, i. materia, mouētur simul cū re: quia non semper sunt in eodē loco, sed sunt vbi est res: ergo oportet q materia et forma sint in loco. Si igitur alterū eorū sit locus, sequit q locus sit in loco, quod inconueniens est. Quintam rationem ponit ibi.

Quarta ratio.

Insuper facta ex aere aqua, perijt ipse locus. Corpus enim id quod est ortum: non in eodem est, at quæ nam est ipsius loci corruptio? Dicta sunt igitur & ea, ex quibus necesse est aliquid esse locum, & ea rursus, ex quibus de substantia ipsius, quispiam dubitabit. ARGY.

Amplius cum ex aere fit aqua, perditus est locus, non enim in eodem loco fit corpus. quæ igitur corruptio? Ex quibus igitur necessarium est locum esse aliquid, & iterum ex quibus vtiq; dubitabit aliquis de substantia ipsius, dictum est.

Te. cō. 21. Septima.

te. cō. 22.

Quinta ratio

Quæ talis est. Q̃cunq; aliquid corrumpitur, corrũpuntur aliquo modo partes speciei ipsius: materia autẽ & forma sunt partes speciei: ergo corrupta re, ad minus per accidens, forma et materia corrũpuntur: si igitur materia et forma sit locus, sequitur q̃ locus corrũpatur, si locus pertinet ad speciẽ: quia corpus, quod generatur nõ esset in eodem loco, si locus aeris pertineret ad speciẽ eius, sicut cũ aqua generatur ex aere. Sed nõ est assignare qualiter locus corrũpatur: ergo nõ potest dici, q̃ materia vel forma sit loc⁹. Vltimo autem epilogat, quod dictũ est, p̃ quæ videt necessariũ esse q̃ sit locus: & p̃ quę aliquis potest dubitare de subtãtia eius.

LECTIO IIII.

Quot modis quippiam in aliquo esse dicatur inducens, vt prius dubitata de loco dissoluat, an aliquid in seipso esse dicatur, & quomodo dilucidat.

ARGV. *Post hæc sumendum est quot modis quippiam in alio dicitur esse. Vno igitur dicitur modo, ut digitus in manu, & pars omnino in toto. Alio ut homo in animali: & omnino in genere species. Alio ut genus in specie, & omnino in speciei ratione, pars speciei. Præterea ut sanitas in calidis atq; frigidis: & omnino in materia forma. Præterea ut res græcorum, in Rege: & omnino in primo mouente. Insuper in bono, atq; omnino in fine. hoc autem est id gratia cuius cætera sunt, atq; fiunt. Omnium uero id proprijssime dicitur, quod est in uase, & omnino in loco.*

te.cõ.13: POst hæc autẽ accipiendum est quot modis aliud ī alio dicitur. vno quidẽ igitur modo sicut digitus in manu, & omnino pars ī toto est. Alio vero, sicut totũ in partibus, non.n. præter partes est totũ. Alio modo sicut homo in animali, & omnino species in genere. alio vero, sicut genus in specie: & omnino pars speciei ī speciei ratione. adhuc sicut sanitas in calidis & frigidis: & oĩo species in materia. adhuc, sicut in rege, q̃ sunt græcorũ: & omnino motũ in primo motiuo. Amplius, sicut in optimo, & omnino ī fine, hoc autẽ est, cuius causa fit. Omnium autẽ maxime proprijs est, sicut in vase, & omnino in loco.

Secũda parte te.cõ.30. te.cõ.24. Tex.cõ.28. * in prædicamentis vndecim enumerantur modi a græcis, hic autem 8. quia aliqui istorũ in alios secari possunt, vel vt videtur velle Simpl. necessarios tãtum aduertit, & rẽ puto ob id prætermitti q̃ nihil de ipso dictum sit ab Arist. octauus dicit propri⁹ ab Ale. quia esse in aliquo videtur proprie vbi ipsorare, & vbi maxime illoco significat, ob hæc oẽs alij ab illo originem duxerunt.

Postquam Philosophus inquisiuit disputatiue an locus sit, & quid sit, hic accedit ad dererminandũ veritatem. Et primo præmittit quædã, quę sunt necessaria ad consyderationem veritatis. Secundo determinat veritatẽ ibi. [Quid autem forte.] Circa primum tria facit. Primo ostẽdit quot modis dicitur aliquid esse in aliquo. Secũdo inquirit, vtrũ aliquid posset esse in seipso ibi. [Dubitauit autẽ aliquis.] Tertio soluit quædã prius dubitata ibi [Quod autẽ Zeno opposuit. Ponit ergo octo * modos, qbus aliquid in aliquo dicitur esse. quorũ primus est, sicut digitus dicit esse in manu, & vniuersaliter quęcũq; alia pars in suo toto. Secundus modus est. prout totũ dicitur esse in partibus. Et, quia iste modus nõ est adeo consuetus sicut primus, ad eius manifestationem subiũgit, q̃ totũ nõ est præter partes, & sic oportet vt intelligatur esse in partibus. Tertius modus est, sicut homo dicit esse in animali, vel quęcunq; alia species in suo genere. Quartus modus est, sicut genus dicit esse in speciebus. Et ne iste modus extrane⁹ videatur, rationẽ innuit quare hoc dicit. nã genus est pars definitionis speciei, & etiã differẽtia, vnde quodãmodo & genus & differẽtia dicuntur esse in specie, sicut partes in toto. Quintus modus est sicut sanitas dicitur esse in calidis et in frigidis: quorũ contemperantia cõstituit sanitatẽ: & vniuersaliter quæcunq; alia forma in materia, vel subiecto, siue sit accidẽtalis, siue substantialis. Sextus modus, sicut res græcorũ dicũtur esse in Rege græciæ: & vniuersaliter omne, quod mouetur, est in primo motiuo. Per hũc etiam modum dicere possum aliquid esse in me, quia est in potestate mea, vt faciã illud. Septimo modo dicitur aliquid esse in aliquo, sicut in quodã optimo diligibili, & vniuersaliter sicut in fine. Et per hunc modũ dicitur esse cor alicuius in aliqua re, quam desyderat et amat. Octauo modo dicitur esse aliquid in aliquo, sicut in vase, et vniuersaliter sicut locatũ in loco. Videtur autẽ prætermittere modũ, quo aliquid est in aliquo, sicut in tẽpore. sed hic reducitur in hũc octauum modum. nã sicut locus est mẽsura mobilis, ita tẽpus est mensura motus. Dicit autem, q̃ fm hunc octauũ modum maxime proprie dicitur esse aliquid in aliquo. vnde oportet fm regulã, quã tradidit in. 4. &. 5. Meta. q̃ omnes alij modi reducãtur aliquo modo, ad hunc modũ, quo aliquid est in aliquo, sicut in loco. Quod sic patet. locatum.n. cõtinetur, siue includitur in loco, & in eo habet quietẽ & fixionem. Propinquissime igitur per hũc modum, pars dicit esse in toto integrali, in quo actu includit. vnde etiã infra dicetur q̃ locatũ est in loco, sicut pars separata: & pars est, sicut quoddã locatum cõiunctum. Totum autem, quod est fm rationẽ, ad similitudinẽ huius totius sumitur. vnde cõsequenter dicitur id, quod est in ratione alicuius esse in eo, vt animal in homine. Contingit autẽ sicut partem totius integralis includi in toto fm actum, ita partem totius vniuersalis includi in toto fm potentiã. nam genus ad plura se extẽdit in potẽtia q̃ species, licet species habeat plura in actu, vnde cõsequenter dicitur esse etiam species in genere. Et, quia sicut species cõtinetur in potẽtia generis, ita forma in potentia materiæ: vlterius dicetur forma esse in materia. Et, quia totum habet rationem formę respectu partium, vt dictum est in Secundo, consequenter etiam totum dicitur esse in partibus. Sicut autem forma includitur sub potentia passiua materię, ita effectus includitur sub potentia actiua agentis: vnde & dicitur aliquid esse in primo motiuo. Deinde autem manifestũ est q̃ appetitus quiescit in bono desyderato & amato: & in eo figitur sicut & locatum in loco: vnde etiam dicitur affectus amantis ineſſe amato. Et sic patet q̃ omnes alij modi deriuantur ab vltimo, qui est maxime proprius. Secundo ibi.

At enim, hic quispiam dubitauerit, sit ne ut & in seipso quippiam sit, an nihil est in se prorsus, sed omne quodus, aut nusquam, aut in alio est? ARGV.

te.cõ.24. Dubitabit autem aliquis, vtrũ vnum & idem aliquid esse in seipso contingit, aut nihil: sed omnia, aut nusquam, aut in alio esse?

Inquirit, vtrũ aliquid possit esse in seipso. nã Anaxag. supra dixit infinitũ esse in seipso. Primo ergo mouet dubitationẽ, vtrũ, s. aliquod vnũ & idẽ possit esse in seipso, vel nihil: sed oĩa, uel nusquã sint, uel sint ī aliquo alio? Secũdo ibi.

Hoc autem est dupliciter, aut per se, aut per aliud. Nã cum id in quo est, & id, quod in illo est, totius sunt partes, tunc totum in seipso esse dicitur. Quippe, cum et per partes dicatur, ut albus: quia superficies est alba: et sciẽs, quia anima rationis particeps scit. Dolium igitur non est in seipso, neq; etiam vinũ: uini uero dolium, erit. Ambo nanq;, id inquam quod in est: et id in quo est, eiusdem sunt partes. Hoc igitur pacto fit ut quippiam in seipso sit. ARGV.

Dupliciter autẽ hoc est, aut fm se, aut secundũ alterum. Cũm.n. sint partes totius, & id, in quo, & id, quod in hoc, dicetur totum in seipso esse. Dicitur autẽ & fm partes, vt album, quia superficies, & sciens, quia ratiocinatiuũ. Amphora quidem igitur, nõ erit in seipsa, neq; vinum, vini autem amphora erit. Quod nanq; est, & in quo est, vtraq; eiusdem partes sunt. Sic quidẽ igitur contingit, idem aliquid esse in seipso. Tex.cõ.25.

Soluit. & primo ostẽdit quomodo possit esse aliquid in seipso. secundo quomodo nõ possit. ibi [Primum autẽ non conuenit.] Dicit ergo primo, q̃ dupliciter potest intelligi aliquid esse in seipso. vno modo primo & per se, alio modo fm alterum, i. fm partẽ: & isto secundo modo potest dici aliquid esse in seipso, cum.n. alicuius totiⁱ, duę partes ita se habeat, q̃ vna sit, in quo est aliquid: & alia sit, quod est in illa: sequitur q̃ totũ dicatur & in quo est, ratione vnius partis: & quod est in hoc, ratione alterius. et sic totũ dicetur esse in seipso. Inuenimus.n. q̃ aliquid dicitur de aliquo fm partẽ, sicut aliquis dicitur albus, quia superficies eius est alba: & homo dicitur sciẽs, quia sciẽtia est in parte ratiocinatiua. Si igit accipiat amphora plena uino, sicut quoddã totũ, cuius partes sunt amphora & vinũ, neutra partium eius erit in seipsa, i. neq; amphora, neq; vinũ. sed hoc totũ, s. amphora vini, erit in seipsa, inquantũ utrunq; est pars eius. s. & vinum, quod est in amphora, & amphora, in qua est vinũ. Per hũc igitur modũ cõtingit aliquod idẽ esse in seipso. Secũdo ibi. Secũda part te.cõ.25.

ARGV. *Sed ut primo, fieri nequit, uelut albedo est in corpore: nã superficies est in corpore, scientia uero in anima. Et per hæc quæ sunt, ut in homine partes, appellationes hæ nõ incongrue fiunt. Dolium autẽ, atq; vinũ, cùm sint quidem seorsum, nõ sunt partes, sed cũ sunt simul. quocirca cũ sint partes, erit ipsum in seipso, ceu albedo est in homine, quia in corpore est, & in hoc, quia in superficie. In hac autẽ, non per aliud. atq; hæc diuersa sunt specie, et aliã utraq; naturam, et potentiam habent, superficies inquam, atq; albedo.*

Primum autem non contingit, vt albũ in corpore. superficies.n. in corpore, scientia autem in anima. Secundum hæc autẽ sunt appellationes, cùm sicut partes sint in homine. Amphora autem, & vinum cum seorsum sint, nõ partes sunt. Simul autem cum sint partes, erit idẽ in seipso, vt album in homine, qm̃ in corpore, & in hoc, quoniam in superficie. In hoc autẽ, nõ amplius, quoniam secũdum aliud est. Et altera specie hæc sunt, & alteram naturam habet vnumquodq; & potentiam, vt superficies & album.

Ostendit q̃ non contingit aliquid esse primo in seipso. Et primo proponit quod intẽdit, distinguens vtrunq; modum, quo aliquid est in seipso, et quo nõ est, Secũdo probat propositum ibi. [Neq; n. inductiue cõsyderãtibus.] Dicit ergo, q̃ non cõtingit aliquid esse primo in seipso. & manifestat quid sit aliquid esse primo in seipso per oppositum. album.n. dicit esse in corpore, quia superficies est in corpore, vnde nõ est primo in corpore, sed in superficie. Et similiter scientia primo dicitur esse in anima, nõ autem in homine, in quo est per animã. Et secundum hæc, s. secundum animã & superficiẽ, sunt appellationes, quibus nominatur homo albus, vel sciẽs, cum anima & superficies sint sicut partes in homine. non q̃ superficies sit pars, sed quia se habet ad modum partis, inquantũ est aliquid hominis, vt terminus corporis. Si autem accipiatur vinũ & amphora seorsum abinuicem, non sunt partes: vnde neutri competit esse in seipso. Sed, cum simul sunt, vtpote cum amphora est plena vino: propter hoc q̃ amphora & vinum sunt partes, idem erit in seipso. vt expositum est, non primo, sed per partes. sicut album non primo est in homine, sed per corpus, & in corpore per superficiem. In superficie autem non est per aliquid aliud: vnde primo dicitur esse in superficie. Nec est idẽ id, in quo est aliquid primo, & quod est in eo, sicut albũ & superficies: quia altera sunt secundum speciem superficies & albũ. & alia est natura & potentia vtriusq;. Secundo ibi. Tex.cõm.26.

ARGV. *Neq; igitur inductiue consyderantes in seipso quicquã illo dictorum modorum esse uidemus.*

Neque igitur inductiue consyderantibus, nihil in seipso videmus secundum aliquem determinatorum modorum.

A Ostensa differẽtia inter hoc q̃ est esse primo in aliquo, et non primo, ostendit iam q̃ nihil est primo in seipso. Et primo ostendit q̃ non sit aliquid primo in seipso per se, Secundo q̃ non sit aliquid primo in seipso per accidẽs. ibi [At vero neq; secundum accidens &c.] Primum ostẽdit dupliciter, s. inductiue, & ratione. Dicit ergo primo, q̃ consyderando per inductionem in singulis modis supra determinatis, quibus dicitur aliquid esse in aliquo, apparet, q̃ nihil est in seipso primo & per se. neq; enim aliquid est totũ suũ ipsius, neq; pars, neq; genus, & sic de alijs. Ponit autem hoc concludendo ex præmissis, quia sicut manifestum est in albo, & in superficie, quæ se habent vt forma & materia, q̃ sunt aliud secundum speciem & virtutem, ita etiã potest in omnibus alijs modis consyderari. Secundo ibi. te.cõ.27.

Et ratione etiam hoc non posse fieri patet. oportebit. n. ambo esse utrunque (ceu dolium quidem & uas, & uinũ, uinum autem, & uas & dolium) si fit, ut quippiam sit in seipso. Quare, si quàm maxime in sese sint, dolium quidem uinum suscipiet, non ut est ipsum dolium, uinum, sed ut illud. atque patet rationem esse diuersam. alia enim est eius ratio, in quo est, alia eius quod est in illo. ARGV.

B Et ratione manifestũ est, quia impossibile est. oportet.n. vtraq; vtrũq; esse (vt amphorã, vas & vinum esse: vinum autẽ, vinum & amphoram) si vere primo cõtingit, quippiam in seipso esse. Quare, liquidẽ maxime ī alterutris esset, amphora quidẽ acciperet vinũ, nõ secundum q̃ vinum, sed inquantũ illa. & vinũ inerit in amphora, nõ inquantum amphora ipsa, sed secundũ q̃ illud, amphora. Secundum esse quidem igitur, q̃ alterum sit, manifestum est. alia nanq; est ratio eius, quod in quo, & alia illius, quod in hoc est.

C Probat idẽ ratione, & dicit manifestum esse per rationẽ, q̃ impossibile est aliquid esse primo et per se in seipso. Si.n. aliquid primo & per se sit in seipso, oportet q̃ eidẽ, & secundum idẽ conueniat ratio eiusdem in quo est aliquid, & ratio eius, quod est in eo. vnde oportet q̃ vtrunq;, s. tam continens q̃ contẽtum sit vtrunq;: vtputa q̃ amphora sit vas & vinum, & vinũ sit vinũ & amphora, si primo & per se conuenit aliquid esse in seipso, vnde hoc posito, s. q̃ vinũ sit amphora & vinũ: & amphora sit vinũ & amphora, siquis dicat q̃ alterum eorũ sit in altero, vtputa vinũ in amphora, sequitur q̃ vinum recipiatur in amphora, non inquantum vinum est, sed inquantũ vinũ est illa, s. amphora. Quare, si esse in amphora primo per se conuenit amphorę (ex eo q̃ ponitur aliquod primo & per se in seipso esse) sequitur q̃ nihil possit dici esse in amphora, nisi inquantũ ipsum est amphora. Et sic, si vinũ dicatur esse in amphora, sequitur q̃ esse in amphora cõpetit vino, non secundum q̃ vinum est vinum, sed secũdum q̃ vinũ est amphora. Et eadem ratione, si amphora recipiat vinũ, recipiet ipsum non inquantum amphora est amphora, sed inquantũ amphora est vinum, hoc autẽ est inconueniens: vnde manifestũ est, q̃ secũdum alterã rationẽ est id in quo, & quod in hoc. Alia est.n. ratio eius, quod est in aliquo: & eiⁱ, in quo est aliquid. Nõ potest ergo per se & primo aliquid esse in seipso. Deinde cũ dicit. Te.cõ.27.

At uero neq; per accidẽs fieri potest. nam duo simul in eodem erunt. etenim et ipsum dolium in seipso erit, si cuius natura est susceptiua, id esse in seipso potest. et insuper illud, cuius est susceptiuũ, ceu uinũ, si uini. Fieri igitur nõ posse, ut in seipso quicquam sit primo, ex ijs, quæ diximus patet. ARGV.

D At vero neq; secundũ accidẽs cõtingit. simul n. duo corpora in eodẽ erũt. nam ipsa amphora in seipsa erit, si cuius natura receptiua est, hoc cõtingit in seipso esse, & adhuc illud, cuius receptiuum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiuū est, vt si vini vinū. Quod quidē igitur ipossibile sit aliqd in seipso esse primo, manifestū est.

Ostendit q̄ non sit aliquid primo in seipso, etiā secundū accidens. dicitur. n. aliquid esse in aliquo secūdum accidēs, qū est in eo propter aliquid aliud in eo existēs, vt si dicam⁹ hominē esse in mari, quia est in naui, quę est in mari, in hac tñ primo dicitur esse, i. non propter partē. Si igitur contingat aliquid esse in seipso primo, nō per se quidē, sed per accidens, sequitur q̄ sit in seipso propter hoc, q̄ aliquid aliud sit in ipso: & sic sequitur, q̄ duo corpora sint in eodē, s. illud corpus, quod est in eo, & ipsummet, quod est in seipso. Sic enim amphora erit in seipsa per accidens, si ipsa amphora, cuius natura est vt recipiat aliquid, sit in seipsa: & iterum illud, cuius est receptiuum, s. vinū: ergo in amphora erit amphora, & vinū: si propter hoc q̄ vinū est in amphora, sequitur, amphorā esse in seipsa: & sic duo corpora essēt in eodē. Sic igit patet q̄ impossibile est aliquid esse primo ī seipso.

Esse in seipso affirmatiue & negatiue dicitur.

Sciendum tamē q̄ aliquādo dicitur aliquid esse in seipso, non secundum intellectum affirmatiuū, sicut hic reprobat Philosophus, sed fm intellectū negatiuū, prout esse in seipso non significat, nisi non esse in alio. Deinde cum dicit.

ARGY. *Id uero, quod Zeno dubitabat, si locus sit in ratione rerum, in quonam erit, solui facile potest. nihil enim prohibet, ut primus locus in alio quidem sit, non tamen in illo tanquam in loco: sed ut est sanitas quidem in calidis, sicut habitus, calditas autem in corpore ut affectus. quare, non necesse est in infinitum abire.*

Te.co.12. Quod autē Zeno opposuit, quia, si locus est aliquid, in aliquo erit, soluere nō est difficile. Nihil. n. prohibet in alio esse primum locum, nō tñ in illo, sicut in loco, sed sicut sanitas quidē in calidis, vt habitus, calor autē in corpore, sicut passio est. quare non necesse est in infinitum abire.

Supra te.c.11 Soluit quędā dubitata. Et primo remouet rationē Zenonis, quæ inducebatur ad probandū, q̄ locus nō sit, per hoc, quia si est, oportet q̄ sit in alio, & sic itur ī infinitū. Sed hoc, vt dicit, nō est difficile soluere, postquam iam sunt distincti modi, quibus aliquid dicitur esse in aliquo. nihil. n. prohibet dicere, q̄ locus est in aliquo, non tñ est in illo sicut in loco, sed per quendā alium modū, sicut forma est in materia, vel accidens in subiecto: inquantū. s. locus est terminus continentis. Et hoc est quod subdit, [sicut sanitas est in calidis, vt habitus: & calor in corpore, vt passio.] vel accidēs, unde non necesse est, q̄ procedatur in infinitum. Secundo ibi.

ARGY. *Patet autē, cum uas nihil sit eius, quod est in seipso (diuersa nanq; sunt id, quod inest, & id, in quo primo inest) locum neq; formam esse, neq; materiā, sed diuersum. hæc enim illius sunt aliquid, quod est in nase, materia, inquā, ac forma. Hæc igitur de ipso loco sint dubitata.*

tex.co.19. Illud autē manifestū, qm nihil est vas eius qđ est in seipso (alterū. n. est primo, et quod est, & in quo est) propter qđ, non erit vtiq; neq; materia, neq; forma locus, sed alterū. illius. n. aliqd hęc sūt & materia, et forma. Hæc qdē igit sunt opposita.

Tex.co.30. Supra te.c.14 15.16. Soluit etiā dubitationes supra positas de quiditate loci, an. s. sit forma, vel materia, ex hoc quod ostēsum est, q̄ nihil primo & per se est in seipso. ex hoc. n. manifestū est, q̄ nihil potest esse sicut vas, vel locus eius, quod continetur in ipso, sicut pars, quæ sit materia vel forma. oportet. n. primo & p̄ se alterum esse, quod est in aliquo, & in quo est aliquid, vt ostensum est. Vnde sequit, q̄ neq; forma, neq; materia sit locus, sed aliquid alterū a locato, sit locus. materia. n. et forma sunt aliquid locati, sicut partes intrinsecę eius. Vltimo autē cōcludit, q̄ supradicta per modum oppositionis dicta sunt de loco: quarum quidē oppositionū aliquæ iā solutæ sunt, aliquæ vero soluentur post manifestatam naturam loci.

LECTIO V.

Quarundam suppositionum intellectus premittitur, ad assignandam definitionem loci necessarius.

Sed quidnā sit locus hoc modo fuerit manifestū. Atq; sumamus de ipso, quæ uere per se competere ipsi uidentur. Censemus itaq; locum id continere, cuius est locus: & nihil esse ipsius rei. Præterea, primum locum neq; minorem esse, neq; maiorem. Præterea, neq; ab unoquoq; relinqui, et separabilem esse. Et insuper, omnem locum differentias has habere, supra, inquam, ac infra. Et corporum unumquodq; proprios ad locos suapte natura ferri, aut sursum, aut deorsum pergendo, & in eisdem manere. His suppositis, reliqua contemplemur oportet. ARGY.

QVid autem tādem sit Locus hic fiet vtiq; manifestum. Accipiamus aūt de ipso quę cūq; videtur vere secūdū se inesse ipsi. Dignum est igitur, locū esse primum, quod cōtinet illud, cuius locus est, & nihil esse rei. Amplius, primum locū neq; maiorem, neq; minorē esse. Adhuc autem, neq; deficere vnicuiq;, & separabilem esse. Adhuc autem. omnem locum habere sursum & deorsum: & ferri natura, & manere vnumquodque corporum in proprijs locis. hoc autem facere, aut sursum, aut deorsum. Sup positis autem his reliqua consyderanda. te.co.51.

Prima pars 51.te. Te.co.32.

Præmissa disputatione de loco an sit, & quid sit, et solutis quibusdam dubitationibus, hic accedit ad determinādum veritatē de loco, & primo præmittit quasdā suppositiones, quibus vtetur determinādo de loco, Secūdo ostēdit qualis debeat esse definitio dāda de loco ibi. [Oportet autem tentare &c.] Tertio incipit determinare de loco ibi [Primum quidem igitur.] Dicit ergo primo, q̄ manifestum fiet ex sequentibus, quid sit locus. sed oportet prius accipere quasdā quasdā suppositiones, & principia per se nota. illa. s. quæ videntur per se inesse loco: quę quidē sunt quatuor. omnes. n. reputant hoc esse dignū, Primo quidem, q̄ locus contineat id, cuius est locus: ita tñ, q̄ locus nō sit aliquid locati. quod quidem dicit ad excludendū continentiam formæ, quæ est aliquid rei, & aliomodo cōtinet q̄ locus. Secunda suppositio est, q̄ primus locus, i. in quo aliquid primo est, est equalis locato, nō maior, neq; minor. Tertia suppositio est, q̄ locus nō deficit vnicuiq; locato, quin omne locatū habeat locum. non tñ ita, q̄ vnus et idē locus nunquam deficiat eidē locato: quia locus est separabilis a locato. sed, qū locus vnus deficit alicui locato, tūc locatū fit in alio loco. Quarta suppositio est, q̄ in omni loco inuenitur quędā differentia loci sursum & deorsum. & q̄ naturaliter unūquodq; corpus, cū est extra propriū locum, fertur ad ipsum: & cū est in eo, manet in ipso. Propria aūt loca naturaliū corporū sunt sursum & deorsum, ad quæ naturaliter mouetur, & in quibus manent. sed hoc dicit secundū eorum opinionem, qui nō ponebant aliquod corpus, præter naturā quatuor elementorum. nondū. n. probauerat corpus cęleste esse, neq; graue neq; leue. sed postea probabit hoc in. 1. lib. de Cęlo. Ex his aūt nūc suppositis procedet ad cōsyderationem aliorū. Secūdo ibi.

ARGY. *Atque conandum est consyderationem hoc facere modo, ut ipsum quid est tale assignetur, ut & ea, quæ dubitantur, soluantur: & ea, quæ competere loco uidentur, insint & insuper ipsa difficultatis & dubitationum, quæ circa ipsum fiunt, causa pateat. Sic enim unumquodq; pulcherrime demonstrari profecto potest.*

NOTA

Oportet autem tentare intentionem sic facere: vt quid sit reddatur, & quęq; opposita soluātur, & quæ videtur loco inesse isint. Et amplius, diffi-

difficultatis, & oppositorum causa circa locum manifesta erit. sic enim vtique pulcherrime demonstratur vnumquodq;. A

Definitionis quidditatisq; proprietates vide hic. & primo de Aia. 11 & 2. de Aia. 12 26. quarto Cęli 2. & primo de Aia. cō. 22. 7. Top. c. 4. 3. Meta. te. cō. 1. 2. Posterio.

Ostendit qualis debeat esse definitio dāda de loco. & dicit, q̄ in definiendo locum, intētio nostra debet ad quatuor attendere, quę quidē necessaria sunt ad definitionem perfectam. Primo quidē, vt ostendatur quid sit locus. nā definitio est oratio indicans quid est res. Secundo vt soluantur quęcunq; opposita sunt circa locum. nam cognitio veritatis est solutio dubitatorū. Tertium est, q̄ ex definitione data manifestentur proprietates loci, quæ insunt ei: quia definitio est medium in demonstratione, qua propria accidētia demonstrantur de subiectis. Quartum est, q̄ ex definitione loci erit manifesta causa, quare aliqui Antiqui discordauerūt circa locum: & omnium, quæ sunt opposita circa ipsum. Et sic pulcherrime definitur vnumquodq;. Tertio ibi.

ARGY. *Si igitur motus iste non esset, qui ad locum accommodatur, locus sanè non quæreretur: quod quidem ante omnia est animaduertendum. ob hoc enim & cœlum maxime in loco esse putamus, quia semper motu cietur. Hic autem triplex est, latio, accretio, et decretio. nam in accretione decretioneue fit sanè mutatio. & quod prius hic erat, id est ad maius aut ad minus translatum.* B

Te.co.32. Primum quidem igitur oportet intelligere q̄ nō quæreretur locus nisi motus aliquis esset fm locum. Propter hoc. n. cœlū maxime in loco esse opinantur, q̄ semper in motu est. Huiusmodi autem, aliud quidē est loci mutatio, aliud vero augmentum et decrementum. Et nāq; in augmento & decremento transmutatur, & quod prius erat hic, iterū transmutatum est in maius aut minus.

Determinat de loco. Et primo ostendit quid sit locus. Secūdo soluit dubitationes prius positas ibi [Manifestum autem ex his &c.] Tertio assignat causam Naturaliū proprietatum loci ibi [Et fertur igitur in sui ipsius.] Circa primum duo facit. Primo ostēdit quid sit locus. Secundo, quomodo aliquid sit in loco. ibi [Cui quidē igitur.] Circa primum duo facit. Primo præmittit quædā, quæ sunt necessaria ad inuestigandū definitionem loci. Secundo incipit determinare loci definitionē ibi [Iam igitur manifestū est.] Circa primum quatuor præmittit, quorum primum est, q̄ nunquam fuisset inquisitū de loco, nisi ēsset aliquis motus secundum locum. ex hoc. n. necesse fuit ponere locum aliud a locato, quia inueniuntur in eodē loco successiue duo corpora: & similiter vnum corpus in duobus locis, sicut etiam transmutatio formarum circa vnam materiam induxit in cognitionem materiæ. Et propter hoc, maxime opinantur aliqui, q̄ cœlū sit in loco, quia semper mouetur. Sed motus aliquis est secundum locum per se, s. loci mutatio: alius autē ex consequenti, s. augmentum & decrementum (quia augmentata quātitate, vel diminuta, corpus accipit maiorem, vel minorem locum.) Secundum ponit ibi. C

Te.co.47. Te.co.48. Te.co.43. Te.co.35. Commē. idē hic, tñ Alb. aliā assignat rationem.

ARGY. *Mouentur autem alia per se actu, alia per accidens. & horum, alia per se moueri possunt, ut corporis partes, atque nauigij clauus: alia nequeunt, sed per accidens semper mouentur, ut albedo, atque scientia. hæc enim propterea mutantur loco, quod id in quo sunt, mutatur.* D

Est autem quod mouetur, aliud quidē per se ipsum actu, aliud vero fm accidens. Ipsius autē, quod fm accidens, alia quidē possibilia sunt moueri per se, vt partes corporis, & in naui clauus: alia vero nō possunt, sed semper secundum accidens, vt albedo, & scientia. hæc. n. sic transmutāt locum, quia id, in quo sunt, transmutatur.

Et dicit, q̄ aliquid moueā per se in actu, sicut quodcunq; corpus: aliud uero secundū accidens, quod quidē contingit dupliciter. Quædam. n. mouētur fm accidens, quæ tñ sunt possibilia moueri per se, sicut partes alicuius corporis, dum sunt in toto, mouentur per accidens, sed, qū separantur, mouentur per se: vt clauus, qū est infixus naui, mouetur per accidens, sed, quando extrahitur, mouetur per se. quædam vero non possunt moueri per se, sed semper mouentur per accidens, sicut albedo, & scientia, quæ mutant locum, inquantum mutatur illud, in quo sunt. Hoc autem induxit. quia hoc modo aliquid per se vel per accidens, actu vel potentia natum est esse in loco, sicut & moueri. Tertium ponit ibi.

Eorum, quæ per accidens mouētur, aliqua p se moueri possunt aliqua vero minime.

ARGY. *Atqui dicimus, in cœlo tanquam in loco esse, quia in aere sumus: hic autem est in cœlo. Et item in aere non uniuersum, sed ob ultimum ipsius, et continens in aere dicimus esse. nam, si uniuersus aer sit locus, locus profectō cuiusq; nō erit æqualis eius, cuius est locus. at æqualis esse uidetur. Talis autem est is, in quo primo quippiam est.*

Qm autem dicimus esse in cęlo, sicut in loco, quia in aere, hic autem in cęlo est, & in aere autē non omni, sed propter vltimū ipsius & cōtinēs, in aere esse dicimus. si. n. omnis aer sit locus, non æqualis erit vniuscuiusq; locus, et vnūquodq; locatū. Videtur autē huiusmodi primū in quo est. Tex.co.33.

Et dicit, q̄ aliquis dicitur esse in Cœlo sicut in loco, propter hoc q̄ est in aere, qui quidē est in cęlo, nec tñ dicimus, q̄ in toto aere sit aliquis primo et per se, sed propter vltimā extremitatē aeris, quę cōtinet aliquem, dī aliquis esse in aere: qa, si totus aer esset locus alicuius, puta hominis, nō esset æqualis locus, & locatū, quod est cōtra suppositionē prius positā. Sed in quo est aliquid primo videt esse extremū corporis cōtinentis, et sic est huius. s. æquale. Quartū ponit ibi.

ARGY. *Cùm igitur non diuisum est id, quod continet, sed continuum, tum in illo non tanquam in loco, sed ut pars in toto dicitur esse. At, cùm diuisum est atq; tangit, tum in primo est ultimo continentis, quod quidem neq; pars est eius quod est in ipso, neq; maius, sed æquale. In eodē enim sunt eorum ultima, quæ sese tangunt.*

Cùm quidem igitur non diuisum sit continens, sed continuum, non dicimus esse in illo, sicut in loco, sed sicut pars in toto. Cum vero diuisum sit, & contactum, in primo quodā est vltimo continentis, quod neq; pars est ipsius, quod est in ipso, neq; maius distantia sed æquale. In eo dem enim sunt vltima se tangentium. te.co.34.

Et primo ponit, Secūdo probat ibi [Et cum continuū.] Dicit ergo primo, q̄, cum continens nō est diuisum a corpore cōtento, sed est ei continuū, nō dicitur esse in illo, sicut in loco, sed sicut pars in toto. vtpote, si dicamus vnam partem aeris cōtineri a toto aere. Et hoc concludit ex p̄missis, quia vbi est continuū, ibi non est accipere vltimū in actu: q̄ supra dixit requiri ad locū. Sed, cū continens est diuisum & contiguū contento, tunc contentū, s. est in loco, existēs in vltimo cōtinentis primo et per se: illud, inquā continēs, quod nō est pars eius, neq; est maius, neq; minus secundum diuisionē, sed æquale. & quomodo possunt esse cōtinens & contentū æqualia, ostēdit per hoc, q̄ ultima cōtingentiū se, sunt simul, vnde oportet eorū vltima esse æqualia. Secundo ibi.

ARGY. *Atque, si continuum quidem est, non in illo, sed cum illo mouetur: sin uero diuisum est, in illo. Siue illud moueatur. siue non moueatur.*

Et cum continuum quidem sit, nō in illo mouetur, sed cum illo: diuisum autem in illo. & siue moueatur continens, siue non, nihil minus.

Probat

Probat istud quartū duabus rationib⁹,quarū prima est, B
cp contentū, continuū cōtinenti,nō mouetur in cōtinente, sed simul cū illo,sicut pars simul cū toto.sed,qñ est diuisum contentum a continenti,tūc potest moueri in illo,siue continens moueatur, siue nō.homo.n.mouetur in naui vel quiescēte,vel mota. Cum ergo aliquid moueaē in loco,sequitur cp locus sit cōtinens diuisum. Secundam rationē ponit ibi.

ARGY. *Insuper cum nō est diuisum,ut pars in toto dicitur esse, vt in oculo pupilla,aut in corpore manus. cū uero est diuisum,esse in illo dicitur,ut aqua in cado, aut in dolio umū. Nā manus quidē cum corpore,aqua aūt in cado mouetur.*

Amplius cùm non diuisum sit, sicut pars in toto dicitur: vt sicut in oculo visus, & in corpore manus. cùm autem diuisum est, vt in cado aqua,& in scypho vinum.manus enim cum corpore mouetur,aqua autem in cado.

F Et dicit cp, cum contentū nō sit diuisum a cōtinente,sed continuū ei,tūc dicitur esse in eo,sicut pars in toto,vt visus est sicut pars formalis in oculo,& man⁹ sicut pars organica in corpore.sed,cum diuisum est contentū a cōtinente, tunc dicit esse in eo,vt in vase,sicut aqua in cado,& vinū in scypho.quorū hæc est differētia: cp manus moueē cū corpore, Te.cō. 23.fi. sed nō in corpore:sed aqua moueē in cado. Cum igit supra dictum sit,cp esse in loco est sicut esse in vase, non autē sicut pars in toto,sequitur cp locus sit,sicut continens diuisum.

LECTIO VI.

Diluantur ex præmissis locum formam, seu spacium,aut materiam esse dicentes: veraq; eius,ac proptia traditur definitio.

ARGY. *Iam igitur ex hisce patet quidnā sit locus. Quatuor.n. ferē sunt,quorum unum quid locum esse necesse est. Aut enim forma, aut materies, aut interuallum quid est inter extrema, aut ipsa extrema, si non sit interuallum ullum*
Tex.cō.35. *præter ipsius corporis magnitudinem,quod est in loco.*

I Am igitur manifestum ex his,quid est locus. Vere enim quatuor sunt,quorum necesse est locum vnum aliquid esse. Aut enim forma,aut materia est, aut spacium aliquod medium extremorum,aut extrema,si non est spatium vllū pr̃ter inexistentis corporis magnitudinem.

Præmissis his, quæ sunt necessaria ad inuestigandū definitionē loci,hic inuestigat loci definitionē.& circa hoc tria facit.Primo inuestigat particulas definitionis.Secūdo concludit definitionē ibi [Quare terminus.] Tertio ostēdit eā
Secūda parte 4.tex. bene assignatā ibi[Et propter hoc medium.]Circa primū
tex.cō. 42. duo facit. Primo inuestigat genus loci,Secundo differentiā
Tex.cō. 40. completiuā definitionis eius ibi [Videtur autē magnū aliquid.]Ad inuestigandum autē genus loci vtitur diuisione
Secūda parte tex.15. quadā:vnde circa hoc tria facit.Primo proponit diuisionē, Secūdo excludit tria mēbra diuisionis ibi [Horum autem quod nō contingat.] Tertio cōcludit quartum ibi [Si igit nihil horū.] Dicit ergo primo,cp iā ex præmissis potest esse
Te.cō.39. manifestū quid sit locus,Videtur.n.secundū ea,quæ consueuerunt de loco dici, cp locus sit vnū de quatuor,s.vel materia,vel forma,vel aliquod spaciū inter extrema cōtinentis. vel,si nullum spacium est inter extrema continentis, quod habeat aliquas dimensiones præter magnitudinē corporis, quod ponitur infra corpus cōtinens:oportebit dicere quartum,s.cp extrema corporis cōtinentis sit locus.Secundo ibi,

ARGY. *Atque patet,horum tria locum esse non posse.*

Horum autem,quòd non contingat tria esse, manifestum est.

Excludit tria membra prædictæ diuisionis. Et primo proponit quod intendit dicens, manifestum est per sequentia, quòd non contingit locum esse aliquod horum trium. Secundo prosequitur ibi.

ARGY. *Sed,quia cōtinet, Forma esse uidetur.in eodē.n.sunt ultima eorū,quorum alterum continet,alterum continetur.*

Sed propter id cp cōtinet,videtur Forma esse. in eodem.n. sunt extrema cōtinentis & cōtenti.

Et primo de forma, Secundo de spacio ibi [Sed ex eo cp Te.cō.36, mutatur.] Tertio de materia ibi [Et materia aūt videtur.] Tex.cō.38. Circa primū duo facit. Primo ponit quare loc⁹ videaē esse forma,quia,s.forma continet:quod uideē esse propriū loci. Extrema vero corporis cōtinentis & contēti, sunt simul cū In eodē sunt continēs & contentū sint,cōtigua adinuicē:et sic terminus extrema cōti cōtinēs,qui est locus,nō vr̃ separat⁹ esse a termino corporis nētis & contenti. cōtenti:& sic videē locus nō differre a forma. Secundo ibi.

Sunt igitur ambo fines, sed nō eiusdem.sed forma quidem ipsius rei,locus autem corporis eius quod continet. ARGY.

Sunt quidem igitur vtraque termini,sed non eiusdem,sed forma quidem rei,locus autem continentis corporis.

Ostendit cp forma non sit locus quia quāuis locus & forma in hoc cōueniant, cp vterq; eorum est quidā terminus, nō tn vnius & eiusdē, sed forma est terminus eius,cuius est forma,locus autē non est terminus corporis,cuius est locus, sed corporis cōtinētis ipsum.& licet sint simul termini continentis & contenti,non tn sunt idem. Deinde cum dicit.

Quia uero id, quod continetur atq; diuisum est,interdum transfertur eo manente quod continet,ut aqua ex uase,interuallum quid esse uidetur, quod est inter extrema, ut aliquid aliud præter corpus id,quod transfertur. ARGY.

Sex ex eo cp mutatur multoties, manēte continente, cōtentum & diuisum, vt ex vase aqua: Te.cōm.36. ipsum medium esse aliquod videtur spacium tāquam aliquid sit præter corpus,quod trāsfertur.

Prosequitur de spacio. Et primo ponit quare spaciū videtur esse locus, Secundo ostendit cp non sit locus ibi [Hoc autē nō est.] Dicit ergo primo, cp,quia multoties mutatur Statim infra corpus contentū a loco,& diuisum ab eo,de loco in locum, & succedūt sibi corpora inuicē in eodem loco, ita cp continēs remanet immobile, eo modo quo aqua exit a vase:propter hoc videtur, cp locus sit aliquod spaciū medium inter extremitates corporis cōtinentis:ac si aliquid esset ibi præter corpus,quod mouetur de vno loco ad aliū. Quia,si non esset aliud ibi præter illud corpus,sequereē cp vel locus non esset aliud a locato,vel cp id,quod est mediū inter extremitates cōtinentis nō posset esse locus. Sicut autē oportet locū esse aliquid præter corpus cōtentū, ita videtur cp oporteat locū esse aliquid præter corpus cōtinens, ex eo cp locus manet immobilis:corpus autē continens,& omne,quod est in eo,contingit transmutari. Nihil autē aliud potest intelligi esse pr̃ter corpus cōtinens & contentū,nisi dimēsiones spaciī in nullo corpore existentes. Sic igitur ex hoc cp locus est immobilis,videtur cp spacium sit locus. Secundo ibi.

H *Hoc autem non est ita, sed quoduis eorum corporū incidit, quæ transferuntur, aptitudinemq; habent tangendi. Quod si esset quid interuallum aptum,in eodemq; manēs, infinita loca essent profecto,si.n.transferatur aqua et aer, idē facient oēs partes in toto, quod uniuersa aqua in uase.* ARGY.

Hoc autem nō est,sed cōtingēs incidit corpus eorū,quæ trāsferuntur & quæ se apta nata sunt, cōtingere. Si autē aliquod esset spaciū, aptum te.cō.37. natū & manēs in eodē loco, infiniti vtiq; essent loci. Distante.n.aere & aqua,idem faciēt omnes partes in toto, quod quidem omnis aqua ī vase.

Ostendit cp spaciū non sit locus duabus rationibus. Circa quarum primā dicit,cp hoc nō est verū, cp aliquid sit ibi infra extremitates corporis cōtinentis,pr̃ter corpus cōtentum,quod trāsfertur de loco in locū,sed infra illas extremitates

tates corporis cōtinentis,inciēit aliquod corpus,quodcūcp E
illud esse cōtingat:ita tn̄,cp sit de numero corporum mobilium,& iterū de numero eorum, quæ sunt apta nata tāgere corpus cōtinens. Sed,si posset esse aliquod spaciū cōtinens medium præter dimēsiones corporis cōtinentis, quod semper maneret in eodē loco,sequeretur hoc incōueniens,cp infinita loca simul essent.& hoc ideo, quia, cum aqua & aer habeāt proprias distātias,& quodlibet corpus,et quælibet pars corporis,& omnes partes,idem faciēt in toto quod tota aqua facit in vase. Secundū vero eorū positionem,qui tenent sententiā de spacio, cum tota aqua est in vase,sunt ibi aliæ dimēsiones spacī pr̃ter dimēsiones aquæ. Omnis autem pars cōtinetur a toto,sicut locatū a vase.nec differt nisi solum quantū ad hoc,cp pars nō est diuisa,locatum autē est diuisum. Si ergo pars diuidatur in actu,sequetur cp sint ibi aliæ dimēsiones totius,s.cōtinentis,pr̃ter dimēsiones partis.nō potest autē dici, cp diuisio faceret ibi esse de nouo aliquas dimēsiones:non.n.diuisio causat dimensionē,sed præexistentē diuidit:ergo,antequā pars esset diuisa a toto, erāt B
aliæ propriæ dimēsiones partis,pr̃ter dimensiones totius penetrantes etiā partem, quot ergo partes est accipere per diuisionem in aliquo toto,ita cp vna contineat aliam,tot dimensiones abinuicem distinctę erunt ibi:quarum quędam alias penetrabūt.est autem accipere in infinitum in aliquo toto continuo partes, quæ alias continent: propter hoc, cp continuum in infinitum diuiditur. Relinquitur igitur,cp sint infinitæ dimensiones seinuicem penetrantes. Si igitur dimensiones corporis continentis penetrantes locatum, sit locus: sequitur cp sint infinita loca simul, quod est impossibile. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Et insuper locus etiam transfertur.quare loci etiā alius locus erit,& loci simul complures erunt. At non est alius locus ipsius partis,in quo mouetur, cùm uas totum transfertur,sed idem.aer enim et aqua uel partes aquæ, in eo in quo sunt mouentur, sed non in eo loco, ad quem accedunt, qui quidem pars eius est loci,qui locus totius est Cœli.* C

Simul autem erit & locus trāsmutatus.quare erit loci alius locus,et multi loci simul erūt. Non est autē alius locus partis,ī quo moueī,cùm totū vas trāsmutatur,sed idē. in quo.n.est,cōmutatur aer, & aqua aut partes aquæ. Sed non est in quo fiūt loco,cp pars est loci, qui est locus totius Cęli.

Secūda ratio. Ponit secundam rationem,quæ talis est. Si dimensiones spacīj,quod est infra extremitates corporis cōtinentis, sit locus, sequitur, cp locus trāsmutetur. manifestum est enim cp transmutato aliquo corpore,vtputa amphora,trāsmutatur illud spacium,quod est infra extremitates amphorę,cū nusquam sint,nisi vbi est amphora. Omne autē quod trāsmutatur in aliquē locum,penetratur, secūdum eorum positionem a dimensionibus spacīj,in quod trāsmutatur:sequitur ergo cp aliquę alię dimēsiones subintrant dimēsiones illius spacī amphoræ,& sic loci erit ali⁹ locus,& multa loca erūt D
simul. Hoc ergo incōueniēs accidit:quia ponitur alius esse locus corporis cōtenti,vt aquæ,& vasis,ut amphoræ.nam, secundum illorum opinionem,locus aquæ est spaciū,quod est infra extremitates amphoræ.Locus autē totius amphoræ est spaciū,quod est infra extremitates corporis continentis amphorā. Sed nos non dicimus cp alius sit locus partis, & in quo mouetur pars,cū totum vas transmutetur secundum idem.Dicit autē hic partem,corpus contentū in vase, vt aquā contentam in amphora: quia secundū Atist.aqua mouetur per accidēs vasę transmutato,et nō mutat locum, nisi inquantū amphora locum mutat: vnde non oportet, cp locus,in quē vadit,sit locus partis per se, sed solum inquantum est locus amphoræ,sed secundū tenētes opinionem de spacio,sequitur cp ille locus per se respōdeat aquæ, sicut & amphoræ:& cp per se etiā respōdeat spacio:et per se loquendo spaciū illud mouebitur & habebit locum,& non solum per accidēs. Et licet corpus cōtinens quandoq; moueatur, non tn̄ sequitur secundum opinionē Arist. cp locus moueatur, aut cp loci sit locus. cōtingit quidem.n.aliquod corpus continēs,in quo est aliquid cōtentum,moueri,sicut aer,vel aqua,aut aliquæ partes aquæ: vtputa,si nauis est in fluuio, partes aquę,quę inferius cōtinent nauem mouentur,sed tn̄ locus nō mouetur. Et hoc est quod subdit [sed non in quo fiunt loco] i.sed non illud,in quo aliqua fiunt, sicut in loco mouetur.& quomodo hoc sit verū, ostendit per hoc quod subdit, [quod est pars loci,qui est locus totius Cœli.] Licet enim hoc cōtinens moueatur,prout est hoc corpus, tn̄ prout cōsyderatur secundum ordinē, quem habet ad totū corpus Cœli nō mouetur.nam aliquod corpus,quod succedit, eundem ordinē vel situm habet per cōparationem ad totū Cœlum,quē habuit corpus,quod prius effluxerat. Hoc est ergo quod dicit,cp licet aqua vel aer moueatur, non tn̄ mouetur locus,prout cōsyderatur vt pars quędā loci totius Cę li,habens determinatū situm in Vniuersō. Deinde cū dicit.

Atqui materia quoq; locus esse uidebitur,si in quiescēte,et non separato,sed continuo,quispiam consyderauerit. Nā,ut si alteratur,est aliquid quod nunc quidē est album, olim autē erat nigrum:et nunc quidem est durum,olim autē erat molle(quapropter et dicimus materiā aliquid esse:) sic et locus per quandā talem imaginationem esse uidetur. Verum illud quidem ex eò,quia quod erat aer,id nunc est aqua:locus aūt ex eo,quia ubi erat aer, hic nunc est aqua. ARGY.

Et materia etiam videtur vtiq; esse locus, si in Tex.cō.32. quiescente aliquis cōsyderet,& non in separato, sed cōtinuo. Sicut.n.si alteratur,est hoc quidem nunc vtiq; album,nunc autem nigrum:& nunc quidem durum,olim autem molle: (vnde dicimus aliquid esse materiam)sic & locus per talem quandam videtur esse phātasiam. Verum illud quidem,qm̄ quod nunc est aqua,prius erat aer: C
locus autem,quia vbi nunc est aqua, ibi erat aer.

Prosequitur de materia.& primo ostēdit quare materia dicitur esse locus.Secundo ostendit cp non sit locus ibi [Sed Infra. materia quidē.] Dicit ergo primo, cp materia videtur esse locus,si aliquis cōsyderet transmutationē corporum succedentium sibi in eodē loco,in aliquo vno subiecto quiescente secundū locum: & non habeatur respectus ad hoc, cp locus est separatus, sed attendatur solūmodo transmutatio in aliquo vno cōtinuo.aliquod.n.corpus continuum et quietum secundū locum,cum alteratur, vnum et idem numero nunc quidem est albū,nunc autem nigrum: & nunc est durum,& prius molle.Et propter istam transmutationem formarum circa subiectū,dicimus cp materia est aliquid, quæ manet,vna facta trāsmutatione secundum formam. Et per talem etiam apparentiam videtur locus esse aliquid: quia in eo permanente succedunt sibi diuersa corpora.Sed tamē alio modo loquēdi vtimur in vtroq;. nā ad designandum materiam,vel subiectum,dicimus cp id,quod nūc est aqua, prius erat aer.Ad designādum autē vnitatem loci,dicimus cp vbi nunc est aqua,prius erat aer. Secundo ibi,

At.n.materia quidē,ut antea diximus,neq; separabilis est a re,neq; continet,loco autem ambo competunt. ARGY.

Sed materia quidem,sicut dictum est in prioribus: neq; diuisa est a re, neq; continet rem: locus autem vtraque.

Ostendit quòd materia non sit locus, quia, sicut supra dictum est, materia non est diuisa a re, cuius est materia, neq; continet ea: quorum vtrunque competit loco. Locus igitur non est materia. Deinde cum dicit.

Si igitur locus non est quicquā istorum trium, neq; materia,neq; forma,neq; etiā interuallum, aliquid aliud sem per pr̃ter ipsius rei spaciū,quæ transfertur, necesse est lo

cum:

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca Central

cum: quatuor illorũ reliquũ esse. finem, inquã, corporis cõtinẽtis. Quod; id corpus cõtineri dico, quod est mobile latiõe.

Tex. cõ. 39. Si igitur nihil horum trium locus est, neq; forma, neq; materia, neq; spaciũ semper aliquid, exi stens alterũ præter id, quod est rei distãtia; necesse est locũ esse reliquum de quatuor cõtinentis, s. Terminũ corporis. Dico autẽ contentũ corpus, quod mouetur secundum loci mutationem.

Remotis tribus membris, concludit quartum. et dicit, q̃ quia locus non est aliquod triũ, i. neq; forma, neq; materia, neq; aliquod spatium, quod sit alterum præter distãtias rei locatæ, necesse est, q̃ locus sit reliquũ de quatuor supra nominatis, s. q̃ sit terminus corporis cõtinentis. Et, ne aliquis intelligat cõtentum, vel locatum esse aliquod spacium medium, subiungit, & corpus contentũ dicitur illud, quod est natum moueri secundũ loci mutationẽ. Deinde cum dicit.

ARGY. *Magnum autem quid difficileque esse uidetur locum percipere. tum quia partim materiæ, partim formæ similis esse uidetur, tum quia translatio eius, quod fertur, in ipso continente fit quiescente. esse enim posse uidetur interuallum aliud quoddam a magnitudinibus, quæ mouentur. Confert autem ad hoc & ipse aer: qui uidetur esse incorporeus. nam non solum fines ipsius uasis, sed interuallum etiam ipsum ut uacuum, locus esse uidetur.*

Tex. cõ. 40. Videtur autẽ magnum aliquid, & difficile accipi, quid est locus: & propter hoc q̃ apparet esse materia: & forma: & propter hoc quidẽ, q̃ in quiescẽte, et cõtinente fit trãsmutatio eius, quod fertur. Contingere autem videtur esse spacium medium aliud aliquid a motis magnitudinibus. Proficit aũt aliquid, & aer apparẽs incorporeus esse. videtur. n. non solum terminus vasis esse locus, sed & quod est medium tanquam vacuum.*

Inuestigat differentiã loci, scilicet q̃ sit immobilis. Circa hoc duo facit. Primo ostẽdit q̃ ex hac differentia nõ debite consyderata, insurrexit quidam error circa locum. Secũdo ostẽdit, quomodo sit intelligẽda immobilitas loci. ibi [Est

Tex. cõ. 41. autem sicut vas.] Dicit ergo primo, q̃ videtur magnum aliquid, & difficile accipere, quid sit locus, tum propter hoc q̃ quibusdam videtur q̃ locus sit materia, vel forma, quæ habent altissimã consyderationem, vt supra dictum est, tum propter hoc, q̃ mutatio eius, quod fertur secundum locum, fit in quodã quiescente & continente. Cum igitur nihil videatur esse cõtinens & immobile, nisi spacium, videtur cõtingere, q̃ locus sit quoddã spacium mediũ, quod sit aliud a magnitudinibus, quæ mouẽtur secundũ locum. Et ad credulitatẽ huius opinionis multũ proficit, q̃ aer videtur esse incorporeus: quia vbi est aer, videtur locus nõ solũ esse terminus vasis, sed quoddã medium, tanq̃ vacuũ. Secũdo ibi.

ARGY. *Vt autem uas locus est potens transferri, sic & locus, uas est immobile. Quocirca cum id, quod est intus mouetur, atq; transfertur, si id mouetur, in quo est, ut in fluuio nauis, ut uaſe tunc utitur illo quod continet, magis quàm loco, Locus autem uult esse immobilis. quapropter uniuersus fluuius magis est locus: quia est immobilis uniuersus.*

Tex. cõ. 41. Est autẽ sicut vas locus trãsmutabilis, sic locus vas immobile. Vnde, cùm quidẽ i eo, quod mouetur quippiã moueat, & mutet quod intus, vt in flumine nauis, tanquã vase vtit magis q̃ loco cõtinente. Vult aũt imobilis locus esse. vnde totus fluuius magis locus est, qa imobilis totus est,

E Ostendit quomodo intelligẽda est immobilitas loci, vt excludatur opinio prædicta. & dicit, q̃ vas & locus in hoc differre videntur: q̃ vas trãsmutatur, locus autẽ non. vnde, sicut vas potest dici locus trãsmutabilis, ita locus potest dici vas immobile. Et ideo, cum aliquid moueat in aliquo corpore, quod moueat, sicut nauis in flumine, vtitur isto, in quo mouetur, magis sicut vase, q̃ sicut loco cõtinẽte: quia locus [vult esse immobilis,] i. de aptitudine & natura loci est, q̃ sit immobilis. & propter hoc magis potest dici, q̃ rotus fluuius sit loc⁹ nauis: quia totus fluuius est immobilis. sic igit fluuius totus, inquantũ est immobilis, est locus communis. Cum autẽ locus proprius sit pars loci cõis, oportet accipere proprium locũ nauis, in aqua fluminis, inquãtum habet ordinem ad totũ fluuium, vt est immobilis. Est igitur accipere locum nauis in aqua fluente, non secundũ hanc aquam, quæ fluit, sed secundũ ordinem, vel situm, quem habet hæc aqua fluẽs ad totum fluuium: qui quidẽ ordo, vel situs, idẽ remanet in aqua succedẽte. Et ideo licet aqua materialiter

F præterfluat, tñ secundum q̃ habet rationẽ loci, prout. s. consyderatur in tali ordine et situ ad totũ fluuium, non mutaẽ. Et per hoc similiter accipere debemus, quomodo inter extremitates corporũ mobilium naturalium, sit locus per respectum ad totũ corpus sphæricum Cæli, quod habet fixionem & immobilitatẽ, propter immobilitatem centri et polorum. Sic igitur, licet hæc pars aeris, quę cõtinebat, vel hęc 2. Metroco. Lectio. 2.
pars aquæ effluat & moueatur, inquantũ est hæc aqua: tñ, secundum q̃ habet hæc aqua rationẽ loci, i. situs & ordinis ad totum sphæricum cœli semper manet. Sicut etiã dicitur, idem ignis manere quantũ ad formam: licet secundum materiam varietur consumptis & additis quibusdam lignis. Et per hoc cessat obiectio, quæ potest fieri contra hoc, q̃ ponimus locũ esse terminum continentis: quia, cum continẽs sit mobile & terminus cõtinẽtis erit mobilis: & sic aliquod

G quietum existẽs habebit diuersa loca. Sed hoc nõ sequitur, quia terminus continentis non erat locus, inquantũ est hęc superficies istius corporis mobilis, sed secundum ordinem, vel situm quem habet in toto immobili. Ex quo patet, q̃ tota ratio loci in omnibus continentibus est ex primo continente & locante, scilicet Cœlo. Deinde cum dicit.

Quare locus est finis continentis, immobilis, primus. ARGY.

Quare terminus continentis immobilis primus locus est.

Concludit ex præmissis definitionẽ loci, scilicet q̃ locus est terminus immobilis continentis primum. dicit autem [Primus] vt designet locum proprium, & vt excludat locum communem. Deinde cum dicit.

Atq; ob hoc, medium quidem Vniuersi, infra fines autem citeriores cœli, supra maxime omnibus proprie esse uidetur. Quia illud quidem semper manet: fines autem Cœli eodem modo sese habentes, manent. Quare, cùm leue quidem sit id quod sursum pergit graue autem id, quod deorsum fertur suapte natura: his quidem finis, qui uersus medium continet infra est: & ipsum etiam medium: his autẽ, qui uersus ultimũ continet, supra: et ipsum etiã ultimum. ARGY.

H Et propter hoc, mediũ cœli, & vltimũ ad nos circularis loci mutatiõis videtur esse, hoc quidẽ sursum, illud vero deorsum, maxime oĩbus proprie. quia hoc quidẽ semper manet: circulorum autem vltimũ, similiter se habẽs, manet. Quare, qm̃ quod leue quidẽ sursum fertur natura, quod vero graue deorsum: quod quidẽ est ad mediũ cõtinens, deorsum est, & ipsum medium: quod vero ad vltimum sursum est, et ipsum vltimum. Tex. cõ.

Ostendit definitionẽ bene assignatam per hoc, q̃ ea, quę dicuntur de loco, cõgruunt secundum hanc definitionem. Et ponit tria, quorũ primum est, q̃ propter hoc q̃ locus est continens immobile [mediũ Cœli], i. centrum [& vltimũ circu-

circularis loci mutationis]. i. corporũ circulariter motorũ: vltimum dico [versus nos]. s. superficies orbis! unæ [videtur hoc quidẽ esse sursum]. i. vltimum prædictũ [illud vero esse deorsum]. s. medium. Et hoc maxime proprie videtur dici inter omnia: quia centrum sphæræ semper manet. Illud autẽ, quod est vltimũ in corporibus circulariter motis versus nos, licet moueatur circulariter, tamen manet, in quantum similiter se habet, i. in eadem elõgatione ad nos. Et, quia ad propria loca mouentur corpora naturalia, inde est, q̃ leuia naturaliter mouẽtur sursum, et grauia deorsum: quia ipsum medium, & terminus continens versus mediũ, vocatur deorsum: & similiter ipsum vltimum, & quod est versus vltimum, dicitur esse sursum. Vtitur autem tali modo loquendi: quia terræ, quę est simpliciter grauis, locus est medium: aquę autem locus est versus medium. Et similiter locus ignis, qui est simpliciter leuis, est vltimum: locus autẽ aeris est versus vltimum. Secundum ponit ibi.

ARGY. *Et propterea, locus superficies quædam, & quasi uas continensq; esse uidetur.*

Et propter hoc, planum videtur esse quoddam: & sicut vas locus, & continens.

Et dicit quòd, quia locus est terminus, propter hoc locus dicitur esse, sicut quędam superficies, & sicut quoddam vas continens: non autem sicut spatium vasis continentis. Tertium ponit ibi.

ARGY. *Præterea locus simul cum ipsa re quodammodo est. Quippe cum ipsi fines sint simul.*

Amplius simul cum re quodammodo locus est. simul enim finis est, & locus.

Et dicit q̃, quia locus est terminus, propter hoc simul est locus & locatum: quia simul est finis locati, & terminus cõtinentis, qui est locus: quia tangentium vltima simul sunt, & secundum hoc etiam intelligitur, q̃ locus æquatur locato: quia scilicet æquantur secundum extrema.

LECTIO VII.

Quorumcunq; corpotum tam proprius quàm communis assignatur locus, modus quoque in eo existendi, & præcipue vltimi, differitur.

ARGY. *Atqui corpus quidem, id est in loco, extra quod, aliquod est corpus continens ipsum. Quod uero non ita se habet, non est in loco.*

Tex. cõ. 43. Cvi quidem igitur corpori est aliquod extra corpus cõtinens ipsum, hoc in loco est, cui vero non, minime.

Postquam Philosophus definiuit locũ, hic ostendit qualiter aliquid sit in loco. & circa hoc duo facit. Primo ostẽdit qualiter aliquid simpliciter sit in loco, et qualiter nõ. Secundo ostẽdit quomodo illud, quod nõ est simpliciter in loco, huius tex. par te secunda. fm quid in loco sit. ibi. [Vnde & si aqua fiat.] Cõcludit ergo primo ex præmissis, q̃, cum locus sit terminus cõtinẽtis, cuicunq; corpori adiacet aliquod corpus continens ipsum exteri⁹, hoc est in loco simpliciter & per se: cui vero corpori non adiacet aliquod corpus exterius cõtinens ipsum, minime est in loco. Tale autẽ corpus in Mundo non est, nisi vnũ, s. vltima sphæra, quęcũq; sit illa. Vnde fm hanc determinationem, sequitur q̃ vltima sphæra non sit in loco. Sed hoc videtur impossibile: quia vltima sphæra mouetur in loco: nihil autẽ mouetur in loco, quod nõ sit in loco. Huiusmodi igitur dubitationis difficultas nõ accidit ijs, qui tenent sententiam de spacio. non est. n. eis necesse dicere, q̃ ad hoc q̃ sphæra vltima sit in loco, q̃ habeat corpus cõtinens: sed spatium, quod intelligitur penetrare totũ mundum, & omnes partes eius, est locus totius mundi, & cuiuslibet partiũ eius fm eos. Sed hæc positio est impossibilis: quia vel oportet dicere, q̃ locus nõ sit aliquid præter locatũ, vel q̃ aliquæ dimensiones spatij sint per se existentes: & tũ subintrantes dimensiones corporum sensibilium, quæ sunt impossibilia. Vnde Alexãder dicit, q̃ vltima sphæra nullo modo est in loco.

An vltima sphæra sit in loco.

Opinio Alex.

non. n. omne corpus de necessitate est in loco: cum locus nõ cadat in definitione corporis. Et ꝓpter hoc dixit, q̃ vltima sphæra nõ mouetur in loco, neq; fm totum, neq; fm partes. Sed, quia oportet omnem motum in aliquo genere motus poni, Auic. eũ secutus, dixit q̃ motus vltimæ sphæræ nõ est motus in loco, sed motus in situ, contra Aristo. qui dicit in Quinto huius, q̃ motus est tantum in tribus generibus, s. quãtitate, qualitate, et vbi. Sed hoc nõ potest stare. impossibile est. n. q̃ motus sit per se loquẽdo in aliquo genere, cuius specierum ratio in indiuisibili cõsistit. propter hoc. n. in substãtia nõ est motus. quia ratio cuiuslibet speciei substantiæ consistit in indiuisibili, eò q̃ species substãtiæ nõ dicuntur fm magis & minus. & propter hoc, cum motus habeat successionem, nõ producitur in esse forma substantialis per motum, sed per generationẽ, quæ est terminus motus: secus autẽ est de albedine & similibus, quæ participãtur fm magis & minus. Quælibet autẽ species situs habet rationẽ in indiuisibili consistentẽ: ita q̃, si aliquid additur vel minuitur, nõ est eadem species situs. Vnde impossibile est, q̃ in genere situs sit motus. Et præterea remanet eadẽ difficultas. nam situs (fm q̃ ponitur prędicamẽtum) importat ordinẽ partium in loco: licet fm q̃ ponitur differentia quantitatis non importat, nisi ordinem partium in toto. omne igitur, quod mouetur fm situm, oportet q̃ moueatur fm locum. Quidam autẽ alij dixerunt, s. Auem pace, q̃ aliter assignandus est locus corpori, quod moueẽ circulariter, & aliter corpori, quod moueẽ motu recto. quia. n. linea recta est imperfecta additionẽ recipiens corpus, quod mouetur motu recto, requirit locum exterius continentẽ. quia vero linea circularis in seipsa perficitur, corpus, quod circulariter mouetur, non requirit locũ exterius continẽtem, sed locum circa quem reuoluatur: vnde & motus circularis dicitur esse motus circa medium. Sic igitur dicunt q̃ superficies conuexa

* sphæræ cõtentæ, est locus primæ sphæræ. Sed hoc est contra suppositiones cõmunes prius de loco positas, s. q̃ locus sit continens: & q̃ locus sit æqualis locato. Et ideo Auer. dixit q̃ vltima sphæra est in loco, per accidẽs. Ad cuius euidentiam cõsyderandũ est, q̃ omne illud, quod habet fixionem per alterũ, dicitur esse per accidẽs in loco, ex hoc q̃ id, per quod figitur, in loco est, vt patet de clauo infixo naui, et de homine quiescẽte in naui. manifestũ est autem q̃ corpora circulariter mota habent fixionem per immobilitatem centri, vnde vltima sphæra dicitur esse in loco per accidẽs, inquantũ centrũ, circa quod reuoluitur, habet esse in loco. Quod autem aliæ sphæræ inferiores habẽt per se locum, in quo cõtinentur, hoc accidit, & non est de necessitate corporis circulariter moti. Sed cõtra hoc obiẽcitur, quia. si vltima sphæra sit in loco per accidẽs: sequitur q̃ moueatur in loco per accidẽs, & sic motus per accidens est prior motu per se. Sed ad hoc respondetur q̃ ad motũ circularem nõ requiritur, q̃ id, quod mouetur per se circulariter, sit per se in loco: requiritur autẽ ad motum rectum. Sed hoc videtur esse contra definitionẽ Arist. quã supra posuit de eo, quod est in loco per accidẽs. dixit. n. aliqua esse, vel moueri in loco per

D accidens, ex hoc q̃ mouetur id, in quo sunt: nõ autẽ dicitur aliquid esse in loco per accidẽs ex hoc q̃ aliquid, quod est omnino extrinsecũ ab ipso, est in loco. cũ igitur centrum sit omnino extrinsecũ a sphæra vltima, ridiculũ videẽ dicere, q̃ sphæra vltima sit in loco per accidẽs ex hoc q̃ centrũ est in loco. Et ideo magis approbo sententiã Themistij qui dixit, q̃ vltima sphæra est in loco per suas partes. Ad cuius euidentiam consyderandũ est q̃ sicut Arist. supra dixit, nõ quæreretur locus, nisi propter motũ, qui demonstrat locũ, ex hoc q̃ corpora succedunt sibi in vno loco. Vnde licet locus non sit de necessitate corporis: est tñ de necessitate corporis, quod mouetur fm locũ, sic igitur alicui corpori moto localiter, necesse est assignare locũ, secũdum q̃ in illo motu cõsyderatur successio diuersorũ corporum in eodem loco. In his igitur, quæ mouentur motu recto, manifestum est q̃ duo corpora succedũt sibi in loco fm totũ: quia totum vnũ corpus dimittit totum locum, & in ipsum totum subintrat aliud corpus, vnde necesse est q̃ corpus, quod moueẽ motu recto,

Opinio Auic.

Situs prædicamentum, & situs quãtitatis differẽtia qd.

Opinio Auẽ pace.

* quã Themistio simpl. tribuere videtur de intimo cõuexo superficiei.

Opinio Auer.

Opinio Themistij.

recto, sit in loco fm se totum. in motu autē circulari, licet totum fiat in diuersis locis ratione, nō tū totum mutat locum subiecto: semper. n. remanet idem locus subiecto, sed diuersificatur ratione tātum, vt in Sexto huius dicetur. sed partes mutant locum non solū ratione, sed subiecto. Attenditur ergo in motu circulari successio in eodē loco, nō totorum corporum, sed partium eiusdem corporis. non igitur corpori, quod circulariter mouetur debetur ex necessitate locus fm totum, sed fm partes. Sed contra hoc esse uidetur, cp partes fm locū corporis cōtinui non sunt in loco, neq; mouentur: sed totum mouetur, & totū est in loco. manifestum est autē cp vltima sphæra est corpus continuū: partes igitur eius nec sunt in loco, nec mouentur fm locum: & sic non videtur verum cp vltimæ sphæræ debeatur locus ratione partium. Sed ad hoc dicendū est, cp partes totius cōtinui, licet nō sint in loco in actu, sunt tū in loco in potentia, secundum cp continuum est diuisibile. pars. n. si sit diuisa, erit in toto sicut in loco: vnde per hunc modū partes cōtinui mouētur in loco. & hoc maxime apparet in cōtinuis humidis, quæ sunt facilis diuisionis: sicut in aqua, cuius partes inueniuntur moueri infra totā aquam. Sic igitur, quia aliquid dicitur de toto ratione partiū, inquātum partes vltimæ sphæræ sunt in loco in potentia, tota vltima sphæra est in loco per accidēs, ratione partium: et sic esse in loco sufficit ad motum circularem. Si quis aūt obiciat, cp id, quod est in actu, est prius eo quod est in potētia: & sic videtur inconueniens, cp primus motus localis sit corporis existentis in loco per partes, quæ sunt in potentia in loco. Dicendū est ergo, cp hoc optime cōgruit motui primo. necesse est. n. cp gradatim ab vno immobili descendatur ad diuersitatē, quæ est in mobilibus. Minor est autē variatio, quæ est secundum partes existētes in loco in potentia, cji quæ est secundū tota existentia in loco in actu. Vnde primus motus, qui est circularis, minus habet de difformitate, & plus retinet de vniformitate: propinquior existens substantijs immobilibus. Multo autem conueniētius est dicere, cp ultima sphæra sit in loco propter partes suas intrinsecas, cji propter centrum, quod est omnino extra substantiam eius & magis consonat opinioni Aristotelis, vt patet inspicienti sequentia, in quibus Philosophus manifestat quomodo Cœlum sit in loco. ibi.

ARGY. *Quapropter etiam, si aqua fuerit tale, partes quidem ipsius mouebuntur. alia nanq; aliam continet. Vniuersum autem partim mouebitur, partim haud mouebitur. ut totū enim simul locum non mutat. uersatur tamen (partium. n. hic locus est) & sursum quidem et deorsum nō mouetur. Quædam autem uersantur, & quædam sursum, atq; deorsum mouentur: quæ densitatem habent, ac raritatem.*

Vnde & si aqua fuerit huiusmodi, partes qdē mouebūtur ipsius: continentur. n. subinuicem: omnis autē est tanc; quod mouebitur, & tanquā non. sic quidem. n. tota simul locum non mutat, circulariter autem mouebitur (partiū enim hic locus est) & sursum quidem & deorsum nō. Circulariter autē quædam. alia vero sursum, & deorsum, quæcunq; habent densitatem, et raritatem.

Circa hoc enim duo facit. Primo. n. manifestat quomodo sphæra vltima est in loco. secundo infert conclusionē ex dictis ibi. [Vnde mouetur circulariter.] Circa primū tria facit. Primo manifestat, cp vltima sphæra est in loco per partes. secūdo quomodo partes eius sint in loco ibi. [Sicut aūt dictum est alia quidē.] tertio quomodo ex partibus cōpetat toti esse in loco ibi. [Et alia quidē per se.] Quia ergo dixerat, cp cui nō est aliquod extra continens, non est in loco per se, concludit cp, si aliquod huiusmodi corpus, quod non continet ab alio, sicut est vltima sphæra, sit aqua, in qua magis apparet, quod dicitur propter facilē diuisionem partiū, partes eius mouebuntur, inquantū continuentur subinuicē, sic quodāmodo in loco existentes. Sed tota aqua quodāmodo mouebitur, & quodāmodo non. non. n. sic mouebitur cp tota simul mutet locū, quasi translata in aliū locū subiecto diuersum, sed mouebit circulariter: qui quidē motus requirit locū partium, & non totius: & nō mouebitur sursum & deorsum, sed circulariter. Quædā autē mouebuntur sursum & deorsum mutātia locum secundum totum, s. corpora rara, & densa, vel grauia, & leuia. Secundo ponit ibi.

ARGY. *Vt autem dictū est, quædam in loco potentia sunt, quædam actu. Iccirco cū id quod est similiū partium continuū est, tum partes potētia sunt in loco: sed, cum sunt separatæ atq;, ut in cumulo fit. se tangunt, tum in loco sunt actu.*

Sicut autem dictum est, alia quidē sunt in loco secundū potentiam, alia vero secūdum actū. Vnde, cū m sit quidem continuū id, quod est similium partium, secundum potentiam in loco partes sunt: cūm autē separata quidem sunt, tangant autem se, sicut collectio, fm actum sunt.

Ostēdit quomodo partes vltimæ sphæræ sunt in loco, & dicit, cp sicut supra dictū est, quædā sunt in loco in actu, quę dam secundū potentiam. Vnde, cum aliquod sit cōtinuum similium partiū, partes eius sunt in loco secūdum potentiā, sicuti est in vltima sphæra. Sed, quādo partes sunt separatę, & solum contiguæ, sicut accidit in collectione lapidū, tunc partes sunt in loco secundum actum. Tertio ibi.

ARGY. *Et rursus alia quidē per se. ut omne corpus, aut latione, aut accretione mobile, per se alicubi est. Cælum autē, (ut dictum est,) non est alicubi totum, neq; est ullo in loco: si nullum ipsum contmet corpus. sed quò mouetur, hoc & locus est partibus. alia nanq; partium, aliꝰ hæret. Alia uero per accidēs, ut anima, atq; Cœlū. Omnes nanq; partes quodāmodo sunt in loco. circunquaq; enim alia, aliam continet.*

Et alia quidē per se sunt. vt omne corpus, aut secundum loci mutationem, aut augmentū mobile, alicubi per se existit. Cœlū autem, sicut dictū est, non est alicubi totū, neq; in aliquo est: siquidem nullum corpus: continet ipsum secundum quod autem mouetur, sic & locus est partibus. altera enim partium ad alterā habita est. Alia vero secundū accidens, vt anima, & cœlum. partes enim in loco quodammodo omnes sunt. in eo enim quod circulariter sunt, continet alia aliam.

Ostendit quomodo ex hoc sequetur, totā sphæram esse in loco, & dicit, cp quædā sunt per se in loco, sicut omne corpus, quod per se mouetur in loco, vel secundū loci mutationem, vel secundū augmentum, vt supra dictū est. sed cœlū, i. vltima sphæra, non est hoc modo in loco, sicut dictum est, cum nullū corpus contineat ipsum: sed secundum cp mouetur circulariter, partibus sibi inuicē succedentibus, sic & locus debetur partibus eius in potētia, vt dictum est, inquantum. s. vna pars eius est habita, i. consequēter se habens, ad aliam. Quędam vero secundum accidens sunt in loco: sicut anima, & omnes formæ. & hoc etiam modo. Cœlum, s. vltima sphæra, est in loco, inquantum omnes eius partes sunt in loco, ex eō, cp vnaquæq; pars eius continetur sub alia, secundum circulationem. in corpore enim non circulari pars extrema remanet non contenta, sed cōtinens tātum. sed in corpore circulari, quælibet pars est continens & contenta, in potentia tamē. Vnde ratione omnium partium suarum, corpus circulare est in loco. Et hoc accidit esse per accidēs, scilicet per partes: sicut supra, cum dixit, cp partes corporis mouentur per accidens in loco. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quapropter supremum quidem corpus uersatur. Vniuersum autem alicubi non est, & ipsum est aliquid. quod enim alicubi est, & ipsum est aliquid, & insuper aliquid*

aliud extra se habet, quod continet. At præter uniuersum ac totū, nihil est extra. Et propterea omnia sunt in cælo: forsitan. n. cælum est uniuersum. Est autem locus, non ipsum cælum, sed aliquid eius, ultimus inquā finis quiescens, quo corpus mobile tangit. Et idcirco terra in aqua, hæc in aere, aer in æthere: & æther in cælo, est collocatus: ipsum uero cælum nullo in alio corpore est ulterius collocatum.

Vnde mouetur circulariter solū quod sursum est. Totum autē, non alicubi est. quod. n, alicubi est, & ipsum aliquid est. et adhuc aliquid oportet esse extra hoc, in quo quidē continetur. extra autem omne & totū nihil est. Et propter hoc omnia in cælo sunt. cælum. n. ipsum totum fortassis est. Est autem locus, non cælum, sed cæli quiddā vltimus, s. & tangens mobile corpus terminus quiescens. Et propter hoc terra in aqua, est hæc vero in aere, hic autem in æthere, æther vero in cælo, cælum autem non amplius in alio est.

Inducit quandam conclusionē ex prædictis. quia. n. dixerat cp corpus, quod circulariter mouetur nō oportet esse in loco secundū totum, sed solum per accidens ratione partium, cōcludit, cp corpus supremū, mouetur solum circulariter, propter hoc cp ipsum totū non est alicubi: quia quod est alicubi, ipsum est aliquid, & habet aliqd extra se, à quo continetur: sed extra totū nihil est. Et propter hoc, omnia dicuntur esse in cælo, sicut in vltimo cōtinente: quia cælum fortassis est quod est totū continens. Dicit autē. [fortassis.] quia nondum probatū est, cp extra cælum nihil sit. Non est autem sic intelligendum, cp ipsum corpus cæli sit locus: sed quædam superficies vltima eius versus nos, & est sicut terminus tāgens corpora mobilia, quę in ipso sunt. & propter hoc dicimus, cp terra est in aqua, quæ est in aere: qui est in æthere, id est igne, qui est in cælo, quod nō est vlteriꝰ in alio. Secundum vero intentionē Auer. litera ista aliter exponenda est. nam exēplum de aqua, quod primo inducit, non est referendum, secundū ipsum, ad vltimā sphæram: sed ad totum vniuersum. quod quidē mouetur, inquantum partes eius mouentur. quædam quidē circulariter, vt corpora cælestia: quædā vero motu sursum, vel deorsum, vt inferiora corpora. Quod vero postmodū inducitur, cp quædam sunt in loco actu, quædā potentia, non est referendū ad prius dicta, sed oportet ut propter se dictū accipere. quia. n. dixerat, cp quædam sunt in loco secundum partes, quædā secūdum totum, consequenter adiungit, cp quædā sunt in loco secundum actum: quædam secundum potentiam: & vlterius cp quædam sunt in loco per se, quædam per accidens. Vbi notandum est, cp cælum secundum ipsum dupliciter accipitur hic. nam primo cælum accipitur pro vniuersitate corporū, & maxime cælestium. secundo pro vltima sphæra. Dicit ergo, cp per se sunt in loco, quæ mouentur secundum locum: siue secundum totum, siue secundū partes, vt cælum, & vniuersum: per accidēs autem sunt in loco, vt anima & cælum, id est vltima sphæra: quia oportet dicere, cp omnes partes vniuersi aliquo modo sint in loco. vltima quidem sphæra per accidens, alia vero corpora per se, inquantum ab exteriori corpore cōtinentur. & hoc manifestat usq; in finem.

LECTIO VIII.

Ex data loci definitione, proposita esse circa loci dubia omnia soluuntur, eaq; omnium secundum naturam mobilium motus, ac quietis rationem reddi posse asseritur.

ARGY. *Patet autem ex his si hoc modo locus dicatur, dubitationes omnes solui facile posse. Neque enim unà cum corpore, necesse est locum incrementa suscipere: neque locum esse punctū, neque in eodem corpora esse duo, neque interuallum quidem corporeum esse. Corpus est enim quoduis aliud, quod est inter fines corporis continentis: sed non corporis spacium. Est etiam & ipse locus alicubi, non ut in loco, sed ut finis in eo, quod est finitum. Nō est enim in loco, omne quod est, sed tantum mobile corpus.*

Te.cō.46.

Te.cō.47.

MAnifestum autē ex his, qm̄ & dubitationes omnes soluuntur, sic vtiq; dicto loco. Neq; enim simul augmentari necesse est locum, neq; puncti esse locum, neq; duo corpora in eodem loco, neq; spatium aliquod esse corporeū: corpus enim est medium loci quoduis, sed non spatium corporis. Et est locus alicubi, nō sicut in loco autē, sed sicut terminus in termino. non. n. omne quod est, in loco est, sed mobile corpus.

Postq; Philosophus ostendit quid sit locus, hic ex definitione data, soluit dubitationes supra positas de loco. Fuerūt autem supra positæ sex rationes ad ostendendū locum non esse, quarū duas * prætermisit illam. s. in qua inquirebatur, vtrum locus esset elementū, vel ex elemētis. & iterum illā, in qua ostendebatur, cp ad nullū genus causæ locus reducatur. non. n. à ponētibus locum, sic ponitur quasi elementū, vel causa rerū. vnde facit mētionem solum de quatuor residuis, quarum vna erat, cp, cum locus nō deesset corpori, nec corpus loco, videbat sequi, cp augmētato corpore, augmentetur locus. Sed hoc sequitur, si supponatur, cp locus sit spacium quoddā, coextensum dimēsionibus corporis, vt intelligatur illud spaciū crescere, crescente corpore. sed hoc non est necesse secundū definitionem prædictā de loco, cp sit terminus cōtinētis. alia ratio fuit, cp, si locus corporis, aliud est a corpore, cp etiā locus puncti, aliud fit a puncto: quare non videbatur possibile, cp locus sit aliud a corpore: cum locus puncti nō sit aliud a puncto. Sed hæc etiā ratio procedit secundum imaginationē eorum, qui opinabātur locum esse spacium coæquatum dimēsionibus corporis: vnde oportebat, cp cuilibet dimēsioni corporis, respōderet dimensio spatij: & similiter cuilibet puncto corporis. sed hoc non oportet dicere, si ponamus locū esse terminum continentis. Alia ratio fuit, cp si locus est aliquid, oportet cp sit corpus: cum habeat tres dimensiones rerū, & sic sequetur duo corpora esse in eodem loco. Sed secundū eos, qui ponebant locū esse terminum corporis cōtinentis, nō oportet dicere, neq; cp duo corpora sint in eodē loco, neq; cp sit aliquod spacium corporeum, mediū inter extremitates corporis cōtinentis: sed cp sit ibi quoddā corpus. Item alia ratio fuit, cp, si omne quod est, est in loco, sequetur cp etiā locus, sit in loco. Quę quidem ratio de facili soluitur, supposito cp locus sit terminus continentis. manifestum est enim secundum hoc, cp locus est in aliquo, scilicet in corpore continente: non tamen sicut in loco, sed sicut terminus in aliqua re finita: vt punctū in linea, & superficiēs in corpore. non enim necessarium est, cp omne quod est, sit in aliquo, sicut in loco, sed hoc necesse est, solum de corpore mobili. motus enim induxit ad distinguendum inter locatum, & locum. Deinde cum dicit.

* duas dubit. quas ſſoluta Arist. teliquit in cō. suo dixit ſimpl. deeit enim pars tertia ille elemēti locum, quia ſuperficies, & causa finalem, quia illuc tendunt natura locata & conſeruan tur in eo.

ARGY. *Et fertur igitur quodque cum ratione, suum ad locum. Quod enim posſt aliquod demceps est collocatum, ac illud non uiolentia tangit id proprinquum est illi naturæ: atque si copulata quidem sunt, passione carent. Si uero se tangant, passiua sunt uicissim, atq; actiua.*

Et fertur igitur in suum ipsius locum vnumquodq; rationabiliter. Cui enim consequenter. & quod tangitur nō vi, proximum est. Et simul apta nata, impassibilia sunt. Quę vero tāguntur, & actiua, & passiua sunt adinuicem.

Assignat ex prædicta definitione rationē proprietatum loci. Et primo quātum ad hoc cp corpus naturaliter fertur ad proprium locum. Secundo quantū ad hoc, cp corpus naturaliter quiescit in suo loco ibi. [Et manet igitur natura.]

Te.cō.48.

Sequen. tex.

Dicit ergo primo, q, si ponatur locus esse terminus cõtinentis, rationabiliter assignari potest causa, quare vnũquodq; corpus feratur ad proprium locum. quia illud corpus cõtinens, ad quod cõsequenter se habet corpus cõtentum & locatum, & quod ab eo tãgitur terminis simul existentibus, & hoc non per violentiã, est proximum ei secundum naturam. ordo. n. situs in partibus vniuersi, attenditur secundũ ordinem naturæ. Nam corpus cæleste, quod est supremum, est nobilissimum. post quod inter alia corpora secundum ignobilitatẽ naturę est ignis, et sic deinceps vsq; ad terram. Vnde manifestum est, q, corpus inferius, quod se habet cõsequenter secũdum situm ad corpus superius, est proximum sibi in ordine naturæ. Et ideo addit. [non vi.] vt ostendat naturalem ordinem situs, cui respõdet ordo situs naturalis: & excludat ordinẽ situs violentum, sicut aliquã per violentiam corpus terrestre est super aerẽ vel aquã. & huiusmodi duo corpora se consequẽtia in naturali ordine situs. & in ordine naturarũ, simul apta nata esse, sunt impassibilia, i. cum continuantur adinuicẽ, et fiunt vnum, ad quod aptitudinẽ habent propter propinquitatẽ naturæ, tunc sunt impassibilia. sed dum tãguntur distincta existentia propter cõtrarietatem qualitatũ actiuarum & passiuarũ, sunt actiua, & passiua adinuicem. Sic igitur proximitas naturæ, quæ est inter corpus continens, & contentum, est causa quare corpus naturaliter mouetur ad suum locum: quia oportet, q, gradus naturalium locorum, respondeat gradui naturaliũ locatorum (vt dictũ est.) Sed hæc ratio non potest assignari si ponatur locus se spacium: quia in dimẽsionibus spacij separatis, nullus ordo naturæ considerari potest. Secundo ibi.

ARGV. *Manet præterea quodus proprio in loco nõ sine ratione suapte natura. Etenim hæc pars toto in loco, ut diuisibilis pars est ad totum. ueluti cũ aeris quispiam uel aquæ mouerit partem. Sic etiam ex aqua sese ad aerem habet. nam alterum est uelut materies, alterum forma. Aqua quidem materies aeris, aer autẽ quasi quidam illius actus. Aqua nanq; potentia aer est, at aer alio modo potentia aqua. Sed de his est posterius pertractandum. Atque id, quod nunc necessitate compulsi temporis, hunc ad locum attulimus: obscureq; est dictũ, tunc dilucidius explicabitur. Quod si idem est materies atq; actus, ambo nãq; est aqua: sed alterum potẽtia, alterum actu, ipsa sanè ad aerem, ut pars quo dammodo se habet ad totum. Quapropter et his est tactus. Copulatio uero tunc erit, cùm ambo fuerint unũ actu. Sed esse quidem locum et quidnam sit locus, satis iã diximus.*

[a] Simplicissimi fatẽt, elemẽta locate se inuicẽ p symbolas qualitates & duo dubia affert, & diluit, quibus non cõtrariatur. s. tho. pro Egidio.

Et manet igitur natura in proprio loco, [a] vnũquodq; rationabiliter. Et nanq; hæc pars in toto loco, sicut diuisibilis pars ad totũ est: vt cũ aquæ aliquis moueat partẽ, aut aeris. [a] Sic autẽ, & aer se habet ad aquã, vt materia, hæc autem species. aqua quidẽ materia aeris, aer autẽ sicut actus quidam ipsius. Aqua. n. potẽtia aer est, aer vero potentia est aqua alio modo. determinandum autẽ de his posterius est. Sed propter tempus, necesse quidem est dicere. incerte autem nunc dictum, tunc erit certius. Si igitur idem materia & actus (aqua enim est vtraq;, sed hoc quidem potentia, illud vero actu) se habebit vtiq; sicut pars quodã modo ad totũ, vnde & his tactus inest. Copulatio autẽ, cũm vtraq; actu vnum fiant. Et de loco quidem, & quoniam est, & quid est dictum est.

Assignat causam, quare corpora naturaliter quiescant in suis locis. & dicit, q, hoc accidit rationabiliter, si ponamus locum esse terminũ corporis continẽtis. quia secundũ hoc, corpus locatum se habet ad corpus cõtinens, sicut quędam pars ad totum, diuisa tñ. Et hoc manifestius apparet in corporibus quæ sunt facilis diuisionis, sicut est aer vel aqua. horum. n. partes possunt moueri ab aliquo in toto, sicut locatum mouetur in loco. & hoc etiã non solum verũ est secundum figurã continendi vnum sub alio, sed etiam secũdum proprietatem naturę. aer enim se habet ad aquam vt totũ: quia aqua est vt materia, aer autem vt forma. nam aqua est quasi materia aeris, & aer est sicut forma eius. quod ex hoc apparet, quia aqua est in potẽtia ad aerem simpliciter. Sed verum est, q, etiam aer est quodã alio modo in potentia ad aquã. vt determinabitur posterius in libro de Generatiõe. sed ad præsens tẽpus, necesse est hoc accipere ad ostensionẽ propositi. Sed hic non declaratur per certitudinẽ, sed in libro de Generatione declarabitur certius. ibi. n. dicetur, q, cum ex aqua generatur aer, est corruptio secundum quid, generatio simpliciter, propter hoc, q, pfectior forma introducitur, et imperfectior abiicitur. Cum autẽ ex aere generatur aqua, est corruptio simpliciter & generatio secundum quid: quia perfectior forma abiicitur, & imperfectior introducitur. Sic igitur aqua simpliciter est in potentia ad aerẽ, sicut imperfectum ad perfectum: aer autẽ est in potentia ad aquam sicut perfectũ ad imperfectũ. Vnde aer se habet vt forma, et vt totũ, quod habet rationem formę: aqua vero se habet vt materia, & vt pars, quę pertinet ad rationẽ materiæ. Quamuis igitur idẽ sit, & materia, & actus: quia aqua in se continet vtrumq;, sed tñ hoc quidẽ est in potentia proprie loquẽdo, s. aqua, sicut imperfectum: illud vero. s. aer, in actu, vt perfectum: vnde habebit se aqua ad aerem quodãmodo, sicut pars ad totum. & ideo his, s. aeri & aquæ, cum sint duo distincta, inest tactus. sed, cum ex vtrisq; fit vnum, vno transeunte in naturã alterius, tunc fit copulatio, i. continuatio. Sicut igitur pars naturaliter quiescit in toto, ita & naturaliter corpus quiescit in suo loco naturali. Considerandum tñ est, q, Philosophus hic loquitur de corporibus secundũ formas substantiales, quas habẽt ex influentia corporis cælestis, quod est primus locus: & dans virtutem locatiuam [*] omnibus aliis corporibus: secundum autem qualitates actiuas & passiuas est contrarietas inter elementa: & vnum est corruptiuum alterius. Vltimo autem epilogãdo concludit quod dictum est de loco & quod est, & quid est.

[*] Damascen⁹ [vt inqt simpli.] locũ ex natura sua corporib⁹ locatis perfectionem præbere putat.

LECTIO IX.

Ad Philosophum Naturalem q, de vacuo considerare spectat, & quomodo: rationesq; tam naturales quam non naturales vacuum esse ostendentes proponit.

ARGV. *Eodem modo autem putandum est Naturalis esse Philosophi de Vacuo contemplari, quemadmodum & de loco si sit, nec ne, & quonam sit modo: aut quid tandem sit. Etenim similiter creditur, atq; nõ creditur, per ea, quæ de ipso putantur. Nam qui dicunt uacuũ esse, ut locum quendam & uas, ipsum ponunt. At plenum quidem esse uidetur cum habet eam molem, cuius est susceptiuum. uacuum autem illa eadem caret, quia idem est uacuum, plenum, & locus: esse uero ipsorum non idem est, sed diuersum.*

Te. cõ. 50.

EOdem autem modo accipiendũ Physici esse considerare de Vacuo, & si est, aut non, & [a] quomodo est, & quid est, sicut & de loco. Et nã que similẽ habet incredulitatem & fidem, per ea quæ opinantur locum. Vt. n. locum quendam, & vas, vacuum ponunt dicentes. uidetur autem esse plenum quidem, cum habet illam molẽ grauem, cuius susceptiuum est. cum vero priuatum est, vacuum: tãquam idem quidem sit vacuum, & plenum, & locus: esse autem ipsis non idem.

[a] Quid est & quomodo est [inquit aspalius] secundũ opinionẽ ponentiũ illud, non q, hoc sit verũ secundũ Arist. qui negat omninoinane.

Posteq; Philosophus determinauit de loco, hic determinat de vacuo. et circa hoc duo facit. Primo manifestat suam intentionem, secundo prosequitur propositũ ibi. [Alij qui dem igitur.] Circa primum duo facit. Primo ostẽdit q, ad Philo-

Te. cõ. 51.

Philosophum naturalem pertinet determinare de vacuo. Secundo ostẽdit quo ordine de vacuo determinãdũ sit ibi. [Incipere autẽ.] Dicit ergo primo, q, sicut ad Philosophũ naturalẽ pertinet determinare de loco an sit, & quid sit, ita & de uacuo: quia per similes rationes aliqui crediderunt et discrediderunt esse locum & vacuum. illi enim qui dicunt esse vacuum, ponunt ipsum vt quendã locum et quoddam vas: quod quidẽ vas vel locus videtur esse plenũ, cum habet intra se aliquã molẽ alicuius corporis sed qũ non habet dicitur, esse vacuũ, ac si idem sit subiecto locus, & vacuũ, & plenum, sed differant solũ secundum rationẽ. Secundo ibi.

ARGV. *Incipiamus autem considerationem oportet, & hisce, quæ dicunt ij, qui uacuum asserunt esse, & ijs etiam, quæ dicunt, qui ipsum e medio tollunt, & tertio communibus de ipsis opinionibus sumptis.*

Te. cõ. 51.

Incipere autem oportet considerationem accipientes quæ dicunt affirmantes esse, & iterum quæ dicunt non affirmãtes esse: & iterum communes opiniones de ipsis.

Ostendit quo ordine determinãdũ sit de Vacuo, & dicit, q, oportet incipere ab hoc, q, ponamus rationes eorum, qui dicunt vacuum esse: & iterum eorum, qui dicunt vacuum non esse: et iterum communes opiniones de vacuo, quid scilicet ad rationem vacui pertineat. Deinde cum dicit.

ARGV. *Qui igitur non esse conantur ostendere, non id e medio tollunt, quod homines dicere uacuum uolunt. Sed quod dicunt errantes, ut Anaxag. & qui hoc redarguunt modo. Nam aerem aliquid esse demonstrat, torquentes utres, ac aerem roboris esse participem ostendentes: & item ipsum in hisce uasis includentes, quæ surripiat aquam. At homines Vacuum spatium esse uolunt, in quo nullum est sensibile corpus. Atq; cum omne, quod est corpus, esse existiment id, in quo nihil est omnino, uacuum esse dicunt. Qua propter id quod est aere plenum, uacuũ inquiunt esse. Non igitur id ostendere eos oportet, aerem inquam aliquid esse, sed spatium non esse quicquam præter corporum molem, aut separabile, aut actu, quod quidem uniuersum corpus seiunxit, ut non sit continuum, quẽadmodum Democritus, & Leucippus, & complures alij Naturalium dicunt: aut etiam si quid ponitur extra corpus continuũ uniuersi. Hi igitur ad propositum non recte proficiscuntur.*

[b] in eandẽ sententiã incidit Metrodorus chius, epicur⁹ & pythagoreorũ quidã.

Alij quidem igitur tentãtes monstrare: quia non est, nõ quod homines volunt dicere vacuũ hoc arguunt, sed peccãtes dicunt, sicut Anaxa. & qui eodem modo argumentantur. demonstrant enim q, aliquid est aer, litigantes per vtres, et demonstrãtes, q, aer est fortis, & accipiẽtes in Clepsydris. Alij autem homines volunt vacuum esse spacium, in quo nullũ est corpus sensibile. Opinantes autem omne quod est esse corpus, dicunt omnino in quo nihil est hoc esse vacuum. vnde plenum aere vacuum esse. Igitur hoc non oportet monstrare, quia est aliquid aer, sed quia non est alterum spacium a corporibus, neq; separabile, aut quod sit actu, quod distinguat omne corpus. vt sit non continuum, sicut dicunt Democritus, & Leucippus & alij multi Physiologorũ. aut & si aliquid est extra omne corpus est, cum sit continuum. Hi quidem igitur non secundũ posita ad problema contradicunt.

Te. cõ. 52.

Te. cõ. 53.

Prosequitur quod dictũ est. Et primo præmittit ea, quæ sunt necessaria ad inquirẽdum veritatem de vacuo, Secundo incipit inquirere veritatem ibi. [Quũ autem non est.] Circa primum duo facit. Primo ponit rationes ponẽtium, & negantium esse vacuum. Secundo ponit cõmunem opinionẽ de vacuo, ostendens quid sit de ratione vacui, ibi. [Ar quale autem, et cætera.] Circa primũ duo facit. Primo ponit rationem negantiũ esse uacuum, secundo rationes affirmantium ibi. [Sed affirmantes.] Dicit ergo primo, q, alii qui Antiquorũ Philosophorũ volentes monstrare non esse vacuum, in hoc peccauerunt, q, nõ arguebant contra rationem ponentiũ esse vacuum. non. n. ostendebãt non esse vacuum, sed inducebãt rationes suas ad ostendendũ q, plenũ aere, nõ est vacuum, vt patet de Anaxa, & alijs similiter argumentãtibus: qui ad demonstrãdum vacuum non esse volebant demõstrare, q, aer sit aliquid: & ita, cum vacuum sit in quo nihil est, sequetur, q, plenum aere non sit vacuum. Quod autem aer sit aliquid, demonstrabãt hŧigãtes eũ suis aduersarijs, per vtres: qui, cum sint inflati possunt aliquod pondus sustinere: quod non esset, nisi aer esset aliquid. & sic demonstrant, q, aer est fortis. Et etiam per hoc q, accipiunt aerem in clepsydris, i. in vasis furantibus aquam: in quibus cum attractione aeris attrahitur aqua: uel etiam impeditur introitus aquæ, nisi exeat aer. Patet igitur, q, isti, non obijciunt ad positionẽ: quia omnes ponentes esse vacuum, volũt esse vacuũ spatium, in quo nullum corpus sensibile est: propter hoc, q, omne quod est, opinãtur esse corpus sensibile: & sic vbi nõ est corpus sensibile, credunt nihil esse. vnde, cum aer sit corpus modicũ sensibile, opinantur, q, vbi non est nisi aer, sit vacuum. Ad destruendum igitur eorum positionem, non sufficit ostendere, q, aer sit aliquid: sed oportet ostendere, q, non sit aliquod corpus vel aliquod spaciũ sine corpore sensibili: fm q, dupliciter aliqui ponebant esse vacuũ, vno modo sicut separatũ a corporibus, vt si diceremus spaciũ, quod est infra extremitates alicuius domus, esse vacuum: alio modo sicut actu existẽs inter corpora, quod distinguit corpora ab inuicẽ, vt nõ sint cõtinua, vt dixerunt Democritus & Leucippus: et multi aliorũ Naturalium Philosophorum. imaginabantur. n. q, si totum ens esset continuum, omnia essent vnum. nõ. n. esset assignare, quare magis distinguerentur corpora plus hic, q, ibi. vnde inter omnia corpora distincta, ponebant interesse aliquod spacium vacuum, in quo nullũ ens esset. Et, quia Democritus ponebat corpora componi ex multis corporibus indiuisibilib⁹, ponebat inter media illorũ corporum indiuisibilium esse quasdã vacuitates, quas dicebat poros, & sic omnia corpora dicebat componi ex pleno & vacuo. Vel, si etiam totum corpus mundi sit cõtinuum, & non sit inter partes uniuersi aliqua vacuitas, ponebat tñ vacuũ extra totum mundum. Manifestum est igitur, q, prædicti Philosophi volentes destruere vacuum non inducebant rationem ad quæstionem secundum positionem Aliorum. debuissent enim ostẽdere, q, nullo illorum modorum sit vacuum. Secundo ibi.

Secũda parte te. 54.

Secũda parte te. 57.

Secũda parte te. 53.

ARGV. *Sed hi magis qui uacuũ esse dicunt. Atq; primo quidẽ motum loco accommodatum non fore dicunt, qui quidem est latio, atq; accretio. non. n. esse motus uidetur, nisi sit uacuum. fieri nanq; non potest, ut ipsum plenum suscipiatur. quod si susceperit, fuerint que duo corpora in eodem, possunt & quotquot uolueris corpora simul esse. differentia nanq; dici non potest, ob quam dictum hoc non eueniet. Quod si hoc erit, potest & minimum suscipere maximũ: quippe cum ipsum magnum multa sit parua. quare si fit ut æqualia multa sint in eodem, fieri potest, ut multa quoque inæqualia simul sint in eodem.*

Sed affirmãtes esse magis. dicunt autẽ vnum quidem, quia motus secundũ locum nõ erit. hic autem est loci mutatio, & augmentũ. nõ. n. videbitur vtiq; motus esse, nisi sit vacuum. plenũ. n.

impossibile est recipere. si vero recipiat, & sint duo in eodē, cōtinget vtiq; & quotlibet simul esse corpora. Differentiā. n. propter quam non erit vtiq; quod dictū est, nō erit dicere. Si autem hoc cōtinget, & paruissimū accipiet maximū: multa nanq; parua, magnū sunt. quare, si multa æqualia contingent in eodem esse, & multa inæqualia.

Secūda parte te. 56.

Ponit rationes ponentium esse vacuum. Et primo eorū, qui loquti sunt de vacuo naturaliter. Secūdo eorū, qui locuti sunt nō naturaliter ibi. [esse aūt affirmauerūt & cętera.] Circa primū duo facit. Primo ponit rationē eorum, qui ponebant vacuū esse quoddā spatium a corporibus separatū, Secundo eorum qui ponebant vacuum in corporibus ibi.

Tex. cō. 55.

[Alio vero modo, & cætera.] Circa primum duo facit. Primo ponit rationē ponentium esse vacuum, Secundo ponit quomodo Melissus e cōtra illa ratione vtebatur ibi. [Melissus quidē igitur,] Dicit ergo primo, q̄ illi, qui affirmabant vacuum esse magis inducebāt rationes ad propositū. Quarum vna erat, q̄ motus fm locū, qui est loci mutatio, et augmentatio, vt supra dictum est, non esset, si vacuum nō esset. quod sic ostendebant. si enim aliquid mouetur fm locum, nō potest moueri in plenum. quia locus plenus vno corpore non potest recipere aliud. quia si reciperet, sequeret duo corpora esse in eodē loco: et eadē ratione sequeretur de quo cunq;. non. n. potest assignari differentia, quare duo corpora sint in eodem loco, &c non plura. Et, si hoc contingit, ſ, q̄ quotcunq; corpora sint in eodē loco, sequet̄, q̄ paruissimus locus possit recipere maximum corpus: quia multa parua constituunt vnum magnum. vnde, si multa parua æqualia sint in vno loco, & multa inæqualia. Sic ergo probata hac conditionali, q̄ si motus est, vacuū est: arguebant a positione antecedentis, motus est: ergo vacuum est. Secundo ibi.

Tex. cō. 54.

ARGV. *Melissus autem & vniuersum ex his ostendit immobile esse. nam si mouebitur, necesse est inquit, uacuum esse. at uacuum in ratione rerum non est. Vno igitur modo ex ijs uacuum quid esse ostendunt.*

Melissus quidem igitur demonstrat, q̄ omne immobile ex his. si enim mouebitur aliquid, necesse est esse vacuum, dicit. vacuum autem non

Tex. cō. 55.

est eorum, quæ sunt. Vno quidem igitur modo ex his demonstrant q̄ aliquid est vacuum.

Ostēdit, q̄ Melissus suppositā eadē cōditionali argumentabatur e contra, a destructione cōsequentis: quia si motus est, vacuū est: sed vacuū non est, ergo motus non est. ergo totum ens est immobile. Iste est igit̄ vnus modus, quo aliqui probabant vacuū esse quasi separatum. Deinde cum dicit.

ARGV. *Deinde alio modo, quia nōnulla corpora præmi, cogiq; uidentur. quod intueri licet cum dolia unà cum utribus, ut inquiunt, unum suscipiunt: propterea quòd corpus, quod densatur, ea uacua, quæ insunt, ingreditur.*

Alio vero modo, quia videntur quædam corpora coeuntia, & calcantia, vt & vinum, dicunt, cum vtribus, recipere dolia: tanquàm in ea, quæ sunt vacua, coeunte densato corpore.

Ponit tres rationes ponētium vacuū esse in corporibus. Quarum prima est ex his, quæ condensantur. videntur, n. eorum, quæ inspissantur, partes coire * vel conuenire in inuicem, & se inuicē calcare & cōprimere: ita, q̄ sicut fertur, dolia tantū de vino recipiunt cū vtribus, quantum etiā sine vtribus, & præcipue si vtres sint subtiles propter hoc, q̄ vinum in vtribus cōdensari videtur. Hanc autē condensationē fieri existimabāt, ac si dēsato corpore, partes subintrarent in quasdā vacuitates. Secundam rationem ponit ibi.

* eadem hæc interpretatio Alexand. fuit valde simpl.

ARGV. *Præterea accretio etiam per uacuum fieri omnibus uidetur, nam alimentum quidem est corpus. fieri uero nō potest, ut corpora duo sint simul.*

Amplius autē, & augmētum videtur omnibus fieri per vacuum: alimentū quidem corpus esse. duo autem corpora impossibile simul esse.

Secūda ratio.

Quæ sumitur ex augmento. augentur enim corpora per alimentum, quod corpus quoddam est. Duo autem corpora non possunt esse in eodem loco: ergo oportet esse aliquas vacuitates in corpore augmentato, in quibus recipiatur alimētum. Et sic necesse est esse vacuum ad hoc q̄ recipiatur alimentum. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGV. *Testem etiam huius id afferunt, quod in cinere fieri solet, qui quidem tantum suscipit aquæ, quantum uas uacuum capit.*

Testimonium autem, & quod est de cinere sa- Te. cō. 56.
ciunt, qui recipit tantum aquæ, quantum si vas vacuum esset.

Tertia ratio

Quæ sumitur ex vase pleno cinere, quod tantum recipit de aqua, quātum si esset vacuum. quod non esset nisi essent aliquæ vacuitates inter partes cineris. Deinde cum dicit.

ARGV. Lampſacenus ſtratonem quatuor argumenta. Ariſto. in duo redegit, & tertiū ipſe addidit.

Esse autem et Pythagorici uacuum dixerunt, et ipsum ex infinito spiritu cælum ingredi, quasi respirando cælum ipsum, etiā uacuū trahere: quod naturas ipsas distinguit. Propterea que uacuum, separatio quædam est eorum, atq; distinctio, quæ deinceps sunt collocata: atq; hoc, inquiunt, primum in numeris esse: uacuum enim naturam ipsorum distinguere dicunt. Talia igitur, et tot fere sunt, ex quibus quidam esse, quidam non esse uacuum censent.

Esse autem affirmauerunt & Pythagorici vacuum, & ingredi ipsum in cælo ex infinito spiritu tanquam respirāti, & hoc esse vacuum, quod determinat naturas. tanquam sit vacuum separatio quædam eorum, quæ sunt consequenter, & determinatio. & hoc esse primum in numeris. vacuum enim determinare numerum ipsorum.

Ex quibus quidem igitur alij dicuntur esse, alij vero non dicunt, fere tot, & huiusmodi sunt. te. cō. 57.

Ponit opiniones non Naturalium de vacuo. & dicit, q̄ etiam Pythagorici affirmauerūt esse vacuum: quod quidē ingrediebatur infra partes mundi a cælo, propter vacuum infinitum, quod ponebant esse extra cælū, quasi quendam aerem, vel spiritū infinitū, vt sicut ille, qui respirat, diuidit suo flatu aliqua faciliter diuisibilia, vt aquā aut huiusmodi ita ex aliquo quasi respirāte ingrederetur distinctio in res, quod nō intelligebāt fieri nisi per vacuum, sicut de Democrito dictū est, ac si vacuum nihil esset aliud, q̄ distinctio rerum. Et, quia prima distinctio & pluralitas inuenit̄ in numeris, ideo vacuū primo ponebāt in numeris: vt per naturam vacui vna vnitas distingueretur ab alia, ne numer⁹ fit continuus, sed habeat naturā discretam. Sed, quia isti quasi æquiuoce loquebātur de vacuo, appellantes rerum distinctionē vacuū, propter hoc infra de hac opinione non prosequitur. Vltimo autē quasi epilogādo cōcludit, dictum esse, propter quid quidā dicunt esse vacuū, et quidā nō dicunt.

LECTIO X.

Vacui Quibusdam significatis propositis, opiniones ipsum esse asserentium confutantur.

ARGV. *At nos, ut percipiamus utronam modo res se habeat, accipiamus oportet, quid ipsum nomen significat.*

VT autem sciamus qualiter se habeat, oportet accipere, quid significet nomen.

Dixerat superius Philosophus a tribus esse incipiendū. Postquam ergo prosecutus est duo eorū, ſ, opiniones negantium & affirmantiū vacuum esse, hic prosequitur tertium, communes, ſ, opiniones hominum de vacuo demōſtrans.

Circā

Circa hoc igitur tria facit. Primo ostēdit quid significetur nomine vacui. Secundo ostendit quomodo uacuum aliqui esse posuerunt ibi. [Qm̄ autem de loco. Tertio excludit rationes ponentium vacuum esse ibi. [Neque vna autem.]

Tex. cō. 60. Te. cō. 62.

Secūda parte te. 57.

Circa primum duo facit. Primo ostēdit de quo est intētio, Secundo exequitur propositum ibi. [Videtur autem, & cętera.] Dicit ergo primo, q̄, cum dictum sit q̄ quidam posuerunt vacuum esse, quidam vero negauerunt: ad cognoscendum qualiter se habeat veritas, oportet accipere tanq̄ principium, quid significent nomen vacui: sicut. n. cum dubitatur, an aliqua passio insit alicui subiecto, oportet accipere pro principio, quid sit res, ita, cū dubitatur de aliquo, an sit, oportet accipere pro medio, quid significet nomen. quæstio. n. quid est, sequitur quæstionē an est. Secundo ibi.

ARGV. *Vacuum igitur locū esse uidetur, in quo nihil est. Quod quidē inde emersit. omne. n. quod est, corpus esse existimāt et omne corpus esse in loco: et uacuum esse locū. in quo nullum est corpus. quare si alicubi nō est corpus, ibi nihil esse dicunt. Rursus omne corpus tangibile esse putant: & tale aut grauitatis aut leuitatis sit particeps. sit igitur per ratiocinationem, ut id sit uacuū, in quo nō est graue quicq̄; vel leue. Hæc igitur, uti diximus, per ratiocinationē euenunt.*

Videtur autē Vacuū locus esse, in quo nihil est. huius autē causa est: quia omne quod est, corpus opinantur esse, omne aūt corpus in loco est: vacuum autem, in quo nullū corpus est. quare si cubi nō est corpus, nihil est ibi. Corpus autē iterum omne opinātur esse tāgibile: huiusmodi autem est, quod habet grauitatem, aut leuitatē: accidit igitur ex syllogismo, hoc esse Vacuum, in quo nullum est graue, aut leue. Hæc quidem igitur ex syllogismo, sicut prius diximus accidunt.

Ostendit quid significet nomē Vacui. & primo ponit ſignificationem cōmuniorem, secundo significationē secundum vsum Platonicorū ibi. [Alio autem modo.] Circa primum tria facit, Primo ostendit quid significet hoc nomen Vacuum, Secundo quid oportet addere ad illā significationem ibi. [Sed incōueniens est.] Tertio remouet quandam dubitationem ibi. [Vnde & sic, & cætera.] Dicit ergo, q̄ secundum opinionē hominum, videtur Vacuum nihil aliud significare, q̄ locum in quo nihil sit, et huius causa est, quia proprie vacuum dicitur esse, in quo nō est aliquod corpus: quia soli corpori cōuenit, q̄ sit in loco: & vacuū nihil aliud potest significare q̄ locum absq; locato. Sed, quia homines opinantur, q̄ omne ens sit corpus, sequitur secundū eorum opinionem, q̄ vbi nō est corpus nihil sit. Et ulterius opinātur, q̄ omne corpus sit tangibile, ſ. habens tāgibiles qualitates: & huiusmodi corpus est, quod est graue vel leue: (nondum. n. erat notū, q̄ corpus cæleste esset præter naturā quatuor elemētorum.) vnde, cum proprie de ratione vacui sit, q̄ sit locus, in quo nō est aliquod corpus, sequitur q̄ vacuū sit in quo, nō est corpus graue vel leue. non quidē, q̄ hoc sit de ratione vacui secūdum primam impositionē nominis, sed secundū quandam syllogisticā deductionem, ex cōmuni opinione hominū opinantium omne corpus esse graue, vel leue. sicut etiā secundum opinionem communē hominum existimantium, omne ens esse corpus, sequitur vacuū esse in quo nihil est. Sic igitur trib⁹ modis potest accipi, huius nominis significatio. vna est propria, ſ. vacuum est loc⁹ in quo nō est corpus: aliæ duę secundum opinionem hominum, quarum vna est communior, ſ. vacuum est locus, in quo nihil est: alia vero est magis coartata, scilicet vacuū est locus, in quo non est corpus graue vel leue. Secundo ibi.

Te. cō. 59.

Tex. cō 57 Secūda pars & tertia

ARGV. *Absurdum autem est, si punctus sit uacuum. sit enim id locus oportet, in quo corporis est tangibilis moles. Attamen Vacuum uno quidem modo uidetur id dici, quod non est plenum corporis sensibilis tactu. Sensibile uero est tactu, quod grauitatem habet, uel leuitatem.*

Sed inconueniens est, si pūctum vacuum sit. oportet enim locū esse, in quo loco corporis sit ſpacium tāgibilis. Sic igitur videtur dici vacuū, vno quidem modo non plenum sensibili corpore secundum tactum. sensibile autem secundum tactum est grauitatem habens, aut leuitatem. Tex. cō. 58.

Ostendit quid addendū sit ad hanc significationē. Dicit enim q̄ inconueniens est, si dicatur, q̄ punctū sit vacuum, cum tm̄ de pūcto dici possit, q̄ in puncto non sit corpus tangibile. Oportet ergo addere, q̄ vacuum sit locus, in quo nō sit corpus tāgibile: sed sit ibi ſpacium susceptiuum corporis tangibilis. sicut cæcum dicitur, quod caret visu, natum autem habere. Et sic concluditur, q̄ vno modo dicitur vacuū ſpacium, quod non est plenum corpore sensibili secundum tactum: quod scilicet est graue vel leue. Tertio ibi.

ARGV. *Idcirco & quispiam dubitauerit, quidnam dicēt, si ſpacium colorē habeat, aut ſonum, uacuū ne, an non uacuum esse? At, ut patet, Vacuū esse dicent, si corpus tangibile ſuscipere possit: Vacuum non esse, si illud suscipere nequeat.*

Vnde dubitabit aliquis, quid vtique dicant, si habeat hoc ſpaciū colorem, aut ſonum, vtrum Vacuum, an non? Aut manifestum est, si corpus quidem ſuscipiat tangibile vacuum esse, si vero non, minime.

Remouet quandam dubitationem, quæ est, vtrum, si in aliquo ſpacio sit color, vel ſonus, dicendum sit vacuum, vel non: & hoc propter definitionem primo datam, scilicet vacuum est, in quo est nihil. Et ſoluit, q̄, si ſpacium, in quo est tantum ſonus, vel color, est ſuſceptiuum corporis tangibilis, vacuum est. si vero non, vacuum non est. Et hoc ideo, quia hæc non est propria definitio vacui. vacuū est in quo nihil est, nisi ſecundum opinionem credentium ubi non est corpus nihil esse. Deinde cum dicit.

ARGV. *Alio uero modo id, in quo non est hoc aliquid, neq; substantia corporea ulla. Quapropter quidā, et uacuū esse corporum materiā dicunt: qui quidē et locum hoc idē asserunt esse, non recte dicentes, ut patet. materia nanq; separabilis nō est a corporibus: Vacuum autē ut separabile quærunt.*

Alio autem modo, in quo nō est hoc aliquid, neq; ſubſtantia aliqua corporea. Vnde quidam dicunt vacuum esse corporis materiam: qui quidem & locum hoc idem dicentes, non bene. materia enim ſeparabilis non est a rebus: vacuum autem quærunt sicut ſeparabile. te. cō. 59.

Ponit aliam ſignificationē Vacui ſecundum vſum Platonicorum. & dicit, q̄ alio modo dicitur esse vacuum, in quo nō est hoc aliquid, neq; aliqua ſubſtātia corporea. Fit autē hoc aliquid per formā. vnde aliqui dicūt materiā corporis, ſecundum q̄ est absq; forma, esse vacuum: quī etiam materiam dicunt esse locum, vt ſupra dictū est. Sed non bene dicunt: quia materia non est ſeparabilis a rebus, quarum est materia: sed homines quærunt locum, & vacuum, tanq̄ aliquid ſeparabile a corporibus locatis. Deinde cum dicit.

ARGV. *Quoniam autē de loco est pertractatum, et Vacuū necesse est locū esse, si corpore careat, dictumq; est quomodo est, et quomodo non est locus in rebus: patet hoc pacto uacuum, aut ſeparatū, aut inſeparabile in ratione rerum nō esse. uacuum. n. nō corpus, ſed corporis ſpacium esse uolunt. Quapropter. et uacuum uidetur quid esse, quia & locus.*

Qm̄ autem de loco determinatum est, & vacuum locū necesse est esse, si est, priuatū corpore, Te. cō. 60.

Universidad de Deusto
Biblioteca

locus autē quomodo est,& quomodo nō est dictum est, manifestū est, qm̄ hic quidē vacuū non est, neq; separatū, neq; inseparabile. vacuum.n. non corpus, sed corporis spacium volunt esse.

Te.cō.61. Vnde & vacuū videt aliquid esse, quia & locus.

Ostendit quomodo aliqui ponebāt Vacuum esse,& primo quid dicebāt esse Vacuum,secūdo propter quid Vacuū ponebāt ibi. [Et propter hoc acceptū.] Dicit ergo primo, q, quia vacuum est locus priuatus corpore, & determinatum est de loco quomodo sit,& quomodo non sit (dictum est enim q locus non est aliquod spacium,sed terminus cōtinētis) manifestum est etiam, q neq; vacuum est spacium separatum a corporibus,neq; intrinsecum corporibus,sicut ponebat Democ.& hoc ideo,quia ponētes vacuū quocūq; istorum modorū,volunt q uacuū non sit corpus,sed spaciū corporis. ideo.n.videbatur aliquid esse vacuū, quia locus aliquid est: & sicut loc⁹ videbatur esse spaciū,ita & uacuū. Si ergo locus nō est aliquod spacium prēter corpus,neq; uacuum potest esse spacium prāter corpora. Et cū de ratione vacui sit,q sit spacium corporis prēter corpora,vt supra dictum est,sequitur,q vacuum non sit. Secundo ibi.

ARGY. *Et per eadem sanè. motus enim, qui loco accommodatur, in mentem uenit & hisce, qui locum esse quid prāter corporum molem ingredientium dicunt, & hisce, qui uacuum ponunt. Atque causam motus uacuum sic esse putant, ut in illo corpora moueantur, hoc autem tale erit, qualem ipsum locum quidam inquiunt esse.*

Et per eadē sanè acceptū est.prouenit.n.motus,qui est secundū locum, & locum dicentibus esse aliquid prāter incidentia corpora,& his,qui dicūt,q vacuum est. Causam autem motus.opinantur esse vacuū,sic sicut in quo mouētur. hoc autem tale erit,qualem locum dicunt esse quidā.

Ostendit quare posuerunt vacuū. & dicit q propter idē acceperunt vacuū esse,propter quod acceperūt locum esse, s.propter motū,vt supra dictū est. quia prouenit, vt saluet motus secundū locum,tam secundum illos,qui dicunt locū aliquid esse prāter corpora,quę sunt in loco, q̄ secundū illos,qui ponūt vacuum esse.Negantibus autē locum & vacuum nō prouenit motū secūdum locum esse.Et sic vacuū quodāmodo opinantur causam esse motus eo modo, quo & locum,vt in quo scilicet est motus. Deinde cum dicit.

ARGY. *At nulla prorsus necessitas cogit,si motus est, Vacuū esse. Atque omnino quidem uacuum omnis motus causa, non est. Quapropter,& Melissus idipsum prætulit, potest enim alterari plenum,ut patet, Deinde neq; eius motus,qui ad locum accommodatur. Possunt enim corpora mutuo sibi cedere, etiam si nullum sit spacium separabile prāter corpora,quæ mouentur.atq; hoc in continuorum, sicut & in humidorum conuersionibus patet.*

Te.cō.62. Nulla autē necessitas est,si motus est, esse Vacuum. Omnino quidē igitur omnis motionis, nequaquā.vnde,et Melissum latuit.alterari nāq; contingit plenum. Sed neq; secundum locū motum. Similiter.n.subingredi adiuicem,contingit,si nullum spaciū separabile sit prāter corpora mota.Et hoc manifestū est et in continuorum reuolutionibus, sicut in ijs quæ sunt humidorū.

Excludit rationes ponentiū vacuum esse.Et non intēdit hic rationes præmissas vera solutione soluere, sed instantiā dare ex qua,ex ipso aspectu apparet q rationes,nō ex necessitate cōcludunt.Primo ergo excludit rationes ponentium vacuum separatū,Secundo ponentiū vacuū in corporibus ibi. [Contingit autē densari.] Primam autē rationem excludit dupliciter. Primo quidē,quia non est necessarium si motus sit,q vacuū sit. Et,si loquamur vniuersaliter de qua libet specie motus,manifeste apparet, q nequaq̄ est necessarium.nihil.n.prohibet id,quod est plenum alterari: solus enim motus localis excludi videtur,si vacuū non ponatur. Et hoc latuit Melissum,dū credidit remoto vacuo,omnem speciem motus auferri. Secundo excludit eādem rationem per hoc,q neque motus localis tollitur, si vacuum non sit. dato enim q nullum spaciū separabile sit prāter corpora, quę mouentur,potest motus localis esse per hoc, q corpora subintrent se inuicem per modum inspissationis: & sic aliquid in plenum mouetur,& non in vacuum. & hoc apparet manifeste in generationibus corporū continuorum: & precipue in humidis,sicut videtur in aqua. si.n. proiciatur lapis in aliquā magnam latitudinem aquę,manifeste apparet fieri quasdā circulationes circa locum percussionis,quo usq; pars aquæ depulsæ cōmoueat aliā, & subintret ipsam: vnde,quia modica pars aquæ subintrat per quandā diffusionem in maiorem aquā circulationis predictę,a paruo in maius procedūt,quousq; totaliter deficiant. Secundo ibi.

Te.cō.63. *Possunt etiam corpora non ob ingressionem in uacuū, ARGY. sed ob extrusionem eorum,quæ in ipsis insunt,dēsari. uelut cū premuntur aqua,fit,ut aer,qui in ipsa est, extrudatur.*

Contingit autem densari nō in vacuum, sed propter id, quod ea, quæ insunt, elabuntur, vt aqua collisa aerem,qui inest. Te.cō.63.

Excludit rationes ponētium vacuum in corporibus. Et primo rationē,quæ procedebat ex condensatione. & dicit, q contingit corpora condensari, & partes corporis subintrare sibi inuicem,nō propter hoc q pars subintrans vadat in locum vacuum,sed ideo,quia erant aliqua foramina plena aliquo corpore subtiliori,quod facta condensatione elabitur: sicut quando aqua colliditur & inspissatur, aer qui intus erat,excluditur. & hæc maxime apparent in spōgia, & in huiusmodi corporibus porosis. Hæc igitur solutio nō ostendit causam condensationis, quam inferius ponit, sed ostendit,q etiam per hunc modum, manifeste excludi potest necessitas vacui. Secundo ibi.

Fiunt præterea incrementa nō solum aliquo ingrediente, sed etiam alteratione.ueluti si aer ex aqua fiat. ARGY.

Et augmentari non solū ingrediente aliquo, sed & alteratione,vt si ex aqua fiat aer.

Excludit rationem,quæ procedit ex augmento, & dicit q augmentum contingit esse non solum per additionē alicuius corporis ingredientis in corpus augmentatū,vt sic necesse sit esse Vacuū, sed etiam per alterationem: sicut cū ex aqua fit aer,maior fit quantitas aeris,q̄ erat aquæ. Et hæc etiam non est vera solutio rationis inductæ,sed solū instantia quędam,ne sit necesse ponere Vacuum. Vera autem solutio ponitur in libro de Generatione, vbi ostenditur, q alimentum non sic transit in id, quod augetur quasi fit aliud corpus ab ipso,sed quia cōuertitur in substātiam eius, sicut ligna apposita igni conuertuntur in ignem. Tertio ibi. Te.cō.14.

Omnino autem ea ratio, quæ de accretione fit, & de ARGY. *aqua, quæ in cinerem funditur, ipsa seipsam impedit. aut enim non augetur quicquam, aut non corpore, aut fieri potest ut sint duo corpora in eodem. Dubitationem igitur communem soluere uolunt, sed non uacuū esse ostendunt, aut totum corpus uacuum esse necesse est, si omni ex parte augetur & per uacuum,ut dicunt,accrescit. Eadem est & de cinere ratio. Patet igitur perfacile esse eas soluere rationes, ex quibus quidam uacuum esse ostendunt.*

Omnino autē,& quæ est de augmento ratio, & de aqua in cinerē infusa,ipsa seipsam impedit. aut enim nō augetur quodlibet, aut nō corpore, aut

aut contingit duo corpora in eodē esse. Dubitationem igitur volunt cōmunem soluere, sed nō demonstrant Vacuum, q est.aut omne corpus vacuum esse necesse est,si penitus augetur,& augetur per vacuum.eadem autem & in cinere ratio est. Quōd quidē igitur & ex quibus demonstrant vacuum,soluere facile sit,manifestum est. Te.cō.64.

Excludit simul,& rationem de augmento, & rationem de aqua effusa in cinerē,et dicit,q vtraq; impedit seipsam. Quod sic patet. est enim circa augmentum hæc dubitatio. videtur enim q non totum augeatur, vel q augmentum non fiat per additionem corporis,sed per additionem alicuius incorporei:aut q contingat duo corpora esse in eodem loco. Hanc igitur dubitationem,quę communiter videtur esse,tam contra ponentes vacuum,q̄ contra non ponentes. volunt soluere.Sed tamen non demonstrant,q vacuum sit, sed oportet eos dicere, si augmentum sit propter vacuum, q totum corpus sit vacuum, cum totum corpus augeatur. Et similiter dicēdum est de cinere, quia,si vas plenū cinere recipit tantum de aqua,quantum vacuum, oportet dicere, q totum sit vacuum. Non est igitur hoc propter vacuitatē, sed propter commistionem in aqua. aqua enim commista cineri condensatur: & aliqua pars eius exhalat, & iterum partes cineris magis inspissantur humefactiōe. cuius est signum,quia non potest extrahi tantum de aqua, quantum prius fuit. vltimo autem concludit, q manifestum est, q facile est soluere ea,ex quibus demonstrant vacuum esse.

LECTIO XI.

Vacuum non esse, ex natura motus plurimis rationibus ostenditur.

ARGY. *Rursus autem dicamus,uacuum hoc pacto separatum non esse ut quidam inquiunt esse. nam, si natura cuique simplicium corporum aliqua latio competat, ut igni quidē sursum, terræ uero deorsum, atque ad medium.patet uacuum causam lationis non esse. Cuius igitur motus causa uacuum erit:eius enim esse uidetur,qui loco accommodatur,at huius causa non est.*

QVōd autem non est vacuum, sic diuisum, sicut quidam dicūt,dicemus iterum. Si.n. est vniuscuiusq; simplicium corporum loci mutatio aliqua natura,vt ignis quidem sursum,terræ autem deorsum,& ad mediū,manifestum est,q non vacuū erit causa loci mutationis. Cuius igit causa erit vacuū: videtur.n.causa esse motus secundū locum, huius autē causa non est.

Positis opinionibus aliorum de vacuo,et quid significetur nomine vacui,hic incipit inquirere veritatē. Et primo ostendit vacuum non esse separatum,secundo ostendit vacum non esse corporibus inditum ibi. [Sunt autem quidā, & cætera.] Circa primū duo facit.Primo ostendit vacuum separatum non esse ex parte motus,secundo ex consyderatione, qua ipsum vacuum consyderatur secundum se ibi. [Et per se autem.] Circa primum duo facit.Primo ostēdit vacuum nō esse ex parte motus.Secundo ex parte velocitatis & tarditatis in motu ibi.[Amplius autē ex his,et cęte.] Circa primum ponit sex rationes, circa quarū primā dicit, q oportet iterum dicere, q nō est vacuum separatum sicut quidam dicunt. Ideo autem apponit. [Iterum.] quia hoc etiam aliqualiter ostēsum est ex parte loci.si enim locus nō sit spatium,sequitur q vacuum nihil sit, vt supra dictū est. Sed nunc iterum idem ostendit ex parte motus. ponebant enim vacuum, vt dictum est, propter motum: sed propter motum nō est necessarium ponere vacuum.maxime enim viderur,q esset causa motus localis: sed propter motum localem non oportet ponere vacuū: quia omnia corpora simplicia habēt motus locales naturales, sicut motus naturalis ignis est sursum, & motus terræ est deorsum, & ad mediū. Et sic manifestū est,q natura vniuscuiusq; corporis est causa motus localis.& non vacuum. Quod quidem esset,si propter affirmationem vacui aliqua corpora naturalia mouerentur.si autem non ponitur causa motus localis,nullius alterius motus causa poni potest,neq; alterius rei. Frustra igitur vacuum est. Secundam rationem ponit ibi.

Seēda parte 79.ic.

Te.cō.76.

Te.cō.71.

Præterea.si est aliquid,ut locus corpore carēs, cum est uacuum, quo nā feretur corpus,quod in illo positū fuerit? non.n.ad uniuersum mouebitur. Eadem et ad eos accōmodatur ratio,qui locū separatum quid esse ponūt,in quem id fertur quod motu cietur? quo nanq; modo feretur id, quod ibi positū fuerit aut manebit? Et de differētijs hisce supra, inquam,ac infra,et de uacuo nō iniuria eadem accommodabitur ratio.qui nanq; uacuum esse dicunt, locum ipsum inquiūt esse. At quonam pacto corpus, aut in loco,aut in uacuo erit? non enim fit id,quod ratio flagitat,cum totum quippiam corpus,aut in separato permanentēue loco positum fuerit. Pars.n.si non seorsum ponatur,non in loco est, sed in toto. Præterea,si neq; locus est,neq; uacuum erit. ARGY.

Amplius,si est vacuum aliquid, velut locus priuatus corpore,cum sit vacuum, quò mouebitur positum in ipso corpus? nō enim in omnem partem. Eadem autem ratio & ad eos locum esse aliquid opinantes separatum, in quem fertur quod fertur. quomodo enim mouebitur positū aut manebit? Et de sursum & deorsum,& de vacuo cōuenit eadem ratio merito. vacuum enim locum faciunt,qui esse dicunt. Et quomodo iam inerit,aut in loco, aut in vacuo? non enim accidit cum totum positum sit sicut in separato loco, & sufferente corpore.pars enim nisi seorsum ponatur,nō erit in loco,sed in toto. Amplius,si nō est locus,vacuum non erit. Te.cō.65.

Pars nisi seorsum separati ponatur,non dicit esse in loco, sed in toto. Secūda ratio.

Quæ talis est.si ponatur vacuū esse, non potest assignari causa motus naturalis,& quietis naturalis. manifestum est enim q corpus naturale mouetur ad locum suum naturalem,& quiescit in eo naturaliter, propter conuenientiam, quam habet cum ipso,& quia non conuenit cū loco, a quo recedit.sed vacuum non habet aliquam naturam, per quā possit cōuenire aut disconuenire a corpore naturali. si ergo ponatur aliquod vacuum, quasi quidā locus priuatus corpore,non poterit assignari ad quā partem illud corpus naturaliter moueatur.non enim potest dici q feratur ad quālibet partem,quia hoc videm⁹ ad sensum esse falsum, quia ab vna parte naturaliter recedit, & naturaliter accedit ad aliam.Et hæc eadem ratio valet cōtra eos,qui ponunt locū esse quoddam spatium separatum, in quod corpus mobile fertur.nō enim erit assignare quomodo corpus positum in tali loco vel moueatur,vel quiescat: quia dimēliones spatij nullam habēt naturam, per quam possit attēdi similitudo, vel dissimilitudo ad corpus naturale.Et merito cōgruit eadem ratio de vacuo [& de sursum & deorsum], i. de loco, cuius partes sunt sursum & deorsum. quia illi, qui ponunt vacuum, dicunt ipsum esse locum. Et non solum ponentes vacuum,& ponentes locū esse spatium nō possunt assignare quomodo aliquid moueatur & quiescat ī̄ locum, sed etiā nō possunt conuenienter assignare quomodo aliquid sit in loco, vel in vacuo.si enim locus ponatur esse spatium, oportet q totum corpus inferatur in illud spatium, & non sicut accidit apud ponentes locum esse terminum corporis continentis: quōd locatum est in loco sicut in aliquo separato,& sicut in quodam corpore continente, & sustentāte. Et hoc videtur esse de ratione loci, q aliquid sit in loco, sicut in separato & seorsum existētes: quia,si pars alicuius cor-

poris non ponatur seorsum ab ipso corpore, non erit in eo, sicut in loco, sed sicut in toto. Est igitur de ratione loci & locati, ꝙ locus seorsum sit a locato. Et hoc non accidit, si spatium sit locus, in quo totum mergitur totum corpus. nō igitur spatium est locus, & si spatium non est locus, manifestū est, ꝙ vacuum non est. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGV. *Accidit autem hisce, qui dicunt uacuum esse, ut necessarium, si motus erit contrarium potius: si quispiam diligenter consyderet non posse, inquam, quicquam moueri, si uacuum est. Nam ut quidam terram ob similitudinem quiescere cēsuere, sic et in uacuo quoduis quiescere corpus necesse est. nō est. n. quò nam magis aut minus mouebitur. Quò nanq; uacuum est, hoc differentiarum est expers.*

Tex.cō.66. Accidit autem dicentibus esse vacuum, tanquam necessarium, siquidem erit motus contrarium magis esse, si aliquis intendat non contingere moueri quicquam si sit vacuum. sicut enim propter simile dicētes terram quiescere, sic & in vacuo necesse est quiescere. Non enim est quò magis & minus mouebitur: secundum enim ꝙ vacuum est non habet differentiam.

Tertia ratio. Et dicit, ꝙ, cum Antiqui Philosophi ponerent ꝙ necesse est vacuum esse si est motus, e contra accidit, quia si est vacuum, non est motus. & hoc probat per quoddam simile. Quidam enim dixerunt ꝙ terra quiescit in medio propter similitudinem partium circunferentiæ vndiq: & sic, terra, cum non habeat quare moueatur magis versus vnam partem circunferentiæ, ꝙ versus aliam, quiescit. Et eadē ratione necesse est in vacuo quiescere. non. n. est assignare quare magis moueatur ad vnam partem, ꝙ ad aliam: quia vacuū inquantū huiusmodi, nō habet differētias in suis partibus. non entis enim non sunt differentię. Quartam ponit ibi.

2. de Coelo. 1. c. 90.

ARGY. *Atqui patet omnem motum, aut ui fieri, aut natura. Et, si sit uiolentus, et eum necessario, qui natura competit esse. Quippe cum uiolentus quidem sit præter naturā, qui uero est præter naturam posterior sit eo, qui est secundum naturam. quare, si hisce motus non sit, qui corporum naturalium cuiq; suapte natura competit, neq; cæterorum profecto motuum quispiam erit. At quonā pacto motus his erit, qui natura competit rebus cum ratione uacui, ac infiniti nulla prorsus sit differentia. Nam quò infinitum est, eò nihil infra, nihil supra, nihil deniq; medium est. quo uero uacuum est, eò nihil interest inter superum inferumque. nam ut nihil nulla est differentia, sic et eius quod haud est nulla differentia assignari potest. uacuū uero non ens quid priuatioq; esse uidetur. At ea latio, quæ natura competit, differentiam subit. quare erunt ea, quæ differentia sunt naturā. Aut igitur non est natura latio usquam, aut si est, nacuum in ratione rerum profecto non est.*

Tex.cō.67. Deinde quoniam omnis motus aut violētus aut ſm naturam est. Necesse est autem, siquidem sit violentus, esse & eum, qui ſm naturā. violentus enim est extra naturam, qui autē extra naturam posterior est eo, qui est ſm naturam. Quare, si non ſm naturam est vnicuiq; Physicorum corporum motus, neq; aliorum erit motuum neq; vnus. At vero motus natura his quomodo erit in Vacuo, cùm nec una sit differentia ſm vacuū & infinitum: secundum. n. ꝙ infinitum est, nihil erit sursum, neq; deorsum, neq; mediū: secundum autem ꝙ vacuū est, nihil differens sursum a deorsum. Sicut. n. nullius neq; vna est differentia, sic & nō entis. vacuum autem nō ens aliquid, & priuatio videtur esse. natura autem loci mutatio differens est. quare erūt, quæ sunt natura differentia. Si igitur non est natura, nusquā & nulla loci mutatio: aut si hoc est, non est Vacuū.

Quæ talis est. Motus naturalis est prior violēto: cum motus violentus non sit nisi quędā declinatio a motu naturali. Remoto ergo motu naturali remouetur omnis motus: cum remoto priori remoueatur posterius. sed posito vacuo remouetur motus naturalis, quia tollitur differentia partiū loci, ad quas est motus naturalis, sicut et posito infinito, vt supra dictum est. sed hoc interest inter vacuū & infinitum, quia posito infinito nullo modo potest poni neq; sursum, neque deorsum, neq; medium, vt in Tertio dictum est: posito autē Vacuo possunt hæc quidem poni, sed non ꝙ adinuicem differant, quia nullius, & non entis, & per consequens vacui, cum sit non ens & priuatio, non est aliqua differentia. Sed loci mutatio naturalis requirit locorum differentiam, quia diuersa corpora ad diuersa loca mouentur. vnde oportet loca naturalia differre abinuicē. Si igitur ponatur vacuum, nullius erit naturalis loci mutatio. et si non est loci mutatio naturalis, nulla loci mutatio erit. vnde, si est aliqua propria loci mutatio, oportet ꝙ vacuū non sit. Quintam ponit ibi. Quarta ratio

Præterea nunc quidem mouētur ea, quæ iacuntur eo, qui pepulit non tangente, aut ob antiperistasim, ut quidā inquiunt, aut quia pulsus aer motu pellit celeriore: quæ, si ea latio pulsi, qua locum ad proprium fertur. at in uacuo nihil horum esse potest. Neque si ut quicquam feratur, nisi ut id, quod uehitur. ARGY.

Amplius nunc quidē proiecta mouētur, proiectore nō tangente, aut propter antiparistasim, sicut quidā dicunt, aut ex eò quod pellit pulsus aer velociore motu, ꝙ latio pulsi ſm quā fertur in propriū locū. in vacuo autē nihil horum contingit esse. neq;. n. erit ferri, nisi aut quod vehit. Tex.cō.68.

Circa quam consyderandum est, ꝙ solet esse quædā dubitatio circa ea quæ proiciuntur: oportet enim mouens & motum simul esse, vt infra in Septimo probatur, & tamen illud, quod proiicitur, inuenitur moueri etiam postquā separatum est a proiiciēte, sicut apparet in lapide proiecto, & sagitta emissa per arcum. Nūc igitur suppositò ꝙ vacuum non sit, soluitur ista dubitatio ex parte aeris, quo medium repletur. & hoc dupliciter. dicunt enim quidam, ꝙ ea quæ proiciuntur, mouentur postquam non tanguntur a proiciente propter antiparistasim, i. repercussionem, vel contra resistentiam: aer enim motus repercutitur ad alium aerem, & ille ad alium, & sic deinceps, & per talem repercussionē aeris ad aerem mouetur lapis. Alij vero dicunt, ꝙ hoc ideo est, quia aer, qui continuus existēs a proiciente impellitur, velocius impellit corpus proiectū, ꝙ sit motus, quo corpus proiectum fertur naturaliter in propriū locum. Vnde propter velocitatem motus aeris non permittitur corpus proiectum, vtputa lapis, vel aliud huiusmodi, cadere deorsum, sed fertur ſm impulsionem aeris. Nulla autem istarum causarum posset poni si esset vacuum, & ita corpus proiectum nullo modo ferretur, nisi quandiu veheretur, puta a manu proiicientis, sed statim emissus a manu caderet: cuius cōtrarium videmus. non ergo est vacuum. Sextam ponit ibi. Quinta ratio

Præterea nemo dicere potest, cur motū alicubi stabit. cur enim hic, quàm ibi potius stabit? Quare aut quiescet, aut in infinitum feratur necesse est, si non potentius quippiam impedierit. Insuper nūc quidē in uacuo ex eo corpora ferri uidetur, quia cedit: at in uacuo talis conditio similiter sese habet omni ex parte. quare omnem ad partem feretur. ARGY.

Amplius

Tex.cō.69. Amplius nullus vtiq; poterit dicere, propter quid quod mouetur stabit alicubi. quid. n. magis hic ꝙ ibi? Quare aut quiescet, aut in infinitum, necesse est ferri, nisi aliquod impedierit maius.

Tex.cō.70. Amplius autem nūc quidem in vacuum ob id quod cedit ferri videt: in vacuo autē vbiq; similiter est huiusmodi: quare in omnē feretur partē.

Sexta ratio. Quæ talis est. Si motus sit in vacuo, nullꝰ poterit assignare causam, propter quid illud quod mouet, alicubi stat. non enim est ratio quare magis quiescat in vna parte vacui, ꝙ in alia: neq; in his, quæ mouētur naturaliter, cum nō sit differentia inter partes vacui, vt supra dictum est: neq; in his, quæ mouētur motu violento. Nunc enim dicimus, ꝙ cessāt motus violentus, vbi deficit repercussio vel impulsio aeris, ſm duas causas assignatas. oportebit ergo, ꝙ vel quiescat omne corpus & nihil moueatur, aut, si aliquid moueatur, ꝙ mouetur in infinitum, nisi occurrat ei aliquod corpus maius, quod violētum motum eius impediat. Ad cōfirmationem autem huius rationis subiungit causam quare ponunt aliqui motum fieri in vacuo, quia scilicet vacuū cedit & non resistit mobili, vnde, cum vacuum similiter cedit ex omni parte, feretur in infinitum ex qualibet parte.

LECTIO XII.

Ex natura velocitatis ac tarditatis motus illorum destruit sermonem, qui ex ijs esse vacuum demonstrasse arbitrabantur.

ARGY. *Atqui perspicuum id, quod dicitur & ex hisce, quæ deinceps dicemus erit. Videmus enim idem pondus, corpusue celerius duas ob causas ferri. Aut quia id differt, per quod mouetur, ut si per terram uel aquam, uel aerem moueatur: aut quia id, quod fertur, differt, si sint eadem cætera ob ponderis, aut leuitatis excessum.*

Tex.cō.71. AMplius autem & ex his manifestum est, quod dicitur. Videmus enim idem graue & leue corpus velocius ferri propter duas causas, aut quia id differt per quod, vt per aquā, aut per terram, aut per aerē: aut quia id differt quod fertur, si alia sunt eadem, propter excellentiam, grauitatis aut leuitatis.

Hic ostendit vacuum non esse ex parte velocitatis & tarditatis in motu. Et circa hoc duo facit. primo assignat causas, propter quas velocitas & tarditas est in motu, secundo ex illis causis argumētatur ad propositum ibi. [Hoc igitur per quod fertur, &c.] Dicit ergo primo, ꝙ vnū & idem corpus graue, & quodcunq; aliud, vtpote lapis vel aliquid huiusmodi, propter duas causas velocius ferri. aut propter differentiam medij, per quod fertur, vt per aerem, vel terram, vel aquam: aut propter differentiā ipsius mobilis, quia est, vel grauius, vel leuius cæteris paribus. Secundo ibi.

ARGY. *Atque id quidem, per quod fertur causa est, propterea quòd impedit. maxime quidem si econtra feratur, minus autem si maneat, & magis id, quod non est facile diuisibile: quale est id, quod magis est crassum. Pondus igitur A per B quidem medium in tempore C feretur. Per D uero subtilius quidem illo, longitudine uero æquale in tempore E impedientis corporis ratione. Sit enim B quidem aqua, D autem aer. quanto igitur aer aqua subtilior, tanto celerius A pondus per D, quàm per B medium feretur, ut patet. Habeat igitur eandem rationem ad celeritatem celeritas, qua distat aer ab aqua. Quare, si in duplo sit aer aqua subtilior, duplo in tempore B medium pertransibit ad id tempus, in quo per medium D feretur, et C tempus duplum erit temporis E, atq; quo subtilius est minusq; impedit, atq; facilius scinditur id, per quod fit transitio, eò pondus A celerius semper feretur.*

Hoc igitur, per quod fertur, causa est: quia impedit maxime quidem, quod contra fertur, postea autem & manens: magis autem quod non facile diuiditur: huiusmodi autem grossus est. Id igitur, in quo est A, mouebitur per B, quod autem in quo est C tempus: per ipsum autem D cum sit subtilius: sed æqualis longitudo est ipsius B, quæ est ipsius D, secundum analogiam impedientis corporis. sit enim B quidem aqua, D vero aer. quanto igitur subtilius aer aqua, & incorporalius tanto citius A per D mouebitur, quàm per B. Habet igitur eādem rationem, qua quidem distat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. Quare, si dupliciter subtile est in duplici tēpore, quod est ipsum B, trāsibit quàm D. Et erit in quo est C tempus duplex eo, in quo est E. & semper iam quantumcunque sit incorporalius, & minus impeditiuum & bene diuisibilius per quod fertur, citius mouebitur.

Ex præmissis causis argumētatur ad propositum. Et primo ex differētia medij. secundo ex differentia mobilis ibi. [Secundo autem horum.] Circa primum duo facit. Primo ponit rationem, Secundo eam recapitulando recolligit ibi. [Sed sicut in capitulo.] Circa primum duo facit. Primo ponit rationem, Secūdo ostendit conclusionē sequi ex præmissis ibi. [Sicut. n. vacuū.] Ponit ergo primo talem rationē. Proportio motus ad motū in velocitāte est sicut proportio medij ad mediū in subtilitate: sed spatij vacui ad spatiū plenum nulla est proportio: ergo motus per vacuū non habet proportionem ad motū, qui fit per plenū. Primo ergo manifestat primā propositionem huius rationis. & dicit, ꝙ medium, per quod aliquid fertur, est causa velocitatis & tarditatis, quia impedit corpus, quod mouetur. & maxime quidem impedit, qñ medium fertur in contrarium, vt patet in naui, cuius motus impeditur a vento: secundario autem impedit, si etiam quiescat: quia, si simul moueretur cum mobili, non impediret, sed magis iuuaret, sicut fluuius, qui defert nauem inferius. Sed inter ea, quæ impediunt, magis impedit illud, quod non facile diuiditur, & tale est corpus magis grossum. & hoc manifestat per exemplum. sit enim corpus, quod mouetur A, spatium, per quod mouetur, sit B, & tēpus, in quo A mouetur per B, sit C. Ponamus autē aliud spatium, quod sit D, æqualis longitudinis cum B, sed tamen D sit plenum subtiliori corpore ꝙ B, secundum aliquam analogiam, id est proportionem corporis medij, quod impedit motū corporis, vt puta, ꝙ spatium B sit plenū aqua, spatium vero D, sit plenum aere. quanto ergo aer est subtilior aqua & minus spissus, tanto mobile, quod est A citius mouebitur per spatium D, quàm per spatium B. Quę est ergo proportio aeris ad aquam in subtilitate, eadem est proportio velocitatis ad velocitatem. & quanto est maior velocitas, tanto est minus tempus. quia velocior motus dicitur, qui est in minori tempore, per æquale spatium, vt in Sexto dicetur. Vnde, si aer est in duplo subtilior, ꝙ aqua, sequetur ꝙ tempus, in quo mouetur per B, quod est plenū aqua, fit duplum tempus, in quod pertransit D, quod est plenum aere. & ita tempus C, in quo pertransit spatium B, erit duplum tempore, quod est E, in quo pertransit spatium D, & sic poterimus vniuersaliter accipere, ꝙ in quacunq; proportione mediū, per quod aliquid fertur est subtilius, & minus impeditiuum & facilius diuisibile, in eadē proportione erit motus velocior.

Secūda parte tc. 74.


Secūda parte. tc. 73.

Secūda parte. 72.

Lec. 3. Tex.cō.13.

Demon-

Demonstratio exemplaris, ostendens q̄ talis est proportio motus ad motum in velocitate, qualis est proportio medij ad medium in subtilitate.



ARGY. *At uacuum nullam rationem habet, qua corpore exceditur: quemadmodum neq; ipsum nihil ad numerum. Nam, si quatuor uno quidem tria, pluribus uero duo, & pluribus etiam quam duo unum excedunt, nullam profecto rationem ulterius habent, quia nihilū ipsum excedūt. Id enim quod excedit in excessum ipsum, et in id, quod exceditur, necesse est diuidatur. quare ipsa quatuor erunt, id, quo excedunt, & nihil. Iccirco neq; linea punctum excedit, si non componatur ex punctis. Similiter & uacuum, nullam ad plenum rationem habere potest.*

Vacuum autem nullā habet rationē, qua excedatur a pleno, sicut neq; ipsum ad nihil numerū. Si.n. quatuor tria excedūt vno, pluribus autem duo, & adhuc vnū pluribus q̄ duo. ipsum autem nihil non amplius habent rationē, qua excedāt. Necesse est.n. diuidi excedēs in excedentiā, & in id, quod exceditur. Quare & quatuor erūt quot excedūt, & nihil. Vnde neq; linea punctū excedit, nisi cōponatur ex punctis. Similiter autē vacuū ad plenū nullā possibile est habere rationē.

Manifestat secūdam propositionem & dicit, q̄ vacuum non exceditur a pleno fm aliquā proportionem. et hoc probat per hoc, q̄ numerus non excedit nihil fm proportionē aliquam, sed solū attēditur proportio aliqua numeri ad numerum, vel ad vnitatē. sicut quatuor excedunt tria in vno, & adhuc in pluri excedūt duo, adhuc in pluri vnū. vnde dicitur maior proportio quatuor ad vnū, q̄ ad duo, vel tria. Sed quatuor non excedūt nihil fm aliquam proportionē. et hoc ideo, quia necesse est, q̄ omne excedēs diuidat̄ in id, quod exceditur, & in excedentiam. i. in id, in quo excedit, sicut quatuor diuidī in tria, & in vnū in quo excedit tria. Si ergo quatuor excedūt nihil, sequitur q̄ quatuor diuidātur in aliquot, & nihil. quod est inconueniens. Vnde etiā nō potest dici, q̄ linea excedat punctum, nili componeretur ex punctis, & diuideretur in ea. Et similiter non potest dici, q̄ vacuum habeat aliquam proportionem ad plenum: quia vacuum non cadit in compositionem pleni. Tertio ibi.

ARGY. *Quare neq; etiam motus. Sed, si per subtilissimum tanto motu, tanto in tempore pondus A fertur, per uacuum si mouebitur, omnem profecto rationem exuperabit.*

Ergo neq; motum. Sed, si per subtilissimum in tanto taliq; tempore fertur per vacuum, omnem exuperat rationem. To.cō.71.

Ponit conclusionem concludens, q̄ non est possibile esse proportionem inter motum, qui fit per vacuum, & motū, qui fit per plenum: sed, si aliquod corpus fertur per quodcunq; subtilissimum in tāto spatio, taliq; tempore, motus, qui est per vacuum, transcendet omnem proportionem data tam. Deinde cum dicit.


Si enim Z uacuum longitudine æquale B & D plenis. Pondus igitur A si transierit. Atq; aliquo quidem in tempore quod sit 1, minore uero quàm est tempus E fuerit motum, hanc profecto rationem, & uacuum habebit ad plenum, quam ad tempus: tempus habebit, sed tanto in tempore quantum est 1 pleni D, partem aliquam transierit pondus A. Sitq; illa D K. Transierit autem A pondus medium ipsum Z. Si ea etiam ratione differat subtilitate ab aere, quam E tempus ad 1, tempus habet. Nam, si corpus Z, tanto subtilius sit ipso O, quanto tempus E, tempus excedit. Iecontra profecto pondus A transierit illud celeritate, tanto in tempore, quantum est tempus 1. si per illud feratur. Si igitur nullum in Z fuerit corpus celerius, adhuc per illud sanè mouebitur. At in 1 tempore motū iam erat. quare pondus A æquali in tempore plenum & uacuū pertransibit. At hoc fieri nequit. Si igitur tempus aliquid erit, in quo per uacuum quoduis corpus mouebitur, hoc eueniet impossibile, ut ex hisce quæ diximus patuit. in tempore enim æquali quippiam plenum, atq; uacuum pertrānsibit. erit.n. sic aliquod corpus ad corpus, ut ad tempus est tempus. ARGY.

Si enim Z, vacuum æquale autē magnitudine his quæ sunt B & D A. ergo, si transibit, & mouebitur per Z, quodam quidē in tempore, quod est 1. sed in minori q̄ in quo est E, & hāc habebit rationem vacuum ad plenum. Sed in tanto tēpore quantum est in quo est 1 ipsius D A, trālibit subtilius. Transibit autē, si sit aliquid subtilitate differens ab aere, in quo est Z, fm hāc proportionem, quam tēpus habet, in quo est E ad tēpus, in quo est 1. Si.n. in tanto subtilius est corpus, in quo est Z ipso D, quantū exuperat E ipsum 1, translibunt econtrario velocitate in tāto, quātum 1 ipsum Z, quod est, in quo est A, si feratur. Si igitur nullum sit corpus, in quo est Z adhuc velocius pertransibit, q̄m et sicut prius: sed erat, in quo est 1. Quare in æquali tēpore trālibit, quod est plenum & vacuum. Sed impossibile est. Manifestū est igitur, Te.cō.73. q̄, si fuerit aliquod tēpus, in quo per vacuū quodlibet feratur, accidet hoc impossibile: in æquali enim accipietur, & quod plenum est transire aliquod & vacuum. erit enim aliquod analogum corpus alterū ad alterum, vt tempus ad tempus.

Quia prędictam conclusionē ostensiue ex principijs suppositis deduxerat: ne qua dubitatio oriat̄ de principijs prę missis, vt certior fit processus, probat eandē cōclusionē deducendo ad impossibile. Si.n. dicatur q̄ motus, qui est per vacuum, habet aliquā proportionem velocitatis ad motū, qui est per plenū, sequuntur multa inconuenientia. ponatur ergo q̄ spatiū vacuum sit Z, quod quidē sit equale fm magnitu-

gnitudinē spatio B, quod est plenū aqua, & spatio D, quod est plenum aere. Si autem detur q̄ motus, qui est per Z habeat aliquam proportionē fm velocitatem ad motus qui sunt per B & D, oportet dicere q̄ motus, qui est per Z, quod est vacuum, fit in aliquo determinato tēpore: quia velocitates distinguuntur secundū quātitates temporum, vt supra dictum est, si ergo dicatur, q̄ mobile, quod est A, trāseat per spatium vacuū, quod est Z, in aliquo tempore, fit illud tempus 1, quod oportet esse minus q̄ tēpus E, in quo pertransit spatiū D, quod est plenū aere, & sic, hæc erit proportio motus per vacuum ad motum per plenum, quæ est proportio temporis E ad tempus 1, sed necesse erit ponere q̄ in tanto tempore, quantū est 1, mobile, quod est A, pertranseat quod dam spatiū plenū subtiliori corpore ipso D. Et hoc quidem cōtinget, si inueniatur aliquod corpus, quod differat in subtilitate ab aere, quę ponebatur spatium plenū D, secundum illam proportionē quam habet tempus E ad tempus 1, vt puta si dicatur illud corpus esse ignis, quo plenum ponatur spatiū Z, secundum q̄ prius ponebatur vacuū: quia, si corpus, quo ponitur plenum spatiū Z, est tāto subtilius corpore, quo ponitur plenū spatium D, quantum tempus E excedat 1, sequitur q̄ mobile, quod est A, si feratur per Z, quod est spatium plenū subtilissimo corpore, & per D, quod est spatium plenū aere, transibit per Z econuerso in maiori velocitate in tanto tēpore, in quanto est minus E. Si ergo nullum corpus sit, in quo est Z, sed ponatur hoc spatiū vacuū, sicut & primo, adhuc debebit velocius moueri. Sed hoc est cōtra id, quod fuit positū. positum enim erat q̄ motus fieret per spatiū Z, quod est vacuum in tempore 1, & siccum in tēpore 1, transeat idē spatium cum est plenum subtilissimo corpore, sequitur quod in eodē tempore transit idē mobile vnum & idem spatium, cum est vacuum, & cum est plenum. Manifestū est ergo q̄ si fuerit aliquod tempus, in quo mobile feratur per quodcunq; spatiū vacuū, sequetur hoc impossibile q̄ in æquali tempore trāsibit plenū & vacuū: quia erit accipere aliquod corpus, quod habebit proportionem ad aliud corpus, sicut habet proportionem tempus ad tempus. Deinde cum dicit.

Demonstratio ducēs ad impossibile, probans non esse possibile proportionem esse inter motum, qui fit per vacuum, et qui fit per plenum.



ARGY. *Vt in summa autem dicam, manifesta est huiusce causa accidentis. Nam motus quidem omnis ad motum est ratio: (est enim in tempore) & omnis temporis item ad tempus, modo sint ambo finita. sed uacui ad plenum nulla prorsus esse ratio potest.*

A Sed sicut in capitulo est dicere, palam accidentis causa est. quia motus quidem ad motum omnis proportio est: (in tempore enim est:) tēporis autem omnis, est ad tempus, finitis vtrisque: vacui autem ad plenum non est. Motus ad motum proportio est.

Summatim colligit ea, in quibus virtus cōsistit premissę rationis, & dicit, q̄ sicut cōtingit recapitulādo dicere, manifesta est causa, quare prædictū inconueniens accidat: quia. s. quilibet motus est proportionatus cuilibet motui fm velocitatem: quia omnis motus est in tempore, & quęlibet duo tēpora si sint finita habēt proportionē adinuicē: sed vacui ad plenū non est proportio, ut probatū est: vnde, si ponatur motus fieri per vacuū, necesse est q̄ sequatur inconueniēs.

Hæc igitur eueniunt ob eorum differentiam, per quæ corpora motu cientur. ARGY.

Secundum quidem igitur q̄ differūt per quæ feruntur, hæc contingunt. B Te.cō.74.

Vltimo autē epilogans cōcludit, q̄ prædicta inconuenientia accidunt, si accipiātur diuersæ velocitates motuum, fm differentiam mediorū. Sed contra hāc rationem Arist. insurgunt plures difficultates. Quarum quidē prima est, q̄ nō videtur sequi, si fiat motus per vacuū, q̄ nō habeat proportionem in velocitate ad motum, qui fit per plenū. Quilibet.n. motus habet determinatā velocitatem ex proportione potētiæ motoris ad mobile: etiā, si nullum sit impedimentum, & hoc patet per exemplum, & per rationem. per exemplum quidē in corporibus cœlestibus, quorū motus a nullo impeditur: & tamen eorū est determinata velocitas fm determinatū tempus. per rationem autem, quia ex hoc ipso q̄ in magnitudine, per quā fit motus est accipere prius & posterius in motu: prius autē et posterius est in motu, ex tēporis ratione, sequitur motū esse in determinato tēpore. Sed verum est q̄ huic velocitati potest aliquid subtrahi ex C aliquo impedīte: nō igitur oportet q̄ proportio motus ad motum in velocitate sit ficut proportio impedimēti ad impedimentum, ita q̄, si non sit aliquod impedimentū, q̄ motus fiat in nō tempore. sed oportet q̄ fm proportionem impedimenti ad impedimentū, sit proportio retardationis ad retardationē. Vnde posito q̄ motus sit per vacuū, sequitur q̄ nulla retardatio accidat supra velocitatē naturalem: & non sequitur q̄ motus, qui est per vacuum, non habeat proportionem ad motū, qui fit per plenum. Huic autem obiectioni Auer. i. cōmento suo resistere conatur. Et primo quidem conatur ostēdere hanc obiectionē ex falsa imaginatione procedere. dicit.n. q̄ ponētes prædictā obiectionē, imaginātur additionē in tarditate motus fieri, sicut fit additio in magnitudine lineæ, q̄ pars addita sit alia a parte, cui additur. Ita.n. videtur prędicta obiectio procedere, ac si tarditatio fiat per hoc q̄ aliquis motus addatur alteri motui: ita q̄ subtracto illo motu addito per impedimentū retardans, remaneat quātitas motus naturalis. Sed hoc dicit non esse simile. quia, cū retardatur motus, quęlibet pars motus fit tardior. non autē quælibet pars lineæ fit maior. Deinde ostendere nititur, quomodo ratio Arist. necessitatē habeat. & dicit, q̄ velocitas vel tarditas motus cōsurgit quidem ex proD portiōe motoris ad mobile. Sed oportet mobile esse aliquo modo resistēs motori, sicut patiens quodāmodo est contrarium agēti, quæ quidem resistētia potest esse ex tribus. Primo quidē ex ipso situ mobilis. ex hoc.n. ipso q̄ mouens intēdit trāsferre mobile ad aliquod ubi: ipsum mobile in alio vbi existēs repugnat intētioni motoris. Secundo ex natura mobilis, sicut apparet in moribus uiolētis, vt cū graue proiēcitur sursum. Tertio ex parte medij. Omnia.n. hæc tria accipienda sunt simul, vt vnū resistens, ad hoc q̄ causetur vna causa tarditatis in motu. Qm̄ igitur mobile seorsum consyderatum, fm q̄ differt a mouēte est aliquid ens actu: potest inueniri resistētia mobilis ad motorē, vel ex parte mobilis tantum, sicut accidit in corporibus cœlestibus, vel ex parte mobilis & medij simul, sicut accidit in corporib⁹ animatis, quæ

Solutio prīa. Auer. cō. 71.

Resistentia motoris ad mobile, ex tarditate vel velocitas motus quorundā: secundū Auer. attenditur, ex tribus consurgit.

An motus q̄ fit per vacuū proportionē habeat ad motū, qui fit per plenum.

Quæstio prima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sunt hic. Sed in grauibus et leuibus subtracto eo quod mobile habet. Manebit. s. forma, quæ est principiū motus, quam dat generās, quod est mouens, nō remanet nisi materia, ex cuius parte nulla resistētia potest cōsyderari ad motum. Vnde relinquitur in talibus sola resistētia ex parte medij. Sic igitur in corporibus cœlestibus est differētia velocitatis solum fm proportionē motoris ad mobile. in corporibus vero animatis fm proportionē motoris ad mobile & ad medij resistens simul. & in talibus procederet obiectio prędicta, cp remota retardatione, quę est ex parte medij impedientis, adhuc remanet determinata quātitas tēporis in motu fm proportionē motoris ad mobile. Sed in grauibus & leuibus nō potest esse retardatio velocitatis, nisi fm resistentiam medij, & in talibus procedit ratio Arist. Sed hæc omnino videtur esse friuola. Primo quidē, quia licet quantitas tarditatis nō sit fm modum quātitatis continuę, vt addatur motus motui: sed fm modū quātitatis intēsiuæ. sicut cum aliquid est altero albius, tū quantitas tēporis ex qua Arist. argumēratur, est fm modum quātitatis continuæ, & fit tempus maius per additionē temporis ad tempus. vnde subtracto tēpore, quod additur ex impediēte, remanet tempus naturalis velocitatis. Deinde, quia in grauibus & leuibus remota forma, quā dat generās remanet per intellectū corpus quantū, & ex hoc ipso cp quantū est, in oppositū situ existens, habet resistentiā ad motorem. non. n. potest intelligi alia resistētia in corporibus cœlestibus ad suos motores. vnde nec etiā in grauibus & leuibus sequet ratio Arist. fm cp ipse dicit. Et ideo melius & breuius dicēdum est, cp ratio Arist. inducta, est ratio ad contradicendum positioni, & non ratio demōstratiua simpliciter. Ponentes autem vacuum hac de causa ipsum ponebāt, vt non impediretur motus. & sic fm eos causa motus erat ex parte medij, quod nō impedit motum. Et ideo cōtra eos Arist. argumētatur, ac si tota causa velocitatis & tarditatis esset ex parte medij. sicut etiam & supra quidēter hoc ostendit dicens, cp, si natura est causa motus simplicium corporum, non oportet ponere vacuum, vt causa motus eorū. per quod dat intelligere, cp totā causam motus ponebāt ex parte medij, & nō ex natura mobilis. Secunda autē dubitatio contra rationem prædictam est, quia, si medium, quod est plenum, impedit, vt ipse dicit, sequitur cp nō sit in hoc medio inferiori aliquis motus purus nō impeditus, quod videtur inconueniens. Et ad hoc Commentator prędictus respōdet, cp hoc impedimentum, quod est ex medio, requirit motus naturalis grauium & leuium, vt possit esse resistētia mobilis ad motorē, saltem ex parte medij. Sed melius dicendū est, cp omnis motus naturalis incipit a loco nō naturali, & tendit in locum naturalē. vnde, quandiu ad locū naturalem perueniat non est inconueniens si aliquid nō naturale ei coniungatur. Paulatim. n. recedit ab eo, quod est cōtra naturā, & tēdit in id, quod est fm naturā. et propter hoc motus naturalis in fine intendit. Tertia obiectio est. quia, cum in corporibus naturalibus sit determinatus terminus raritatis, non videtur cp semper sit accipere corpus rarius, & rarius fm quālibet proportionē temporis ad tēpus. Sed dicēdum est, cp licet sit determinata raritas in rebus naturalibus, non tū hoc est ex natura corporis mobilis inquātum est mobile, sed ex natura determinatarum formarū, quę requirūt determinatas raritates vel densitates, in hoc autē libro agitur de corpore mobili in cōmuni. & ideo frequēter vtitur Arist. in hoc libro in suis rationibus quibusdā, quæ sunt falsa, si cōsiderentur naturę determinatæ corporū: possibilia autē, si, consyderetur natura corporis in cōi. Vel potest dici, cp hic etiā procedit fm opinionem Antiquorū Philosophorum, qui ponebant rarum & densum prima principia formalia, secundum quos raritas & densitas in infinitum augeri poterant: cum non sequerentur alias priores formas, secundum quarum exigentiam determinarentur. Deinde cum dicit.

ARGV. *Eorum autem, quæ feruntur excessu eueniunt hæc. Cernimus. n. ea corporū, quæ plus aut grauitatis aut leuitatis habent momenti (modo eadē ipsis insit figura) celerius per*

æquale spatiū ferri, eaq; ratione, quā inter sese habent. quare et per uacuū ita ferentur. At fieri profectō nequit. Quā enim ob causam celerius mouebūtur? in plenis. n. id necessario fit. Maius. n. celerius ui sua medium diuidit. Nam id quod fert, aut est tactū, figura diuidit, aut momēto quod habet. Aequalis igitur celeritatis omnia erūt, at fieri nequit.

Secundum autē eorum, quæ feruntur excellentiam, hęc sunt. Videmus. n. maiorem inclinationē habentia, aut grauitatis, aut leuitatis, si quo ad alia sibi se habeant figuris, citius lata per æquale spatium finitū: & fm rationem, quā habent magnitudines adinuicem. quare & per vacuū. Sed impossibile est: Propter quam enim causam fertur velocius. in plenis quidem enim ex necessitate. velocius enim diuidit ex fortitudine maius, aut enim figura diuidit, aut inclinatione, quam habet, quod fertur, aut proiectum. Aeque velocia ergo omnia erunt. sed impossibile est.

Ostendit non esse vacuū separatum ex velocitate & tarditate motus, fm cp omnino causa sumit ex parte mobilis, & dicit cp hæc, quæ dicentur consequentur, si consyderetur differētia velocitatis & tarditatis fm cp mobilia, quę feruntur, se inuicē excellunt. quia videmus cp per æquale spatiū finitum, citius feruntur ea, quę habent maiorē inclinationē, aut fm grauitatē, aut fm leuitatem: siue sint maiora in quātitate, æqualiter grauia, vel leuia existētia, siue sint æqualia in quātitate, & sint magis grauia vel leuia. hoc dico si similiter se habeāt fm figuras (nam corpus latū tardius mouet, si deficiat in grauitate vel magnitudine, q̄; corpus acutæ figurę) & fm proportionē, quam habent magnitudines motæ adinuicem, vel in grauitate, vel in magnitudine est proportio velocitatis. vnde & oportebit ira esse etiā si sit motus per vacuū secundum cp corpus grauius seu leuius, aut magis acutū velocius feratur per mediū vacuum. Sed hoc non potest esse, quia nō est assignare aliquam causam, propter quā vnum corpus alio velocius feratur. si. n. motus fiat per spatiū plenū aliquo corpore, potest assignari causa maioris vel minoris velocitatis, fm aliquam prędictarū causarum. hoc. n. est, quia illud, quod mouetur maius existēs, ex sua fortitudine velocius diuidit mediū, vel propter aptitudinem figuræ, quia acutū est penetrabilius: aut propter inclinationem maiorē, quā habet, vel ex grauitate, vel ex leuitate, vel etiā propter violentiā prohibētis. vacuum autem diuidi nō potest citius vel tardius. vnde sequetur cp omnia æquali velocitate mouebūtur per vacuū. sed hoc manifeste apparet impossibile. Patet igitur ex velocitate motus, cp vacuum nō est. Attendendum est etiā cp in processu huius rationis est similis difficultas sicut in prima. videtur. n. supponere cp differētia velocitatis in motibus nō fit nisi propter differentiā diuisionis medij, cum tū in corporibus cœlestibus sint diuersę velocitates, in quibus non est aliquod plenum mediū resistēs, quod diuidi oporteat per motū corporis cœlestis. Sed soluenda est hęc dubitatio sicut & prius.

Patet igitur ex hisce, quæ diximus, si uacuū sit, contrarium illius accidere, propter quod uacuū esse probant qui ipsum asserūt esse. Hi nanq;, si motus his erit, qui loco accommodatur, uacuum separatum per se esse putāt. hoc autem perinde est, atq; si separatum quid locum asserūt esse. Quod quidem esse non posse, prius est demonstratum. ARGV.

Quòd quidē igitur, si vacuum sit, accidat contrarium: quàm propter quod probant esse vacuum manifestum est ex dictis. Hi igitur opinantur vacuum esse, si erit fm locum motus, discretum fm se. Hoc autem idem est ei, quod est dicere, Te.cō.75.

In mediū plenum quisquo modo motū naturalē impediat. Solutio. Auer. cō. 71.

Solutio 2.

Quæstio 3. An secūdum quācunq; p portionē temporis ad tempus semper fit accipere corpus rarius ac rarius. Sol. prima.

Sol. secunda.

Duę magnitudines æquales quāntatis solo situ differentes sunt.

dicere, locum esse aliquod separatum. Sed hoc quod sit impossibile esse, dictum est prius.

Vltimo autem epilogādo concludit manifestum esse ex dictis, cp, si ponatur vacuū esse, accidit contrariū eius, quod supponebāt probantes esse vacuum: illi. n. procedebāt, ac si motus esse nō posset, si vacuum nō sit. Sed ostensum est contrarium scilicet si vacuum sit, cp motus nō est. Sic igitur præmissi Philosophi opinantur vacuum esse quoddam discretum & separatum secundum se scilicet quoddam spatium habens dimensiones separatas, & huiusmodi vacuum opinantur necesse esse ponere, si sit motus secūdum locum: aut vacuum separatū, quod idem est, cp dicere locum esse quod dam spatium, distinctum a corporibus. quod est impossibile, vt supra ostensum est in tractatu de Loco.

LECTIO XIII.

Vacuum sic esse vti nomen sonat, tribus rationibus ostenditur.

ARGV. *At uero, si per se quoq; ipsum cōsyderabimus, uanum id quod uacuum dicitur atq; inane uere uidebitur. Nam ut, si in aqua quispiā cubum posuerit, tantum aquæ cedet, quantus est ipse cubus, sic et in aere fiet, sed sensu nō patet. Et semper omne corpus, quod ferri potest ad id, ad quod aptum est ferri, nisi densetur, aut ad infera, si sit terra: aut ad supera si sit ignis, aut ad utraq; feratur cedēdo necesse est, siue cubus, siue quoduis aliud in ipso corpus ponatur, quod ferri potest, ad id, quod est aptū ferri, nisi densetur. At hoc quidem in uacuo fieri nequit, quippe cum non sit corpus. Cubum autem æquale uacui spatium penetrasse uidebitur, perinde atq; si aqua ligneo cubo non cederet, neq; aer: sed ipsum omnia penetrarent. Atqui cubus etiam tantam magnitudinem habet, quanta est ea uacui, quæ occupatur ab ipso. quæ etsi calida est, aut frigida, et grauis, aut leuis, non minus tamen ob hoc ratione ab uniuersis affectibus est diuersa, etiam si non ab illis sit separabilis. Dico autem ipsam lignei cubi molem. quare etiam, si ab illis omnibus fuerit separata, & neque grauis fuerit neque leuis, æquale sibi spatium occupabit, in eademque loci uacuiue parte sibi æquali erit, ut patet. Quomodo igitur cubi moles ab æquali uacuo differet, atque loco? Et, si duæ tales simul fuerint moles, cur & quot quot uolueris in eodem non erunt? Vnū igitur hoc absurdum ac impossibile sequitur.*

Te.cō.76. AT vero per se consyderantibus videbitur vtiq; dictum vacuum, sicut vere vacuum. Sicut. n. in aqua, si ponat aliquis cubū, cedet tāta aqua, quātus est cubus, sic est etiā in aere, sed sensui immanifestū est. Et semper igit in omni corpore habenti transmutationē* in quo est aptum natum mutari, necesse est, nisi coeat, trāsmutari, aut deorsum semper, si deorsum est motus, sicut est terræ: aut sursum, sicut ignis: aut ad vtraque, aut quodcunq; aliquid sit impositū. In vacuo autem hoc quidē impossibile est: nullū. n. corpus est. Sed per vacuum æquale spatium trāsire videtur, quod quidē erat prius in vacuo: tanquam si aqua non cederet ligneo cubo, neq; aer, sed omnia trāsirent per ipsum. at vero cubus habet tantam magnitudinem, quantam cōtinet vacuum. quod si calidū est, aut frigidū, aut graue, aut leue, nihilominus alterū inesse ab omnibus passionibus est: & si nō diuisibile sit ab illis, dico autē cor-

*2.l.in quod.

pus lignei cubi. cp etiā si separetur ab omnibus aliis, & neq; graue, neq; leue sit, cōtinebit æquale vacuum, & in eadē erit, quę est loci et vacui parte æquali sibi. Quid igitur distabit cubi corpus ab æquali, vacuo, & loco? Etsi duo huiusmodi sunt, propter quid nō quotlibet in eodē erunt? Vnū igitur hoc, inconueniens, & impossibile est.

Hic ostendit vacuum nō esse, rationibus acceptis ex parte ipsius vacui, absq; cōsyderatione motus. & hoc ostendit tribus rationibus. Dicit ergo primo, cp etiā consyderātibus vacuum per se absq; motu videbitur cp ita sit dictū ab aliquibus vacuum esse, sicut vere sonat nomē vacui. Nam vacuū sonat aliquid inane, & quod nō est. et inaniter & absq; ratione & veritate dictū est, cp vacuum sit. & hoc quidē sic ostēdit. quia, si aliquis ponat in aqua aliquod corpus cubū scilicet quod habet sex superficies quadratas, oportet cp tanta quātitas aquæ recedat a loco suo, quāta est quantitas cubi. & sicut est de aqua, ita est de aere, licet non fit ita manifestum, eò cp aqua est magis sentibilis q̄; aer. Eadem igitur ratione, qñcūq; aliquid immittitur in aliquod corpus, quod natum est trāsmutari in aliquā partem, necesse est, nisi partes cohæreāt per condensationē, aut subintrationem partiū in inuicē, cp transmutetur: vel fm conditionem corporis cedentis (qñ habet exitum liberum) vtpote cp corpus graue, vt terra, cedat deorsum, & corp⁹ leue vt ignis cedat sursum: & corpus quod est respectu alicuius graue, et respectu alicuius leue, cedat in vtranq; partē, sicut aer & aqua. vel cp corpus cedat secundum cōditionem corporis interpositi, qñ. s. corpus cedēs coarctatur a corpore interposito, vt nō possit moueri secundū suam exigentiā, sed secundum exigentiam corporis impositi. Vniuersaliter tñ hoc verū est, cp oportet corpus, in quod alterū corpus immittit cedere corpori immisso, ne sint duo corpora simul. sed hoc non potest dici de vacuo, cp cedat corpori immisso: quia vacuum non est aliquod corpus: omne aūt, quod mouetur quocūq; modo, est corpus. sed, si fit aliquod spatiū vacuum, & aliquod corpus immittatur in illud spatiū, oportet cp corpus impositū transeat per illud spatiū, quod prius erat vacuum, s. simul cū eo existēs, sicut, si aqua nō cederet ligno cubo, neq; aer, sed ista corpora trāsirent per ipsum corpus ligneum cubum, ita cp aer & aqua subintrarēt ipsum corpus cubū, & essent simul cum eo. sed hoc est impossibile, s. cp corpus cubū ligneū sit simul cū spatio vacuo: quia corpus ligneū cubū habet tantam magnitudinem, quantā habet vacuum, quod ponitur quoddam spatium dimensionatum sine corpore sensibili. Et quamuis corpus ligneum cubicum sit calidum vel frigidum, aut graue vel leue, nihilominus tū ipsum corpus cubi cum alterū est fm rationem ab omnibus passionibus sensibilibus sibi accidētibus: quāuis nō sit separabile ab eis fm rem. Hoc autē quod est fm rationem alterum a passionib⁹ est ipsum [corpus lignei cubi]. i. quod pertinet ad corporeitatē eius. Si ergo separetur hoc corpus ab omnibus, quæ sunt alia ab ipso secundum rationē, ita cp non sit graue neq; leue, sequitur cp contineat vel occupet de spatio uacuo aliquid æquale sibi. Et sic in eadē parte sibi æquali, q̄ est pars loci & vacui, erit simul corpus lignei cubi. Quo supposito, non videtur cp sit assignare differentiā inter corpus cubi, et dimēsiones loci, vel vacui. nam sicut dimensiones loci vel vacui sunt sine qualitatibus sensibilibus, ita & dimēsiones corporis cubici, ad minus secundū rationē sunt aliæ ab huiusmodi passionibus. duæ autē magnitudines æqualis quātitatis nō possunt differre, nisi secundū situm. non. n. potest imaginari cp hæc linea sit alia ab illa sibi æquali, nisi inquātum imaginamur vtrāq; in alio & alio situ. vnde, si ponant duę magnitudines simul, nō videtur, quomodo possint differre. & sic, si duo corpora æqualia dimēsionata sint simul, siue sint cū passionibus sensibilibus, siue non, sequit cp duo corpora sint vnū. Vnde, si adhuc corpus cubicū, et spatium, quod est locus, vel vacuū remaneant duo, & simul sint, nō potest assignari ratio, quare non quæcunque alia corpora simul

simul esse possint in eodē. Et ita sicut corpus cubicū simul est cū spatio loci aut vacui, ita & simul cū vtroq; poterit esse adhuc aliquod rertiū vel quartum corpus. quod impossibile est. Nō.n, potest dici q̄ simul cū corpore cubico ligneo non polsit esse simil aliquod sensibile corpus propter materiam: quia corpori nō debetur locus ratione materiæ, nisi fm q̄ materia continet sub dimēsionibus. vnde q̄ duo corpora non possint esse simul, nō est ex parte materiæ vel passionum sensibilium, sed solum ex ratione dimensionum, in quibus non potest esse diuersitas si sint æquales, nisi fm situm, vt dictum est. Vnde, cum dimēsiones sint in spatio vacuo, sicut in corpore sensibili, sicut duo corpora sensibilia non possunt esse simul, ita nec corpus sensibile simul cum spatio vacuo. Hoc igitur videtur vnum inconueniens & impossibile, quod sequitur ex præmissa positione, q̄ duo corpora sint simul. Secundam rationem ponit ibi.

Duo corpora simul esse nō ex necessitate, seu passionibus sensibilibus, sed ex dimensionibus, impossibile.

ARGY. *Præterea patet, id cubum ipsum habere cum transfertur, quod & uniuersa cætera corpora habent. Quare, si nihil à loco differat, cur corporibus facere locum oportet, præter unuscuiusq; molem, si moles sit affectuum expers? nihil. n. confert si tale circa ipsam aliud spatiū sit æquale.*

Tex. cō. 77. Amplius autem manifestum est, q̄ hoc cubus habet transmutatus, quod & omnia alia corpora habēt. Quare, si a loco nihil differt, quid oportet locū facere corporibus extra vniuscuiusq; corp^a, si impassibile est corpus? Nihil. n. confert, si alterum circa ipsum æquale spatium huiusmodi sit.

Secūda ratio Et dicit manifestū esse, q̄ cubus, qui transmutatur, & ponitur in spatiū vacuum, habet hoc quod habēt omnia alia corpora, s. dimensiones. si ergo dimensiones corporis cubici non differunt a dimensionibus loci fm rationē, quare oportet facere aliquē locum corporibus extra proprium corpus vniuscuiusq;, si locus nihil aliud est q̄ corpus impassibile, i. abs q̄ passionibus sensibilibus? Ex quo. n. corpus habet proprias dimensiones, ad nihil videtur esse necessarium q̄ ponantur circa ipsum aliquæ aliæ dimensiones spatij æqualis suis dimensionibus. Accidit igitur, si ponatur vacuum, vel locus esse quoddam spatium separatum, vel q̄ non est necessarium corpora esse in loco. Tertiam rationē ponit ibi.

Nō est nē-esse corpus præter sufficiē-tem mentionem, alias quoque habere i quibus sit.

ARGY. *Amplius autem oportet manifestum esse quale uacuū sit in his quæ mouētur. Nunc autē nusquam infra mundū aer. n. aliquid est. nō uidetur autem, neq; aqua, si essent pisces ferrei. Tactu. n. fit discretio illius quod tangitur. Ex his igitur patet in ratione rerum uacuum separatum non esse.*

te. cō. 78. † aliqui cod. Græci te. illū non habent. †Amplius oportet manifestū esse quale vacuū sit in his quæ mouentur. Nūc autē nusquam infra mundū. aer. n. aliquid est. non videtur autem, neq; aqua, si essent pisces ferrei. Tactu. n. est discretio illius quod tangitur.

Tex cō. 79. Quòd quidē igitur nō separatum sit vacuum, ex his manifestum est.

Et dicit q̄, si aliquid esset vacuū, oporteret q̄ manifestaretur in istis mobilibus. sed nunc; apparet aliquod vacuū infra mundum: quia plenum aere, quod videtur vacuum, non est vacuū. aer. n. est aliquid, licet visu non percipiatur. Quia, si etiā pisces essent ferrei & haberent simile apparentiam cū aqua, nō posset aqua discerni ab eis per visum, nec tū sequeretur, q̄ aqua nō esset, vel etiam pisces. quia non solum visu, sed etiā tactu discernitur illud quod tāgitur. Et sic patet aerē aliquid esse: quia tactu percipitur calidus, vel frigidus. Ex his igitur apparet, q̄ vacuum nō sit aliquod spatium separatum, neq; infra mundum, neq; extra mūdum.

LECTIO XIIII.

Vacuum corporibus inditum non esse asseritur: nō irrationabilia item fuisse Antiquorum de vacuo dubitata ratiocinatur, ipsorumq; omnium solutio ponitur.

ARGY. *Sed sunt, qui putāt per rarum ac densum patere uacuū esse. Nam si non sit rarum ac densum, neq; fieri potest ut corpora coeant atq; premantur. Quod si id nō sit, aut motus omnino non erit, aut uniuersum fluctuabit, ut inquit Xuthus. Aut in aerem æqualem atq; aquam fieri mutationem semper oportet. Hoc (inquam) pacto, ut si ex aqua poculi unius oriatur aer, tanta simul aqua ex æquali aere generetur, aut necesse est uacuum esse. alio nanq; modo fieri nequit, ut corpora constringantur ac dilatentur.*

SVnt autem quidā, qui per rarum & densum opinantur manifestum esse, q̄ sit vacuum. Si enim non est rarum & densum, neq; coire & cali cari possibile est. Si vero hoc non sit, aut omnino motus non erit, aut mouetur totum, sicut dixit Xuthus: aut in æquale semper mutari aquam, et aerem oportebit. dico autem sic, vt si ex aqua cyathi factus sit aer, simul ex æquali aere tantundem aquam fieri, aut vacuum erit ex necessitate. conculcari enim, vel extendi, non contingit aliter.

Xuthi sententia de vacuo.

Postq̄ Philosophus ostēdit non esse vacuū, hic ostendit non esse vacuū corporibus inditum. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationē ponentium vacuum. Secundo improbat positionē eorum ibi. [Si igitur rarū dicit, &c.] Tertio soluit rationem ipsorum ibi. [Quū autem vacuum, &c.] Dicit ergo q̄ quidā Philosophi fuerunt, qui opinati sunt, q̄ vacuū sit in corporibus, accipientes rationē ex raro & denso. videbatur. n. eis, q̄ rarefactio & cōdēsatio fieret propter vacuum intrinsecū corporibus. Si vero non esset sic rarum & densum, dicebant q̄ nō erat possibile, vt partes alicuius corporis coirent. i. subintrarēt adinuicem, & q̄ aliquod corpus calcaretur, i. cōprimeretur per cōdēsationem. Si autē hoc non sit, ducebāt ad inconueniēs & ex parte motus localis, & ex parte motus generationis & corruptionis, siue motus alterationis. Ex parte quidē motus localis: quia oportebit dicere vel q̄ omnino motus nō sit, vel q̄ vno moto moueatur totū vniuersum, sicut dixit Xuthus Philosophus. & hoc ideo: quia, si aliquod corpus mouetur localiter, eum accedit ad locū plenum alio corpore, oportet q̄ illud corpus inde expellatur, & rēdat in alium locū: & iterū illud aliud corpus ibi inuentū in alium: &, nisi fiat condensatio corporum, oportebit q̄ omnia corpora moueātur. Ex parte vero generationis siue alterationis sequitur hoc inconueniens, q̄ semper fiat æqualis mutatio ex aere in aquā, & ex aqua in aerē. vtputa, si ex aqua vnius cyathi generatus est aer, oportet q̄ ex tāto aere, quātus est aer generatus, albi generaretur aqua: & hoc ideo, q̄ maior quātitas est aeris q̄ aquę, ex qua generatur. Occupat igitur aer generatus maiorē locum q̄ aqua, ex qua generat. & sic oportet q̄ vel totū corpus vniuersi occuparet maiorē locum, vel q̄ alibi tātundem de aere conuertatur in aquā. vel oportet dicere q̄ fit aliquid vacuum intra corpora, ad hoc q̄ fiat condensatio corporum, quia nō opinabantur q̄ aliter contingeret condensari et rarefieri corpora, nisi vacuo in eis existente. Secundo ibi.

Tex. 80. Tex. 81. 2. de Gener. Tex. cō. 73.

ARGY. *Si igitur id, inquunt esse rarum, quod habet multa uacua separata, patet, si uacuum separatum esse non possit, sicut neque locus spatium habens, neque rarum in ratione rerum sic esse.*

Tex. cō. 80. Si igitur rarum dicunt, multa vacua separata habens, manifestum est, q̄, si neq; vacuum contingit esse separabile, sicut neq; locum habētem aliquod vacuum suijplius, nec rarum sic.

Tex. cō. 81. Destruit positionē prædictam. Et primo fm unum intellectum. Secundo fm aliū ibi. [Si autem nō est separabile.] Dicit ergo primo, q̄ illi, qui dicunt vacuū esse in corporibus, dupliciter possunt hoc intelligere: vno modo q̄ in quolibet corpore sint multa quasi foramina vacua, quæ sint separata

parata fm situm ab alijs partibus plenis, sicut est videre in spōgia, vel in pumice, vel ī aliquo alio huiusmodi. alio modo q̄ vacuū non sit separatum fm situ ab alijs partibus corporis: vtpote si dicamus q̄ dimēsiones, quas dicebāt esse ua cuum, subintrēt omnes partes corporis. Si autē primo modo dicant vacuū esse in corporibus, patet reprobatio huiusmodi ex præmissis. per quā. n. rationem ostēditur, q̄ nō est aliquod vacuū separatum extra corpora, nec aliquis locus habens tale spatiū proprium prēter dimēliones corporum, per eandē rationem probari potest, q̄ non est aliquod corpus hoc modo rarum, quod habeat intra se aliqua spatia ua cua, distincta ab alijs partibus corporis. Secundo ibi.

ARGY. *Si uero non separabile, sed tamen inesse quid uacuum dicunt, minus quidem est hoc impossibile. Accidit autem, primo quidem, non omnis motus causam uacuum esse, sed eius duntaxat, quo supera loca petuntur: rarum enim leue est. quapropter & ignem rarum inquiunt, esse.*

Tex. cō. 82. Si autem non est separabile, sed tamen inest aliquod vacuum, minus quidem impossibile. Contingit autē, primum quidem q̄ non omnis motus est causa Vacuū, sed eius, qui sursum est. rarum enim leue: vnde ignem rarum esse dicūt.

Improbat prædictam posītionem quantū ad secundum intellectum quatuor rationibus. Dicit ergo q̄, si vacuū nō sit in corporibus sicut separabile & distinctū ab alijs partibus, sed tū inest aliquod vacuum in corporibus, minus quidem est impossibile: quia nō sequuntur inconuenientia supra posita cōtra vacuum separatum. Sed tū ad hoc etiam sequuntur quædā incōuenientia. Primo quidem, q̄ vacuum non erit causa omnis motus localis, vt ipsi intendebant, sed solum motus, qui est in sursum. quia vacuū fm eos est causa raritatis. rarum autē inuenitur esse leue, vt patet in igne: leue autem est quod mouetur sursum. vnde vacuū erit causa solum motus sursum. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Deinde non esse uacuum motus sic causam, ut in ipso quid moueatur. Sed ut utres mouent id sursum, quod adiunctum est ipsis ex eo, quia sursum ipsi feruntur, sic et uacuū sursum mouere. At quonā pacto latio uacui potest, uel locus esse? uacui nanq; uacuum id erit, ad quod feretur.*

Postea motus causa non sic vacuum, sicut in quo est: sed sicut vtres in eo quod feruntur ipsi sursum ferunt, quod ipsis continuum est, sic vacuum sursum fert. Et etiam qualiter potest motus esse vacui, aut locus vacui? vacui enim est vacuum, in quod fertur.

Secūda ratio. Et dicit, q̄ fm istos, qui ponunt vacuū in corporibus, vacuum est causa motus, nō sicut in quo aliquid mouetur, vt ponebant causam motus vacuū, qui dicebant vacuum spatium separatū, sed eo modo ponūt vacuum causam motus, inquantum ipsum vacuū intrinsecum defert corpora: sicut si dicamus, q̄ vtres inflati in eò q̄ feruntur ipsi sursum propter leuitatē, deferūt sursum quicquid eis cōtinuatur. & sic vacuum inditum corporibus fert secum corpus in quo est. Sed hoc videtur esse impossibile: quia tunc oporteret q̄, si vacuum moueretur, q̄ esset aliquis locus vacui. & cum vacuum & locus sint idem, sequeretur quòd vacui interioris esset vacuum exterius, in quod fertur, quod est impossibile. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea quam causam assignabunt quòd graue deorsum fertur?*

Te. cō. 82. Amplius quomodo assignabunt in graui, ferri deorsum?

Tertia ratio. Et dicit q̄, si motus sursum causa est vacuum deferēs corpus sursum, cum nihil sit assignare quod defert corpus deorsum, non erit assignare quare grauia deorsum ferantur.

Quartam rationem ponit ibi.

ARGY. *Et insuper patet, si quanto uarius quippiam magisq; uacuum est tāto celerius sursum feretur, quod si uacuū sit omnino, sursum id uel celerrime ferri. An forsitan & hoc moueri non potest? ut. n. demonstratum est, in uacuo cūcta immobilia, sic eadem ratione uacuum et iā demonstrabitur immobile esse. celeritates enim comparari non possunt.*

Et manifestum est q̄, si quanto fuerit rarius & magis vacuum, magis sursum feretur, et si sit omnino vacuum velocissime vtiq; feretur. Fortassis autem & hoc impossibile est moueri. ratio autem eadem. sicut enim in vacuo sine motu omnia sunt, sic & vacuum quidem est, quod est sine motu: incomparabiles enim sunt velocitates.

Quarta ratio Et dicit q̄, si rarum causat motum sursum propter vacuitatem, oportebit q̄ quanto aliquid est rarius & magis vacuum, tāto velocius feratur sursum: &, si sit omnino vacuū velocissime ferē. sed hoc est impossibile. quia quod est omnino vacuū nō potest moueri eadē ratione, qua supra ostensum est, q̄ in spatio vacuo nō potest esse motus, quia nō esset cōparare velocitates vacui & pleni, neq; ex parte spatij, neq; ex parte mobilis secūdum aliquam determinatā proportionē, eò q̄ pleni ad vacuū nulla est proportio. Nō ergo vacuum potest esse causa motus sursum. Deinde cum dicit.

ARGY. *At. n. cum uacuum quidē non esse dicamus, cætera autem uere sint dubitata, & hoc consyderemus oportet. Nā aut motus nō erit, si rarit as densit asue non erit, aut inūdabit cœlum, aut aqua ex aere, et aer ex aqua semper orietur æqualis. Patet. n. plus aeris ex aqua semper ouiri. Necesse est igitur, si corpora non premantur, atq; densentur, aut id quod hæret, efficiat tandem expulsum, ut ultimum turgeat atque tumescat. aut alio in loco æqualis aqua ex aere fiat, ut tota moles æqualis sit uniuersi, aut nihil penitus moueatur. semper. n. cū aliquid mouetur, id accidet, nisi uersetur. At nō uniuersa uersantur, sed sunt et ea, quæ recto motu cientur. Illi igitur ob hæc ipsa, uacuum quid dicerēt esse.*

Quoniam autem vacuum quidem non dicimus esse, alia vero vere dubitata sunt, aut motus non erit, nisi erit densitas & raritas, aut turbabit cœlū, aut semper æqualis aqua ex aere, & ex aqua erit & aer. manifestum. n. est, quia plus aeris ex aqua fit. Necesse igit, nisi sit, aut depulsum quod habetur vltimum tumultuari facere, aut alibi alicubi æqualiter mutare ex aere in aquam, vt omne corpus totius æquale sit, aut nihil moueri. sem per enim transmutato, hoc accidet, nisi circulariter moueatur. Non semper autem in circulū fit loci mutatio, sed aliquando & in rectū est. hi igitur, propter hoc Vacuum aliquid dicunt esse.

Te. cō. 83.

Soluit præmissam rationē. Et primo repetit eam magis ipsam explanans, secundo soluit eā ibi. [Nos aūt dicimus.] Dicit ergo primo, q̄, quia nō dicimus esse vacuum, neq; in corporibus neq; extra, oportet soluere, quæ ab alijs inducūtur, quia vere ingerunt dubitationē. Et primo ex parte motus localis: quia aut nō erit omnino motus, nisi fit raritas & densitas, quā non intelligebāt fieri nisi per vacuū: aut oportebit dicere, q̄ ad motū cuiuslibet corporis etiā ipsum cœlum in sursum feratur, vel aliqua pars eius, quod vocatur bationē cœli. Aut iterū ex parte generationis & corruptionis oportebit q̄ semper æqualis aqua, fiat ex aere, & alibi aer ex aqua: quia, cum plus ex aere generetur q̄ ex aqua, necesse est vt fiat cōdensatio, quā non credebant posse fieri sine uacuo: aut q̄ corpus, quod habetur ultimum fm cōem

Te. 84.

opinio-

opinionem, ſ. corpus Cœleſte, depellatur per exuperantiam inferiorum corporũ: aut ꝙ alibi in quocunq; loco tantundem de aere cõmentatur in aquam, ad hoc ꝙ totum corpus vniuerſi inueniatur ſemper æquale. Sed, quia ad hoc, quod dixerat de motu locali poſſet quodãmodo obuiari, iterũ repetit, vt excludat illud, & dicit, ꝙ aut ſequitur ꝙ nihil moueatur, quia ſm prædicta, tumultuatio cœli accideret quocũq; tranſmutato. Sed hoc eſt verũ, niſi intelligat motus fieri circulariter: vtputa ꝙ A moueatur ad locũ B, & B ad locum C, & C ad locum D: & iterũ D ad locum A. ſic enim non oporteret poſita circulari latione, ꝙ vno moto totum vniuerſum turbetur. ſed nos non videmus ꝙ omnis loci mutatio corporum naturalium ſit in circulum, ſed multæ ſunt in rectũ. vnde adhuc ſequetur tumultuatio cœli, niſi ponatur condenſatio & vacuum. Hęc igitur eſt ratio, propter quam ali qui ponebant eſſe vacuum. Secundo ibi.

ARGY. *Nos autem ex hiſce, quæ iã conceſſa ſunt, dicimus, materiam unam eſſe contrariorum caliditatis, inquam, atq; frigiditatis, & cæterarum naturaliũ contrarietatum. & ex ente potentia ens actu fieri. Atq; non eſſe quidẽ ipſam materiã ſeparabilẽ, ratione uero eſſe diuerſam. Et una numero coloris, ſi forte fuerit, et caliditatis, atq; frigiditatis.*

Te. cõ. 84. Cõtrariorum vna eſt materia.

Nos autem dicimus ex ſubiectis, qm̃ ex materia vna contrariorum calidi & frigidi, et aliarum naturalium cõtrarietatum. & ex eo quod potentia eſt, actu ens fit. & non ſeparabilis quidem materia eſt, eſſe autem alterum eſt. Et vna quidẽ eſt numero, & ſi contingat coloris, calidi, & frigidi.

Soluit præmiſſam rationem. Tota autẽ vis premiſſæ rationis in hoc cõſiſtit, ꝙ rarefactio & cõdenſatio fiãt per vacuum. Vnde obuiat Ariſt. oſtẽdens, ꝙ contingit rarefieri & condenſari ſine vacuo. Et primo oſtẽdit propoſitum, Secundo inducit concluſionẽ principaliter intentã ibi. [Ex dictis igitur manifeſtũ eſt.] Circa primũ tria facit. Primo manifeſtat propoſitum per rationem, Secundo per exempla ibi. [Sicut, n. ex frigido et calido.] Tertio per effectũ rari & denſi ibi. [Eſt autẽ denſum quidem.] Circa primum duo facit. Primo præmittit quædã neceſſaria ad propoſitũ, Secundo probat propoſitũ ibi. [Eſt igitur & corporis.] Præmittit autẽ quatuor, quę accipit ex ſubiectis. i. ex his, quæ ſupponuntur in Scientia Naturali. & ſupra etiã manifeſtata ſunt in primo huius libri. Primum eſt, ꝙ vna eſt materia contrariorum, vt calidi et frigidi, vel cuiuſcunq; alterius naturalis contrarietatis: contra enim nata ſunt fieri circa idem. Secundum eſt, ꝙ omne, quod eſt in actu, neceſſario fit ex eo quod eſt in potentia. Tertium eſt, ꝙ materia non eſt ſeparabilis a contrariis, ita vt ſit abſq; eis: ſed tamen ſecũdum rationem materia eſt aliud a contrariis. Quartum eſt, ꝙ materia per hoc, ꝙ nunc eſt ſub vno contrario, et poſtea ſub alio, non eſt alia & alia: ſed eadem numero. Secundo ibi.

Te. 86.

Tertia parte. 84.

Te. 85. Secũda parte. 84. ſe.

ARGY. *Et corporis item materiam eandem magni, ac parui. quod quidem ex eo maxime patet. Nam, ſi factus eſt aer ex aqua, eadem materia facta eſt aer, nulla re inſuper alia aſſumpta: ſed quod erat potentia, id tandem factum eſt actu. Et rurſus ſimili modo ſi orta eſt ex aere aqua. Eadem namque materia nunc in magnam ex parua, nunc in paruam ex magno uertitur molem. Simili igitur modo, ſi & aer ex maiore ſtringitur in minorem: & ex minore rurſus in maiorem extenditur molem, materia ipſa, quæ eſt ambo potentia, ſit uiciſſim utrunque.*

Eſt igit̃ & corporis materia, & magni & parui eadẽ. manifeſtum eſt autẽ hoc. cũm. n. ex aqua aer fiat, eadẽ materia non accipiẽs aliud aliquid facta eſt, ſed quod erat potentia, actu facta eſt: & iterum aqua ex aere ſimiliter, aliquãdo quidem in magnitudinem ex paruitate, aliquãdo in paruitatem ex magnitudine. Similiter autem, & cũ multus aer exiſtens, in minori fit mole, & ex minori maior, potentia cum ſit, fit materia vtraq;.

Ex præmiſſis oſtendit propoſitũ in hunc modum. Eadẽ numero eſt materia contrariorũ: magnum autem & paruũ ſunt contraria circa quãritatem: ergo eadẽ numero eſt materia magni et parui. Et hoc manifeſtũ eſt in tranſmutatione ſubſtantiali. cum. n. generatur aer ex aqua, eadẽ materia, quæ prius erat ſub aqua, facta eſt ſub aere, non accipiendo aliquid, quod prius non haberet, ſed illud, quod prius erat in potẽtia, & in materia, reductum eſt in actũ. & ſimiliter eſt cũ e conuerſo ex aere generatur aqua. ſed hoc intereſt, ꝙ cũ ex aqua generatur aer, fit mutatio ex paruo in magnũ, quia maior eſt quãtitas aeris generati ꝙ aquę, ex qua generatur: cum autẽ ex aere fit aqua fit ecõtra tranſmutatio a magnitudine in paruitatem. Ergo, et cum aer multus exiſtens reducitur ad minorẽ quantitatem per cõdenſationem, vel ex minori in maiorẽ per rarefactionem, eadem materia eſt, quæ ſit vtrũq; in actu, ſ. magnum et paruũ prius exiſtẽs ad hæc in potentia. Non ergo cõdenſatio fit per hoc, ꝙ aliquæ aliæ partes ſubintrãdo adueniant, vel rarefactio per hoc ꝙ partes inliærentes extrahantur, vt exiſtimant ponentes vacuum inter corpora, ſed per hoc ꝙ materia earundem partium accipit nunc maiorem, nunc minorem quantitatem. vt ſic rarefieri nihil aliud ſit, ꝙ materiam recipere maiores dimenſiones per reductionem de potentia in actum: condenſari autem econtrario. Sicut autem materia eſt in potentia ad determinatas formas, ita etiã eſt in potentia ad determinatam quantitatem. Vnde rarefactio & condenſatio nõ procedit in rebus naturalibus in infinitum. Secundo ibi.

Rarefactio, ac cõdenſatio in corporibus quomõ fiat.

ARGY. *Nam ut ex frigido calidum, & ex calido frigidum fit, quia eadem potentia erat ambo: ſic & ex calido fit magis calidum, nulla prorſus ipſius parte tunc emergente calida, quæ non erat antea calida, cum calida minus erat. Quemadmodum neq; circunferẽtia circuli, in minoris ambitum eſt redacta: ſiue ſit eadem, ſiue ſit alia, pars ipſius nulla facta eſt curua, quæ non erat antea curua, ſed recta. Non enim ex eo quippiam minus aut magis eſt tale, quia id intermittitur, quo minus aut magis dicitur tale. Neq; fit ut flammæ pars ulla ſumatur, in qua caliditas, albedoq; non ſit. Quæ et ipſa moles ſenſibilis, non ideo extenditur aut cõſtringitur, quia materies aliquid inſuper accipit aut abijcit: ſed quia ipſa materies utrunq; ſubire poteſt. Quo fit, ut idem ſit rarum & denſum, & utriuſq; materies una.*

Sicut. n. ex frigido fit calidum, et ex calido frigidum: quia eadẽ eſt, quæ erat potentia, ſic ex calido magis calidũ, nullo facto in materia calido, quod non eſſet calidum, qm̃ erat minus calidum. Sicut quidẽ nec maioris circuli circulatio & conuexitas, ſi fiat minoris circuli, eadem cum ſit, aut alia, in nullo alio factus eſt ambitus, quod nõ eſſet ambitus, ſed rectum. non. n. deficiendo mĩnus aut maius eſt. Neq; enim ſcintillæ eſt accipere aliquam magnitudinem, in qua non & caliditas, & albedo inſit. Sic igitur & prior calor poſteriori. quare & magnitudo & paruitas ſenſibilis corporis nõ accipiente aliquid materia extenditur, ſed quia potẽtia eſt materia vtriuſq;. Itaq; idẽ eſt denſum & rarum, & vna materia ipſorum.

Manifeſtat idem per exẽpla. Et, quia rarefactio et cõdenſatio pertinet ad motũ alterationis, ponit exẽplum de aliis alterationibus: & dicit, ꝙ ſicut eadem materia mutatur ex frigido

frigido in calidum, & ex calido in frigidum propter hoc ꝙ vtrunq; eorũ erat in potentia in materia, ſic etiã & aliquid fit magis calidum, non propter hoc, ꝙ aliqua pars materiæ fiat calida, quæ prius non erat calida cũ eſſet minus calidũ, ſed quia tota materia reducitur in actu magis uel minus calidi. Aliud exẽplum ponit de qualitate circa quantitatem: & dicit ꝙ, ſi circunferẽtia & conuexitas maioris circuli reſtringatur ad minorẽ circulum, manifeſtũ eſt, ꝙ fit magis curuum, non tñ iſta ratione, ꝙ ambitus. i. circularitas facta, ſit in aliqua parte, quę primo non fuiſſet curuata, ſed recta: ſed per hoc ꝙ idẽ ipſum, quod prius erat minus curuatum, magis curuatur. non. n. in huiuſmodi alterationibus fit aliquid magis vel minus deficiẽdo. i. per ſubtractionem, neq; etiam per additionẽ, ſed per vnius et eiuſdem trãſmutationem de perfecto ad imperfectũ, aut ecõtra: & hoc patet per hoc ꝙ in eo, quod eſt ſimpliciter & vniformiter aliquale, nõ eſt inuenire aliquã partem, quæ ſit ſine tali qualitate, ſicut non eſt accipere in ſcintilla ignis aliquam partẽ, in quã nõ ſit caliditas, & albedo. i. claritas. Sic igitur & prior calor aduenit poſteriori, nõ per hoc ꝙ aliqua pars, quæ non erat calida, fit facta calida: ſed per hoc ꝙ illud, quod erat minus calidũ, fit magis calidum. Vnde & magnitudo & paruitas ſenſibilis corporis non extenditur vel ampliatur in rarefactione & condenſatione per hoc ꝙ materia aliquid ſuper additum accipiat, ſed quia materia, quę prius erat in potentia ad magnum et paruum, tranſmutatur de vno in alterũ. & ideo rarum & denſum non fit per additionem partium ſubintrantium, vel per ſubtractionem earundem, ſed per hoc, ꝙ vna eſt materia rari & denſi. Tertio ibi.

ARGY. *Atqui denſum quidem eſt graue, rarum autem leue. Amplius, ſicut circuli circulatio conducta in minus non accepit aliud concauum: ſed quod erat inuexum, ſic & ignis. quia ſi aliquis accipiat omne calidum eſt. ſic & omne conductione et diſtentione eiuſdem materiæ. Duo nanque comitantur utrunque, graue enim & durum denſa eſſe uidentur: leue uero ac molle rara. Verum in plumbo ac ferro, graue durumque diſcrepant.*

Te. cõ. 85. Eſt autem denſum quidem graue, rarum autẽ leue. Amplius ſicut circuli circulatio conducta in minus, nõ aliud accipit cõcauũ: ſed quod erat conductũ eſt, ſic et ignis, quodcunq; aliquis accipiat, omne calidũ eſt. ſic & omne cõductione & diſtẽſione eiuſdem materiei. Duo enim ſunt ab vtroq; dẽſo & raro. Graue. n. & durum denſa videntur eſſe, & cõtraria, rara, leue & molle. Diſſonat autem graue & durum in plumbo & ferro.

Manifeſtat propoſitũ per effectus rari & denſi. Ex differentia. n. raritatis & dẽſitatis ſequitur differentia aliarum qualitatum, ſ. grauis & leuis, duri & mollis. & ſic patet, ꝙ rarum & denſum diuerſificãt qualitates, & nõ quãtitates. Dicit ergo, ꝙ ad raritatẽ ſequitur leuitas, & ad denſitatẽ ſequitur grauitas. & hoc rationabiliter. quia rarũ eſt ex hoc, ꝙ materia recipit maiores dimẽſiones: dẽſum autẽ ex hoc, ꝙ materia recipit minores dimẽſiones. & ſic, ſi accipiantur diuerſa corpora æqualis quãtitatis, vnum rarum, & aliud denſum, dẽſum habet plus de materia. Dictum eſt autẽ ſupra in tractatu de Loco, ꝙ corpus contentum cõparatur ad continẽs ſicut materia ad formam: & ſic graue, quod tẽdit verſus mediũ contentum, rationabiliter eſt magis denſum habens plus de materia. Sicut ergo circũferentia circuli maioris reducta ad minorẽ circulum nõ recipit concauitatem in aliqua ſui parte, in qua nõ erat prius, ſed quod priꝰ erat concauum reducitur ad maiorẽ concauitatem, et ſicut quęcunq; pars ignis, quã quis receperit, eſt calida, ita & totum corpus fit rarũ & denſum conductione. i. cõtractione & diſtenſione vnius & eiuſdẽ materię, ſm ꝙ mouetur ad maiorem vel minorẽ dimenſionem. Et hoc patet per hæc, quę ſequuntur ex raro & dẽſo, quæ ſunt qualitates. nã ad dẽſum ſequitur graue & durũ. & de graui quidem ratio aſsignata eſt: de duro aũt ratio manifeſta eſt, quia durũ dicitur, quod magis reſiſtit pulſui vel diuiſioni. quod autẽ habet plus de materia, minus eſt diuiſibile, quia minus obedit agẽti, propter hoc ꝙ eſt magis remotũ ab actu. Econuerſo autem ad rarum ſequitur leue & molle. Sed graue & durũ in aliquibus diſſonant, licut in ferro & plumbo. nam plumbum eſt grauius, ſed ferrum eſt durius. Et huius ratio eſt: quia plumbum habet plus de terreſtri: ſed id, quod eſt aquæ in eo, eſt imperfectius congelatum & digeſtum. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ex his igitur, quæ dicta ſunt, patet neq; ſeparatũ, aut ſimpliciter, aut in raro, neq; potentia uacuum eſſe, niſi qui ſpiam uoluerit omnino uacuũ id appellare, quod eſt cauſa lationis. Hoc autẽ pacto grauis ipſius, leuisq; materies, ut eſt talis uacuũ erit. Rarum. n. ac denſum, hac quidem contrarietate, lationis ſunt effectiua. ratiõe uero duri mollisue, cauſa ſunt facilis difficilisue paſſionis, et nõ lationis, ſed potius alterationis. Sed de Vacuo quidẽ quo pacto eſt, et quo pacto non eſt in ratione rerum, hoc ſit modo determinatũ.*

Ex dictis igitur manifeſtũ eſt, ꝙ neq; diſgregatum eſt vacuum, neq; ſimpliciter, neque in raro, neq; potẽtia: niſi aliquis velit penitus vocare vacuum cauſam loci mutationis. Sic autẽ quã grauis eſt, aut leuis materia, quę huiuſmodi, erit vacuum. Denſum. n. & rarum ſecundum hanc contrarietatem, motus actiua ſunt: ſecũdum autem durum & molle, paſſionis & non paſſionis receptiua, & nõ loci mutationis, ſed alterationis magis. Et de Vacuo quidem quomodo eſt, et quomodo non eſt, determinatum ſit hoc modo. Te. cõ. 86.

Concludit principale propoſitũ. & dicit manifeſtum eſſe ex dictis, ꝙ nõ eſt vacuum aliquod ſpatium ſeparatum, neq; ſimpliciter eſt extra corpus exiſtẽs, neq; exiſtens in raro, ſm aliqua foramina vacua: neq; etiã exiſtẽs eſt in potentia in corpore raro, ſm illos, qui nõ ponebant vacuũ, quod eſt in corporibus, ſeparatũ a pleno. Et ſic nullo modo eſt vacuum, niſi aliquis velit penitus vocare vacuum materiam, quæ quodãmodo eſt cauſa grauitatis & leuitatis, & ſic eſt cauſa motus ſecundũ locum. Denſum. n. & rarum ſunt cauſa motus ſm contrarietatẽ grauis & leuis: ſed ſm contrarietatem duri & mollis, ſunt cauſa paſſibilis & impaſſibilis. nam molle eſt id, quod facile patitur diuiſionem: durũ autem econtra, vt dictum eſt, ſed hoc non pertinet ad loci mutationem: ſed magis ad alterationẽ. Et ſic cõcludit determinatum eſſe de Vacuo, quomodo ſit, & quomodo non ſit.

LECTIO XV.

Tempus an ſit nec ne: & an vnum & idem nunc contingat in toto tempore eſſe vel plura, quæritur.

ARGY. *Poſt hæc autem conſequens eſt de tempore tractare. Atq; primo quidem dubitandum eſt de ipſo, et per rationes exteras, ſi ſit in ratione rerum, nec ne: deinde contemplandum eſt, quænam ſit ipſius tandem natura.*

Conſequens autem dictis eſt aggredi de Tempore. Primum autem bene ſe habet opponere de ipſo, & per extraneas ratiões, vtrũ ſit eorum quæ ſunt, aut non entium: poſtea, quę natura ipſius. Te. cõ. 87.

Poſtq̃ determinauit de loco et vacuo, nũc determinat de Tempore. Et primo dicit de quo eſt intentio: et quo ordine procedendũ ſit, Secũdo proſequitur propoſitũ ibi. [Quod quidem igitur.] Dicit ergo primo, ꝙ cõſequens eſt ad prędicta aggredi de tempore. in quo deſignat difficultatẽ conſyderationis. Et ſicut de præmiſſis, ita & de tẽpore, primo oportet opponendo procedere [per rationes extraneas.] Te. cõ. 88.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idest ab aliis positas, vel sophisticas, vtrum scilicet sit Tempus vel non: & si est, quæ est natura eius. Secundo ibi.

ARGY. *Ex his itaq; tempus non esse penitus, aut uix esse, aut exigue, quispiam suspicabitur. Nam aliud ipsius fuit, atque non est: aliud est futurum, et nondum est. Ex hisce autem constat, & infinitum, & quod semper accipitur tempus. At hoc in ratione verum esse, quod ex hisce, quæ non sunt, constat, impossibile esse uidetur.*

Tex.cō.88. Quod quidē igitur omnino nō sit, aut vix & obscure, ex his aliquis vtiq; cōcipiet. Hoc quidē enim ipsius prius factū est, & nō est: aliud vero futurum, & nondū est. Ex his autem, & infinitū, & semper acceptum tempus cōponitur. Ex his autem quæ non sunt, compositum impossibile esse videtur participare aliquam substantiam.

Secūda parte 98.te. Prosequitur de Tempore, & primo opponendo, secūdo determinando veritatē ibi. [Accipiendum autem.] Circa primum duo facit, primo opponēdo inquirit an tēpus sit, secundo quid sit ibi. [Quid autē sit tempus.] Circa primū duo facit. Primo ponit duas rationes ad ostendendū tēpus non esse, Secūdo inquirit de nunc, vtrum sit vnum nunc in toto tēpore, vel plura ibi. [Amplius autē ipsius nunc.] Dicit ergo primo, q̄ ex istis duabus rationibus potest aliquis cōcipere, vel q̄ tēpus omnino nō sit, uel q̄ sit aliquid, quod vix & obscure ꝓcipi possit. Prima ergo ratio est talis. Omne cōpositum ex his, quæ non sunt, impossibile est esse, vel habere aliquā substātiam: sed tēpus cōponitur ex his, quæ non sunt, quia tēporis est aliquid præteritum & iā non est, aliud est futurū, & nōdum est, & ex his duobus cōponitur totum tēpus infinitum, & perpetuū positū: ergo impossibile est Tempus aliquid esse. Secundam rationem ponit ibi.

Secūda parte 93.te.

Tex.90.

ARGY. *Præterea partibilis omnis rei, si sit necesse est cum est, aut omnes partes, aut nonnullas esse. at temporis, quod quidem esse partibile constat: aliæ partes transactæ, aliæ futuræ sunt, nullaq; penitus adest. Ipsum autem nunc pars tem non esse constat: pars nanque metitur, at ipsum nunc non metitur. Ex partibus præterea cōstet totum oportet: at tempus ex ipsis nunc non uidetur constare.*

Tex.cō.89. Adhuc autem omnis rei diuisibilis siquidē sit necesse est, cùm est, aut omnes, aut quasdam partes esse. Temporis autē aliæ factæ, aliæ vero futuræ sunt: est autem nihil cum sit diuisibile. Ipsum autem nunc non est pars. mēsurat enim pars, & componi oportet totum ex partibus. Tempus autem non videtur componi ex ipsis nunc.

Alexan. legit [mensuretur eni pars simpli. autē actiuæ.

Secūda ratio. Quæ talis est cuiuslibet diuisibilis existentis necesse est dum est, aliquam partem esse, vel aliquas: sed Tempus non est huiusmodi, quia quædam temporis partes sunt præteritæ, aliæ vero sunt futuræ, & nihil temporis, quod sit diuisibile, est in actu. Ipsum vero nunc, quod est in actu, non est pars temporis, quia pars est, quæ mensurat totum, vt binarius senarium: vel saltem ex qua componitur totum, sicut quaternarius est pars senarij non mensurās ipsum, sed quia ex ipso & binario componitur senarius: tempus autem nō componitur ex ipsis nunc, vt infra probabitur, tempus igitur non est aliquid. Deinde cum dicit.

Lec.18. Tex.cō.107.

ARGY. *Insuper ipsum Nunc, quod præteritum distinguere futurumq; uidetur, utrum unū idemq; semper permaneat, an aliud sit atq; aliud, non discerni facile potest.*

Tex.cō.90. Amplius autem ipsum Nunc, quod videtur distinguere præteritum & futurum, vtrum vnū & idem, semper permaneat, an aliud & aliud, non facile est scire.

Inquirit vtrum sit idem Nunc in toto tempore, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem. Secūdo obiicit ad vnam partem ibi. [Siquidem enim nunc.] [Tertio ad alteram ibi. [At vero neq; nunc.] Dicit ergo primo, q̄ non est facile scire, vtrum Nūc, quod videtur distinguere inter præteritum & futurum, semper maneat idem in toto tempore, an sit aliud, & aliud. Secundo ibi.

Infra. Secunda pars te. 91.

Nam si sit aliud atq; aliud semper cū plures partes temporis, nullæ simul, nisi altera contineatur ab altera perinde minus à maiore tempore continctur, atq; id, quod nunc quidem non est: antea uero fuit, necesse sit aliquando esse corruptum, ipsa nunc profectò simul non erunt. prius autē semper corruptum esse necesse est. In seipso igitur corruptū esse non potest, propterea quod tunc est. in alio uero nunc, fieri nō potest ut sit corruptum. Sit.n. hoc impossibile, ipsa nūc sibi hærere ut punctо punctum. Si igitur nō in eo quod est deinceps corruptū est, sed in alio, in ipsis profectò nunc mediis simul erit, quæ quidem sunt infinita, at fieri nequit.

ARGY.

Si quidem.n. Nunc semper alterum et alterū: nulla autē est earum, quę sunt in tempore, alia et alia pars simul est, quæ nō continet, alia vero contineatur, sicut minus tempus est sub maiore: ipsum aut nūc, quod non est, prius autē fuit, necesse est corruptū esse aliquando: quia ipsa quidem nunc, simul adinuicē non erunt. corruptum autem esse necesse est prius. In eodem quidē igitur corruptum esse impossibile est: propter hoc, q̄ tunc est. in alio autem nunc, corrūpi ipsum prius nunc nō contingit. Sic enim impossibile est habita esse inuicem ipsa Nunc, vt punctum cū puncto. Si igitur in eo quod consequenter est non corrumpitur, sed in alio, in mediis nūc, quæ sunt infinita, simul erit. hoc autem impossibile est.

Ostendit q̄ non sit aliud, & aliud nunc, tali ratione. Duæ partes temporis, quæ sunt aliæ abinuicem, non possūt simul esse, nisi vna cōtineat aliam, sicut maius tempus continet minus, vt annus mensem, mensis diem. (simul.n. est & dies, & mensis, & annus) sed vnum Nunc, cum indiuisibile sit, non continet alterū. si ergo est accipere in tempore duo nunc, necesse est q̄ illud nunc, quod prius fuit, & modo nō est, aliqū corrūpatur, & q̄ nunc̄ꝑ duo nunc sint simul. Omne autem corruptum necesse est in aliquo nunc corrumpi. Non autem potest dici, q̄ prius nunc sit corruptum in ipso nunc priori: quia tunc erat ipsum nunc, & nihil corrumpitur dum est. Similiter etiam, non potest dici, q̄ prius nunc corrūpatur in posteriori: quia impossibile est sic se habere duo nunc adinuicem q̄ sint habita, i. immediate cōsequentia sed sicut etiam impossibile est de duobus punctis, & hoc nūc supponatur: quia in Sexto probabitur. Sic igitur inter quælibet duo nunc, sunt infinita nunc. si ergo prius nunc corrumpatur in aliquo posteriori nunc, sequitur q̄ illud Nunc, quod est ante, simul sit cum omnibus alijs Nunc intermedijs, quod est impossibile, vt dictum est. Impossibile est igitur esse aliud & aliud nunc. Tertio ibi.

ARGY. *At uero, neque idem semper permanere potest. Nullius enim diuisibilis finiti finis est unus: siue ad unum, siue ad plura continuum sit. At ipsum nunc finis est. tempus q̄s sumi finitum potest.*

Tex.cō.91. At vero neq; nunc semper manere idem possibile est. Nullius enim diuisibilis finiti vnus terminus est, nec si in vno sit continuum, nec si in plura. Ipsum autem nunc terminus est, & tempus est accipere finitum.

Ostendit

Ostendit q̄ non possit esse vnum & idem nunc duabus rationibus. Quarum prima talis est. Nullius diuisibilis finiti potest esse vnus terminus tantum, neq; si sit cōtinuum secundum vnam dimensionem, vt linea, neq; si fm plures, vt superficies, & corpus. nā vnius lineæ finitæ termini sunt duo puncta, & superficiei plures lineæ, & corporis plures superficies. sed ipsum nūc est terminus temporis. Cum igitur sit accipere aliquod tempus finitum, necesse est ponere plura nunc. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea, cum simul esse tempore, & neq; prius neq; posterius nihil aliud sit, quàm in eodem nunc esse, si priora posterioráue in hoc nunc sunt, ea profectò, quæ ante cēties centenos annos sunt facta, simul cum his erūt, quæ hodierno die conficientur, et neq; prius quicquam alio, neq; posterius erit. De his igitur, quæ insunt tēpori, tot sint dubitata.*

Tex.cō.92. Amplius, si simul esse secundum tempus, & nec prius, nec posterius, in eodem esse, & in ipso nunc est, simul sunt, quæ in annum sunt millesimum, his quæ sunt hodie, nec prius, nec posterius nihil aliud alio. De his quidē igitur quæ insunt ipsi, tot opposita sint.

te.cō.93.

Secūda ratio Illa dicuntur esse simul fm tempus, & nec prius nec posterius, quæ sunt in eodem nunc: si ergo est idem nunc permanens in toto tempore, sequitur quòd illa, quæ fuerunt ante mille annos, sint simul cum his, quæ sunt hodie. Vltimo autem epilogando concludit, tot esse opposita de ipsis nunc, quæ sunt in tempore.

LECTIO XVI.

Quid temporis inquirens, quamuis ipsum, motum nō esse dicat, illud tamen sine motu non esse ratiocinatur.

ARGY. *Sed quidnam sit tempus, & quæ sit ipsius natura, similiter est obscurum. et ex his, quæ a maioribus nostris tradita sunt, et ex his quæ nuper a nobis sunt dicta. Quidam enim uniuersi motum, quidam sphæram ipsam tempus esse dixerunt. quod neutrum uerum est.*

QVid autem tempus, & quæ ipsius natura, similiter & ex traditis immanifestum est, et ex quibus attingimus aduenientes prius. Quidam enim totius quidem motum dicunt, Alij autem ipsam sphæram.

Tex.95. Tertia pars te. 93.te. Postq̄ inquisiuit an tempus sit, hic disputatiue inquirit quid sit. Et primo improbat positiones aliorū, Secundo inquirit, quomodo se habet tēpus ad motum, qui tēpori propinquissimus videtur ibi. [Qm̄ autem videtur maxime.] Circa primū duo facit. Primo ponit opiniones, Secūdo improbat eas ibi. [Quāuis circulationis.] Dicit ergo primo, q̄ quid sit tēpus, & quid sit natura eius, non potest esse manifestum ex his, quę tradita erant de tempore ab antiquioribus, neq; per aliqua, quibus attingi possit quid ipsi circa hoc determinauerint, quidam.n. dixerūt, q̄ tempus est motus cœli, quidā vero, q̄ est ipsa sphæra cœlestis. Secūdo ibi.

ARGY. *Etenim conuersionis pars, tempus est quoddam: Conuersio uero non est. Pars enim cōuersionis est id, quod sumptum est, non conuersio.*

Quamuis circulationis pars tempus quoddā est, circulatio autem non est. Pars enim circulationis est, quæ accipitur, sed non circulatio.

Secunda. 94. Improbat positas opiniones, & primo primam, secundo secundam ibi. [Totius autē sphæra.] Circa primum, ponit duas rationes. Quarū prima talis est. Si circulatio est tēpus, oportet q̄ pars circulationis, sit circulatio, quia pars temporis tempus est. sed pars circulationis non est circulatio: ergo tempus non est circulatio. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea, si plures essent cœli, motus unusquisq; similiter tempus esset. Quare plura tempora simul essent.*

Amplius autem si plures essent cœli, similiter esset tempus cuiuslibet ipsorum motus. Quare multa tempora simul.

Quæ talis est. Motus multiplicatur secundum multitudinem mobilium. si ergo plures essent Cœli, plures essent circulationes eorum. & sic, si circulatio sit tempus, sequeretur q̄ essent multa tempora simul, quod est impossibile. non enim est accipere duas partes temporis simul, nisi vna contineat aliam, vt supra dictum est. Mouebantur tamen hi ad ponendum tempus esse circulationem, quia videbant tempora circulo quodam reiterari. Deinde cum dicit.

ARGY. *Sphæram autem uniuersi, quidam ideo tempus esse putauerunt, quia & in tempore, et uniuersi sphæra sunt cūcta. Sed hoc adeo stultum est ut superuacaneum sit ea impossibilia, quæ sequuntur considerare.*

Totius autem sphæra vsia est quidem, dicētibus esse tempus: quia in tempore omnia sunt, & in totius sphæra. Est autē stultius quod dicitur, q̄ꝑ & de hoc impossibilia consyderare. Te.94.

Excludit secundam opinionem, & dicit. Quibusdam visum est q̄ sphæra cœli esset tēpus, per hoc q̄ omnia sunt in tempore, & etiam omnia sunt in sphæra totius, quia cœlū continet omnia, vnde concludere volebant, q̄ sphæra cœli esset tempus. In qua quidem ratione duplex erat defectus, quia non vniuoce dicitur esse aliquid in tempore, & in loco. Secundo quia argumentabatur in secunda figura, ex duabus affirmatiuis. Et ideo dicit, q̄ ista positio est magis stulta q̄ꝑ consyderare impossibilia, quę ad ipsam cōsequantur. Manifestum est enim, q̄ omnes partes sphæræ sunt simul, non autem temporis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum uero motus quidam, atq; mutatio quædam tempus esse maxime uideatur, id si sit consyderemus oportet. Mutatio igitur motus ue in ipso est, quod mutatur, duntaxat, aut ubi id est, quod mouetur atque mutatur. At tempus ubiq; est æque, & apud omnia.*

Qm̄ autem videt̄ maxime motus esse & mutatio quędam tempus, hoc consyderandum est. Vniuscuiusq; quidem igitur mutatio, & motus in ipso quod mouetur est solum, aut vbi fortasse est ipsum, quod mouetur & transmutatur. Tempus autem similiter, & vbiq;, & apud omnia est. Te.cō.95.

Inquirit quomodo se habet tempus ad motū. Et primo ostendit q̄ tempus non est motus, secūdo q̄ non est sine motu ibi. [At vero neq; sine motu, &c.] Circa primum ponit duas rationes ad ostendendum q̄ tempus nō sit motus aut mutatio, q̄ posset maxime videri. Primo, quia omnis motꝰ & mutatio, vel est solū in ipso transmutato, vel etiā in loco vbi est transmutatum & transmutans, quorum primū dicitur propter motum in subsitantia, et qualitate, & quātitate: secundum autē dicitur, propter motum in vbi, qui dicitur motus in loco, sed tēpus est vbiq; & apud omnia: ergo tempus non est motus. Secundam rationem ponit ibi. Secunda. 95.

Præterea mutatio quidem omnis celerior est atque tardior. at tempus non est. tardum enim & uelox tempore est definitum. Nam id quidem est uelox, quod in breui tempore magnum: id autem tardum, quod in longo paruum spatium transit. At tempus, nec ut quantū quid est, nec ut quale, tempore definitur. Tempus igitur nō esse motum satis tam patuit. At nihil impresentiarū interest utro nomine, motu an mutatione utamur. ARGY.

Amplius autē mutatio quidem omnis velocior aut tardior est. tempus autem non est. tardū enim & velox tēpore determinātur. Velox qui- Te.cō.96.

dem, quod in pauco multum mouetur. Tardū autem quod in multo paucum. tempus aūt non determinatur tēpore. neq; quò quātum aliquid est, neq; quò quale. Quòd quidem igitur nō est motus, manifestum est. Nihil autem differat nobis dicere in præsenti motum aut mutationem.

Te.cō.97.

Secūda ratio. Quæ talis est. Omnis mutatio et motus est velox aut tardus: sed tēpus non est huiusmodi: ergo tēpus non est motus vel mutatio. Mediā sic probat. Tardum et velox determinatur ex tēpore, quia velox dicitur quod mouetur per multū spatium in pauco tēpore: tardum autem quod e contrario per paucū spatium in multo tempore. sed tempus nō determinatur tempore, neq; fm suā quantitatem, neq; fm qualitatem: quia idem nō est mensura sui ipsius. ergo tempus nō est velox neq; tardū. Et, quia proposuerat q; mutatio est velox aut tarda, nō facta mentione de motu, subiūgit q; quantum ad præsens, non differt dicere motū aut mutationē. in Quinto. n. ostendetur eorum differentia. Deinde cū dicit.

ARGY. *At uero non sine mutatione tempus esse uidetur, nam, cum ipsi nihil mente mutamur, aut non animaduertimus nos esse mutatos, non uidetur nobis tempus fuisse. Quemadmodum nec hisce, quod ferunt in Sardo apud Heroas dormire, cùm fuerint experrecti. Coniungunt enim nunc ipsa, prius, inquam, atq; posterius, unumq; faciunt: medium ob sensus occupationem, tempus excipientes. Vt igitur si non aliud atque aliud, sed unum idemq; nunc esset, tempus sanè non esset. sic & cum lateat aliud atque aliud esse, medium ipsum non esse tempus uidetur. Quòd si tunc sit, ut tempus esse non arbitremur, cùm nullam definimus mutationem, sed in uno atq; indiuisibili anima manere uidetur: cùm uero senserimus definierimusq; mutationem tunc tempus fuisse dicimus, patet profecto sine motu mutatione ue tempus non esse. Quæ, cùm ita sint, patet, tēpus nec motum esse, nec esse etiam absq; motu.*

At vero, neq; sine motu tempus est. cùm. n. nihil ipsi mutamur fm intelligētiam, aut latet nos mutari, nō videtur nobis fieri tempus, sicut neq; his, qui in Sardo fabulantur dormire apud Heroas, cùm expergiscuntur. Copulant. n. primum Nunc posteriori Nunc, & vnū faciunt remouentes propter insensibilitatē medium. Vt igitur si nō esset alterū nunc, sed idem et vnum non esset tempus, sic & quando latet alterum esse nō videtur quod medium est esse tempus. Si igitur opinari non esse tēpus, tunc accidit nobis, cùm non definimus nec vnā mutationem, sed in vno indiuisibili videtur anima manere: cùm autem sentimus & determinamus, tunc dicimus fieri tēpus. manifestum est, q; non est sine motu neq; mutatione tempus. Quòd igitur neq; motus, neq; sine motu tempus est, manifestum est.

Te.cō.98.

Ostendit q; tempus non est sine motu: quia, qñ homines non mutantur fm suam apprehensionē, aut, si mutantur, tñ latet eos, tunc nō videtur eis, q; pertrāseat aliquod tempus. Sicut patet in ijs, qui in Sardo, quæ est ciuitas Asiæ, dicūtur fabulose dormire apud Heroas, i. apud Deos. Animas. n. bonorum & magnorū Heroas vocabant, & quasi Deos vocabant, vt Herculis, Bacchi & similium. Per incantationes. n. aliquas aliqui insensibiles reddebātur, quos dicebāt dormire apud Heroas: quia excitati quędā miracula se vidisse dicebant, & futura quędā prænunciabant. Tales autē redeuntes non percipiebāt tempus, quod præterierat, dum ipsi sic absorpti erant. quia illud instans primū, in quo dormire cęperant, copulabāt posteriori nūc, in quo excitabantur aesse essent vnum. medium. n. tēpus non percipiebant. Sicut igitur, si nō esset aliud & aliud nunc, sed idem & vnum, nō esset tempus medium, sic & qñ latet diuersitas duorum nūc, non uidetur tēpus esse mediū. Si ergo tunc accidit non opinari tempus, cum non percipimus aliquam mutationem, sed homini videtur q; sit in vno indiuisibili nunc: tunc aūt percipimus fieri tempus, qñ sentimus & determinamus. i. numeramus motum aut mutationē: manifeste sequitur, q; tempus nō sit sine motu, neq; sine mutatione. Vltimo ergo concludit q; tempus non sit motus, nec sit sine motu.

LECTIO XVII.

Tempus, cum aliquid motus esse definietit, quid nam sit eius latius manifestat.

ARGY. *Quoniam autem quidnam sit tempus quærimus, sumamus oportet hinc ordientes quidnam ipsius sit motus. nam simul motum tempusq; sentimus. Etenim, si tenebræ sint, et nihil per corpus afficiamur, motus autem insint in anima, continuò sanè quoddam etiam simul fuisse tempus uidetur. At, cum tempus etiam quoddam uidetur nobis fuisse, simul tunc & motus fuisse quidam uidetur. Quibus efficitur, ut tempus aut motus sit, aut aliquid motus: cū igitur motus non sit, nec esse est ipsum aliquid motus esse.*

Accipiendum autē, quoniā quærimus quid sit tempus, hinc incipientibus, quidnā ipsius motus est. simul enim motum sentimus & tempus. Et nanq; si sint tenebrę, & nihil per corpus patiamur: motus autē aliquis in anima fiat, subito simul videtur fieri quodammodo tēpus. At vero & cum tēpus videtur fuisse aliquod, simul & motus aliquis fuisse videt. Quare, aut motus, aut aliquid motus est tēpus: qm autem non est motus. necesse est motus aliquid esse ipsum.

Postęq; Philosophus disputatiue inquisiuit de tempore, hic incipit determinare veritatē. Et primo determinat veritatem de Tempore, Secundo mouet quasdā dubitationes circa veritatem determinatam, & soluit eas ibi. [Dignum autem.] Circa primū duo facit. Primo determinat de tempore secundum se, Secundo per comparationem ad ea, quæ tempore mensurantur ibi. [Qm autem est tempus, &c.] Circa primum tria facit. Primo manifestat quid sit tēpus, Secundo quid sit nunc tēporis ibi. [Et sicut motus semper, &c.] Tertio ex definitione motus assignata assignat rationes eorum, quæ dicuntur de tēpore ibi. [Quod quidem igitur tēpus, &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit temporis definitionē, Secundo manifestat eā ibi. [Signum autem.] Prima pars diuiditur in tres particulas, secundū tres partes definitionis temporis, quas inuestigat. Secunda pars incipit ibi. [Qm autem quod mouetur, &c.] Tertia ibi. [Determinamus autem, &c.] Primo ergo inuestigat hanc particulam, q; tēpus est aliquid motus. vnde dicit, q; quia inquirimus quid sit tempus, hinc incipiendum est, vt accipiamus quid motus sit tempus. Et q; tēpus sit aliquid motus, per hoc manifestum est, q; simul sentimus motū & tempus. Contingit enim quandoq; q; percipimus fluxum temporis, quamuis nullum motum particularem sensibilē sentiamus. vtpote, si simus in tenebris, & sic visu nō sentimus motum alicuius corporis exterioris. et, si nos non patiamur aliquam alterationē in corporibus nostris ab aliquo exteriori agente, nullum motum corporis sentiemus, & tamē, si fiet aliquis motus in anima nostra, puta secundū successionem cogitationū & imaginationum, subito videtur nobis q; fiat aliquod tēpus. & sic percipiendo quēcunq; motum percipimus tempus. & similiter e contra, cum percipimus tempus, simul percipimus motum. vnde, cum non sit ipse motus, vt probatum est, relinquitur q; sit aliquid motus.

Te.130. Te.114. te.105. Te.108. Te.102. Te.99. Secūda.101.

Habet

Obiectio. Habet autem dubitationē quod hic dicitur de perceptione temporis & motus. si. n. tempus consequatur aliquē motum sensibilem extra animā existentem, sequitur, q; qui nō sentit illum motum non sentiat tempus, cuius contrarium hic dicitur. si autem consequatur motum animæ, sequitur, q; res nō comparentur ad tempus nisi mediante anima, & sic tempus erit non res naturę, sed intentio animę ad modū intentionis generis et speciei. Si aūt consequatur vniuersaliter omnem motū, sequitur q; quot sunt motus, tot sint tēpora, quod est impossibile: quia duo tempora non sunt simul, vt supra habitū est. Ad huius igitur euidentiā sciendū est, q; est vnus primus motus, qui est causa omnis alterius motus, Vnde quæcūq; sunt in esse trāsmutabili habent hoc ex illo primo motu, qui est motus primi mobilis. Quicūq; autem percipit quemcunq; motum, siue in rebus sensibilibus existentem, siue in anima, percipit esse transmutabile, & per cōsequens percipit primum motum, quem sequitur tempus. Vnde quicunq; percipit quemcunq; motum, percipit tempus: licet tempus non consequatur nisi vnum primum motum, a quo omnes alij causantur & mensurantur. & sic remanet tantum vnum tempus. Secundo ibi.

Quo nā modo tēpus motus cōsequat.

Tēpus primū tantum motū consequitur.

ARGY. *Cùm autem id, quod mouetur ex quodam in quoddam proficiscatur: magnitudoq; omnis continua sit: motus profecto magnitudinē sequitur. Quia nanq; magnitudo continua est: ideo & motus continuus est. at quia motus continuus est, et tempus continuū est. Quantus enim est motus, tantum & tempus semper fuisse uidetur.*

Te.cō.99. Qm autem quod mouetur, mouetur ex quodam in quiddam, & omnis magnitudo cōtinua est, sequitur magnitudinem motus. Propter id enim q; magnitudo continua est, & motus continuus erit: quia vero motus, & tempus. Quātus enim motus est, tantum & tempus videtur fieri.

Inuestigat secundā particulam positā in definitione temporis. Supposito. n. q; tēpus sit aliquid motus, consequēs. s. ipsum, restat inuestigandum, fm quid tempus cōsequatur motū, quia fm prius & posterius. Circa hoc ergo tria facit. Primo ostendit quomodo in motu inueniat prius & posterius, Secūdo quomodo prius & posterius se habeat ad motum ibi. [Est aūt prius & posterius.] Tertio q; tēpus sequitur motū secundum prius, & posterius ibi. [At vero & tēpus.] Circa primū duo facit. Primo ostendit q; continuitas est in tēpore ex motu & magnitudine, Secūdo, q; etiā prius & posterius ibi. [Prius autē & posterius.] Dicit ergo primo, q; omne, quod mouetur, mouetur ex quodā in quiddā: sed inter alios motus, primus est motº localis, qui est a loco in locum fm aliquā magnitudinem. Primum autē motum consequitur tēpus. & ideo ad inuestigandū de tēpore, oportet accipere motum fm locum. quia ergo motus fm locum est fm magnitudinē ex quodā in quiddā: & omnis magnitudo est cōtinua, oportet q; motus consequatur magnitudinem in cōtinuitate, vt quia magnitudo cōtinua est, & motus cōtinuus est, & per cōsequens tempus etiā continuum est, quia quātus est motus primus, tantū fieri tempus videtur. non autē tempus mensuratur secundū quantitatem cuiuscunq; motus, quia tardus mouetur secundū paucum spatium in multo tempore, velox autem econuerso: sed solum quantitatem primi motus sequitur tempus. Secundo ibi.

Tertia.99. Tex.100. Infra.

ARGY. *Atqui prius & posterius in loco est primo, atq; positione. Cùm uero in magnitudine sit, in motu quoq; similitudine rationis prius esse posterius ue necesse est. At uero prius atque posterius in tempore etiam est, ex eo sanè, quia semper alterum ipsorum alterum sequitur.*

Prius aūt & posterius in loco primū sunt. hęc aūt positione sunt determinata. Qm autē in magnitudine prius et posterius est, necesse est i motu prius & posteriº esse proportionaliter ijs, quę sunt ibi. At vero & in tpe est prius & posterius propter id, qa sequiī semp alterū, alterū ipsorū.

Ostendit etiā, q; idē ordo cōsyderatur in priori & posteriori. & dicit, q; prius & posterius sunt prius in loco siue in magnitudine. et hoc ideo quia magnitudo est quātitas positionē habens, de ratione aūt positionis est prius & posterius. vnde ex ipsa positione locus habet prius & posterius. Et, quia in magnitudine est priº & posteriº, necesse est, q; in motu sit prius & posterius proportionaliter his [quæ sunt ibi]. s. in magnitudine, & in loco. & per consequens etiā in tēpore est prius et posterius: qa motus et tēpus ita se habēt, q; semper alterū eorum sequitur ad alterū. Deinde cū dicit.

ARGY. *Prius autem in motu posteriusue, subiecto quidem est motus, ipso autem esse diuersum est, & non est motus.*

Est autem prius & posterius ipsorum in motu. id quidem quod est, motus est: tamen esse ipsius alterum est, & non est motus.

Ostendit quomodo prius et posterius se habēt ad motū. & dicit, q; prius & posterius ipsorum, s. temporis & motus, quantum ad id, quod est, motus est: tū secundum rationem est alterū a motu, et non est motus. De ratione. n. motus est, q; sit actus existentis in potentia: sed q; in motu sit prius & posterius, hoc contingit motui ex ordine partium magnitudinis. Sic igitur prius & posterius sunt idem subiecto cū motu, sed differunt ratione. Vnde restat inquirendum, cum tempus sequatur motum, sicut supra ostensum est, vtrum sequatur ipsum inquantum est motus, an inquantum habet prius & posterius. Deinde cum dicit.

ARGY. *At qui tempus quoq; cognoscimus, cum motum definimus, priore posterioreue definientes. Atq; tunc fuisse dicimus tempus, cùm prius in motu posteriusue senserimus.*

Te.cō.100. At uero & tempus cognoscimus, cum definimus motum, prius & posterius determinantes: & tunc dicimus fieri tempus, quando prioris & posterioris in motu sensum percipimus.

Ostendit q; tempus sequatur motum ratione prioris & posterioris. Propter hoc. n. est ostensum q; tempus sequitur motum: quia simul cognoscimus tempus & motum. fm illud ergo tempus sequitur motū, quo cognito in motu cognoscitur tempus: sed tūc cognoscimus tempus, cum distinguimus determinando prius & posterius, & tunc dicimus fieri tempus, quando accipimus sensum prioris & posterioris in motu. Relinquitur ergo q; tempus sequitur motº fm prius & posterius. Deinde cum dicit.

ARGY. *Hoc autem ipso definimus, quod aliud atq; aliud ipsa, aliud quid inter ipsa medium esse existimamus. Nā, cum extrema alia, medio intelligimus esse, et animus ipsa, nunc duo dicit, alterū prius, alterum posterius, tūc & hoc ipsum tēpus dicimus esse. Quod. n. ipso nunc definitur, id tempus esse uidetur, et supponitur. Cum igitur ipsum nūc, ut unum sentimus, et nō aut ut prius in motu posteriusue, aut ut idē quidem, nō autem prioris cuiusdam, posteriorisue, tempus tunc nullū fuisse uidetur: quoniā neq; motus. Sed, cū prius sentimus atq; posterius, tunc & tēpus dicimus esse. hoc. n. est Tēpus, numerus motus per ipsum prius posteriusue. Nō ergo tempus est motus, sed ut motus ipse numerum habet.*

Determinamus autem in accipiendo aliud et aliud ipsum, et medium ipsorū alterum. Cùm n. altera extrema mediį itelligimus et duo dicat anima ipsa nunc, hoc quidē prius, illud vero posterius, tunc & hoc dicimus esse tēpus. Determinatum. n. ipso nūc tēpus esse videtur & supponat. Quādo igitur tanq; vnum ipsum nūc sentimus, Te.cō.101.

& non sit sicut prius et posterius in motu, aut vt idem quidē, non autem prioris & posterioris alicuius, non videtur tempus fieri vllū nec motus. Cū autē prius & posterius est, tūc dicimus tēpus. hoc enim est Tempus, numerus motus fm prius & posterius. Non ergo motus tempus est, sed secundum cp numerum habet motus.

Definitio temporis.

Ostendit quod motus tēpus sit, quia numerus motus. & hoc etiā ostendit eodem medio, s. per cognitionē temporis ex motu. Manifestū est. n. cp tunc esse tēpus determinamus, cum accipimus in motu aliud & aliud, & accipimus aliqd medium inter ea. Cum. n. intelligimus extrema diuersa alicuius medij, & anima dicat, illa esse duo nūc, hoc prius, illud posterius, quasi numerādo prius & posterius in motu, tunc hoc dicimus esse tēpus. Tēpus. n. determinari videtur ipso nūc. & hoc supponat ad presens, quia postea erit magis manifestum. Qū igitur sentimus vnū nunc, & nō discernimus in motu prius & posterius: accipimus idē nunc non vt finē prioris, & principiū posterioris non videtur fieri tempus: quia neq; est motus. sed, cum accipimus prius & posterius, & numeramus ea, tūc dicimus fieri tēpus, & hoc ideo, quia tēpus nihil aliud est, q̄; numerus motus fm prius & posterius. tēpus. n. percipimus, vt dictū est, cū numeramus prius & posterius in motu. Manifestū est ergo, cp tēpus nō est motus, sed sequit motū fm cp numerat. Vnde est numerus motus. Siquis aūt obijciat cōtra prædictā definitionē, cp prius & posterius tēpore determinant, & sic definitio est circularis. Dicendū est cp prius & posterius ponunt in definitiōe tēporis, fm cp causant in motu ex magnitudine, et nō fm cp mensurantur ex tēpore. & ideo supra Arist. ostēdit, cp prius & posterius pri⁹ sunt in magnitudine q̄; in motu, & in motu q̄; in tēpore, vt hgc obiectio excludat. Deinde cū dicit,

Obiectio Galeni. Responsio

ARGY. *Id ita esse hoc indicat signum. nam plus quidem et minus numero, plurem uero minoremue motum, tempore solemus discernere. Tempus ergo numerus quidam est.*

Te. cō. 101.

Signum est autē. plus. n. & minus iudicamus numero: motū autem plurem & minorem tempore: Numerus itaq; quidam tempus est.

Manifestat prædictam definitionē dupliciter. Primo quidem quodam signo. Id enim, quo aliquid iudicamus plus & minus, est numerus eius: sed motum iudicamus plurē & minorem tēpore: tempus igitur est numerus. Secundo ibi.

ARGY. *Cum uero duplex sit numerus: (nam & id, quod numeratur, ac numerabile, et id, quo numeramus numerum dicimus:) id quod numeratur, non id quo numeramus, est tempus. Sunt autem id, quo numeramus, & id, quod numeratur, non eadem, sed diuersa.*

Qm̄ autem numerus est dupliciter: (& nanq; quod numeratur, et numerabile numerum dicimus: & quo numeramus:) tēpus autē est, quod numeratur, & non quo numeramus. est autem alterum quo numeramus, & quod numeratur.

Manifestat quod dictum est per distinctionē numeri. & dicit, cp numerus dicitur dupliciter. Vno modo id, quod numeratur actu, vel quod est numerabile, vtpote cū dicimus decem homines vel decē equos, qui dicitur numer⁹ numeratus: qa est numerus applicatus rebus numeratis. Alio modo dicitur numerus quo numeramus, i. ipse numerus absolute acceptus, vt duo, tria, quatuor. Tempus autē nō est numerus, quo numeramus: quia sic sequeretur, cp numerus cuiuslibet rei esset tēpus: sed est numer⁹ numeratus, quia ipse numerus prioris & posterioris in motu tempus dicitur: uel etiā ipsa, quę sunt prius & poster⁹ nūerata. & ideo, licet numerus sit quātitas discreta, tēpus tū est quantitas cōtinua, propter rē numeratā, sicut decē mensuræ panni quoddam cōtinuū est: quāuis denarius numerus, sit quātitas discreta.

LECTIO XVIII.

Quo pacto nunc ipsum idem, vel non idem sit in toto tempore, quomodo item Tempus respiciat, continuet vel distinguat exactissima redditur ratio.

ARGY. *Atq; ut motus alius est, atq; alius est, sic & tempus. Tempus autem omne, quod est simul, est idē. Nam ipsum nunc idem est subiecto: esse autem ipsius, diuersum est.*

ET sicut motus semper alius est & alius. sic et tempus. Quod aūt simul omne tempus, idē est. Ipsum enim nunc idem est, secundū id, quod est: esse autē ipsi alterum est. Ipsum autem nunc Tempus mensurat fm cp prius & posterius est.

Te. cō. 103.
Te. cō. 104.

Posteq̄ Philosophus ostendit quid est tēpus, hic determinat de Nunc. et primo ostēdit vtrum sit idem Nunc in toto tēpore vel aliud et aliud: quod supra in dubitatione positū fuit, Secūdo ex hoc vlterius assignat rationem eorum, quæ dicuntur de Nunc ibi. [Manifestum autem est, & cætera.]

Te. cō. 105.

Circa primū tria facit. Primo ponit, cp nūc quodammodo est idem, & quodammodo non est idem. Secundo exponit quod dixerat ibi. [Ipsum autem nunc.] Tertio probat ibi. [Sequitur. n. sicut dictū est.] Dicit ergo primo, cp, cum tempus sit numerus motus, sicut partes motus sunt semper aliæ & aliæ, ita & partes tēporis. sed illud, quod simul existit de toto tempore, est idem, s. ipsum nunc. Quod quidem secundum id, quod est, idem est, sed ratione est alterum, secūdum quod est prius & posterius. & sic Nunc mensurat tempus non fm cp est idem subiecto, sed fm cp ratione est alterum et alterum, & prius & posterius. Secundo ibi.

10. cō. 104. Secūda. 104.

ARGY. *Atq; tum est idem, tum non est idem. Nam ut est quidem in alio atque alio, differt. Atq; hoc pacto, est ipsum nunc. subiecto uero, est idem.*

Ipsum autē nunc, est quidē sicut idē, est vero sicut non idē. Secundum quidem. n. cp in alio & alio, alterū est. (Hoc vero erat ipsi nūc.) in quantum autē quodcunq; ens est, ipsum Nūc idē est.

Exponit quod dixerat. & dicit, cp ipsum Nūc, quodammodo semper est idē, & quodāmodo non idem. inquātum enim semper cōsyderatur vt aliud & aliud fm successionē temporis & motus, sic est alterum, & nō idem: sed secundū cp cōsyderatur in se, sic est idem. & hoc est quod supra dixi mus, cp ipsi est esse alterum. Nam hoc est esse ipsi nūc, id est secundum hoc accipitur ratio ipsius, vt consyderatur in decursu temporis & motus: sed inquantum ipsum nunc est quoddam ens, sic est idem subiecto. Tertio ibi.

ARGY. *Etenim motus magnitudinem sequitur, et tempus motum, ut diximus: Quo fit, ut & id, quod fertur, quo motū, et prius in ipso, posteriusue cognoscimus, punctū sequatur. Hoc igitur subiecto quidem est idem (est. n. aut punctum, aut lapis, aut aliquid aliud tale) Ratione uero diuersum, perinde atq; Sophistæ. Coriscum in lycio Coriscū in foro esse, sumunt esse diuersa: & hoc igitur ut alibi est atque alibi, est diuersum. At ipsum nunc sequitur id, quod fertur, perinde atq; tēpus sequitur motum. Ipso nanq; quod fertur, prius in motu, posteriusue cognoscimus. Prius uero posteriusue ut numerabile est, ipsum profecto est nūc. Quare et hoc ipsum subiecto quidem est idem. Est. n. prius aut posterius quod est in motu. Ipso autem esse diuersum est. prius nanq; posteriusue ut numerabile est, ipsum est Nunc.*

Sequitur. n, sicut dictum est, magnitudinem motus: hūc autem tēpus, sicut diximus. & similiter igitur punctū id, quod fertur, quo motum cognoscimus, & prius i ipso et posterius. hoc quà quidē quodcunq; ens est, idem est, punctum. n.

aut

aut lapis, aut aliquid aliud huiusmodi est: ratiōe autem aliud est. sicut Sophistę accipiūt alterum, Coriscum in theatro esse, & Coriscum in foro. et hoc igitur in eo quod alibi & alibi, est alterum. Id autem, quod fertur, sequitur ipsum nūc, sicut tempus motum. Eo enim quod fertur cognoscimus prius & posterius in motu. Secundum autem quod numerabile, prius & posterius ipsum nunc est. Quare & in his, quod quidē ens nunc est, idem est. prius. n. & posterius est, quod in motu: ipsum autem esse alterum. Secūdum. n. cp numerabile est prius & posterius, ipsum nunc est.

Probat quod dixerat. Et primo probat, cp Nūc est idem subiecto, sed alterum & alterum ratione, Secundo, cp ipsum Nunc mensuret tempus ibi. [Et notum autem maxime.]

Infra.

Dicit ergo primo, cp, sicut supra dictū est, motus quantum ad continuitatē, & prius & posterius, sequitur magnitudinem, & tēpus motum, sicut dictum est. Imaginemur igitur secundum Geometras, cp punctus motus faciat lineā, similiter oportebit aliquid esse idē in tēpore, sicut est aliquid in motu. Si autem punctū motum suo motu faciat lineam, ipsum punctum, quod fertur, est quo cognoscimus motum, et prius & posterius in ipso. Non. n. motus percipitur nisi ex hoc, cp mobile aliter & aliter se habet. & secundū id, quod pertinet ad præcedentem dispositionē mobilis, iudicamus prius in motu: secundum autē id, quod pertinet ad sequentem dispositionem mobilis, iudicamus posterius in motu. Hoc ergo quod mouetur, quo motū cognoscimus, & discernimus prius & posterius in ipso, siue sit pūctū, siue sit lapis, siue quodcūq; aliud: ex ea parte, qua est quoddā ens, quodcunq; sit, est idem, s. subiecto, sed ratione est alterum: & hoc modo Sophistæ utūtur altero, cum dicunt, Coriscum alterū esse in theatro, & in foro, sic arguentes secundum sophisma accidētis. Esse in foro est aliud ab eo, quod est ī theatro: sed Coriscus est nunc in foro, nunc in theatro: ergo est alius a se. Sic igitur patet, cp id, quod mouetur, est alterum secundum rationem, in eo quod est alibi & alibi: licet sit idē, subiecto, sed sicut tēpus sequitur ad motum, ita ipsum nūc sequitur ad id, quod fertur, & hoc probat: quia per mobile cognoscimus prius & posterius in motu. cum. n. inuenimus mobile in aliqua parte magnitudinis, per quā mouetur, iudicam⁹ cp motus, qui fuit per vnā partem magnitudinis prius prēterīt, & per aliam partem magnitudinis posterius sequit. & similiter in numeratione motus, quæ fit per tempus, id quod distinguit prius et posterius temporis, est ipsum nūc, quod est terminus prēteriti, et principium futuri. Sic igitur nunc se habet ad tēpus, sicut mobile ad motum. ergo secundum commutatam proportionē, sicut tempus ad motum, ita & nunc ad mobile. Vnde, si mobile in toto motu est idē subiecto, sed differat ratione, oportebit ita esse, & in nunc, quòd sit idem subiecto, et aliud & aliud ratione: quia illud, quo discernitur in motu prius & posterius, est idem subiecto, sed alterū ratione, scilicet mobile: & id, secundum quod numeratur prius & posterius in tempore, est ipsum nunc. Ex hac autem consyderatione defacili potest accipi intellectus æternitatis. Ipsum enim nunc inquantum respondet mobili se habenti aliter & aliter, discernit prius & posterius in tempore, & suo fluxu tempus facit, sicut punctus lineam. Sublata igitur alia & alia dispositione a mobili, remanet substantia semper eodem modo se habens. Vnde intelligitur nunc, vt semper stans, & non vt fluens: nec habens prius & posterius. Sicut igitur nunc temporis intelligitur, vt numerus mobilis, ita nunc æternitatis intelligitur vt numerus, vel potius vt vnitas rei, semper eodem modo se habentis. Secundo ibi.

Aeternitatis intellectus.

ARGY. *Est etiam hoc maxime notum. Nam & motio ob id, quod mouetur, et latio ob id, quod fertur, est nota. Est enim hoc aliquid id quod fertur, motus uero, non est. Est igitur, tum idem id, quod nunc dicitur semper, tum nō idem, quippe cum, & id quod fertur, tales subeat modos.*

Et notum maxime hoc est. Etenim motus est propter id, quod mouetur: & loci mutatio propter id, quod fertur: hoc aliquid enim est quod fertur, motus autem, non. Est igitur sicut idē ipsum, quod nunc dicitur, semper: est autem sicut non idem. & nanq; est similiter, quod fertur.

Ostendit vnde habeat mensurare nunc tempus. & dicit, cp hoc ideo est: quia id, quod est maxime notum in tempore nunc est. & vnumquodq; mēsuratur per id, quod est maxime notum sui generis, vt dicitur in. 10. Metaphy. & hoc etiam ostēdit ex habitudine motus ad mobile. quia motus cognoscitur per id, quod mouetur: & loci mutatio per id, quod localiter fertur, quasi minus notum per magis notū. quod ideo est, quia id, quod mouetur. [est hoc aliquid.] id est, res quædam per se stans. quod non conuenit motui. vnde mobile est notius motu, & per mobile cognoscitur motus. & similiter tempus per ipsum nunc. & sic concludit cōclusionem principaliter intentam, cp id, quod dicitur nūc, semper est idem quodammodo, & quodammodo non: quia similiter est de mobili, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Lectio. 2. in principio.

ARGY. *Patet etiam nunc ipsum non esse, si tempus non sit, & tempus non esse, si non sit ipsum nunc. Nam ut simul sunt id quod fertur, & latio, sic & numerus eius quod fertur, et numerus ipsius etiam lationis sunt simul. Est enim tempus quidem numerus lationis. Ipsum autē nunc eius quod fertur, perinde atque unitas numeri.*

Manifestum est autem, cp, nisi tempus sit, ipsum nunc non erit: &, si ipsum nunc non erit, tē pus non erit. Sicut enim simul sunt, quod fertur, & loci mutatio, sic et numerus, qui est eius quod fertur, & qui est loci mutationis. Tempus enim est loci mutationis numerus: ipsum autem nunc est, vt quod fertur, vt vnitas numeri.

Te. cō. 103.

Assignat rationem eorū, quę dicuntur de Nūc. & primo eius, quod dicitur, cp nihil est temporis nisi nunc, secundo eius quod dicitur, cp nunc diuidit & continuat tēporis partes ibi. [Et continuū autem.] Tertio eius quod dicitur, cp nunc non sit pars tēporis ibi. [Et adhuc manifestum.] Dicit ergo primo, manifestum esse cp, si non sit tempus, nō erit nunc: & si non erit nunc, non erit tempus. & hoc ex habitudine motus ad mobile. Sicut enim loci muratio, & id, quod fertur, sunt simul, sic & numerus eius quod fertur, simul est cum numero localis motus: sed tēpus est numerus loci mutationis, ipsum autē nunc cōparatur ad id, quod fertur, non quidem sicut numerus (quia nunc indiuisibile est) sed sicut vnitas numeri. relinquitur igitur, cp tempus & nunc non sunt sine inuicem. Attendendum est autem, cp tempus semper cōparatur loci mutationi, qui est primus motuum. tempus. n. est numerus primi motus, vt dictū est. Secundo ibi.

Infra. Te. cō. 107.

Nota.

ARGY. *Est præterea tempus ipso nunc continuum, atq; diuisum. Hoc enim ad lationem, & ad id, quod fertur, accommodatur. Nam motus ac latio una est, ipso sane, quod fertur, propterea quòd unum est, & non subiecto (sic enim intercapedines esse possunt) sed ratione. Distinguit etiam hoc priorem posteriorēmq; motum.*

Et continuum tēpus est ipsi nūc: & diuiditur secundū ipsum nūc. Sequitur. n. hoc ad loci mutationē, & ad id, quod ferī. Motus. n. & loci mutatio vna est ab eo quod fertur: quia vnū & non quodcunq; ens (etenim deficeret) sed ratione. & nāq; determinat priorē & posteriorē motū hoc.

Infra.

Assignat rationẽ eius quod dicitur, ꝙ tempus continuatur, & diuiditur secundũ nunc. Et primo ex parte motus et mobilis. Secundo ex parte lineæ & pũcti ibi. [Sequitur autem & hoc.] Dicit ergo primo, ꝙ iam ex dictis patet, ꝙ tẽpus est continuum ipsũ nũc, i. continuatur per ipsum, & diuiditur per ipsum. Et hoc etiã consequẽs est ad id, quod inuenitur in loci mutatione, cuius numerus est tẽpus: & in eo quod fertur secundum locum, cui respondet ipsum nunc. Manifestum est. n. ꝙ omnis motus habet vnitatem ab eo, quod mouetur: quia. s. id quod mouetur est vnum & idem mobilis. Secundo ex parte motus: et nõ est indifferenter id, quod mouetur vno motu manente, quodcunq; ens, sed illud idem ens, quod prius incepit moueri: quia, si esset aliud ens, quod postea moueretur, deficeret primus motus: & esset alius motꝰ alterius mobilis. Et sic patet, ꝙ mobile dat vnitatẽ motui, quæ est eius continuitas. Sed verum est, ꝙ mobile est aliud & aliud secundum rationem, & per hunc modum distinguit priorem & posteriorem partem motus: quia secũdum ꝙ consyderatur in vna ratione vel dispositione, cognoscit, ꝙ quæcunq; dispositio fuit in mobili ante illam assignatã, pertinebat ad priorem partem motus, quæcunque autem post hanc erit, pertinebit ad posteriorem. Sic ergo mobile, & continuat motum, & distinguit ipsum. & eodem modo se habet nunc, ad tempus. Secundo ibi.

ARGY. *Atq; hoc etiam accommodatur quodammodo pũcto. etenim punctum et continuat longitudinem, et distinguit: nam huius principium est, illius finis. Verum, cum hoc puncto quispiam ipsum sumit, ut ipso tãquam duobus utatur, tunc sistitur necesse est, si punctum idem principium erit ac finis. Ipsum autem nũc, quia id, quod fertur mouetur, aliud est atq; aliud semper. Quare tempus est numerus, non hoc sanè, quod nunc ipsum perinde atq; punctum idem principium sumitur, atq; finis, ob id porro quod antea diximus. tunc. n. erit usus medy puncti tãquam duorũ. Quare fiet, ut stetur. Sed hoc potius, quòd eã in hoc ipsa nũc subeat rationem, quam extrema lineæ in eadem. atq; nõ ut partes.*

Sequitur autẽ & hoc quodammodo ad punctum. & punctum. n. continuat longitudinem, & determinat. est. n. huius quidem principium, illius autem finis. Sed, cùm sic quidem accipiat aliquis, tanq; duobus vtẽs vno, necesse est stare, si principiũ & finis idem punctũ erit. Ipsum autem nunc, propter id, ꝙ mouetur quod fert, semper alterũ est. Quare tempus numerus est, nõ sicut eiusdem pũcti, quia est & principiũ & finis, sed sicut vltima eiusdẽ magis, & nõ licut partes, & propter quod dictum est. medio enim pũcto, tanquã duobus vtetur. Quare quiescere accidet.

Te.cõ.106.

Assignat eiusdem rationẽ ex parte lineæ & puncti. & dicit, ꝙ hoc quod dictũ est de tempore & Nunc, consequitur quodãmodo ad id, quod inuenitur in linea et puncto. quia punctum continuat lineã, & distinguit ipsam, inquantum est principiũ vnius partis & finis alterius. Sed tñ differẽter se habet in linea, & puncto, & tẽpore, et nunc. quia punctũ est quoddã stans, & linea similiter: vnde potest homo accipere idem punctũ bis, et vti eo vt duobus, vt. s. principio et fine. & cũ sic vtimur puncto vt duobus, accidit quies, sicut patet in motu reflexo, in quo id, quod erat finis primi motus, est principiũ secundi motus reflexi. Et propter hoc probatur infra in Octauo, ꝙ motus reflexus, nõ est continuus, sed intercidit quies media, sed ipsum nũc non est stans, propter id, quod respõdet mobili, quod semper fertur durante motu. & propter hoc, oportet nũc esse semper alterum et alterum secundũ rationem, vt supra dictum est. Et ideo, cum tempus sit numerus motus, nõ hoc modo numerat motũ, ꝙ aliquid idem tẽporis accipiatur, vt principium vnius, et finis alterius: sed magis numerat motũ accipiendo duo vltima tẽporis, s. duo nunc, quę tñ nõ sunt partes eius. Et quare cõpetat iste modus numerandi in tẽpore magis ꝙ alius, quo per punctum numerantur partes, inquantũ est principium & finis, ratio est, quæ dicta est. quia secundum hunc modũ vtitur aliquis puncto, vt duobus: & sic accidit quies media, quæ non potest esse in tempore & motu. Non tamẽ intelligendum est per id quod dicitur, ꝙ idem nunc nõ sit principium futuri & finis præteriti: sed ꝙ non percipimus tempus numerando motum per vnum nũc, sed magis per duo, vt dictum est: quia sequeretur, ꝙ in numeratione motus idem nunc sumeretur bis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet. n. neq; nunc ipsum tẽporis esse partem, neq; diuisionem motus. Quemadmodũ neq; puncta sunt lineæ partes, sed duæ lineæ semper. Ipsum igitur nũc, ut est quidem finis tẽpus non est, sed accidit. ut autẽ numerat numerus est. Nã fines quidẽ illius sunt solũ, cuius sunt fines. Numerus autem horũ equorum, denarius inquàm, et alibi etiam est.*

Te.cõ.107.

Et adhuc manifestũ, ꝙ nulla pars ipsum nunc tẽporis est, neq; diuisio motus, sicut neq; puncta lineæ. lineæ enim duæ partes vnius sunt. Secundum quidem igitur, ꝙ est terminus, ipsum nunc non est tempus, sed accidit, secũdum vero ꝙ numerat, numerus. Termini quidem enim illius solum sunt, cuius sunt termini. Numerus autẽ qui est horum equorum decem, alibi & alibi est.

Assignat rationẽ eius quod dicitur, ꝙ nunc, non est pars temporis, & dicit. Manifestum esse, ꝙ nunc non est pars tẽporis, sicut neq; id, per quod distinguit motus, non est pars motus, s. aliqua diuisio signata in mobili, sicut etiã nec puncta sunt partes lineæ, duæ. n. lineæ sunt partes vnius lineæ. Manifestat autẽ proprietates ipsius temporis ex motu & linea. quia, sicut dictũ est supra, motus est continuus propter magnitudinem: & tẽpus propter motũ. Concludit ergo finaliter, ꝙ ipsum nunc, secundum ꝙ est terminus quidam, non est tempus, sed accidit ipsi, vt terminus terminato: sed secundum quòd tempus numerat alia, sic etiam nunc est numerus aliorum quàm temporis. Et huius ratio est, quia terminus non est nisi eius cuius est terminus: sed numerus potest esse diuersorum, sicut numerus decem equorum, numerus est & aliarum rerum. Sic igitur nunc non est terminus solius temporis, sed est numerus omnium mobilium, quæ mouentur in tempore.

LECTIO XIX.

Quis nam numerus motus tempus sit, nonnullorum etiam de ipso dictorum rationes redduntur.

ARGY. *Patet igitur tempus numerum esse motus per prius posteriusue, et continuum etiam esse, cum sit continui numerus uti diximus. Numerus autẽ minimus absolutus quidem est dualitas, inquàm, ipsa: quidam autem partim est, partim non est. ueluti lineæ multitudine quidem, minimus est, duæ inquàm lineæ, aut una, magnitudine autem esse non potest. omnis nanque linea diuiditur semper. Quare similiter & tempus. numero quidem minimum unum uel duo, magnitudine uero non est.*

Te.cõ.108.

Vod quidem igitur tempus numerus motus secundum prius & posterius sit, & continuum (continui nanque) manifestum est. Minimus autem numerus, quidam simpliciter quidem est, vt dualitas est: quidam autem numerus est, qui est quidem sic, est autem tanquàm non sic. vt lineæ minimum multitudine quidem est duæ aut vna, magnitudine autem nõ est minimum: semper enim diuiditur omnis linea.

Quare

Quare similiter, & tempus. minimum enim quidem est secundum numerum vnum aut duo, secundum vero magnitudinem non est.

Postq̃ Philosophus definiuit tempus, hic ex definitione data reddit rationẽ eorum, quę dicũtur de Tempore. Et circa hoc quatuor facit. Primo ostẽdit quomodo in Tempore inuenitur minimũ, & quomodo non, Secundo quare tempus dicitur multũ & paucum, breue & lõgum, non autem velox & tardum ibi. [Manifestum autem propter quid.] Tertio ostẽdit quomodo tẽpus sit idẽ, et quomodo non ibi. [Et idem autem vbiq;.] Quarto quomodo tempus cognoscitur motu, & e contra ibi. [Non solum autẽ motu.] Dicit ergo primo, ꝙ manifestũ est ex definitione temporis prius data, ꝙ tẽpus est numerus motus fm prius & posterius, vt supra expositum est. & iterũ manifestum est ex præmissis, ꝙ tempus est quoddã cõtinuum, licet autẽ non habeat continuitatem ex eo, ꝙ est numerus, habet tñ cõtinuitatem ab eo, cuius est numerus: quia est numerus cõtinui, s. motus, vt supra dictum est. Nõ est autẽ tempus numerus simpliciter, sed numerus numeratus. In numero autẽ simpliciter est inuenire aliquẽ minimum numerum, s. dualitatem. Sed, si accipiamus numerũ quendam, s. numerum alicuius rei continuę, quodãmodo est inuenire minimum, et quodammodo non: quia secũdum multitudinem est inuenire minimum, non autem secũdum magnitudinẽ. sicut in multis lineis secundum multitudinẽ quidem est minimum, vt vna linea, vel duę. vna quidẽ si accipiatur id, quod est minimum simpliciter in numero: duę autẽ si accipiatur id, quod est minimũ in genere numeri, habens rationẽ numeri. Sed in lineis non est inuenire minimũ secundum magnitudinem, vt sit, scilicet aliqua linea minima, quia semper est diuidere quãcunq; lineam. Et similiter dicendum est de tempore, quia est inuenire in eo minimum secundum multitudinem, scilicet vnũ vel duo, vt puta aut vnum annũ, aut duos annos, aut duos dies, aut horas: sed minimum secundum magnitudinem non est inuenire in tempore: quia cuiuslibet tẽporis dati est accipere partes, in quas diuiditur. Secundo ibi.

In numero simpliciter ẽ inuenire aliquẽ minimũ numerum, s. dualitatẽ: in numero autẽ tali quãdoq; sic quandoq; autem non.

ARGY. *Perspicuum etiam est, et cur uelox quidem ac tardum non dicitur: multum autem et paucum, & longum ac breue dicitur. quò nanq; continuum est, hoc longum et breue: quò uero numerus est, hoc multũ ac paucum dicitur. Velox autem & tardum non est, quippe cum neq; numerus quo numeramus uelox ullus sit, atq; tardus.*

Te.cõ.109.

Manifestum est autem, propter quid tardum & velox non dicitur: multũ autem & paucum, & breue & longũ. secundum enim quòd continuum est, longum & breue dicitur: secundum autem ꝙ numerus, multum & paucum. velox autem & tardum non est. neq; enim numerus, quo numeramus, velox & tardus vllus est.

Assignat rationem, quare tempus non dicitur tardũ aut velox, sed dicitur multũ & paucum, breue & longum. Iam enim ostensum est, ꝙ tẽpus, & numerus est, et continuũ est. inquantum ergo est continuum, dicitur tempus & lõgum & breue, sicut & linea: inquãtum autẽ numerus est, dicitur & multũ & paucum. Esse autem & velox et tardum nullo modo competit numero, neq; numero simpliciter, vt manifestum est, neq; etiam potest cõuenire numero alicuius rei. Nam esse velox vel tardũ dicitur de aliquo fm ꝙ est numeratum. dicitur. n. velox motus, eò ꝙ paruo tempore numeratur: tardum autem e contra. vnde manifestum est, ꝙ tempus nullo modo potest dici velox vel tardum. Tertio ibi.

ARGY. *Est etiam idem simul ubique. non est autem idem tempus prius posteriusue. quoniam & mutatio præsens quidem est una: facta uero futuraq; alia. Tempus autem numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur. Atq;*

A *hoc sanè aliud est prius atque posterius semper. nam ipsa nunc alia sunt, ut patet, Est autem unus idemq; numerus centum hominum, centumque equorum: at ea, quorum est numerus, equi, inquàm, & homines, sunt diuersa.*

Et idem etiã vbiq; simul. prius autem et posterius nõ idem. quia et mutatio presens quidẽ vna est: facta autẽ & futura altera est. Tẽpus autẽ numerat, vel numeratus. Huic autẽ accidit prius & posterius semper esse altera. ipsa. n. nũc semp altera. Est autẽ numerus vnus quidẽ & idẽ qui est centum equorũ, & qui est cẽtum hominum: quorũ aũt numerus est altera sunt, vt eq ab hominibus. Te.cõ.110.

Ostendit quomodo tẽpus sit idem, & quomodo nõ idẽ. Et primo quomodo sit idẽ vel nõ idem simpliciter, Secundo quomodo sit idem fm quid ibi. [Amplius sicut contingit.] Dicit ergo primo, ꝙ tẽpus simul existẽs est idẽ vbiq;, id est respectu omniũ quæ mouentur vbiq;. non. n. diuersificatur secundũ diuersa mobilia, sed diuersificatur secundũ diuersas partes eiusdẽ motus. Et ideo tẽpus prius, & tẽpus posterius nõ est idem. & hoc ideo, quia prima mutatio presens, cuiꝰ primo et principaliter numerus tẽpus est, una est. sed huius mutationis altera pars est, quæ iã facta est & pertransiit: & altera, quæ futura est. Vnde & tempus alterũ est quod prius fuit, & alterũ quod futurũ est. & hoc ideo, quia tempus non est numerus simpliciter, sed numerus alicuius rei numeratę, s. prioris & posterioris in motu. et huic numero semper accidit esse alterum, & prius et posterius propter hoc, ꝙ ipsa nunc secundum ꝙ se habent prius & posterius semper sunt altera. Si autem esset numerus simpliciter, tunc esset idem tempus & mutationis, quæ prẽterijt, & eius, quę futura est, quia numerus simpliciter est vnus et idem diuerforum numeratorum, vt centum equorum & cẽtum hominum: sed numerus numeratus est alius diuersorũ. cẽtum. n. equi sunt aliud quid a centũ hominibus. & quia tẽpus est numerus prioris & posterioris in motu, nã alia sunt, quę in motu se habẽt vt prius, secundũ id, quod prẽterijt de motu: & alia vt posterius, secundũ id quod sequit, propter hoc est aliud tempus præteritum, & aliud futurum. Secundo ibi. Te.cõ.111.

Præterea ut motus idem ac unus, iterum atque iterum esse potest. sic & tempus idem unumque esse potest, uelut annus, uer, autumnus. ARGY.

Amplius sicut cõtingit motum esse eundem & vnum iterum & iterum, sic & tempus contingit, vt hyemem, aut ver, aut autumnum. Te.cõ.111.

Ostẽdit quomodo tẽpus reiteratur idem, secundũ quid. Et dicit, ꝙ sicut reiterari vnũ & eundem motũ cõtingit, sic contingit reiterari vnũ & idem tẽpus. reiteratur. n. idẽ motus specie, sed nõ numero: quia ab eodẽ ligno arietis, a quo primo mouebatur Sol, & postea mouebitur. Et ideo sicut prius fuit hyems, aut ver, aut æstas, aut autumnus, ita erit, non quidem vnũ numero, sed specie. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atqui non solum tempore motum, sed etiam tempus motu metimur ex eo sanè, quia a sese uicissim definiuntur. Nam tempus quidem definit motum, quippe cũ sit ipsius numerus, uti diximus. motus autem tempus. Atq; multum paucumue dicimus tempus, motu metientes ipsum, perinde atq; numerũ re numerabili numerabimus, ut uno equo numerum ipsum equorum. Etenim numero quidem multitudinem equorũ: uno autem equo, numerũ ipsum ruri sus equorũ cognoscimus. similiter fit, et in tẽpore, atq; motu. Tempore nanq; motum, motu uero tempus metimur.*

Non solum autẽ motum tempore metimur, sed motu tẽpus, propterea ꝙ definiunt̃ se inuicẽ. Te.cõ.112.

Tempus

Tempus quidē.n.determinat motum,cū sit numerus ipsius:motus autem,tempus. Et dicimus multum aut paucū esse tēpus,motu mēsurantes, sicut & numerabilibus numerū.Numero quidē equorum multitudinē cognoscimus. Iterū autē vno equo equorū numerum ipsum:similiter autem,& in tempore & motu est. Tempore quidē enim motum, motu autē tempus mensuramus.

Ostendit,q̄ sicut motū cognoscimus tempore,ita & tempus motu.& hoc primo ex ratione numeri & numerati.Secundo ex similitudine magnitudinis motus ibi. [Et hoc rationabiliter,&c.] Dicit ergo primo,q̄ non solum mensuramus motū per tempus,sed etiam mensuramus tempus per motum,propter hoc,q̄ inuicē definiuntur: oportet.n.accipere quantitatē vnius,secūdum quantitatē alterius, quod enim tēpus determinet motū ex hoc contingit, quia est numerus ipsius.sed e cōtra motus determinat tempus quo ad nos. percipimus.n.interdum quātitatē temporis ex motu, vtpote,dicimus tēpus esse multum vel paucum secundum mensuram motus nobis certā: quia & ipsum numerum aliqū per numerabilia cognoscimus & e cōtra.Cognoscimus enim numero,equorū multitudinē:& iterum vno equo cognoscimus numerū equorū.Non.n.sciremus quot sunt miliaria,nisi sciremꝰ quid est miliare.Et similiter est in tēpore & motu.quia,cū est nobis circa quātitas temporis,quantitas autē motus ignota:tunc tēpore mensuramus motū,& e contra,qñ motus est notus,et tēpus ignotum.Secundo ibi.

ARGV. *Idq; accidit non sine ratione profectō. Sequitur.n.magnitudinem motus:& tempus motum hoc sane,quòd quanta & continua atq; diuisibilia sunt. Quia nanq; magnitudo est talis,ideo motus his est affectus. tempus autē ob motum est tale. Atq; metimur & magnitudinem motu,& magnitudine motum. Nam,si ambulatio multa sit, iuam multam dicimus esse:& hanc rursus multā, si uia sit multa. Similiter & tempus,si motus,& motum,si tempus.*

Te cō.113. Et hoc rationabiliter accidit. Imitatur.n.magnitudinem quidē motus,hunc autem tempus, eò,q̄ quanta & continua sint & diuisibilia.propter magnitudinē.n.esse huiusmodi,motus hæc sustinet.propter autē motum tempus.Et mensuramus magnitudinem motu, & motum,magnitudine. multam.n.dicimus esse viā, si processus multus:& hunc multum,si via multa. Sic igitur & tempus,si motus.& motum,si tempus.

Ostēdit idem ex comparatione motus ad magnitudinē. & dicit,q̄ rationabiliter accidit,q̄ dictū est de Tempore & Motu.quia sicut motus magnitudinē imitatur in quantitate & continuitate & diuisibilitate, ita & tempus imitatur motum.hæc.n. in motu inueniūtur propter magnitudinē, & in tempore propter motum.Mensuramus autem magnitudinem per motum:et motum per magnitudinē.dicimus enim multam esse viam, quando percipimus motum nostrum fuisse multum:& e contra,quādo consyderamus magnitudinem viæ,dicimus motum nostrum fuisse multum. Et ita etiam de tempore,& motu est,vt supra dictum est.

LECTIO XX.

Quid sit in Tempore esse,Quæ sint ea,quæ sunt in Tempore, & quæ non sunt in tempore, tempusq;,vt mouentia, ita & quiescentia mensurare.

ARGV. *Cum autem tempus mensura sit motus, ipsiusque mouerī, mensuraret autem motum definiendo motum aliquem, quæ metietur totum, ut longitudinem ulna metitur definiendo magnitudinem aliquam, quæ totam longitudinem metietur. Patet & motum in tempore esse,hoc esse sanè,ipsum inquàm, et esse ipsius tempore mensurari. Nam simul & motum,& esse motus metitur.& hoc est ipsum in tempore esse mensurari ipsius esse.*

Te.cō.114. Quoniam autem est tēpus mēsura motus, & eius quod est moueri. mensurat autem sic motum in determinādo quendā motum,quo mensurabit totū,sicut longitudinē cubitus, in determinādo aliquam magnitudinem, quæ metitur totum.Et est motui in tempore esse mensurari tēpore,& ipsum,& esse eius.Simul enim & motum,& esse motus mensurat, & hoc est ipsi in tempore esse,mensurari ipsius esse.

Postq̄ Philosophus determinauit de Tempore secundū se,hic determinat de tempore per cōparationem ad ea,quę sunt in tēpore.Et circa hoc duo facit, Primo cōparat tēpus ad ea,quæ sunt in tēpore,Secūdo ad ea quæ sunt in nūc ibi. [Ipsum autē nunc.] Circa primum duo facit. Primo cōparat tēpus ad motum,Secundo ad alia quæ sunt in tempore ibi. [Manifestum autē quia.] Circa primum consyderandum est,q̄ alio modo cōparatur motus ad tēpus,et alio modo res aliæ. Motus.n.mēsuratur tēpore,& secundum illud, quod est,& secūdum suam durationem, siue ſm esse suum. res autē aliæ,vtpote homo,aut lapis mensurantur tempore ſm suum esse,siue secundum durationem, prout habēt esse transmutabile:secundum autē id,quod sunt,nō mensurantur tēpore,sed magis eis respondet nunc temporis,vt supra dictū est,Dicit ergo primo, q̄ tempus est mēsura ipsius motus,& eius quod est moueri: per quod dat intelligere rationem motus.Mēsurat autē tempus motum per hoc,q̄ Tempore mēsuratur aliqua pars motus,quę mensurat totum.et hoc necessarium est,quia vnumquodq̄ mensuratur per aliquid sui generis,vt dicitur in.10.Metaphy. Et hoc apparet in magnitudinū mensuris. cubitus.n.mensurat totam lōgitudinem alicuius pāni vel alicuius viæ, per hoc q̄ determinat aliquā partem illius longitudinis, quæ metitur totum: & sic per partē motus tempus mēsurat totum motum. per motum enim vnius horæ mensuratur motus totius diei, & per motum diurnum mensuratur motus annuus. Quia igitur motus mensuratur tempore, nihil est aliud motum esse in tempore,q̄ mensurari a tempore, & secundum id quod est,& secundum suam durationem: quia secundum vtrūq̄ mensuratur a tempore,vt dictum est. Secundo ibi.

ARGV. *Et cætera etiam in tempore esse,hoc esse plane,ipsorum inquàm esse a tempore mensurari. In tēpore enim esse duo significat.unum tunc esse,cū tempus est,alterum eo modo, quo dicimus aliqua numero esse. hoc autē aut partem numeri,uel affectum, et omnino quid numeri significat esse, aut ipsius numerum esse. Atq;,cum tempus sit numerus nunc quidem ipsum,& prius, & istiusmodi cætera sic in tempore sunt,ut unitas est in numero, & par atq; impar. hæc enim aliquid numeri,illa temporis aliquid sunt. res autem in tempore sunt,ut in numero. Quod si ita sit,res a tēpore ut a numero continentur, quemadmodum & a loco ea,quæ sunt in loco. Patet autē & in tempore esse non hoc esse,tunc, inquàm,esse, cum tempus est: quemadmodum nec in motu,aut in loco esse hoc est tunc esse, cum motus, aut cum locus est. Si enim in aliquo esse sic erit, omnes profecto res in quouis erunt,et cælum in milio erit. nam,cum milium est,et cælum etiam est.uerum hoc quidem accidit, illud autem sequatur necesse est,ut tempus sit,cum aliquid est in tempore,& motus sit,cum aliquid est in motu.*

Manifestum autem q̄ et alijs hoc est in tēpore Te.cō.115. esse mēsurari esse ipsorum a tempore. In tēpore enim

enim esse duorum est alterum. vnum quidē esse tunc,qñ tempus est,alterum autem, sicut quædā dicimus,quia in numero sunt.hoc aūt significat, aut sicut partē numeri,& passionem,et omnino q̄ numeri aliquid est, aut q̄ est ipsius numerus. Qñ autem numerus tempus est,ipsum quidem nunc,& prius,et quæcūq̄ sunt huiusmodi,sic in tēpore sunt,sicut in numero vnitas,& superfluꝰ, & par.hæc quidē numeri aliquid, illa vero temporis aliquid sunt.Res aūt sicut in numero in tēpore sunt.si autē hoc est, continentur sub numero,sicut quę sunt in loco,sub loco. Manifestum Te.cō.116. autem est, qñ non est in tempore esse, qñ tēpus est,sicut neq; in motu esse,neq; in loco,quādo locus & motus est. Si.n.erit quod est in aliquo,sic, omnes res erunt in quolibet,& cælum in milio. quando.n.milium est,est & cælum.sed hoc quidem accidit,illud autē necesse est consequi: & ei, quod est in tempore,esse quoddā tempus, qñ & illud est: & ei quod est in motu, esse tunc motū.

Ostendit quomodo se habet ad alia. Et primo ostendit quomodo alię res sunt in tēpore,secūdo quibus rebus conueniat in tempore esse ibi. [Qñ autem est sicut & cętera.] Te.cō.117. Dicit ergo primo,quia motū esse in tēpore est tēpore mensurari,& ipsum & esse eius,manifestum est,q̄ etiā idem est, alia in tēpore esse,& mensurari a tempore,non ipsa,sed esse eorum.motus.n.per se mēsuratur a tēpore,sed alia ſm q̄ habent motum. Et q̄ hoc sit rē esse in tēpore,quod mensurari esse eius a tēpore sic ostendit. quia esse in tēpore dupliciter potest intelligi.vno modo ut dicatur aliquid esse in tēpore, quia est simul cū tempore:alio modo vt dicātur aliqua esse in tēpore,sicut dicuntur aliqua esse in numero,quod etiam dicitur dupliciter.in numero.n.est aliquid sicut pars, sicut binarius est in quaternario: et aliquid est sicut propria passio eius,vt par et impar,vel quicquid aliud est ipsius numeri.alio vero modo dicitur aliquid esse in numero,non quia ipsum est aliquid numeri, sed quia numerus est eius,vt numerati, sicut homines dicuntur esse in tali vel tali numero. Sed,quia tēpus est numerus,vtroq; modo cōtingit aliquid esse in tēpore.nam nunc & prius & posterius,et quæcunq; sunt huiusmodi, hoc modo sunt in tēpore, sicut sunt in numero vnitas,quæ est pars,& par et impariq; sunt numeri passiones,& superfluū & perfectum. Dicitur aūt numerus perfectus,qui cōstat ex partibus mensurātibus ipsum,sicut numerus senarius,quē mensurant vnitas,binarius & ternarius,quæ simul iuncta cōstituunt senarium.Numerus autē superfluus dicitur,cuius partes mensurātes ipsum, excedūt totum,sicut duodenarius,qui mensuratur vnitate,binario, ternario,& quaternario,et senario,quæ simul iuncta cōsurgunt in sexdecim,& per hunc modū sunt aliqua in tēpore, inquantū sunt aliquid tēporis.Sed res,quę nō sunt aliquid tēporis,dicuntur esse in tēpore, sicut numerata in numero, vnde oporteat q̄ ea,quæ sunt in tēpore,cōtineantur sub tēpore,sicut sub numero:sicut ea, quę sunt in loco,cōtinentur sub loco sicut sub mēsura. Exponit etiam consequenter primum modū essendi aliquid in tēpore,& dicit manifestum esse,q̄ nō est idem esse in tempore, & esse qñ tempus est,sicut etiam non est idē esse in motu & in loco,et esse qñ est loeus,& motus.alioquin sequereꝰ, q̄ omnes res essent in quolibet,vt puta,q̄ cęlū esset in grano milij:quia,qñ est milium, est cęlū.Est aūt inter hæc duo differētia,quia,qñ dicitur aliquid esse,qñ alterū est, accidit vni, q̄ sit cū altero simul.sed illud,in quo aliquid est,sicut in mēsura, ex necessitate cōsequitur,sicut tēpus ex necessitate cōsequitē ei,quod est in tēpore:& motꝰ ei,quod est in motu,vt simul sint. Secūdo ibi.

Quid numerus perfectus dicatur.

Numerus superfluꝰ quid.

ARGV. *Cum igitur in tempore esse, sit in ipso esse tanquàm in numero,maius quid tempus omni eo quod in tempore est, sumetur. Quapropter omnia,quæ sunt in tempore,a tempore contineantur necesse est, quemadmodum & cætera, quæ in aliquo sunt,ut a loco, ea,quæ sunt in loco.*

Qñ autē est,sicut est in numero,sic in tēpore, Te.cō.117. accipietur aliquod maius tēpus omni eo quod est in tēpore. Vnde necesse est omnia, quæ sunt in tēpore,contineri a tēpore,sicut alia,quęcunq; in aliquo sunt,vt quæ sunt in loco,a loco.

Ostendit quibus conueniat esse in tempore. Et primo,q̄ non omnia entia sunt in tēpore,secundo q̄ non omnia non entia ibi. [Manifestū igitur.] Circa primum duo facit primo ostēdit q̄ ea,quæ sunt semper,non sunt in tēpore:secundo q̄ nihilominus ea,quę quiescunt,inquantū huiusmodi, sunt in tēpore ibi. [Qñ autem est tempus.] Circa primum duo facit,primo proponit ea,ex quibus procedit ad propositum ostendendū,secundo cōcludit propositū ibi. [Quare Manifestū est,&c.] Proponit autē duo,quorū primum est, q̄,cū aliquid sit in tēpore, sicut numeratū in numero,necesse est,q̄ accipi possit aliquod maius tempus omni eo,quod est in tēpore. sicut potest accipi aliquis nūerus maior omni eo.quod est numeratum. Et propter hoc necesse est omnia, quæ sunt in tempore,& totaliter contineri a tēpore, & concludi sub ipso,sicut ea, quæ sunt in loco, concluduntur sub loco. Secundum ibi.

Te.cō.118. Te.cō.119. Te.cō.115. Tertia.117.

ARGV. *Et patiantur etiam aliquid a tempore,quemadmodum & dicere consueuimus,nunc tempus consumere,nūc tempore cuncta senescere,nunc ob tempus itidem obliuisci.sed non didicisse,nec adoleuisse, nec pulchrum etiam euasisse. corruptionis enim per se magis est causa tempus. est enim numerus motus.motus autem id,quod inest extrudit.*

Et pati iam aliquid sub tempore, sicut & consueuimus dicere,quia tabefacit tempus, & senescunt omnia in tēpore,et obliuiscuntur propter tempus,sed non didicit,neq; nouum factum est, neque bonum. corruptionis enim causa per se magis est tēpus.numerus etenim motus est,motus autem distare facit quod est.

Et est,q̄ omne,quod est in tempore, aliquid patitur sub tempore:ſm q̄ passio pertinet ad defectū.& hoc probat ex consueto modo locutionis. Consueuimus.n.dicere q̄ longitudo tēporis tabefacit,i.putrefacit et corrūpit.& iterum,q̄ propter tēpus omnia senescūt,quæ sunt in tēpore:& q̄ propter tēpus obliuio accidit.quę.n.de recenti cognouimus in memoria manēt:sed per diuturnitatem temporis elabunt. Et, si aliquis dicat q̄ etiā perfectiones attribuūtur tempori sicut & passiones,hoc consequenter excludit. & ponit tria contra tria prędmissa.Cōtra id.n.quod dixit,q̄ obliuiscitur propter tēpus, subdit q̄ aliquis nō addiscit propter tēpus. si.n.aliquis diu viuat ociosus a studio addiscendi,non propter hoc addiscit,sicut propter tēpus obliuiscit.Contra hoc autem,quod dixit,q̄ omnia senescunt sub tēpore, subdit q̄ non est aliquid factū nouum propter tempus. nō.n.solum per hoc aliquid innouatur,quia lōgo tēpore durat,sed magis antiquatur.Contra illud vero quod dixerat,q̄ tēpus tabefacit,subdit,q̄ tempus nō facit. [bonum.] i.integrum et perfectum,sed magis tabidum & corruptū. & huius causa est,quia ex tempore aliqua corrūpuntur, etiam si nō appareat aliquid aliud manifeste corrumpens. quod ex ipsa ratione temporis apparet. est enim tempus numerus motus. De ratione autem motus est, quòd faciat distare id quod est, a dispositione in qua prius erat. vnde, cum tempus sit numerus primi motus, ex quo in omnibus caufatur mutabilitas, sequitur, quòd per diuturnitatem temporis, omnia,quæ sunt in tempore, remoueantur a sua dispositione. Deinde cum dicit.

Quæ

ARGY. *Quæ cum ita sint, patet ea, quæ sunt semper, hoc ipso* E
sanè, quòd semper sunt, in tempore non esse. non.n.a tempore continentur, nec ipsorum esse a tempore mensuratur.

Quare manifestum est, quoniam, quę semper sunt, secundum cp semper sunt, non sunt in tempore. neq; enim continentur sub tempore, neq; mensuratur esse eorum sub tempore.

Concludit propositum ex premissis. & primo ex primo motus proposito, Ostensum est.n.cp quæcũq; sunt in tẽpore continentur sub tẽpore: quæ autẽ sunt semper nõ continentur sub tempore quasi excedente, neq; esse, i. duratio eorum mensuratur sub tẽpore, cum in infinitũ durent. infinitũ autem nõ contingit mensurari: ergo illa, quæ sunt semper, nõ sunt in tẽpore. Sed hoc verum est secũdum cp sunt semper. corpora.n.cęlestia sunt semper fm esse substantię eorũ, non autẽm fm vbi. & ideo duratio eorũ nõ mensuratur tẽpore, sed motus localis ipsorũ tẽpore mensuratur. Secundo ibi. F

ARGY. *Signum huius est, ipsa nihil a tempore pati, propterea quòd in tempore non sunt.*

Signum autem huius, quoniã neq; patiuntur nihil a tempore, tanẽq; non existẽtia in tempore.

Probat idem ex secundo prius positorum. & dicit, cp signum huius, cp ea, quæ sunt semper, nõ sunt in tempore, est, cp non patiuntur a tempore, quasi nõ existentia in tẽpore. non enim tabescunt neq; senescunt, sicut dictum est de illis, quæ sunt in tempore. Deinde cum dicit.

ARGY. *At uero, cum tempus mensura sit motus, erit & quietis mensura per accidens. est enim in tempore quies omnis.*

Te.cõ.118. Quoniam autem tempus mensura motus, est erit & quietis mensura secundum accidens. omnis enim quies in tempore est. G

Quia ostẽderat, cp ea, quę sunt semper, nõ sunt in tẽpore, ea autẽ quę quiescunt, eodẽ modo se habent, posset aliquis credere, cp quiescentia inquantũ huiusmodi, nõ mẽsurarentur tempore. & ideo ad hoc excludendum ostẽdit, cp tẽpus est etiã quietis mensura. Et circa hoc quinq; facit. Primo.n. proponit quod intẽdit, & dicit, cp, quia tẽpus est mensura motus per se, erit etiã & per accidẽs mẽsura quietis: quia & omnis quies est in tẽpore, sicut & ois motus. Secundo ibi.

ARGY. *Non enim ut omne quod est in motu, sic et id, quod est in tempore, moueatur necesse est. Tempus nanq; non motus est, sed numerus motus, in numero autem motus, & id esse potest, quod quiescit.*

Non enim sicut quod in motu est, necesse mouerì, sic & quod in tempore est. non enim tempus motus est, sed numerus motus. in numero autem motus contingit esse & quiescens.

Excludit quoddam, per quod videri posset, cp quies nõ mensuraretur tempore. quia.n. tempus est mensura motus, posset aliquis credere cp quiescẽs, quia nõ est in motu, non fit in tẽpore. Et ideo ad hoc excludendũ dicit, cp non est necesse moueri omne quod est in tẽpore, sicut necesse est moueri omne, quod est in motu: quia tẽpus non est motus, sed numerus motus. Contingit autẽ esse in numero motus nõ solum quod mouetur, sed etiam quod quiescit. Tertio ibi. H

ARGY. *Non.n. omne quod immobile est quiescit, sed quod caret motu, atq; ut moueatur est aptũ, ut et antea diximus Esse autem quippiam in numero, i. ut diximus, esse numerum ipsius quendã: et mẽsurari ipsius esse, eo sanè numero, in quo dicitur esse. Quare si est in tempore, mensurabitur.*

Non.n. omne immobile quiescit, sed priuatũ motu, aptum autem natũ moueri, sicut dictũ est in prioribus. Esse autẽ in numero, est esse quendam numerũ rei, & mẽsurari esse ipsius numero in quo est. quare, si in tẽpore, et sub tempore est.

Probat propositum:, s. cp quiescens sit in numero motus, ita cp tempore mensuretur. & ad hoc probãdum inducit cp [non omne immobile.] i. non omne, quod non mouetur, quiescit. Sed quiescens est priuatũ motu, quod tũ aptũ natum est moueri, sicut supra dictũ est in Tertio, cp mouetur illud, cuius immobilitas quies est. quies. n. nõ est negatio motus, sed priuatio ipsius. & sic patet, cp esse quietẽtis est esse rei mobilis: vnde, cũ esse rei mobilis sit in tẽpore, & mensurẽtur tempore, esse etiam rei quiescentis tẽpore mẽsuratur. Hic autẽ dicimus esse in tẽpore aliquid sicut in numero, qa est aliquis numerus ipsius rei, & quia esse ipsius mẽsuratur numero tẽporis. Vnde manifestũ est, cp quiescens est in tempore, & mẽsuratur tempore, non inquantũ est quiescẽs, sed inquantũ est mobile. Et propter hoc fmisit cp tẽpus est mẽsura motus per se, quietis autem per accidens. Quarto ibi.

ARGY. *Metietur autem tẽpus, et id quod mouetur, & id quod quieſcit, illud ut mouetur, hoc ut quiescit. Nam alterius ipsorum motũ, alterius quietem, quanta quædã sit, metietur. Quare, id quod mouet non a tẽpore mẽsurabile simpliciter erit, ut quãtum est quoddam, sed ut motus eius est quãtus.*

Mensurabit autẽ tẽpus id, quod mouetur, & quiescens fm cp hoc quidẽ motum, illud autem quiescẽs. Motum.n. ipsorũ & quietẽ mẽsurabit, fm cp quãta quędã. Quare quod mouet, nõ simpliciter erit mẽsurabile sub tẽpore, fm cp quantũ aliquid est, sed secũdum cp motus ipsius quãtus. tc.cõ.117.

Ostendit secundum quid mobile & quiescẽs mensuratur a tempore. & dicit, cp tẽpus mensurat illud, quod mouetur & quiescit, nõ in quantũ est lapis vel homo, sed inquantum est motum & quiescens. mensuratio. n. proprie debet quantitati. cuius ergo quantitas tempore mẽsuratur, illud tempore proprie mensuratur. Ex mensuratione autem temporis cognoscit quantus sit motus, & quanta sit quies, non autem quantum sit illud quod mouetur. Vnde quod mouetur, simpliciter non mẽsuratur tempore secundum propriã quantitatem, sed secundum quãtitatem sui motus. Ex quo patet, cp proprie tempus sit mensura motus & quietis, sed per se motus, quietis autem per accidens. Quinto ibi.

ARGY. *Quibus efficitur, ut ea nõ sint in tempore, quæ neq; mouentur, neq; quiescunt, esse enim in tempore est tempore mensurari. tempus autem motus est quietisue mensura.*

Quare quæcunq; neq; mouentur, neq; quiescunt nõ sunt in tempore. in tempore enim esse est mensurari tempore: tempus autem motus et quietis mensura est.

Inducit quoddam corollarium ex præmissis. Si.n. nihil mensuratur tempore, nisi secũdum cp mouetur & quiescit, sequitur cp quæcunq; non mouentur neq; quiescunt, ut substantiæ separatę, non sunt in tẽpore: quia hoc est esse in tempore, mensurari a tempore. Tempus autem est mẽsura motus & quietis, vt ex dictis patet. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet igitur, neq; omnia, quæ nõ sunt, in tempore esse. ea.n. non sunt in tempore, quæ nõ possunt aliter se habere. ut diametrum esse commẽsurabilem costæ. Omnino enim, si tempus mensura est, motus quidem per se, cæterorũ uero per accidens, patet quorum esse metitur, eorum omniũ esse in quiete, uel in motu cõsistere. Quæ igitur sub corruptionem generationẽq; cadunt, atq; omnino nunc sunt, quæ non sunt, ea in tẽpore esse necesse est. est.n. maius quidem tempus, quod esse ipsorum excedet, et id tempus, quod est illius æqua mensura. Cum autem ea, quæ non sunt, partim contineantur, partim non contineantur a tempore, eorum, quæ*

tempus continet, quædã olim erant, ut Homerus, quædam A
erunt, ut aliquid futurorũ, quæ quidem altera ex parte continet tempus. Quod si sint quæ ad utranq; partem cõtinet tempus, illa modum utrunq; subeunt: erant.n. ac erunt. Ea uero, quæ neutra ex parte continet tempus, neq; erãt, neq; sunt, neq; erunt. Sunt autem ea, quorum opposita semper sunt. ueluti diametrum incommensurabilem esse costæ, semper est: atq; hoc non erit in tẽpore. neq; igitur illud erit, diametrum inquàm incommensurabilem esse costæ. Quapropter semper nõ est, quod contrarium est ei, quod semper est. Quorum uero contrarium nõ semper est, ea & esse & nõ esse possunt atq; ipsorum est & generatio, et corruptio.

Te.cõ.110. Manifestum igitur, quoniã neq; quod nõ est omne in tempore erit, vt quęcunq; non cõtingit aliter, sicut diametrũ esse lateri cõmensurabilem. B Omnino enim, si mensura est tẽpus, motus per se, aliorũ autem secundum accidẽs, manifestum est, cp quorum esse mensurat, his omnibus inerit esse in moueri, & quiescere. Quæcunq; quidem igitur generabilia & corruptibilia sunt, & omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquando autẽ non sunt, necesse est in tempore esse. est.n. quoddam tempus maius, quod excellit esse ipsorum, & mensurat substãtiam. Ipsorum autẽ quæ non sunt quęcunq; cõtinet tempus, alia quidẽ erant, vt Homerus aliquãdo erat, alia vero erunt, vt futurorũ aliquod, & tempus vtracp cõtinet. etsi ad ambo vtracp, & erant & erunt. Quæcunq; autem non continet, neque erant, neq; sunt, neq; erunt. Sunt autem huiusmodi eorum, quæ non sunt, C quorum oppositа semper sunt, vt incommensurabilem esse diametrum semper est, & non erit hoc in tempore: ergo neq; commensurabilem esse. vnde semper nõ est, quia contrarium est ei, quod semper est, Quorum autem non semper est contrarium, hæc & possunt esse & non esse, & est generatio & corruptio ipsorum.

Latus.



Ostendit cp nõ omnia non entia sunt in tempore. & dicit manifestũ esse ex prẽmissis, cp neq; etiã omne nõ ens est in tempore, sicut ea quæ non contingunt aliter esse, vt D diametrum esse commẽsurabilẽ lateri quadrati. hoc.n. est impossibile: quia nunq; contingit esse verum. Huiusmodi autẽ nõ mensurantur tẽpore. & hoc sic probat. Tempus primo & per se est mensura motus, alia autẽ non mensurantur nisi per accidens. quæcũq; ergo mensurantur tẽpore, eis contingit moueri et quiescere: quia quoddã maius eis excellit durationẽ eorũ. Vnde & generabilia & corruptibilia, & omnia, quæ qñq; sunt, & qñq; non sunt, [quia sunt in moueri & quiescere] sunt in tẽpore: quia quoddam tempus est maius eis, quod excellit durationẽ ipsorum: & propter hoc mensurat substantias eorũ, non fm id quod sunt, sed fm esse vel durationem ipsorum. Sed inter ea, quæ non sunt, & tũ continentur tẽpore, quædam aliqñ erant, vt Homerus, quędam aliqñ erunt, vt aliquod futurum. vel, si continẽtur a tempore præterito & futuro, erũt, & erant. ea vero, quæ nullo modo continentur a tẽpore, neq; sunt neq; fuerunt, neq; erũt. & talia sunt ea, quæ semper non sunt, & eorum oppositа semper sunt, sicut diametrũ esse incommẽsurabilem lateri semper est, vnde non mensuratur tẽpore. Et propter hoc neq; contrarium eius, quod est, diametrũ esse cõmensurabilem lateri mensuratur tempore. ideo.n. semper non est, quia est contrarium ei, quod semper est. Quorum autem contrariũ non semper est, hæc possunt esse & non esse, & habẽt generationem & corruptionem: & talia mensurantur tempore.

LECTIO XXI.

Quid ipsum Nunc, Tunc, Iam, Modo, Olim, Repente, significent, ex nunc ac temporis ratione insinuatur.

ARGY. *Ipsum autem nunc continuatio temporis est, ut antea diximus. Præterium enim & futurum tempus coniungit, atque ultimum omnino temporis est. est enim huius quidem principium, illius autem finis. Verum hoc, non ut in puncto manente, patet.*

Te.cõ.122. IPsum autẽ nunc est continuatio tẽporis, vt dictum est prius. cõtinuat.n. tempus præteritũ, & futurũ, & omnino terminus tẽporis est. est.n. huius quidẽ principiũ, illius autẽ finis. Sed hoc non, sicut & in puncto manente, manifestũ est.

Postquam Philosophus ostẽdit, quomodo se habeat tẽpus ad ea, quæ sunt in tẽpore, hic ostendit quomodo per cõparationẽ ad nunc aliqua diuersimode fm tẽpus nominantur. Et circa hoc duo facit. Primo ponit significationem ipsius nunc. Secundo quorundã aliorum, quę determinantur fm tunc. ibi [Ipsum autem tũc.] Circa primum duo facit. Te.cõ.123. Primo proponit propriã & principalẽ significationem ipsius nunc, Secundo ponit secundariam significationem. ibi [Aliud autem.] Circa primũ tria dicit de nunc, quorũ pri- Secunda.124. mum est, cp nunc continuat tempus præteritum futuro, inquantum est terminus tẽporis, principium quidem futuri, finis autem præteriti: licet hoc nõ sit sic manifestum in nũc, sicut in puncto, nam punctum stans est. et ideo potest bis accipi, semel vt principium, & semel vt terminus. quod non accidit in nunc, vt supra dictum est. Secundo ibi.

ARGY. *Diuidit etiam potentia tempus, atq;, ut tale est, diuersum est semper: ut autem contingit, semper est idem. ut in mathematicis lineis fieri solet. nõ.n. idem semper, unumq; punctum est, cogitatione. Cum.n. diuidimus, aliud est atq; aliud punctum, at quò linea est una, hoc idem est penitus punctum. Sic et ipsum nũc partim temporis est diuisio potentia, uti diximus, partim finis est utrorumq; ac unio.*

Diuidit autẽ *potentia. &, inquantum quidẽ huiusmodi est, semper alterum est ipsum nunc: inquantum autẽ copulat, semper idẽ est. Sicut et in mathematicis lineis. non semper.n. idẽ vtrũcp punctum, intellectum est. diuidẽtium.n. semper aliud est. Secundũ autem cp copulat, vnũ idemq; penitus est. Sic & ipsum nunc aliud quidem tẽporis diuisio secundum potentiam est, aliud autem terminus vtrorumq; & vnio. *s.l. & potentia.

Dicit, cp tempus etiã diuiditur fm nunc, sicut & linea diuiditur fm punctum. sed tũ nunc diuidit tẽpus inquãtum consyderat, vt multa in potẽtia: prout, s. accipitur seorsum, vt principium huius tẽporis, & seorsum, vt finis alterius. et inquantũ sic accipitur, accipitur vt alterũ et alterum nunc. sed, fm cp accipitur, vt copulans tẽpus et continuans, accipitur vt idẽ. Et hoc manifestat per simile in lineis mathematicis, in quibus magis est manifestum. non.n. in lineis mathematicis pũctum, quod signatur in medio, semper intelligit

Universidad de Deusto Biblioteca

idem: quia, fm ꝙ diuiditur linea, intelligitur aliud punctū, quod est vltimū vnius lineę, & aliud, fm ꝙ est vltimum alterius: quia tantæ, fm ꝙ sunt diuisę actu, intelligūtur vt contiguę. contigua autē sunt, quorū vltima sunt simul. Sed, fm ꝙ punctū continuat partes lineæ, sic est vnū & idem: quia continua sunt, quorū terminus est idem. Et sic est etiam de nunc respectu tēporis, quia vno modo potest accipi vt diuisio tēporis fm potētiam, alio modo fm ꝙ est terminus cōis duorum temporum vniens, & continuans ea. Tertio ibi.

ARGV. *Est autem idem, & per idem diuisio, atq; unio. at esse non idem est. Ipsum igitur nunc hoc uno dicitur modo.*

Tex.co.122. Est autem idem, & secundum idem diuisio et vnio: esse autem non idem est. Hoc quidem igitur, sic dicitur ipsorum nunc.

Dicit ꝙ nunc diuidens, & continuans tempus est vnum & idem subiecto: sed differt ratione, vt ex prædictis patet. Vno igitur modo sic dicitur nunc. Deinde cum dicit,

ARGV. *Alio uero modo tempus huic propinquum. Dicimus enim nunc accedet, quia hodie ueniet. ... At res, quæ actæ sunt olim non fuisse dicimus, neq; diluuium, quanquam tempus continuum est usque ad illa. sed, quia non sunt prope, ideo non illo modo dicuntur.*

Aliud autem, cùm tēpus, quod est huius, prope sit, vt veniet nunc, quia hodie veniet: venit nunc, quia hodie venit. Sed in Ilio facta, nō sunt nunc, neq; diluuium factum est nunc, tamē tempus continuum est, sed quia non est prope.

Ponit secundariam significationem ipsius nunc. & dicit ꝙ alio modo dicitur nunc, non vt terminus temporis continuans præteritū futuro, sed ipsum tēpus propinquum præsenti nunc, siue sit præteritū, siue sit futurū. sicut dicimus venit nūc, quia venit hodie. & venit nūc, quia venit hodie. Sed nō dicimus, ꝙ bellū Troianum factum est nūc, neq; ꝙ diluuium factū sit nunc: quia licet totū tēpus sit continuū, non tū est propinquum præsenti nunc. Deinde cum dicit.

ARGV. *Ipsum autem olim, tēpus est ad prius atq; posterius nūc definitum, ut olim capta est Troia, & olim diluuium erat. Oportet. n. finitum ad ipsum nunc esse. Erit ergo atq; erat tempus quoddam ab hoc ad illud utrunq; determinatum.*

Tex.co.123. Ipsum autem tūc, tempus determinatum per prius nunc est, vt tunc destructa est Troia, & tūc erat diluuium. Oportet enim includi ad ipsum nunc. Erit ergo quātum aliquod ab hoc tempore in illud, quod erat, ad præteritum.

Exponit quædā, quę determinantur per tunc. Et primo quid significet ipsum. Circa quod duo facit. Primo ponit significationem eius. Secundo mouet quęstionē ibi [Si vero neq; tempus.] Ostendit ergo primo ꝙ hoc ꝙ dico Tunc, significat tēpus determinatum per aliquod prius nunc, siue propinquum siue remotū. possumus. n. dicere, ꝙ tūc destructa est Troia, & tunc factū est diluuiū. oportet. n. ꝙ id, quod dicitur factum tunc, includatur ad aliquod nūc, vel instans præcedens. oportebit. n. dicere ꝙ sit aliquod tēpus determinatæ quantitatis ab hoc tempore præsenti in illud nunc, quod erit in præterito. Et sic patet, ꝙ hoc quod dico tunc differt a secunda significatione, nunc in duobus: quia tunc semper est ad præteritum, & indifferenter se habet ad propinquum & remotum: sed nunc se habet ad propinquum, sed indifferenter ad præteritum & futurum. Secundo ibi.

ARGV. *Quod si nullum est tempus, quod non sit olim: omne sanè tempus erit finitum. Deficiet ne igitur tandem? At id fieri nequit, si semper est motus. Aliud ne igitur, atq; aliud erit? an idem sæpe redibit? An ut motus ita sese habet & tempus? nam si unus idemq; sit, et tempus idem ac unum*

erit. sin uero non sit, nec illud unum idemq; redibit. Cùm autem ipsum nunc, finis sit atq; principium temporis, non tamen eiusdem: sed transacti quidem finis, principium autem consequentis. ut circulus in eodem quodammodo curuum & concauum habet. sic & tempus in principio est semper ac fine. Et propterea semper aliud, aliudq; uidetur: non enim ipsum nunc principium est & finis eiusdem. simul enim per idem opposita numero essent. Non ergo tempus deficiet, quippe cum ipsum sit in principio semper.

Si vero neq; tēpus est, quod non sit tunc, omne erit tēpus finitum. Aut ergo deficiet, aut nō. siquidem semper est motus. Aliud igitur, aut idē multoties. manifestum qm vt vtiq; motus, sic & tempus est. Si. n. vnus & idem sit motus, aliqn erit & tēpus vnum et idem, si autē non, non erit. Tex.co.124.

Qm autem ipsum nūc principium & finis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidē finis, principium autem futuri: sicut habebit circulus in eodem quodammodo curuum & concauum, sic et tempus semper in principio & fine. & propter hoc videtur semper alterum. non. n. semper eiusdem principium & finis ipsum nunc. simul. n. et secundum idē opposita essent. non deficiet itaq; tempus, semper enim in principio est. Tex.co.125.

Mouet quandam dubitationē ex præmissis, & soluit eā. Dixerat. n. ꝙ tēpus, quod dicitur tunc includitur intra præteritum nunc, & præsens. vnde omne tempus, quod dicitur tunc, oportet esse finitū: sed non est aliquod tēpus, quod nō possit dici tunc: ergo omne tēpus erit finitū. Sed omne tempus finitū deficit: videtur ergo dicendū, ꝙ tempus deficiat. Sed, si semper est motus, & tepus est numerus motus, videtur ꝙ tepus non deficiat. Oportebat ergo dicere, ꝙ, si omne tempus est finitū, ꝙ vel sit aliud & aliud tempus, vel ꝙ idē tempus multoties reiteretur. Et hoc oportet esse in tēpore, sicut & in motu. Si. n. sit semper vnus & idē motus, oportebit esse vnū & idem tempus. Si vero non sit vnus & idem motus, nō erit vnum & idē tempus. Secundum igitur opinionē eius, motus numquā incepit neq; deficiet, vt in Octauo patebit, et ita reiteratur vnus quidē motus specie, nō numero. non. n. eadem est circulatio, quæ nūc est, cum illa, quę fuit heri numero, sed specie. & tū totus motus est vnus continuitate, quia vna circulatio cōtinuatur alteri, vt in Octauo probabitur. et limiliter oportet esse de tempore, sicut de motu. vnde consequenter ostendit, ꝙ tempus nunquam deficiet. Patet. n. ex præmissis, ꝙ nūc est principiū & finis, sed non respectu eiusdē, sed finis respectu præteriti, et principiū respectu futuri. vnde sic se habet de nūc, sicut se habet de circulo, in quo concauū & conuexum idem subiecto, sed differunt ratione per respectū ad diuersa. nam cōuexum circuli attenditur fm cōparationem ad exteriora: concauum autē per respectū ad interiora. Et, quia nihil est accipere de tēpore nisi nunc, vt suprà dictū est, sequitur ꝙ tēpus semper sit in principio, & in fine. Et propter hoc tēpus videtur esse alterum & alterū: quia nunc non est principium & finis eiusdem tēporis, sed diuersorum temporum. alioquin opposita inessent eidem fm idem. principium. n. & finis habent oppositas rationes. Si ergo idē esset principiū & finis respectu eiusdem, opposita inessent eidē fm idem. Vlterius cōcludit ex præmissis, ꝙ, quia nūc est principium & finis temporis, tempus nunquā deficiet: quia tempus nō potest accipi sine nunc, vt supra dictum est, & nūc est principium temporis: vnde tēpus semper est in sui principio. quod autē est in sui principio nō deficit. vnde tēpus non deficiet. Et eadem ratione potest probari ꝙ tēpus non incepit, fm ꝙ nunc est finis tēporis. Sed hęc ratio procedit, supposito ꝙ motus semper fit, vt ipse dicit. Hoc enim supposito necesse est dicere ꝙ quodlibet nunc temporis sit principium & finis. Si autem dicatur, ꝙ motus incepit aut terminetur, sequit ꝙ aliquod nunc tēporis est principiū & non finis: & aliquod est finis, & non principium, sicut & in linea accidit. si. n. esset linea infinita, quodlibet pūctum signatum in ea esset principiū & finis. In linea autē finita est accipere aliquod punctum, quod est principium tantum, vel finis tantum. Sed de hoc magis inquiretur in Octauo. Deinde cum dicit. Responsio ad rōnem Arist. pro hac.

ARGV. *Ipsum autem iam pars futuri præteritiue temporis est, indiuiduo nunc instanti propinqua. Quando ambulabis, aut ambulauisti? iam ambulabo, inquit, aut iā ambulaui: quia tēpus in quo ambulabit, uel ambulauit, est prope nunc ipsum instans, & non longe dista. Ilion autē non dicimus iam captum fuisse, quia longe ab instanti nunc dista.*

Tex.co.126. Ipsum autem iam propinquum præsenti nūc indiuisibili, pars est futuri tēporis. quādo vadet? iam. quia prope est tempus, in quo futurum est. Et prēteriti tēporis, quod non procul est ab ipso nunc. Qn vadis? iam iui. Ilion autem destrui iam nō dicimus, quia procul multū est ab ipso nunc.

Ostendit quid significet hoc quod dico Iā. & habet eandem significationem, quam habet nunc secundo modo acceptum. illud enim dicitur iam, quod est propinquum prę senti indiuisibili nunc siue sit pars futuri, siue sit pars prēteriti. Pars quidem futuri, sicut cū dico, qn ibit? Iam, quia. s. tempus, in quo est hoc futurum, propinquum est. Pars autem præteriti, sicut cū quæritur, quando vadis? & respondetur iam iui. Sed de ijs, quæ sunt procul non dicimus iam, sicut non dicimus ꝙ Troia iā fit destructa: quia hoc est multum remotum a præsenti nunc. Deinde cum dicit.

ARGV. *Ipsum autem Nuper, ea pars est præteriti temporis, quæ instanti nunc est propinqua. quando uenisti? nuper inquiet, si tempus instanti nunc sit propinquum. Quondam autem pars est eiusdem temporis, longe ab eodem nūc distans. Subito autem dicimus, cùm quippiam in tempore insensibili ob breuitatem dimotum est.*

Tex.co.127. Ipsum autem Modo prope prēsenti nunc, est pars præteriti. Quando venit? modo. si sit tempus proximum præsenti nunc. Olim autē, quod procul. Repente autem, quod in insensibili tempore est propter paruitatem.

Exponit quædam alia ad tempus pertinentia. & dicit ꝙ hoc quod dico, Modo, significat ꝙ præteritū est propinquū præsenti nunc, sicut si quæratur, quando factum est hoc? respondetur, modo, si tempus præteritum sit proximum præsenti nunc. Sed olim dicimus, quādo est remotum a prēsenti nunc in præterito. Repente autem aliquid fieri dicitur, quando tēpus, in quo fit, est insensibile propter paruitatē.

LECTIO XXII.

Tempus generationis causam per se magis, corruptionis autem per accidens dicitur esse: omnemq; mutationem ac motum in tempore esse ratiocinatur.

ARGV. *Mutatio autem omnis natura est dimotiua, atq; in tempore omnia fiunt & corrumpuntur. Quapropter sunt, qui sapientissimum ipsum esse dicebant. At Pythagoricus Paron, rudissimum esse dixit, quia in ipso etiam obliuiscūtur, rectius dicens. Patet igitur corruptionis magis esse per se causam tempus, quàm generationis, ut et antea diximus. Mutatio nanq; per se quidem est dimotiua, generationis autem, & ut quippiam sit causa per accidens est.*

Tex.co.128. MVtatio autē omnis a natura remotiua est. in tempore autem omnia fiūt & corrumpuntur. Vnde & alij quidem sapientissimum di-

cebant. Pythagoreus autē Paro, penitus indisciplinabile, quia et obliuiscuntur, in hoc rectius dicens. Manifestū igitur, qm̄ corruptionis magis erit per se causa ꝙ generationis, sicut dictum est prius. destructiuum aūt, mutatio per se est. generationis autē & ipsius esse est secundū accidens. Corruptionis magis per se causa est tempus. idem supra tex.117.

Postquam Philosophus cōparauit tempus ad nūc & ad ea, quæ sunt in tēpore, hic manifestat quædā, quæ superius tacta sunt. Et primo quomodo corruptio attribuitur tempori. Secundo quomodo omnis motus & mutatio fit in tēpore, ibi [His autem nobis.] Circa primum duo facit. Primo manifestat propositum per rationē. Secundo per signū, ibi [Signum sufficiens.] Dicit ergo primo, ꝙ omnis mutatio de sui ratione remouet rem, quæ mutatur, a naturali dispositione sua. sed tam generatio ꝙ corruptio fit in tempore. & ideo quidam attribuebāt generationes rerum tēpori, vt disciplinam, & huiusmodi, dicentes tempus esse sapientissimum, propter hoc ꝙ generatio scientiæ fit in tempore. Sed quidam Philosophus Paro nomine de secta Pythagoricorum posuit ecōuerso, videlicet, ꝙ penitus tempus est in disciplinabile, quia. s. per lōgitudinem temporis accidit obliuio. Et in hoc rectius dixit, quia, vt supra dictum est, tempus per se magis est causa corruptionis ꝙ generationis, & hoc ideo, quia tempus est numerus motus: mutatio autem per se est destructiua & corruptiua. Sed causa generationis et ipsius esse non est nisi per accidens, ex hoc enim ipso ꝙ aliquid mouetur, recedit a dispositione, quam prius habebat. sed ꝙ perueniat ad aliquam dispositionem, hoc non importatur in ratione motus, in quantum est motus, sed in quantum est finitus & perfectus, quam quidem perfectionem habet motus ex intentione agentis, quod mouet ad determinatum finem. Et ideo corruptio magis potest attribui mutationi quām tempori, sed generatio & esse, agenti & generanti. Secundo ibi.

ARGV. *Id indicatur ex eo satis, quia nihil quidem fit, nisi ipsum moueatur aliquo modo, atque quippiam agat. corrumpitur autem aliquid, etiam si non moueatur. atq; hāc corruptionem a tempore fieri maxime dicere cōsueuimus. Verum neque hanc tempus facit, sed hanc quoque mutationem accidit in tempore fieri.*

Signum autem sufficiens est, quia fit quidem nihil, nisi moueat ipsum quodammodo & agat. corrumpitur autem, & cum nihil moueatur. & hanc maxime solemus dicere sub tempore corruptionem, At vero neq; hanc tempus facit, sed accidit in tempore fieri & hanc mutationem.

Manifestat idem per signum. & dicit signum esse sufficiens eius, quod dictum est, ꝙ nihil inuenitur fieri, nisi appareat aliquid agens, & mouens ipsum. Sed tamen aliquid corrumpitur, cum non appareat manifeste aliquid, quod moueat ipsum ad corruptionem. et talem corruptionem solemus attribuere tempori, sicut, cū aliquis senio deficit ex causa intrinseca corrumpente non manifesta. cum autē aliquis occiditur gladio, corruptio eius non attribuitur tempori. In generatione autem semper est generans manifestū: quia nihil a seipso generatur. & ideo generatio non attribuitur tempori, sicut corruptio. Non tamen corruptio sic attribuitur tempori, ꝙ tempus faciat ipsam, sed quia fit in tēpore, & corrumpens latet. Vltimo ibi.

ARGV. *Esse igitur tēpus, et quidnā sit, quotq; modis nūc ipsum dicatur, et quid sit olim, quid tam, quid nuper, quid quondam, quid subito, satis per ea, quæ dicta sunt, explicamus.*

Quòd quidem igitur tempus est, & quid est, & quot modis dicimus ipsum nunc, & quid ipsum tunc, & quid modo, & quid iā, & quid olim & quid repente, dictum est.

Epilogat

Epilogat dictum esse ꝙ tẽpus est,& quid sit,& quot modis dicitur nũc& quid significet & tunc,et modo,& olim, & iam,& repente. Deinde cum dicit. E

ARGY. *His autem hoc pacto determinatis, patet omnem mutationem necessario in tempore esse,& omne,quod mouetur in tempore moueri, celerius enim & tardius in omni sane mutatione est. nam in cunctis ita uidetur. Dico autem id celerius moueri, quod prius ad id, quod pergit uenit,modo sit id spacium uniformisq; motus. uelut in latione,si ambo super circunferentia aut super recta linea moueantur.& in cæteris simili modo.*

Te.cõ.129. His autem nobis sic determinatis, manifestũ est,ꝙ omnem mutationem, & omne quod mouetur, necesse est moueri in tempore. velocius enim et tardius dicimus ſm omnem mutationẽ. in omnibus enim sic videtur. Dico autem velocius moueri, quod prius transmutatur ad subiectum secũdum idem spacium, & quod ſm regularem motum mouetur, vt in loci mutatione, si vtraq; ſm circulationem mouentur,aut vtraque ſm rectum. similiter autem & in alijs. F

Ostendit ꝙ omnis muratio fit in tempore,duabus rationibus. Quarum prima talis est. In omni mutatione inuenitur velocius & tardius: hæc autem determinantur tẽpore, quia velocius dicitur mutari, quod transmutatur prius ad determinatum terminum ſm idem spaciũ,ita tamen ꝙ eadẽ sit regula vtriusq; motus,vt in loci mutatione si fit vtraque mutatio circularis, aut vtraq; recta. si autem vna esset circularis & alia recta, nõ propter hoc velocius moueretur quod prius veniret ad terminum. & similiter intelligendũ de alijs generibus mutationum. Sequitur igitur, ꝙ omnis mutatio fit in tempore. Secundam rationem ponit ibi. G

ARGY. *At ipsum prius in tempore est. Prius enim atq; posterius ratione distantiæ ad ipsum nunc dicimus. ipsum uero nunc,terminus est trãsacti atq; futuri. Quare cum ipsum nunc in tempore sit, & prius ipsum posterius ue in tempore erit. in quo nanq; nunc ipsum est, in hoc & distantia ipsius nunc esse necesse est. Modo autem contrario, prius ipsum in præterito atq; futuro tempore dicitur. Nam in præterito quidem id dicimus prius, quod longius ab ipso nũc distat: id uero posterius, quod eidem propinquius est. In futuro autem id quidem prius, quod est propinquius illiud uero posterius, quod ab eodem longius distat. Quare cum ipsum quidem prius in tẽpore sit: omnem autem motum comitetur ipsum prius, ut patet, perspicuum est, omnem mutationem, omnemq; motum in tempore esse.*

At vero prius in tempore est. Prius enim & posterius dicimus ſm ad ipsum nũc distantiam. ipsum autem nunc terminus præteriti & futuri est. Quare, quoniam ipsa nunc in tempore sunt, & prius & posterius in tempore erũt. In quo.n. est ipsum, & ipsius nunc distantia. E contrario autem prius dicitur & ſm præteritum tempus et futurum. In præterito quidem.n. prius dicimus, quod lõgius est ab ipso nunc: posterius autem, & quod prope est. In futuro autem prius quidẽ, quod propinquius est ipsi nũc, posterius autem quod procul est. Quare qm̃ prius in tẽpore est: omnem autem motũ sequitur prius: manifestũ est,ꝙ omnis mutatio & motus in tempore est. H

Et ad hoc probandum vtitur tali propositione. Prius & posterius sunt in tempore. quod quidẽ manifestat hoc modo. Prius & posterius dicitur aliquid per distantiam ad ipsum nunc,quod est terminus præteriti & futuri: sed ipsum nunc sunt in tempore, quia in eodem oportet ꝙ sit nunc & distantia ipsius nunc, sicut in eodem est punctus & distantia,quæ accipitur per respectum ad pũctum: vtrunq; enim est in linea. Et,quia dixerat ꝙ prius & posterius determinantur per distantiam ad ipsum nunc, ostendit quomodo hoc fit e contrario in præteritis & futuris. quia in præterito dicitur prius, quod est remotius ab ipso nunc: posterius autem,quod est propinquius. in futuro autem est e contra. Si ergo,quia prius & posterius sunt in tempore: ad omnem autem motum sequitur prius et posterius: necesse est ꝙ omnis motus sit in tempore.

LECTIO XXIII.

Duę de tempore dubitationes mouentur ac soluuntur,altera de existentia,altera de ipsius vnitate.

ARGY. *Dignum autem est consyderatione, & quonam modo sese habet ad animam tempus:& cur in omnibus tempus esse uidetur,& in terra,& in mari,atq; in Cœlo.*

Te.cõ.130. Dignum autem consyderatione est, & quo modo, igitur se habet tempus ad animam: & propter quid in omni videtur esse tempus,& in terra,& in mari,& in cœlo.

Postquam Philosophus determinauit de Tempore, hic remouet quasdam dubitatiões circa tempus. Et primo circa existentiam temporis. Secũdo circa temporis vnitatem, ibi [Dubitabit autem aliquis,] Circa primum duo facit. Primo mouet duas dubitatiões. Secũdo soluit eas. ibi [Aut quia motus.] Dicit ergo primo,ꝙ hę dubitationes indigẽt diligenti cõsyderatione, scilicet quomodo tempus se habet ad animam,et iterum,quare tempus videatur esse vbique, scilicet in terra,in mari,& in cœlo. Secundo ibi.

Te.cõ.131. Infra.

ARGY. *An quia tempus cum mensura sit motus, affectus est quidam ipsius uel habitus. Hæc autẽ mobilia cuncta sunt: in loco nanque sunt uniuersa. Tempus uero ac motus, simul potentia sunt atq; actu.*

Aut,quia motus est passio quædam vel habitus,numerus existẽs. hæc autem mobilia omnia: in loco enim sunt omnia. Tempus autem & motus,simul sunt & ſm potentiam & actum.

Soluit præmissas quæstiones. Et primo secundam, quæ facilior est. Secundo primam. [Vtrum autem cum sit.] Dicit ergo,ꝙ tempus est quoddam accidẽs motus: quia est numerus eius. accidens autẽ consueuit nomine habitus & passionis nominari: vnde vbicunq; est motus, oportet ꝙ sit tẽpus. Omnia autem corpora sunt mobilia, & si non alijs motibus,saltem motu locali. quia omnia sunt in loco. Et, quia posset aliquis dicere ꝙ licet sint mobilia,non tamen omnia mouentur,sed quædam quiescunt, & sic tempus non videtur esse in omnibus. ad hoc excludẽdum subiungit, ꝙ tempus est simul cum motu: siue motus accipiatur ſm actum, siue ſm potentiam. Quæcunq; enim sunt posibilia moueri,& non mouentur actu,quiescunt. Tempus autem non solum mensurat motum,sed etiam quietem,vt supra dictum est. Vnde relinquitur ꝙ vbicunque est motus, vel actu,vel potentia,ꝙ ibi sit tempus. Secundo ibi.

Infra. Infra.

ARGY. *Dubitauerit autem quispiam, si anima sublata, tempus esse posit,necne.*

Te.cõ.131. Vtrum autem cùm non sit anima, erit tempus,an non,dubitabit vtiq; aliquis.

Soluit primam quæstionem. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem, Secundo obijcit ad quæstionem ibi. [Impossibile enim] Tertio soluit ibi, [Si autem hoc.] Est ergo dubitatio vtrum non existente anima esset tempus,aut non. Secundo ibi.

Nam

ARGY. *Nam si numeraturum esse non possit,neq; quicquã numerabile esse potest. Quare patet neq; numerum esse posse est.n.numerus aut id, quod numeratur, aut numerabile ipsum. Quod si nihil aliud aptũ est numerare,quã anima, et animæ mens, impossibile est, si anima nõ sit,tẽpus esse.* A

Impossibile enim cum sit numeraturum esse aliquẽ,impossibile est numerabile esse aliquod. Quare manifestum est, quia neq; numerus est. numerus enim aut quod numeratur est, aut numerabile. Si autem nihil aliud aptum natum est quãm anima numerare,et animę intellectius,im possibile est tempus esse,anima si non sit.

Obijcit ad ostendendum ꝙ nõ. quia,si impossibile esset esse aliquod potẽs numerare,impossibile esset esse aliquod numerabile,potens,s.numerari. sed, si non est numerabile, non est numerus: quia numerus non est,nisi in eo,quod numeratẽ actu: vel quod est numerabile in potẽtia. Relinquitur ergo, ꝙ,si nõ est aliquod potens numerare ꝙ non sit numerus. Sed nihil aliud natũ est numerare q̃ anima, et inter partes animæ nõ alia q̃ intellectus: quia numer⁹ fit per collationem numeratorũ ad vnam primã mensuram: cõferre autem rationis est. Si ergo nõ est anima intellectiua nõ est numerus. Tempus autem est numerus, vt dictum est. Si ergo non sit anima intellectiua,non est tempus. Tertio ibi. B

Lectio.17. Te.cõ.101.

ARGY. *Nisi id quod subiecto est tempus, si fieri potest, ut sit sine anima motus. Ipsum enim prius,atq; posterius est in motu: tempus autem est hæc, ut numerabilia sunt.*

Nisi hoc quod vtcunq; ens est tẽpus,vt si contingit motum esse sine anima. Prius autẽ & posterius in motu sunt: tempus autem hæc sunt, secundum quo'd numerabilia sunt.

Soluit dubitationẽ. & dicit, ꝙ aut oportet dicere ꝙ tempus nõ sit,si non est anima,aut oportet hoc dicere verius,ꝙ tempus est vtcunq; ens sine anima: vtputa si contingit motum esse sine anima. sicut.n.ponitur motus, ita necesse est poni tẽpus: quia prius & posterius in motu sunt, & hæc.s. prius & posterius motus,inquantũ sunt numerabilia,sunt ipsum tempus. Ad euidentiã autem huius solutionis consyderandum est,ꝙ positis rebus numeratis,necesse est poni numerũ. vnde sicut res numeratę dependent a numerante, ita & numerus eorum. esse autẽ rerum numeratarum non dependet ab intellectu,nisi sit aliquis intellectus,qui sit causa rerum,sicut est intellectus diuinus, nõ autem dependent ab intellectu animæ: vnde nec numerus rerũ ab intellectu animę dependet,sed solũ ipsa numeratio, quæ est actus animæ ab intellectu animæ dependet. Sicuti ergo possunt esse sensibilia sensu nõ existente,ita possunt esse numerabilia et numerus non existente numerante. Sed forte cõditionalis, quã primo posuit,est vera.s. ꝙ,si est impossibile esse aliquẽ numerãtem,impossibile est esse aliquod numerabile. sicut hæc est vera,si impossibile est esse aliquẽ sentiẽtem,impossibile est esse aliquid sensibile. Si.n.est sensibile potest sentiri,& si potest sentiri potest esse aliquod sentiens. licet nõ sequatur ꝙ,si est sensibile,ꝙ sit sentiens. et similiter sequitur, ꝙ,si est aliquid numerabile,ꝙ possit esse aliquid numerãs. Vnde,si impossibile est esse aliquod numerans,impossibile est esse aliquid numerabile. non tñ sequitur,ꝙ,si non est numerans,ꝙ nõ sit numerabile, vt obiectio Philosophi procedebat. Si ergo motus haberet esse fixũ in rebus, sicut lapis, vel equus, posset absolute dici, ꝙ sicut etiam anima nõ existente est numerus lapidis, ita etiã anima non existẽte esset numerus motus,qui est tẽpus, sed motus non habet esse fixum in rebus, nec aliquid actu inuenitur in reb⁹ de motu, nisi quoddam indiuisibile motus, quod est motus diuisio: sed totalitas motus accipitur per consyderationem animę, comparantis priorẽ dispositionem mobilis ad posteriorẽ. Sic igitur,& tempus non habet esse extra animam, nisi ſm suum indiuisibile. Ipsa tamen totalitas temporis accipitur per ordinationem animę numerantis prius & posterius in motu, vt supra dictũ est. et ideo signãter dicit Philosophus, ꝙ tempus nõ existente anima est vtciq; ens, i. imperfecte: sicut & si dicatur ꝙ motum cõtingit esse sine anima imperfecte. & per hoc soluũtur rationes supra positæ ad ostendendum ꝙ tempus non sit: quia componitur ex partibus non existentibus: patet.n.ex prædictis ꝙ non habet esse perfectum extra animam, sicut nec motus. Deinde cum dicit. C

Dubitauerit etiam quispiam, qualisnam motus, tempus est numerus. ARGY.

Dubitabit autem aliquis,et qualis motus tempus numerus sit. Te.cõ.132.

Mouet quæstionẽ de vnitate temporis, siue de comparatione tẽporis ad motum. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationẽ, Secũdo soluit ibi [Aut cuiuslibet.] Tertio manifestat quoddã quod supposuerat ibi [Dicit aũt recte] Dicit ergo primo, ꝙ dubitatio est, cum tẽpus sit numerus motus, cuius vel qualis motus sit numerus. Secundo ibi. Infra. Te.cõ.134. D

An qualisuis generatur enim in tempore, ac augetur, & alteratur itidem in tempore, atque corrumpitur. quò igitur motus est, hòc motus cuiusq; tempus numerus est. Quapropter tempus absolute motus continui, sed non cuiusdam, numerus est. ARGY.

Aut cuiuslibet. etenim generatur in tẽpore, & augmentatur, & alteratur in tẽpore, & fertur. Secundũ igitur ꝙ motus est sic est vniuscuiusq; motus numerus. vnde motus simpliciter numerus est continui,sed non cuiusdam.

Soluit dubitationem. Et primo excludit falsam solutionem. Secundo ponit veram. ibi [Qm̃ autem loci mutatio.] Circa primum tria facit. primo ponit solutionem falsam, secundo improbat eã ducendo ad inconueniens. ibi [Sed est nunc moueri.] Tertio ostẽdit illud inconueniẽs esse impossibile. ibi [Aut nõ omne nanq;.] Est ergo prima solutio, ꝙ sit tẽpus numerus cuiuslibet motus. et ad hoc probandum inducit ꝙ omnis motus est in tempore, s. generatio, & augmentum, & alteratio, & loci mutatio. quod autem conuenit omni motui, conuenit motui secundum ꝙ ipsum: esse autem in tempore est numerari tẽpore. Sic igitur videtur ꝙ quilibet motus, inquantum huiusmodi, habet numerũ: Vnde, cum tempus sit numerus motus, videtur sequi, ꝙ tẽpus sit numerus motus continui vniuersaliter, & non alicuius determinati motus. Secundo ibi. Secunda. Tertia.

At uero fieri potest, ut nunc unum et aliud moueatur, quorum utriusq; motus tẽpus numerus erit. Aliud ne igitur atq; aliud erit? & æqualia duo tempora simul erunt? ARGY.

Sed est nunc moueri vnum & aliud, quorum vtriusq; motus erit numerus. Alterũ & alterum igitur tẽpus, et simul duo tẽpora æqualia erunt?

Improbat prædictam solutionem. conringit enim aliqua duo simul moueri: si ergo cuiuslibet motus tempus sit numerus, sequitur, ꝙ duorum motuum simul existentium sit alterum & alterum tempus. & sic vlterius sequitur, ꝙ duo tempora æqualia sint simul, vtpote duo dies, vel duæ horæ: duo autem tempora inæqualia simul esse non est admirabile, vt diem & horam. Tertio ibi.

An unum tẽpus motus metietur utroſq;? omne nanq; tempus unum similiter est et simul, specie uero sunt cadẽ, & quæ non sunt simul. nam ut si sint hi quidem canes, illi autem equi, atq; utriq; sint septem, idem est numerus utrorumq;. sic et eorum motuum, qui simul incipiunt, simulq; desinunt idem est numero tempus: & si celerior alter forsitan est, tardior alter, & alter latio, alter est alteratio. Quãquam enim motus hisce differũt differentijs, idem est ARGY.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen tẽpus alterationis lationisue æquale, si simul fiant: quippe cum ei numerus sit idem canum, equorum ue, quẽ diximus. Et propterea motus quidem diuersi, seorsumq; sunt, tempus autem idem est ubiq;: quoniam et numerus eorum quæ sunt æqualia simulq;, unus & idem ubiq; est.

Aut non. omne nanq; tẽpus, vnum similiter & simul est, specie autem, & quę non simul. si. n. & hi sint canes, illi vero equi, vtrique autem septem, idem numerus est. sic & motuum simul terminatorũ idem tempus est. sed hic velox fortasis, alius vero non: & alius quidem loci mutatio est, hic autem alteratio. tempus tamen idem est, siquidem & numerus æqualis sit, & alterationis & loci mutationis, & simul sint. Et propter hoc motus quidem alteri sunt, & seorsum sunt: tempus autem vbique idem, quia & numerus vnus & idem vbique est, qui est æqualium & simul.

Ostendit hoc esse impossibile. s. duo tempora æqualia simul esse. quia omne tempus, quod est simul & similiter, i. æqualiter, est vnũ tantum: sed tempus, quod non est simul, nõ est vnum numero, sed specis eius est vna, sicut dies cum die, & annus cũ anno. & hoc manifestat per simile in alijs numeratis. Si. n. sunt septẽ equi, & septem canes non differunt fm numerum, sed differunt fm speciem rerum numeratarum. & similiter omniũ motuum, qui simul terminantur fm principium & fm finem, est idem tempus: sed motus differunt fm proprias rationes, inquantum forte vnus est velox, & alius tardus: & vnus est loci mutatio, & alius alteratio. sed tẽpus est idẽ, si alterationis & loci mutationis sit æqualis numerus: supposito q̃ sint simul. & propter hoc oportet q̃ motus sint alteri & diuis. ab inuicẽ: sed tẽpus in omnibus est idẽ: quia vnus & idẽ numerus est eorum, quę sunt æqualia & simul, vbicunq; sint. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atqui cum latio quidam sit motus, et huius species sit conuersio, unumquodq; autem uno quodam sibi numeretur propinquo, unitates quidem unitate, equi autem equo, tempus etiam hoc pacto tempore profecto quodam mensurabitur definito. Atq; motu quidem tempus, motus autem tempore mensuratur, sicut diximus. hoc autem ideo, & quia quantitas motus ac temporis ab eo motu, qui definitus est, tempore mensuratur.*

tex.cõ.133. Quoniam autem loci mutatio, & huius circularis, numeratur autẽ vnumquodq; vno quodã proximo, vnitates vnitate, equi vero equo, sic & tempus tempore quodam finito. (Mẽsuratur autem, sicut diximus, tẽpus motu, & motus tempore. hoc autẽ est, quia determinato motu & tempore mẽsuratur motus quantitas, & temporis.)

Secunda. 133. Ponit verã solutionem. & circa hoc tria facit. Primo præmittit quædam, quę sunt necessaria ad solutionem. Secundo ex præmissis solutionem concludit. ibi. [Si igitur quod primum.] Tertio manifestat solutionẽ prædictã per dicta aliorum. ibi [Vnde videtur.] Circa primum præmittit tria.

Tertia. Quorum primum est, q̃ inter alios motus, primus & magis simplex, & regularis est motus localis, & inter alios motus locales, motus circularis, vt in Octauo probabitur.

Secundum est, q̃ vnũquodq; numeratur vno quodã proximo sui generis, sicut vnitates vnitate, & equus equo, vt patet in. 10. Meta. vnde oportet q̃ tẽpus quodã terminato tẽpore mensuretur, sicut videmus q̃ tempora mẽsurantur per diẽ. Tertium, quod præmittit est, q̃ tẽpus mensuratur motu, & motus tẽpore, sicut supra dictũ est. & hoc ideo est, q̃ aliquo terminato motu, & aliquo terminato tẽpore mẽsurãt quantitas cuiuslibet motus & tẽporis. Secundo ibi.

E *Si igitur ipsum primum propinquorum omnium est* ARGY.
mensura, uniformis sanè conuersio mensura potissimum erit, quoniam huiusce numerus notissimus est, ut patet: atq; alteratio quidem uniformis non est, nec accretio nec generatio, latio autem est.

Si igitur quod primum mẽsura est omnium proximorum, circulatio, quæ regularis est mensura maxime erit, quia numerus huius notissimus est. Neq; igitur alteratio, neq; augmentatio regulares, loci autem mutatio est.

Concludit ex præmissis, q̃, si aliquid, quod est primum, est mensura [omniũ proximorum], i. omniũ, quæ sunt sui generis, necesse est q̃ circulatio, quæ est maxime regularis, sit mẽsura omniũ motuum. Dicitur autẽ motus regularis, qui est vnus & vniformis. hæc autẽ regularitas non potest inueniri in alteratione et augmẽto: quia nõ sunt usq; quaq; continui, nec æqualis velocitatis. Sed in loci mutatione inueniri potest regularitas, quia potest esse aliquis motus localis cõtinuus & vniformis: et talis est solus motus circularis, vt in Octauo probabit: & inter alios motus circulares, maxime vniformis & regularis est primus motus, qui reuoluit totũ firmamẽtum motu diurno, vnde illa circulatio tanquam prima & simplicior & regularior est mẽsura omnium motuum. Oportet autẽ motum regularem esse mẽsuram, seu numerũ aliorũ, quia omnis mensura debet esse certissima: et talia sunt, quę vniformiter se habent. Ex hoc ergo colligere possumus, q̃, si prima circulatio mẽsurat oẽm motũ, & motus mensuratur a tẽpore, inquantũ mẽsuratur quodã motu, necesse est dicere, q̃ tẽpus sit numerus primæ circulationis, fm quã mensuratur tẽpus, & ad quẽ mensurantur omnes alij motus tẽporis mensuratione. Tertio ibi.

Quapropter & motus ipsius Sphæræ tempus esse uide- ARGY.
tur: quia cæteri motus hoc motu mensurantur, et etiam ipsum tempus.

Vnde & videtur tẽpus esse sphęrę motus: qa hoc mensurantur alij motus, et tẽpus hoc motu.

Approbat prędictã solutionem per opiniones aliorum. Et primo per opinionem errantium, qui moti fuerunt ad dicendum q̃ motus Sphærę cœlestis sit tẽpus, propter hoc, q̃ hoc motu mensurantur omnes alij motus, et tẽpus mensuratur hoc motu. manifestum est enim, q̃ dicimus diem, vel annum completum attendentes ad motum Cœli.

Secundo ex vsu communiter loquentium ibi.

Propter hoc et id accidit, quod consuetum est dici. Res ARGY.
enim humanas, et cæterarum eas, quæ naturalem motum & ortum ac obitũ subeunt, circulum esse dicunt. Idq; propterea, quòd hæ uniuersæ tẽpore dijudicantur, finemq; subeunt ac principium, perinde atq; si ve editione quadã hoc fiat. etenim tẽpus ipsum, circulus quidã esse uidetur. Hoc autẽ ideo rursus uidetur, quia talis lationis est ipsum mensura, et a tali latione ipsum etiã mensuratur. Quare dicere rerum eas, quæ fiunt, circulũ esse est dicere tẽporis circulũ quendã esse. Hoc autẽ ideo dicitur, quia tẽpus mensuratur ipsa conuersione. Id. n. quod mensuratur, nil aliud esse uidetur præter id, quod metitur, quam totum, plures mẽsuræ.

Propter hoc autem & cõsuetum dici accidit. Dicunt. n. circulum esse humanas res, & aliorũ motum habent, videlicet naturalem, & generationem, & corruptionẽ. Hoc autem est, quia omnia hęc tempore dijudicantur, & accipiũt finem & principium, sicut si fm quãdam circulationẽ sit. tẽpus etenim ipsum videtur circulus quidã. Hoc autem iterum videtur ob hoc, q̃ huius loci

muta-


mutationis mensura est, & mẽsuratur ipsum ab huiusmodi. Quare dicere esse rerum, quę fiũt circulum, dicere est temporis esse quendam circulum. Hoc autẽ est, quia mẽsuratur circulatione. extra. n. mensuram nihil aliud videtur esse quod mensuratur. sed aut multæ mensuræ totum.

Et dicit propter hoc s. q̃ tempus est numerus circulationis primæ, accidit quod consuevit dici, q̃ quidam circulus fit in rebus humanis, & in alijs, quæ mouentur naturaliter & generãtur & corrumpuntur. quod ideo est, quia omnia huiusmodi mensurantur tempore & accipiũt principium & finem in tempore, ac si tempus fm quandam circulationem fit: quia & ipsum tẽpus videtur esse quidam circulus. & iterũ hoc videtur propter hoc q̃ est mensura circulationis. & etiam a tali circulatione mẽsuratur. & ideo dicere q̃ eorum, quæ fiunt in tempore, est quidã circulus, nihil aliud est q̃ dicere, temporis esse quẽdam circulum: quod accidit propter hoc q̃ tempus mẽsuratur circulatione. Id. n. quod mensuratur, non videtur esse aliud q̃ mensura: sed multæ mensuræ videtur facere vnum totum, sicut multę vnitates vnum numerũ: & multę mensurę panni vnam quantitatẽ pãni. et hoc verũ est cum accipitur mensura vnius generis. Sic igitur patet, q̃ tempus primo mensurat & numerat primum motũ circularem: & per eum mensurat omnes alios motus. vnde est vnum tempus tantum propter vnitatẽ primi motus, & tm quicunq; sentit quemcunq; motum sentit tẽpus, eò q̃ ex primo motu causatur mutabilitas in omnibus mobilibus, vt supra dictum est. Deinde cum dicit.

ARGY. *Dicitur enim recte numerum quidem eũdem esse ouiũ atq; canum, si est æqualis. quaternitatem autem non eandem, neq; quatuor eadem esse. quemadmodum neq; trianguli sunt idem hi, quorũ alter ex æqualibus, alter inæqualibus omnibus lateribus constat: quamquã eadẽ est uterq; figura, quoniam ambo trianguli sunt. Eadem enim aliqua eò dicuntur, cuius non differunt differentia, non eò cuius differentia differunt. ueluti trianguli dicti differẽtia trianguli differunt, non figuræ. Igitur trianguli quidem sunt diuersi, figuræ autem diuersæ non sunt: sed in eandem unam ue cadunt diuisionem. Figura nanq; talis quidem est circulus, talis autem est triangulus, & hisce talis quidem est æqualium laterum, talis autem inæqualium. Sunt igitur eadem hi figura, trium. n. uterq; est angulorum. at nõ sunt triangulus idem. Et numerus igitur dictus propter rationem idem est sanè. Non. n. numerus ipsorum differẽtia numeri differt. Quaternitas autẽ non eadẽ est. ea nanq;, de quibus dicitur differũt. hæc. n. canes sunt, illa oues. Sed de tẽpore quidem ipso et de hisce, quæ circa ipsum quidẽ sunt, ad hãc autem cõsyderationem accõmodantur, satis iam diximus.*

tex.cõ.134. Dicitur autem rectè, q̃ numerus quidẽ idem est ouium & canũ, si æqualis uterq; sit. decem autem nõ idem, neq; decem eadem sunt. sicut neq; trianguli idem, qui est Aequilaterus, & Gradatus, & tamen eadem figura est: quia vtraq; trianguli sunt. Idem enim dicitur, cuius nõ differt differentia, sed nõ cuius differt, vt triangulus a triãgulo differẽtia differt (alteri quidem enim trianguli sunt) figuræ autem non, sed in vna, & eadẽ diuisione. figura enim hęc quidem talis circulus est, talis vero triãgulus. huius autem talis quidẽ est æquilaterus, talis vero q gradatus. figura igitur eadem et hęc. triangulus. n. est. triangulus autem non idem est. Et numerus iam similiter idẽ.

non enim differt numeri differẽtia numerus horum. Decem autem nõ idem est. in quibus enim dicitur differũt. hæc quidem enim canes, alia vero equi. Et de tempore quidem ipso, & de circa ipsum proprietatibus, huic intentioni, dictũ est.



Manifestat quoddam, quod supra dixerat, qualiter sit intelligendum. dixerat enim, q̃ idem est numerus septem canum, & septem equorum. Quomodo igitur hoc sit verum ostendit. & dicit q̃ rectè potest dici, si æqualis est numerus aliquarũ rerum diuersarum, puta ouium & canum, q̃ idẽ sit numerus vtrorumq;, vtputa si tam canes, q̃ oues sint decem. sed non potest dici, q̃ hoc ipsum, quod est decem esse, sit idem canum & ouium: nõ. n. eadem decem sunt decem canes & decem oues. Et hoc ideo, quia genus potest cũ additione vnitatis, vel identitatis prædicari de pluribus individuis existẽtibus in vna specie: & similiter genus remotũ de pluribus speciebus existentibus sub vno genere propinquo: neq; tamen species de individuis, neq; genus propinquum de speciebus diuersis prædicari potest cum additione vnitatis, vel identitatis. & huiusmodi consequenter potuit exemplum. sunt. n. duæ species triãguli, s. Aequilaterus, idest habens tria latera æqualia: & Gradatus, i. habens tria latera inæqualia: figura autẽ est genus trianguli: non ergo possumus dicere, q̃ æquilaterus & gradatus sit idem triangulus, sed possumus dicere, q̃ sunt eadẽ figura: quia vtrũq; continetur sub triangulo, qui est vna species figuræ. & huius assignat rationem. quia, cum idem & diuersum seu differens opponantur, ibi possumus dicere idẽtitatem, vbi nõ est differentia: sed non possumus dicere idẽtitatem vbi est differentia, manifestum est enim, q̃ æquilaterus & gradatus differunt ab inuicem differentia triãguli, i. quæ est proprie diuisiua trianguli, & hoc ideo, quia sunt diuersæ trianguli species: sed æquilaterus & gradatus non differunt fm differentiam figuræ, sed sub vna & eadem differentia continentur. & hoc sic patet. si enim diuidamus figuras in suas species, quæ per differentias constituuntur, inuenię q̃ alius est circulus, & alius triangulus, & sic de alijs speciebus figuræ. sed, si diuidamus triãgulum, inueniemus q̃ alia species eius est æquilaterus, et alia gradatus. Manifestum est igitur, q̃ æquilaterus & gradatus sunt vna figura: quia continentur sub vna specie figuræ, quæ est triangulus: sed non sunt vnus triangulus: quia sunt diuersæ trianguli species. Similiter est in proposito. numerus. n. diuiditur in diuersas species, quarũ vna est decem: omnia ergo, quæ sunt decem, dicuntur habere vnum numerum: quia non differunt ab inuicem secundum speciẽ numeri, cum contineãtur sub vna numeri specie. sed nõ potest dici q̃ sint eadem decem, quia ea, quibus applicatur numerus denarius, differunt: cũ quędam horũ sint canes, & quędam equi. Videtur autem hoc Arist. introduxisse, ne aliquis ad sumendam temporis vnitatem sit contentus, eò q̃ dicitur vnũ numerum esse æqualium numero, licet diuersorũ: quia licet sit idem denarius, vel ternarius propter vnitatem speciei, non tm est idem denarius, vel ternarius propter diuersitatem, quę est secundũ numerum ex parte materię. Vnde secũdum istam rationẽ, sequeretur q̃ tempus esset vnum specie, sed non numero: et ideo ad accipiendum veram temporis vnitatẽ oportet recurrere ad vnitatem primi motus, qui primo mensuratur tempore, & quo etiam mensuratur tempus. Vltimo autem epilogando concludit dictum esse de tempore, et de ijs, quę sunt propria ad consyderationem temporis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER QVINTVS,

Cum S. Thomæ expositione.

SVMMA LIBRI.

Motus in species diuiditur. deq; ipsius Vnitate ac Pluralitate multa dicuntur. de Contrarietate item motuum ac Quietum agitur.

LECTIO PRIMA.

Motu per se à motu per accidens, & ab eo qui est fm partem distinguitur, idq; cum mobilis tum mouentis, tum termini inductione explanatur, quiq; motus considerandus sit aperit.

ARGY. *Eorum autem, quæ mutantur, aliud per accidēs mutatur, ueluti, cùm ambulare musicum dicimus, quia id ambulat, cui accidit musicum esse. Aliud ex eò quia, si huius aliquid mutatur, simpliciter dicitur mutari, ut ea, quæ per partes mutari dicuntur. corpus enim sanatur, quia oculus aut pectus sanatur: hæc uero partes totius corporis sunt. At est aliquid, quod neq; per accidens mouetur, neq; ex eo, quia aliquid ipsius mouetur, sed quare ipsum primo mouentur: atq; hoc est id quod per se mobile est. Est autem aliud in alio motu, ut alterabile, & alterabilis sanabile, aut calefactibile.*

Tex.cõm.1. TRansmutatur autē transmutans omne aliud quidem secundū accidens, vt cū dicimus musicum ambulare, quoniam, cui accidit musicum esse, hoc ambulat. Hoc autē ex eo, quia huius aliquid mutatur, et simpliciter dicitur mutari, vt quęcunq; dicuntur fm partes. sanatur.n. corpus, quia oculus, aut thorax: hæc autem partes totius corporis sunt. Est autem etiā aliquid, quod neq; fm accidēs mouetur, neq; in eo, quod aliquid ipsius: sed in eo quod ipsum mouet primo: & hoc est fm seipsum mobile. Secundum alium autē motum, & alium, alterū est, vt alterabile et alteratiōis sanabile, & calefactibile alterū.

POstquā Philosophus determinauit de motu, & de his, quæ consequuntur motum in communi, hic iam accedit ad diuidendum motum, & diuiditur in partes duas. In prima agit de diuisione motus, fm q diuiditur in species. In secūda de diuisione motus in partes quātitatiuas. & hoc in Sexto libro ibi [Si autē est continuum.] Prima in duas. In prima agit de diuisione motus in suas species, In secūda agit de vnitate & oppositione motus. ibi [Post hoc autem dicam⁹ quid est simul.] Prima in duas. In prima distinguit motum per se à motu per accidens. In secunda diuidit motum per se in suas species. ibi [Qm autem omnis mutatio.] Prima in duas. In prima distinguit motū per se à motu per accidens, In secunda prętermittendū docet motum per accidens, & determinādum esse de motu per se. ibi [Secundū quidem igitur accidens.] Circa primum duo facit. Primo distinguit motū per se a motu per accidens, Secundo epilogat prædicta. ibi [Quomodo quidem.] Distinguit autem in prima parte motū per se à motu per accidens tripliciter. Primo quidē ex parte mobilis. Secundo ex parte mouētis. ibi [Est autem & in mouēte.] Tertio ex parte termini. ibi [Qm autem est aliquid.] Dicit ergo primo, q omne transmutans. i. transmutatum, tribus modis dicitur trāsmutari. Vno modo dicitur aliquid transmutari per accidens: sicut cum dicimus, musicum ambulare, qm hic homo ambulat, cui accidit esse musicum. Alio modo dicitur aliquid transmutari simpliciter, quia aliqua pars eius mutatur, sicut omnia quę dicūtur mutari fm partes, et ponit exemplū in motu alterationis. dicitur.n. sanari corpus animalis, quia sanat vel oculus, vel thorax. i. pectus, quæ sunt partes totius corporis. Tertio modo dicitur aliquid moueri, quod neq; fm accidens mouetur, neq; fm partē, sed ex eo q ipsum mouetur primo & per se. vt per hoc q dicit primo, excludat motus fm partem. per id quod dicitur fm se, excludatur mot⁹ per accidēs. Hoc autem per se mobile variatur fm diuersas species motus, sicut alterabile est mobile fm alterationē: & augmētabile fm augmentū. Et iterū in specie alterationis, differt sanabile, quod mouet fm sanationē, & calefactibile, quod mouetur secundum calefactionem. Secundo ibi.

ARGY. *Similis est et in eo quod mouet diuisio. Aliud enim per accidens mouet. Aliud parte, quia ipsius aliquid mouet. Aliud per se primo, ut Medicus quidem sanat, manus autem percutit.*

Est autem & in mouente similiter. Aliud.n. Tex.cõ.2. fm accidens mouet, Aliud fm partem, in eo q huius aliqua. Aliud vero per seipsum primo, vt Medicus quidem sanat, manus autem percutit.

Distinguit motū per se a motu per accidens ex parte mouentis. & dicit q similiter prædicta distinctio, quæ posita est ex parte mobilis, attendi potest in ipso mouente. Tripliciter enim dicitur aliquid mouere. Vno modo per accidēs, sicut musicus ædificat. Alio modo fm partem, inquantum aliqua pars eius mouet, sicut homo dicitur percutere, quia manus eius percutit. Tertio modo dicitur aliquid mouere primo & per se, sicut Medicus sanat. Tertio ibi.

ARGY. *Cum autem sit quippiam, quod primo mouet, & quippiam quod mouetur, & tempus in quo: & præter hæc id, ex quo, & id ad quod (omnis nanque motus ex quopiam in quippiam est.)*

Quoniam autem est aliquid mouens primū, Tex.cõ.3. est autem & aliud quod mouetur: adhuc, in quo tempus: & prēter hęc, ex quo, et in quid (omnis enim motus à quodam, & in quiddam.)

Procedit ad distinguendum motum eodē modo ex parte termini. Et primo præmittit quædā præambula. secūdo ponit diuisionem, ibi [Est autem & in illis.] Circa primū Tex.5. tria facit. Primo ponit quot requirātur ad motum, secundo comparat ea adinuicem. ibi [Alterum.n. est quod.] Tertio Infra. soluit quādam dubitationem. ibi [Quid quidem igitur.] Tex.cõ.5. Dicit ergo primo, q ad motum requiritur quinq;. Primo requiritur primum mouēs, à quo. s. est principium motus: secūdo requiritur mobile, quod mouetur. tertio tempus in quo est motus: & prēter ista tria requiruntur duo termini, vnus. s. ex quo incipit motus: et alius, in quē motus ꝓcedit omnis.n. motus est à quodam, in quiddam. Secundo ibi.

ARGY. *Aliud est enim id, quod primo mouetur, et id in quod, atq; ex quo mouetur. Veluti lignum, & calidum, atq; frigidum: quorum aliud est quod, aliud ad quod, aliud ex quo mouetur. Patet motum in ligno esse, et non in forma. Neq; enim forma, neq; locus, neq; etiam ipsum tantum mouet, aut mouetur. Sed est id quod mouet, & id quod mouetur, & id, ad quod mouetur.*

Alterum enim est quod primum mouetur, et in quod mouetur, & ex quo, vt lignum, & calidum, & frigidum. horum autem, aliud quidem mobile est, aliud vero in quod, aliud ex quo. Motus autem manifestum q in ligno, non in specie est. neq; enim mouet, neq; mouetur species, aut locus, aut quantum hoc. Sed est mouens, & quod mouetur & in quod mouetur.

Tex.6. Comparat prēmissa adinuicē. Et primo mobile ad duos terminos motus. secūdo duos terminos motus adinuicem. Infra. ibi [Magis autem in quod.] Dicit ergo primo, q, id, quod primo & per se mouetur alterū est a termino in quē tendit motus, et a termino a quo motus incipit. Sicut patet in istis tribus, lignum, calidū, et frigidum. In motu.n. calefactionis lignum quidē est subiectum mobile, aliud vero, s. calidum est terminus ad quē, aliud autem, s. frigidum, est terminus a quo. Dicit autem id quod primum mouetur esse alterum ab vtroq; termino: quia nihil prohibet illud quod mouet per accidens, esse alterum terminorum. subiectum.n. vt lignum, est quod calefit per se priuatio vero & contrariū, vt frigidum, est quod calefit per accidēs, ut in primo dictū est. Quod autē mobile sit alterū ab vtroq; termino, consequenter probat per hoc, q motus est in subiecto, sicut in ligno: non autem est in altero terminorū, neq; in specie albi, neq; in specie nigri. Et hoc patet per hoc, q illud, in quo est motus, mouetur: terminus autē motus, neq; mouet, neq; mouetur: siue terminus mot⁹ sit species. i. qualitas, vt in alteratione: siue sit locus, vt in motu locali: siue quantum, vt in motu augmenti, & decrementi: sed mouens mouet subiectum [quod mouetur, in quod mouetur.] idest in terminum ad quem. Quia ergo motus est in subiecto, quod mouetur, nō autem in termino: manifestum est q subiectum mobile est aliud a termino motus. Tertio ibi.

ARGY. *Mutatio nanque magis ab eo, ad quod est, quàm ab eo ex quo est nuncupatur. Quapropter corruptio mutatio est ad id quod non est, & si id, quod corrumpitur, ex ente mutatur. Et generatio ad ens est mutatio: & si id, quod generatur ex non ente mutatur.*

Mutatio denominat magis ab eo, in quod, quā ex quo mouet. Magis autē ab eo in quod, ꝙ ex quo mouet, denominat mutatio. Vnde corruptio, in nō esse mutatio est, quāuis ex esse mutetur, quod corrūpitur. Et generatio in esse, quamuis ex non esse.

Comparat vtrunq; terminorum adinuicem. & dicit q mutatio magis denominatur a termino ad quem ꝙ a termino a quo: sicut corruptio dicit mutatio in non esse, quāuis id quod corrumpitur mutetur ex esse: econtrario generatio est mutatio in esse, quāuis incipiat a non esse. Nomen autem generationis ad esse pertinet, corruptionis vero ad non esse. Huiusmodi autem ratio est, quia per mutationem aufertur terminus a quo, & acquiritur terminus ad quem. vnde motus videtur repugnare termino a quo, & conuenientiam habere cum termino ad quem. et propter hoc ab eo denominatur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quid igitur est motus prius est dictum. Forma autem, & affectus, & locus, ad quæ mouentur ea, quæ subeunt motum immobilia sunt, ueluti scientia, & caliditas.*

Tex.6.5. Quid quidem igitur motus sit dictū est prius Species aūt, et locus, & passiōes, in quę mouent quę mouētur, immobilia sunt, vt scientia, et calor.

Soluit quandam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo præmittit duo, quæ ex præmissis sunt manifesta, quorum primum est, quod in tertio dictum est, quid sit motus. Secundum est, quod in præcedentibus immediate dictum est, quòd [species,] idest qualitas, [& locus,] & quæcunq; [passiones,] idest passibiles qualitates, quæ sunt termini motus, non mouentur, cum in eis non sit motus, vt dictum est. vt patet in scientia, quæ est quædam species, & calore, qui est quædam passio, vel passibilis qualitas. Secundo ibi.

ARGY. *Dubitauerit tamen quispiam, si affectus sunt motus: albedo autem, est affectus.*

Et dubitabit aliquis, si passiones motus sunt: albedo autem passio est.

Ponit tertium de quo est dubitatio. et dicit q aliquis dubitare potest, vtrum [passiones,] idest passibiles qualitates, vt calor & frigus, & albedo & nigredo, ex quo non mouentur, sint quidam motus. Tertio ibi.

ARGY. *Ad motum enim erit mutatio. At fortasse non albedo est motus, sed dealbatio.*

Erit enim ad motum mutatio. Et fortassis nō est albedo motus, sed albatio.

Ducit ad inconueniēs, si hoc ponatur. Cum.n. albedo sit terminus in quē est motus: si albedo sit motus sequit̄ q motus sit terminus motus, quod nō potest esse vt infra probabitur. Et ex hoc determinat veritatē & dicit q albedo nō est motus, sed albatio. Addit aūt [fortassis] quia nōdū probauit q motus nō terminetur in motū. Deinde cum dicit.

ARGY. *Est autem & in illis id quod est per accidēs, et id quod est per partem, atq; per aliud: & id etiam quod primo, et non per aliud est. Id enim, quod dealbatur, ad id quidem quod intelligitur, mutatur per accidens: colori enim accidit, ut intelligatur. Ad colorem autē, quia album pars est coloris: & in Europam, quia Athenæ pars sunt Europæ. Ad colorem autem album per se.*

Est autem & in illis & quod est fm accidēs, & quod est fm partem, & fm aliud, et quod primo est, et non fm aliud. Vt quod fit albū, in id quod intelligitur, mutatur fm accidens: colori enim accidit intelligi. In colorē autem, quia pars albū coloris est: & in Europam, quia pars Europæ Athenæ sunt. In album autem colorem per se.

Ex quo termini motus sunt aliud a mobili, & a mouēte, vt ostensum est, ostendit q prēter diuisionē motus, quę accipitur ex parte mobilis & mouentis, diuidit tertio motus ex parte termini. Et quia terminus ad quē magis denominat motum, ꝙ terminus a quo, vt dictum est, accipit diuisionem motus a termino ad quē: sed non a termino a quo. Et dicit q etiam ex parte illorum, s. terminorum, potest accipi in motu aliquid quod est per accidēs, & aliquid quod est secundum partē & secundū aliud, & aliud quod est primo, et non secundū aliud. Per accidens quidem, sicut si dicatur de eo quod fit albū, quod mutatur in id quod intelligitur, vel cognoscitur ab aliquo: erit hoc per accidens: accidit enim colori albo, q intelligatur. Si autē dicatur de eo quod fit album, q mutetur in colorem, hoc erit secundum partē: dicitur enim mutari in colorem, quia mutatur in albedinem, quæ est pars coloris. & similiter est si dicam de aliquo qui vadit Athenas, q vadit in Europā, quia Athenæ sunt pars Europæ. Si autem dicatur de eo, quod fit album, q mutatur in album colorem, hoc erit primo & per se. Non autem diuidit motum ex parte temporis, quod videbatur residuum: quia tempus comparatur ad motum, vt mensura extrinseca. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet igitur, quomodo per se quippiam mouetur, et per accidens, ac per aliud: & quomodo idem primum est in mouente & in subeunte motum: et motum non in forma, sed in eo quod mouetur, in ipsoq; mobili actu.*

Quomodo igitur per se mouetur, & quomodo fm accidens, & quomodo fm aliud aliquid, & quomodo ipsum primū in mouente, & in eo quod mouetur, manifestū est: & q motus nō in specie, sed in eo qđ mouet & mobili fm actū est.

Epilogat quod dixerat. et dicit, q manifestū est, quomodo aliquid per se mouet, & quomodo fm accidens [& quomodo fm aliquid aliud.] i. fm partem. Et iterū quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc,quod dico primo & per se, inuenitur tam in mouente E
q̄m in mobili. Dictum est.n.quid est mouēs primo & per se: & quid est quod mouetur primo & per se. Et iterum dictū est,q̄ motus non est in specie,idest in qualitate,quæ est terminus mot⁹:sed est in eo quod mouetur, siue in mobili fm actum,quod idem est. Deinde cum dicit.

ARGV. *Mutatio igitur ea quæ est per accidens omittatur: est enim in omnibus, & semper,ac omnium. Ea uero,quæ nō per accidens est non in omnibus est,sed in contrarijs:et in medijs,et in contradictione,cuius fides est ex inductione.*

Te.cō.6. Secundum igitur accidens mutatio dimittatur.in omnibus enim est, & semper, & omniū. Quæ vero non fm accidens est, non est in omnibus,sed in contrarijs,& medijs, & in contradictione. Huius autem fides ex inductione est.

Ostendit de quo motu sit agendum. Et primo ostendit F
propositum, secundo manifestat quoddā quod dixerat.ibi
Infra. [Ex medio aūt.] Dicit ergo primo,q̄ mutatio,quæ est per accidens,dimittēda est:siue per accidēs accipiatur ex parte
Secūdo Phy. te.cō.5. mouētis,siue ex parte mobilis,siue ex parte termini. Et hoc ideo,quia motus per accidēs est indeterminat⁹:est.n.in omnibus, sicut in terminis, & in omni tempore, & omnium subiectorum vel mouentium:quia vni infinita possunt accidere. Sed mutatio,quæ non est fm accidens, nō est in omnibus:sed est tantum [in contrarijs & medijs] quātum ad motum qui est in qualitate, quantitate, & vbi [& in contradictione] quantum ad generationem,et corruptionem: quorum termini sunt esse & non esse.et hoc patet per inductionem. Sub arte autem non cadunt nisi ea quę sunt determinata:nam infinitorum non est ars. Secundo ibi.

ARGV. *Fit autem è medio mutatio,utitur enim ipso ut contrario ad utrunq; . Est.n.medium quodammodo ipsa extrema. Quapropter & hoc ad illa, & ad hoc contraria quodammodo dicuntur, ceu media fidium grauis ad ultimam dicitur, & acuta ad primam . Fuscum etiam album ad nigrum dicitur, & nigrum ad album.*

* Addita a.l. vt ex contrario. Ex medio autem mutatur. *vtitur.n.ipso, sicut quod est contrariū,ad vtrunq;. Etenim quo dammodo mediū,vltima. Vnde & ad hoc ad illa,& illa ad hoc quodāmodo dicuntur,cōtraria. vt vox media grauis ad vltimā,subtilis ad extremam . Et fuscū, albū ad nigrū: & nigrū ad albū.

Medium est quodāmodo extrema.

Manifestat quoddam quod dixerat,s.q̄ motus sit in medijs. & dicit, q̄ contingit mutari ex medio ad vtrunq; extremorum,& e contrario: inquantū,s.possumus vti medio vt contrario respectu vtriusq; extremi . Medium enim inquantum habet conuenientiam cum vtroq; extremorum, est quodammodo vtrūq; eorum:& ideo potest dici hoc ad illud,& illud ad hoc:sicut si dicam,q̄ media vox inter grauem & acutam [est grauis ad vltimam,] idest per comparationem ad acutam & [est subtilis,] idest acuta per comparationem [ad extremam,] idest ad grauē. Et fuscum est nigrum,per comparationem ad album,& e contra. H

LECTIO II.

Tribus mutationis speciebus propositis duæ earum, generatio videlicet ac corruptio à motus ratione excluduntur.

ARGV. *Cum autem omnis mutatio,è quopiam sit ad quippiam (ut ipsum quoq; nomen significat,quorū aliud prius aliud posterius est) id quod mutatur, mutari quatuor modis potest. Aut enim è subiecto ad subiectum, Aut è non subiecto ad non subiectum, Aut è non subiecto ad subiectum, Aut è subiecto ad non subiectum mutatur . Dico autem id subiectum,quod affirmatione significatur.*

Te.7. QVoniam autem omnis mutatio est a quo dam,et in quiddam: (manifestat autem et nomē.post aliud enim aliquid,& aliud quidem significat prius, aliud autem posterius) mutabitur quod mutatur quadrifariam. Aut.n. ex subiecto in subiectum, Aut ex subiecto in nō subiectum, Aut ex non subiecto in subiectum, Aut ex non subiecto in non subiectum.dico autem subiectum affirmatione monstratum.

Postquam Philosophus distinxit motum per se à motu per accidēs,hic diuidit mutationē & motum per se in suas species. Vbi cōsyderandum est q̄ Arist.supra in Tertio,vbi motum definiuit, accepit nomē motus fm q̄ est commune omnibus specieb⁹ mutationis:& hoc modo accipit hic nomen mutationis:motū autē accipit magis stricte, pro quadam mutationis specie . Diuiditur ergo pars ista in partes duas:quia primo diuidit mutationē in suas species: quarū vna est motus,In secūda subdiuidit motum in suas species, Te.9. ibi [Si igitur prædicamēta.] Circa primum duo facit.Pri- Te.7. mo ponit diuisionē mutationis, Secūdo manifestat partes diuisionis. ibi [Ex non subiecto quidem.] Circa primum tria facit.Primo præmittit quędā necessaria ad diuisionem mutationis,Secundo cōcludit ex præmissis mutationis diuisionem.ibi [Quare necesse est.] Tertio excludit quandā Secunda.7. obiectionem, ibi [Quæ.n.est ex non subiecto.] Dicit ergo Tertia.7. primo,q̄, cū omnis mutatio sit a quodam in quiddam, vt manifestatur ex ipso mutationis nomine,quod denotat aliquid esse post aliud, & aliud esse prius , & aliud posterius, necesse est his suppositis,q̄ omne quod mutatur, quatuor modis mutetur. Aut.n.vterq; terminus est affirmatus, et sic dicit aliquid mutari ex subiecto in subiectū. Aut terminus a quo est affirmatus, & terminus ad quē est negatus, & sic dicit aliquid moueri ex subiecto in nō subiectū. Aut e contrario terminus a quo,est negatus,& terminus ad quē affir G matus, & sic dicitur aliquid moueri ex nō subiecto in subiectū. Aut vterq; terminus est negatus, & sic dicit aliquid mutari ex non subiecto in non subiectū. Non.n.accipit hic subiectū eo modo quo sustinet formā:sed omne id,quod affirmatiue significatur,dicitur hic subiectum. Secundo ibi.

Quare ex dictis tres mutationes esse necesse est.eā quæ ARGV.
è subiecto est ad subiectum: et eam, quæ è subiecto ad non subiectum:& eam, quæ è non subiecto est ad subiectum.

Quare necesse est ex ijs, quæ dicta sunt, tres esse mutationes, scilicet ex subiecto in subiectū: & ex subiecto in nō subiectum: & ex non subiecto in subiectum .

Concludit ex præmissis diuisionem mutationis.et dicit, q̄ necessario ex præmissis sequitur, q̄ tres sint mutationis species. quarum vna est ex subiecto in subiectū, sicut cum aliquid mutatur de albo in nigrum. Alia autem est ex subiecto in non subiectū: sicut cum aliquid mutatur de esse in non esse:tertia est e contra ex non subiecto in subiectum:sicut cum aliquid mutatur de non esse in esse. Tertio ibi.

Ea nanque, quæ est è non subiecto ad non subiectum, ARGV.
non est mutatio: quia per oppositionem non est. neq; enim contraria,neq; contradictoria est.

Quæ enim est ex non subiecto in non subiectum,non est mutatio: propter hoc q̄ non est secundum oppositionem. neque enim contraria, neque contradictio est.

Excludit quandā obiectionem. Posset.n.aliquis obiicere,q̄,cū præmiserit quatuor modis aliquid mutari,debuisset cōcludere,quatuor esse species mutationis,et nō tres tantum. Sed hāc obiectionē excludit dicens, q̄ non potest esse aliqua mutationis species de nō subiecto in nō subiectum: quia omnis mutatio est inter oppositā,duæ aūt negationes non

non sunt oppositę.Neq;.n.dici potest,q̄ sint contrariæ:neq; A
q̄ sint contradictoria.Et huiusmodi signum est:quia quascunq; negationes contingit simul esse veras de aliquo vno & eodē,sicut lapis,nec est sanus nec eger. Vnde,cum mutatio per se sit solū in contrarijs & cōtradictione [vt supra dictum est:] sequitur q̄ ex negatione in negationem, non sit mutatio per se, sed solum sic mutatur aliquid per accidens. Cum enim aliquid fit de albo nigrum, fit etiā per accidens de non nigro non album. & per hūc modum dixit,aliquid mutari ex non subiecto in non subiectum.Quod autem est per accidens in aliquo genere, non potest esse species illius generis. & ideo ex non subiecto in non subiectum non potest esse aliqua mutationis species. Deinde cum dicit.

ARGV. *Ea igitur mutatio, quæ per contradictionem ex non subiecto est ad subiectum, generatio est. alia simplex quæ est simpliciter, alia quædam quæ est cuiusdam . ueluti ea quidem, quæ est ex non albo ad album, huius est generatio. ea uero,quæ est ex eo,quod non est simpliciter ad sub-* B
stantiam,generatio simpliciter est,qua quidem simpliciter fieri,& non aliquid fieri dicimus.

Ex nō subiecto igitur in subiectum mutatio secundum cōtradictionē,generatio est.alia quidem simpliciter simplex,alia vero quædā,cuiusdam.vt ea,quæ ex nō albo in albū,generatio quidem,huiusmodi est.Quæ vero ex nō esse simpliciter in substātiā est,generatio simpliciter est,fm quā fieri & nō fieri simpliciter aliquid dicimus.

Manifestat partes positæ diuisionis . & circa hoc tria facit.Primo manifestat duas partes diuisionis. secundo ostendit q̄ neutra earum est motus.ibi [Si igitur quod non est.] Tertio concludit, q̄ residua pars diuisionis est motus . ibi [Qm autē motus.] Circa primū duo facit. primo manifestat vnam partē diuisionis,secūdo secundam.ibi [Quę vero ex subiecto in non.] Dicit ergo primo, q̄ illa mutatio, quæ est ex nō subiecto in subiectum, est inter oppositā fm Te.cō.8. contradictionem,& vocatur generatio quæ est mutatio de Te.cō.9. non esse in esse. Sed hæc est duplex:quędā.n.est simplex ge- Infra. neratio,qua aliquid simpliciter generatur: alia vero est generatio quædam,qua aliquid fm quid generatur.Et ponit exemplū de vtraq; generatione. & primo de secūda,dicēs, q̄,cum aliquid mutatur de nō albo in albū [est generatio huiusmodi albi] & nō simpliciter. Et secundo de prima.et dicit q̄ [illa generatio,quę est ex nō esse simpliciter in ens, quod est substātia,est generatio simpliciter:fm quā simpliciter dicimus aliquid fieri & non fieri.] Cum.n. generatio sit mutatio de nō esse in esse, fm illū modū dicitur aliquid generari,quo ex nō esse in esse mutatur.Cum autem ex nō albo fit album,non mutatur aliquid ex nō esse simpliciter in esse simpliciter.Quod n.mutatur proprie,subiectum est: subiectum autē albi est aliquod ens actu. Vnde,cum subiectum maneat in tota mutatione:etiā in principio mutationis erat ens actu simpliciter loquendo,non tū erat ens actu hoc,s.albū,& ideo nō dicitur fieri simpliciter: sed fieri hoc, s.album.Subiectum vero formę substātialis nō est aliquod ens actu,sed ens in potētia tantum,s.materia prima.quę in principio generationis est sub priuatione, in fine vero sub forma.& ideo fm generationem substantiæ fit aliquid fm pliciter. Et ex hoc haberi potest, q̄ secundum nullam formam,quæ præsupponit aliam formam in materia,attenditur generatio simpliciter : sed solum secundum quid, quia quælibet forma facit ens actu. Secundo ibi.

ARGV. *Ea uero, quæ ad non subiectum est ex subiecto, corruptio est: simpliciter quidem ea, quæ est è substantia ad ipsum non esse . Quædam autem ea, quæ est ad negationem oppositam,ut in generatione est dictum.*

Quæ vero ex subiecto,in nō subiectum, corruptio est. Simpliciter quidem,quæ ex substātia ad non esse est: quædā autē est,quæ est in oppositam negationē , sicut dictū est in generatione.

Manifestat aliā partē diuisionis . & dicit q̄ illa mutatio, quæ est ex subiecto in non subiectum, vocatur corruptio. Sed quædam est corruptio simpliciter, quæ,scilicet est ex esse substantiali in nō esse: quædam vero est in oppositam negationem cuiuscunque affirmationis,sicut de albo in nō album,quæ est corruptio huiusmodi, sicut et de generatione dictum est. Deinde cum dicit..

Si igitur id,quod non est, multis dicitur modis:et neq; ARGV.
id moueri potest, quod in cōpositione diuisioneq; cōsistit: neq; id,quod est potentia,quod quidem ei opponitur,quod est simpliciter. nam id,quidem, quod est non album , aut non bonum,moueri per accidens potest. esse enim id homo potest quod est non album.id autem,quod non hoc simpliciter est,nullo pacto moueri potest. fieri.n.nō potest,ut id, B
quod non est moueatur. Impossibile est profecto generationem esse motum: id enim quod haud est generatur. Nam etsi quam maxime per accidens generatur, uere tamen de eo quod simpliciter generatur id dici potest . ipsum inquā, id esse,quod haud est. Simili sane modo fieri etiam nequit, ut ipsum idē quiescat. Hæc igitur difficilia accidunt huic, moueri inquam id quod non est.

Si igitur quod nō est,dicitur multipliciter,& neq; quod est secundum cōpositionem aut diuisionem contingit moueri: neq; quod est fm potentiam,quod ei,quod est simpliciter secundum actum oppositum est, quod. n. est non album, Ter.cō.6.
aut non bonum, tū contingit moueri secūdum accidens,erit.n.homo non albus. Quod autem simpliciter non hoc aliquid est hoc nullo modo C
contingit moueri . impossibile est.n.quod non est moueri: Si autem hoc, & generationem esse motū,impossibile erit.Fit.n.quod non est. Si.n. & quod ex nō ente maxime fm accidens fit, sed tū verū est dicere, q̄ est quod nō est,de eo,quod fit simpliciter.similiter aūt,& quiescere. Hęc igit accidūt inconueniētia,si mouetur, quod nō est.

Ostendit q̄ neutra prędictarū partium est motus.Et pri- Tertia.8.
mo q̄ generatio nō sit motus.Secūdo q̄ neq; corruptio.ibi [neq; iā corruptio.] Primum probat duabus rationibus. Quarū prima talis est.Quod simpliciter nō est hoc aliquid nō potest moueri:quia quod nō est nō mouetur , sed quod generatur simpliciter nō est hoc aliquid,est.n.non ens simpliciter:ergo quod generatur simpliciter nō mouetur.ergo generatio simplex nō est motus. Ad manifestationē autem D
primæ propositionis,dicit,q̄ non ens dicitur tripliciter. & Lectio.1.
duobus modis dictū non ens non mouetur. tertio modo di- com.4.te.
ctum mouetur per accidens. Vno modo dicitur ens & non ens secundum diuisionem & cōpositionem propositionis, prout sunt idē cum vero & falso,& sic ens & nō ens sunt in mente tantū, siue in ratione tantū, vt dī in sexto Metaphy. vnde non competit eis motus. Alio modo dicitur non ens, quod est in potentia,secundum q̄ esse in potentia opponit ei,quod est esse in actu simpliciter. et hoc etiā nō mouetur. Tertio modo dicitur non ens,quod est in potentio,quæ nō Lec.14.te.4.
excludit esse in actu simpliciter, sed esse actu hoc,sicut non album dicitur non ens, & non bonum: & huiusmodi non ens cōtingit moueri,sed per accidens, secundū q̄ huiusmodi non ens accidit alicui existenti in actu,cui cōpetit moueri:sicut cum nō est albus homo. Quod autem id,quod simpliciter non est hoc aliquid,nullo modo moueatur, nec per se neq; per accidēs,patet ex hoc,q̄ impossibile est quod nō est moueri : vnde impossibile est generationē esse motum.

Illud enim quod non est fit siue generatur. Et quãuis, vt in Primo huius dictũ est, ex non ente fiat aliquid per accidẽs, ex ente autem in potẽtia, per se: nihilominus tñ verum est dicere de eo quod fit simpliciter, cp simpliciter nõ est: vnde moueri nõ potest, & eadẽ ratione nec quiescere. vnde generatio nec motus est, nec quies. Hæc igitur incõuenientia sequuntur, siquis ponat generationẽ esse motum, s. cp nõ ens moueatur & quiescat. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Et si omne quod mouetur in loco sit: id autem quod nõ est in loco non sit (erit enim alicuoi) id profecto quod haud est non mouetur.*

Et, si omne, quod mouetur, in loco est: quod autẽ non est, non est in loco (esset enim alicubi.)

Secũda ratio. Quę talis est. Omne, quod mouetur, est in loco: sed quod non est, nõ est in loco, quia posset de eo dici cp alicubi esset: ergo quod nõ est, non mouetur. & sic idẽ quod supra. Veritas aũt primæ propositionis apparet ex hoc, cp, cum motus localis sit primus motuũ, oportet cp omne quod mouetur moueatur fm locũ, & ita sit in loco. Remoto enim priori, remouentur quæ consequenter sunt. Deinde cum dicit.

ARGY. *Neque ergo corruptio motus est. Motui nanq; motus contrarius est aut quies. At corruptio contrarium est generationi.*

Neq; iam corruptio motus est. Contrarium enim motui motus est aut quies. Corruptio autem generationi contrarium est.

Probat cp corruptio nõ sit motus: quia motui nihil contrariatur nisi motus vel quies: sed corruptioni contrariatur generatio, quæ neq; est motus neq; quies, vt ostensum est, ergo corruptio non est motus. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum autem omnis motus sit quædam mutatio, tres uero sint mutationes quas diximus, quarũ duæ, quæ in contradictione consistunt, generatio inquam, atque corruptio motus non sint, (ut ostendimus,) motum eam esse solum mutationem necesse est, quam è subiecto ad subiectum acceditur. Subiecta uero aut contraria sunt aut media. etenim priuatio ponitur contrarium. At qui nudum & album, ac nigrum, affirmatione significantur.*

Te.cõ. 9. Quoniam autem motus mutatio quædã est, mutationes autem tres sunt dictæ. Harum autẽ, quæ sunt secundum generationẽ & corruptionem, non sunt motus: hæ autem sunt secũdum contradictionem, necesse est ex subiecto in subiectum mutationem, motum esse solum. Substantia autem, aut contraria aut media sunt. Etenim priuatio ponitur contrarium, & mõstratur affirmatione nudum, & album, & nigrum.

Concludit ex præmissis, cp residua pars supra positæ diuisionis sit motus. Cum. n. motus sit quædã mutationis species: quia in eo est aliquid post aliud, quod supra dixit ad rationẽ mutationis pertinere: motus autẽ neq; est generatio neq; corruptio, quæ sunt mutationes fm cõtradictionẽ. relinquitur ex necessitate, cum nõ sint nisi tres species mutationis, cp motus sit mutatio de subiecto in subiectũ. Ita tamen cp per [duo subiecta]. i. per duo affirmata, intelligam9 cõtraria, aut media: quia etiã priuatio quodãmodo est contrarium, & qñq; significatur affirmatiue, vt nudum, quod est priuatio, & album & nigrum, quæ sunt contraria.

LECTIO III.

Nullam motus seu mutationis speciem in substantia, nec in Ad aliquid, nec in actione & passione per se esse, multiplicibus rationibus ostenditur.

ARGY. *Si igitur prædicamenta diuisa sint, et aliud sit substantia, aliud quantitas, aliud qualitas, aliud ubi, aliud ad aliquid, aliud actio, aliud passio, tres esse motus necesse est, quantitatis, qualitatis, & loci.*

Si igitur prædicamenta diuisa sunt, substãtia, & qualitate, & vbi, & quando, et ad aliquid, & quãtitate, & facere, & pati, necesse est tres esse motus, & eum qui quantitatis, & eum qui qualitatis, & eum, qui secundum locum.

Postquam Philosophus diuisit mutationẽ in generationem, & corruptionẽ, & motum, hic subdiuidit motum in suas partes. Et quia oppositorũ est eadẽ scientia, primo assignat species motus, secũdo ostendit quot modis immobile dicatur. ibi [Immobile autem.] Circa primum duo facit. Secũda. 20.e. Primo ponit quãdam conditionalem, per quam accipitur diuisio motus in suas partes: secundo manifestat conditionalem præmissam. ibi [Secundum substantiam autem.] Te.cõ. 10. Concludit ergo ex præmissis, cp, cum motus sit de subiecto in subiectum, subiecta autẽ sint in aliquo genere prædicamentorum: necesse est cp species motus distinguãtur secundum genera prędicamentorũ: cum motus denominationẽ & speciẽ a termino trahat, vt supra dictũ est, Si ergo prædicamenta sunt diuisa in decẽ rerum genera, s. substantiam, et qualitatem, &c. vt dictum est in libro Prædicamentorum, & in quinto Metaphy. & in tribus illorum inueniatur motus, necesse est esse tres species motus, s. motus, qui est in genere quantitatis: & motus, qui est in genere Qualitatis, & motus, qui est in genere vbi, qui dicitur secundum locum. Te.cõ. 14. Qualiter autẽ motus sit in iltis generibus: & qualiter pertineat motus ad prædicamẽtum actionis & passionis, in Tertio dictũ est. Vnde nũc breuiter dicere sufficiat, cp quilibet motus est in eodẽ genere cum suo termino, nõ quidem ita cp motus qui est ad qualitatẽ, sit species qualitatis: sed per reductionẽ. Sicut enim potentia reducitur ad genus actus, propter hoc cp omne genus diuiditur per potentiã & actũ: ita oportet cp motus, qui est actus imperfect9, reducatur ad genus actus perfecti. Secundum autem cp motus considerat ur, vt est in hoc ab alio, vel ab hoc in aliud: sic pertinet ad prædicamentum actionis & passionis. Secundo ibi.

Substantia uero, motus non est, propterea quòd nihil substantiæ contrarium est. ARGY.

Secundum substantiã autem non est motus: eo cp nullum entium est substantię contrarium. Te.cõ. 10.

Manifestat conditionalẽ prẽmissam. Et primo ostendit cp in alijs generibus a tribus prędictis, nõ potest esse mot9: secundo ostẽdit quomodo in istis tribus generibus motus sit. ibi [Qm autẽ neq; substantiæ.] Circa primũ tria facit. Te.cõ. 18. quia primo ostẽdit cp in genere substantiæ non est motus, secundo cp nec in genere ad aliquid. ibi [neq; est in ad aliquid.] Tertio cp nec in genere actionis et passiõis, ibi [neq; agentis. neq; patiẽtis.] Prætermittit autẽ tria prædicamenta, s. quando, & situm, et habere. Quando. n. significat in tẽpore esse, tẽpus autem mensura motus est: vnde per quã rationem nõ est motus in actione & passione, quæ pertinent ad motum, eadem ratione nec in qũ. Situs autem ordinem quendam partiũ demonstrat, ordo vero relatio est, vnde sicut in ad aliquid non est motus, ita nec in situ. Et similiter Habere dicitur fm quandam habitudinem corporis ad id, quod ei adiacet: vnde in his nõ potest esse motus, sicut nec in relatione. Quod ergo motus nõ sit in genere substantiæ: sic probat. Omnis motus est inter contraria, sicut supra dictum est: sed substãtię nihil est cõtrarium: ergo fm substantiam non est motus. Habet autem dubitationẽ quod hic Te.cõ. 14. dicitur, propter hoc cp idẽ Philosophus dicit in libro secun Te.cõ. 20. do de Generatione, cp ignis est cõtrarius aquę: & in primo libro de Cœlo dicitur, cp Cœlum nõ est generabile nec corruptibile, quia nõ habet contrariũ. Vnde videtur relinquere, cp ea, quæ corrũpuntur, vel sunt contraria, vel ex contrarijs cõposita. Dicunt autem quidã ad hoc, cp vna substãtia potest esse alteri cõtraria, vt ignis aquæ, fm suam formam, non fm suum subiectũ. Sed fm hoc probatio Arist. non valeret.

sufficeret. n. ad hoc cp motus sit in substantia, cp formæ substantiales sint cõtrariæ. Est. n. motus de forma in formã, quia & in alteratione subiectũ non est cõtrarium subiecto, sed forma formæ. Et ideo aliter dicendũ, cp ignis est cõtrarius aquæ fm qualitates actiuas & passiuas: quæ sunt calidum, frigidũ, humidum, & siccum, non autem fm formas substantiales. Non. n. potest dici cp calor sit forma substãtialis ignis, cũ in alijs corporibus sit accidens de genere qualitatis. Quod. n. est de genere substantiæ, nõ potest esse alicui accidens. Sed hæc etiam responsio difficultatem patitur. Manifestum est. n. cp propriæ passiones causantur ex principijs subiecti, quæ sunt materia & forma. Si igitur propriæ passiones ignis & aquæ sunt contrariæ, cum contrariorum sint cõtrariæ causæ: videtur cp formæ substantiales sint contrariæ. Item in decimo Metaphy. probatur, cp omne genꝰ diuiditur per cõtrarias differẽtias: differentiæ autẽ sumuntur a formis, vt in Octauo eiusdẽ libri habetur: videt ergo cp sit cõtrarietas in formis substãtialibus. Dicẽdum est igitur, cp cõtrarietas differentiarum, quę est in omnibus genę ribus, attẽditur fm communem radicẽ contrarietatis, quæ quidem est excellẽtia et defectus: ad quam oppositionẽ omnia contraria reducuntur: vt in Primo huius habitum est. Omnes. n. differentiæ diuidẽtes aliquod genus, hoc modo se habent, cp vna earũ est vt abundans, & alia vt deficiẽs respectu alterius. Propter quod Aristo. dicit in Octauo Metaphysi. cp diffinitiones rerũ sunt sicut numeri: quorũ species variantur per additionẽ & subtractionẽ vnitatis. Non autem oportet cp in quolibet genere sit contrarietas fm propriam rationẽ huius & illius speciei, sed solum fm communem rationẽ excellentię & defectus. Quia. n. contraria sunt quę maxime distãt: oportet cp in quocunq; genere inuenię contrarietas, cp inueniãtur duo termini maxime distantes, inter quos cadunt omnia, quæ sunt illius generis. Nec hoc sufficeret ad hoc cp in illo genere esset motus, nisi de vno extremo in aliud cõtingeret continue peruenire. In quibusdã ergo generibus hæ duæ conditiones desunt, vt patet in numeris. quãuis. n. omnes species numerorũ differant fm excellentiam & defectũ: tñ non est accipere duo extrema maxime distantia in illo genere. est. n. accipere minimũ numerum, s. dualitatẽ, non tñ maximũ. Similiter inter species numerorum nõ est continuitas, quia quælibet species numerorum formaliter perficitur per vnitatẽ, quæ indiuisibilis est, & alteri vnitati nõ cõtinua. Et similiter etiã est in genere substantiæ. Sunt. n. formæ diuersarum specierum abinuicem differẽtes fm excellẽtiam & defectum, inquãtum vna forma est nobilior alia: & propter hoc ex diuersis formis possunt causari diuersæ passiones, vt obiectum est: tñ vna forma speciei fm propriam suam rationẽ non habet cõtrarietatem ad aliam. Primo quia in formis substantialibus non attenditur maxima distãtia inter aliquas duas formas, ita cp ab vna earũ non veniatur ordinatim nisi per media: sed materia, dũ exuitur vna forma, potest indifferẽter recipere diuersas formas absq; ordine. Vnde Arist. dicit in Secundo de Generatione, cp, cũ ex terra fit ignis, nõ oportet cp sit trãsitus per media elemẽta. Secundo, quia cũ esse substantiale cuiusliber rei sit in aliquo indiuisibili, nõ potest aliqua continuitas attẽdi in formis substãtialibus, vt motus cõtinuus possit esse de vna forma in aliam fm remissionẽ vnius formæ, & intẽsionem alterius. Vnde probatio Arist. qua probat in substãtia non esse motum, quia non est ibi contrarietas, est demonstratiua, & nõ probabilis tantũ, ut Commentator innuere videtur. Licet possit & alia ratiõe probari cp motus nõ est in substantia, quam supra posuit: quia, s. subiectum formæ substãtialis est ens in potẽtia tantum. In qualitatibus autẽ tertiæ speciei, manifeste apparet cõtrarietas fm vtranq; rationẽ: & quia qualitates possunt intendi & remitti vt sic possit esse cõtinuus mot9 de qualitate in qualitatem: et quia inuenitur maxima distãtia in eo genere inter duo determinata extrema, sicut in coloribus, inter albũ & nigrum: in saporibus, inter dulce & amarũ: in quantitate autem & loco, alterum istorũ manifeste inuenitur, s. continuitas: sed aliud, s. maxima distantia determinatorũ extremorum nõ inuenitur in eis, si secundum communem rationem quãtitatis & loci accipiantur, sed solum fm cp accipiuntur in aliqua re determinata: sicut in aliqua specie animalis vel plãtæ est aliqua minima quantitas, a qua incipit motus augmenti, et aliqua maxima, ad quam terminatur. Similiter etiam in loco inueniuntur duo termini maxime distantes, per comparationem ad motum aliquem, in quo rum vno incipit motus, & in aliud terminatur, siue sit motus voluntarius naturalis, siue violentus. Secundo ibi.

Te.cõ. 23. Tex.cõ. 6.

Quocunq; in genere ẽ vna prima contrarietas fm cõmunem contrarietatis radicem, nõ autem secundũ propriam rationem.

Quæ natura cõtrarietas attẽdẽda sit eo in genere in quo fit mot9.

At neq; in hisce, quæ sunt ad aliquid: altero. n. subeunte mutationem, alterum mutationem non subiens, uere dici potest: quare motus ipsorum per accidens est. ARGY.

Neq; est in ad aliquid. contingit enim altero mutato, verum esse alterum non mutari. quare secundum accidens motus horum est.

Ostendit cp non est motus in genere ad aliquid. In quocũq; n. genere est per se motus, nihil illius generis de nouo inuenitur in aliquo absq; eius mutatione, sicut nouus color non inuenitur in aliquo colorato, absq; eius alteratiõe. Sed contingit de nouo verũ esse, aliquid relatiue dici ad alterũ altero mutato, ipso tñ non mutato: ergo motus nõ est per se in ad aliquid, sed solũ per accidens, inquantum, s. ad aliquã mutationem consequitur noua relatio: sicut ad mutationẽ secundum quantitatẽ sequitur æqualitas vel inæqualitas: & ex mutatione fm qualitatem, similitudo dissimilitudo. Hoc autẽ quod hic dicitur, in quibusdam nõ videtur habere difficultatẽ, in quibusdam aũt sic. Sunt. n. quædam relationes, quæ nõ sunt aliquid realiter in eo, de quo prædicantur: quod quidẽ qñq; contingit ex parte vtriusq; extremi, sicut cum dicitur idẽ eidem idem: hæc. n. identitatis relatio in infinitũ multiplicaretur, si quælibet res esset sibi eadem per relationem additã. manifestũ est. n. cp quodlibet sibijpsi est idem. Est ergo hæc relatio fm rationẽ tantum, inquantum, s. vnam & eandẽ rem ratio accipit, vt duo extrema relationis. Et similiter est in multis alijs. Quædam vero relationes sunt, quarum vna realiter est in vno extremo, et alia fm rationẽ tantũ in altero, sicut scientia et scibile. scibile. n. relatiue dicitur, non quia ipsum refertur per aliquam relationem in ipso existẽtẽ, sed quia aliud refertur ad ipsum vt patet per Philosopũ in Quinto Metaphy. et similiter est cũ Te.cõ. 10. columna dicitur dextra animali. Dextrum. n. & finistrum sunt relationes reales in animali: quia in eis inueniũtur: determinatæ virtutes, in quibus huiusmodi relatiões fundantur. in columna autẽ non sunt fm rem, sed fm rationẽ tantum: quia nõ habet prędictas virtutes, quę sunt fundamenta harum relationũ. Quędam vero relatiua sunt, in quibus ex parte vtriusq; extremi inuenit relatio realiter existens, sicut in æqualitate & similitudine: in vtraq;. n. inuenitur quantitas vel qualitas, quę est huius relationis radix. & simile etiã apparet in multis alijs relationibus. In illis igitur relationibus, quæ nõ ponunt rem aliquam nisi in vno extremorum, non videtur difficile cp mutato illo extremo, in quo relatio realiter existit, de nouo dicatur aliquid relatiue de altero absq; sui mutatiõe: cũ nihil ei realiter adueniat Sed in illis, in quibus relatio inuenit realiter in vtroq; extremorũ, videtur difficile cp aliquid relatiue dicat de vno per mutationẽ alterius absq; mutatione sui: cũ nihil de nouo adueniat alicui absq; mutatione eius cui aduenit. Vnde dicendum est, cp si aliquis per suam mutationem efficiatur mihi æqualis, me non mutato, ista æqualitas primo erat in me quodam modo, sicut in sua radice, ex qua habet esse reale. ex hoc. n. cp habeo talem quantitatem, competit mihi, cp sim æqualis omnibus illis, qui eandem quantitatem habent. Cum ergo aliquis de nouo accipit illam quantitatem, ista cõmunis radix æqualitatis determinatur ad istã, & ideo nihil aduenit mihi de nouo per hoc, cp incipio esse alteri æqualis per eius mutationem. Tertio ibi.

Neq; item agentis est motus, ac patientis, neq; mouentis, ac eius quod mouetur. quia motus non est motus, neq; ARGY.

genera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

generationis est generatio, neque omnino mutationis, mutatio.

Neq; agentis neque patientis: neque omnis, quod mouetur aut mouentis: quia non est motus, motus, neque generationis generatio, neq; omnino mutationis mutatio.

Probat cp non sit motus in genere Actionis et Passionis. Actio.n.& passio non differunt subiecto a motu: sed addūt aliquam rationem, vt in Tertio dictum est. Vnde idem est dicere cp motus sit in agere & pati: & cp motus sit in motu. 1e.cō.14. Circa hoc ergo tria facit. Primo proponit cp intēdit, Secundo probat propositū. ibi [primum quidē cum contingit.] Tertio ponit quādam distinctionē ad propositi manifestationem. ibi [Omnino autem qm̄ mouetur.] Dicit ergo primo, cp sicut motus nō est eius, quod est ad aliquid, ita etiam non est agētis & patientis, neq; etiā, vt absolute loquamur, est mouētis aut moti: quia non potest esse cp aliquis motus sit alicui⁹ motus, neq; cp generatio sit generationis, quę sunt species mutationis: neque etiam cp mutationis sit mutatio, quæ est genus eorum, & etiam corruptionis. Secundo ibi. 4e.cō.17.

ARGV. *Motus.n. dupliciter motus esse potest. Aut ut subiecti, ut homo mouetur, quia ex albo in nigrū mutatur. Et motus ne igitur hoc modo, aut calefit, aut frigefit, aut mutat locum, aut accrescit, aut decrescit? at hoc fieri nequit. Mutatio nanq; nō subit rationem subiecti. Aut hoc ipso quod aliquod aliud subiectum ex una mutatione ad aliam mutationis speciem, perinde ut homo ex ægritudine ad sanitatem mutatur. At neq; hoc esse potest, nisi per accidēs. hic enim motus ex alia forma in aliam est mutatio, et generatio & corruptio modo eodem, hoc excepto, has quidem ad sic oppositas esse: motum autem non similiter. Simul igitur in morbum e sanitate mutatur, & ex hac ipsa mutatione ad aliam. Patet igitur cum ægrotauerit ad quamuis fore mutatum. quie scere nanq; potest. Et insuper non ad quāuis, semper, & illam, ex aliquo nimirum in aliquod aliud erit. Quare & opposita sanatio erit. non ergo motus est motus. nisi per accidens. uelut si est recordatione in obliuionem mutatur quia cui illud inest, id interdum in scientiam, interdum in sanitatem mutatur.*

Primum enim cōtingit dupliciter motus esse motū. Aut sicut subiectū, vt homo mouet̄, quia ex albo in nigrū mutatur. an sic & motus, aut calescit aut frigescit, aut locū mutat, aut augmentatur, aut diminuitur? Hoc autem impossibile est. Non.n. subiectorū aliquid est mutatio. Aut ex eo, quia, aliquod aliud subiectū ex mutatiōe mutatur in alterā speciē, vt homo ex ægritudine in sanitatē. Sed neq; hoc possibile est nisi secūdum accidens. Hic.n. motus ex alia specie in aliā mutatio est: & generatio et corruptio similiter, p̄ter cp hę sunt in oppolita sic, motus aūt nō similiter. Similiter igitur mutabitur ex sanitate in ęgritudinem. & ex ipsa hac mutatione, in aliā. Manifestum autē cp cū infirmetur, mutatus erit in quālibet contingit, n. quiescere. Et amplius, non in contingentē semper. et illa, ex quodā in quoddā alterum est. Quare et oppolita erit sanatio, sed secundū quod accidit, vt si ex recordatione in obliuionem mutatur. qm̄ cui ineſt illud mutatur aliquando in scientiam, aliquādo vero in sanitatē. 1e.cō.18. 1e.cō.19.

Probat cp mutationis nō possit esse mutatio. & hoc per sex rationes. Quarum prima est. quia, si mutationis sit mutatio, hoc potest intelligi dupliciter. vno modo vt mutatio sit mutationis sicut subiecti, quod mouet: sicut aliqua mutatio est hominis, quia homo mouetur, puta, de albedine in nigredinem. Sic ergo potest intelligi cp motus aut mutatio sit mutationis, aut motus vt subiecti: ita. s. cp motus aut mutatio moueatur, puta cp calescat aut infrigidetur vel mouea tur fm locū, aut fm augmentū & diminutionē. Sed hoc est impossibile, quia mutatio nō est de numero subiectorum, cum nō sit substantia per se subsistens. non ergo potest esse mutatio mutationis vt subiecti. Aliomodo potest intelligi, vt sit mot⁹ mutationis vt termini, ita. s. cp aliquod subiectū moueatur ex una specie mutationis in alterā, sicut ex calefactione in infrigidationē, aut sanationē: vt duæ mutationes intelligātur duo termini vnius mutationis, sicut ægritudo & sanitas intelligūtur duo termini mutationis, cum homo mutatur à sanitate in ęgritudinem. Sed non est possibile cp aliquod subiectum moueatur per se de mutatione in mutationem, sed solū per accidens. Et cp hoc non sit possibile per se, probat dupliciter. primo quidē sic. Omnis.n. motus est mutatio ab vna specie determinata in aliam speciem determinatam. & similiter generatio & corruptio, quæ condiuiduntur motui habenti determinatos terminos, sed est differentia intātum cp generatio et corruptio sunt in terminum oppositum [sic]. i. fm contradictionē: sed motus est in terminum oppositum [non similiter] sed fm cōtrarietatem. Si igitur aliquod subiectū mutetur de mutatione in mutationem, puta de ægrotatione in dealbationem: simul dum mutatur in subiectū de sanitate in ægritudinē, mutabitur etiā ex hac mutatione in aliam. Dum.n. subiectū adhuc est partim in termino a quo, mouetur in terminū ad quem: sicut dū aliquis habet aliquid de sanitate, mouetur ad ægritudinem. Si ergo motus de sanitate in ægritudinē sit terminus a quo alicuius motus, dum adhuc durat ista mutatio, qua. s. aliquis mutatur de sanitate in ęgritudinē, simul mutabitur subiectum de hac mutatione in aliam, quę succedit in subiecto huic mutationi. Manifestum est autem, cp quando prima mutatio fuerit terminata, s. cum iā quis ex sanitate mutatus est in ægritudinē, poterit deinceps succedere sibi quæcunq; alia mutatio. Nec hoc est mirū, quia cōtingit terminata prima mutatione, subiectum quiescere, & nulla mutatione mutari, & eadē ratione contingit, cp mutet̄ alia quæcunq; mutatione. Si igitur est aliquis motus de prima mutatione in secundā mutationē, quę succedit in subiecto, sequetur cp motus sit de prima mutatione in quācunq; aliā indeterminate. Et hoc est contra rationē motus per se: quia omnis motus est de determinato ad determinatū terminū. non.n. corpus mouetur per se de albo in quodcunq;, sed in nigrum aut mediū. Patet ergo cp duæ mutationes nō sunt per se termini mutationis alicuius. Secundo autem probat idem per aliā rationem. Quia si mutatio quędam per se est de mutatione præcedente in mutationē subsequentem, nō oportet cp semper sit mutatio in mutationē [contingentē] scilicet quam cōtingat simul esse cū mutatione præcedēte: sicut dealbatio simul potest esse cū ægrotatione, sed sanatio non potest simul esse cū ægrotatione, quia sunt contrariæ mutationes. Contingit tū cp ęgrotationi succedat in eodem subiecto sicut dealbatio, ita et sanatio. Et hoc est quod dicit cp mutatio, quæ ponitur esse de vna mutatione in aliā, non semper est in mutationē cōtingentem, cum qñq; succedat non contingens. Et illa etiam mutatio non contingens est [ex quodam in quoddā alterum]. i. inter duos alios terminos, quare ista mutatio nō contingēs, in quam aliquis mutatur de ægrotatione: erit sanatio oppolita ægrotationi. Quod autē hoc sequatur inconueniēs, patet ex propositione supra inducta. s. cp simul dum est prima mutatio, mutabitur in secundā. simul ergo dum aliquis mouetur ad ægritudinem, mutabitur ad sanationē. Sanationis autem terminus est sanitas: est.n. de quodam in quoddā aliud, vt dicit. Vnde relinquitur, cp simul, dū aliquid mouetur ad ægritudinem moueatur etiā ad sanitatē: quod est moueri ad duo contraria

contraria simul & intēdere ea simul: quod est impossibile. Sic igitur manifestum est, cp nulla mutatio est per se de vna mutatione in aliam. Sed cp hoc cōtingat esse per accidēs, vt premisit, manifestat subdēs: cp per accidēs hoc cōtingit, sicut qñ subiectū nūc mutatur vna mutatione, et postmodū alia: puta si aliquid dē mutari per accidēs de recordatione in obliuionē, vel in quamcunq; aliā mutationē. quia subiectum mutationis qñq; mutatur in scientiā, qñq; in aliquid aliud, puta in sanitatem. Secundam rationem ponit ibi.

ARGV. *Præterea, si mutationis est mutatio, generationisq; generatio, in infinitum erit abitio. Necesse est autem et priorem esse, si posterior erit: ueluti, si generatio simplex aliquando fiebat, & ipsum fiens fiebat. Quare nondum erat fiens simpliciter, sed aliquod fiens, atq; tam fiens: & hoc rursus aliquando fiebat. Quare nondum erat tum fiens. Cum autem infinitorum primum quicquam non sit, primum ipsum non erit. quare neq; id erit quod hæret. Impossibile est igitur generari quicquam, moueri aut mutari.*

Amplius autem in infinitū vadit, si erit mutationis mutatio, et generationis generatio. Necesse est igitur esse primā, si vltima erit, vt si simpliciter generatio fiebat aliqn̄, & quod fit, fiebat. Quare nondū erat quod fit simpliciter, sed aliqd cum fit & factum est iā, & iterum fiebat hoc aliquando. quare nondū erat tunc, quod fit. Quoniam autem infinitorum non est primum, non erit quid vltimum: quare neq; habitū: neq; fieri igit̄, neq; moueri possibile est, neq; mutari nihil. Ter.cō.13.

Secūda ratio. Præmittit duas conditionales. Quarū prima est, cp, si mutatio est mutationis, vel generationis generatio, quocunq; modo necesse est procedere in infinitum: quia eadē ratiōe generatio secunda habebit aliā generationem, & sic in infinitum. Secunda cōditionalis est, cp si ordinentur hoc modo generationes, & mutationes, cp mutatio sit mutationis, & generatio generatiōis, si vltima mutatio vel generatio erit, necesse est cp prima sit. Hanc autem secūdam conditionalē sic probat. Sit.n. aliquid, quod generetur simpliciter, putà ignis: si generationis est generatio, oportet dicere, cp etiam ista simpliciter generatio aliqñ generabatur, & hoc ipsum fieri fiebat: cū autē fiebat ipsa generatio nōdum erat illud, quod generatur simpliciter, s. ignis, quia aliquid non est dū fit, sed qñ iam factum est, tunc primo est: ęjdiu ergo fiebat generatio ignis, ignis nondū erat factus: nōdum ergo erat. & iterum ipsa generatio sui generationis eadē ratione aliquando fiebat: & sicut qñ fiebat generatio ignis, nondum erat ignis, ita sequitur cp quandiu fiebat generatio generationis ignis nondū esset generatio ignis: ex quo manifestū est cp generatio ignis esse nō potest nisi completa sua generatione: & eadē ratione nec illa, nisi fuerit præcedens, & sic vsq; ad primam. Si ergo nō fuerit prima generatio, nō erit vltima, quæ est generatio ignis: sed, si procedatur in generationibus in infinitū, nō est accipere primam mutationem, vel generationē, quia in infinitis non est primum: vnde sequitur cp neq; sit [habitum]. i. cōsequenter se habens in generationibus, et mutationibus. Si autem nō sit aliqua generatio nec mutatio, nihil fit, neq; mouet. Si ergo generationis fit generatio & mutatiōis fit mutatio, nihil fit neq; mouetur. Est autem attendendum, cp hæc ratio non excludit quin mutatio possit sequi mutationem per accidens in infinitum: quod oportet dicere fm opinionem Arist. qui posuit motum ętternum. Sed intendit ostendere, sicut prius dictum est, cp mutatio non sit mutationis per se in infinitum. Sic enim postrema dependerent ex infinitis præcedētibus, & numquam finirentur. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGV. *Præterea eiusdem est contrarius motus & quies: insuper, & generatio atq; corruptio. Quare ipsum fiens tunc corrumpitur, cum sit fiens, neq; enim statim fiens: neque posterius: sit enim oportet, id quod corrumpitur.*

Amplius eiusdem motus cōtrarius est, & adhuc quies: & generatio, & corruptio. Quare & quod fit (cum fiat quod fit) tunc corrumpitur. neque enim cum mox fit neque posterius: esse enim oportet quod corrumpitur. Ter.cō.14.

Quæ talis est. Eidē motui cōtrariatur & motus et quies: sicut ascensioni contrariatur descensus & quies in loco inferiori. & similiter generatio & corruptio cōtrariantur: contraria autē nata sunt fieri circa idem. ergo quicquid generatur potest corrūpi. Sed, si generationis est generatio: oportet cp generatio generetur: ergo generatio corrūpitur. Sed quod corrumpitur oportet esse, sicut.n. generatur quod nō est, ita corrūpitur quod est. ergo oportet cp [cum fiat quod fit]. i. cum generatur aliquid generatione existēte, tūc ipsa generatio corrūpatur: non quidē statim cū generatio defierit, neq; iterū in posteriori tēpore, sed simul. quod videtur inconueniens. Est autē considerandū, cp generatio est vt terminus eius quod generat̄ sicut substātia: quia generatio est transmutatio ad substantiā: quod autē est generationis subiectū, nō est id quod generat̄, sed materia eius. Vnde Arist. nō recedit a suo proposito: quo intēdebat ostēdere, cp mutatio nō est mutationis, vt termini. Quartā rationē ponit ibi. Tertia ratio.

ARGV. *Præterea et ei quod generatur, et ei quod mutatur, materiam subesse oportet. Erit igitur, ut alterabile corpus est aut anima, sic aliquid id quod fit motus, uel generatio. Et aliquid rursus ad quod mouentur. Oportet.n. huius ex hoc ad hoc motum aliquid esse, non motum uel generationem.*

Amplius oportet materiā subesse, & ei quod fit, et ei, quod mutat̄. Quæ igit̄ erit materia: sicut alterabile, vt corpus, aut aia, sic aliquid quod fit motus aut generatio. Et iterū aliquid, in quod mouetur. Oportet.n. aliquid esse huiusmodi ex hoc in hoc motum: non motū aut generationē. Ter.cō.15. Ter.cō.16.

Quæ talis est. In omni generatione oportet esse aliquam materiā, ex qua fiat illud quod generatur, sicut in omni mutatione oportet esse aliquā materiam vel subiectū, vt in alteratione subiectum est corpus quantū ad corporales alterationes, & anima quantum ad animales. si ergo generatio generet, oportet cp sit aliqua materia ipsius generationis, quæ. s. in speciem generationis transeat: sicut materia ignis generati, transit in speciem ignis: & talem materiam nō est assignare. Ponit etiam sub eadem ratione aliud medium: quia. s. in qualibet generatione vel mutatione oportet esse aliquem terminum, in quem aliquid mouetur: et huiusmodi terminum oportet esse hoc aliquid demonstratū vel determinatum: huiusmodi autem non est nec motus, neq; generatio. Non est ergo possibile, cp generationis, aut motus sit alicuius generatio. Quintam rationem ponit ibi. Quarta ratio.

ARGV. *Et insuper quo pacto erit? non enim generatio perceptionis, erit perceptio. Quare neque generationis erit generatio, neq; quædam cuiusdam.*

Similiter autem, & quomodo erit? non enim erit doctrina, doctrinæ generatio. Quare neque generationis generatio: neq; quædā, cuiusdam. Quinta ratio

Quæ talis est. Sicut se habet genus ad genus, sic et species ad speciem. si igitur generationis sit generatio, oportebit, cp etiam doctrinæ generatio, sit doctrina. Sed hoc apparet manifeste falsum. Doctrina enim est generatio scientiæ, & non generatio doctrinæ: ergo nec generationis potest esse generatio. Sextam rationem ponit ibi.

ARGV. *Præterea si tres mutationis species sunt, subiectam naturam harum aliquam esse, & ea, in quam mouentur necesse est. Vt eluti lationem alterari aut ferri necesse est.*

Amplius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amplius, si tres species sunt motus, harum aliquam necesse est esse subiectam naturam, & in quam mouetur. Loci ergo mutationem alterari aut ferri continget.

Sexta ratio.

Quæ talis est. Si mutationis sit mutatio vel sicut subiectum vel sicut termini, cum tres sint species motus scilicet motus in vbi, & motus in quantitate, & qualitate, sequetur ꝙ una harum specierum possit esse subiectum alterius, & etiamnus etiam sui ipsius. Sequeretur ergo, ꝙ loci mutatio alteretur, vel etiam feratur secundū locum: quæ quidem euidentius apparent inconuenientia in speciali ꝙm in communi. Non ergo dicendum est ꝙ mutationis sit mutatio, aut generationis generatio. Tertio ibi.

ARGV. *Omnino autem, cum omne quod mouetur trifariā moueatur, aut quia per accidēs mouetur, aut quia pars aliqua mouetur, aut quia per se mouetur: per accidens duntaxat mutari mutatio potest. ueluti si is, qui sanatur, currit uel discit. At eam, quæ est per accidens, iādudum omisimus.*

Omnino autē, quoniā mouetur omne quod mouetur tripliciter, aut in eo quod est secūdum accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per se: secundum accidens solum contingit mutari mutationē, vt si qui sanus fit, currat, aut discat. Hanc autem fm accidens dimisimus olim.

Ostendit quomodo possit esse mutationis mutatio. & dicit ꝙ cum tripliciter aliquid moueatur, (vt supra est dictum,) vel fm accidens, vel fm partem, vel per se, solum modo per accidens contingit mutari mutationem: inquantum scilicet subiectum mutationis mutatur, puta si aliquis dum fit sanus currat aut discat, tunc enim sanatio curret aut discet p accidēs, sicut musicus ædificat. Sed de eo quod mouetur per accidens, non intendimus nunc tractare, hoc enim supra iam prætermisimus.

LECTIO IIII.

Motus proprie tribus tantum in generibus esse dicitur. Quo item modis sumatur immobile ostenditur.

ARGV. *Cum autem neque in substantia, neque in relatione, neque in actione, passioneue, sit motus, restat in qualitate, quantitate ac ubi, tantummodo motum esse. in unoquoq; nanq; istorum, contrarietas est.*

Te. cō. 18. QVoniam autem neque substantiæ, neque ipsius ad aliquid, neque ipsius facere aut pati, relinquitur secundum quale, aut quātum, & vbi, motum esse solum: in vnoquoque enim horum est contrarietas.

Ostenso ꝙ nō est motus in substātia, neq; in ad aliquid, neq; in actione & passione, concludit in quibus generibus sit motus. Et circa hoc tria facit. Primo inducit cōclusionē intentam, Secundo ostēdit qualiter sit motus in vnoquoq; trium generū. ibi [Motus quidem igitur.] Tertio remouet quādam dubitationē. ibi [Quæ autē est in eadem specie.] Dicit ergo primo. ꝙ cū motus non sit nec in substantia, nec in ad aliquid, nec in facere et pati, vt ostēsum est, Relinquitur ꝙ motus sit solum in istis tribus generibus, s. qualitate, & quantitate, & vbi: quia in vnoquoq; horum generum contingit esse cōtrarietatem, quam requirit motus. Quare autem prætermittat tria genera. s. quando, situm, & habere: & quomodo in istis tribus generibus, in quibus est motus, sit contrarietas, supra ostensum est. Secundo ibi.

Infio. Te. cō. 19.

ARGV. *Is igitur motus, qui in qualitate est, alteratio sit. hoc enim commune nomen positum est. Atq; qualitatem non eam dico, quæ in substantia est (est enim & differentia qualitas) sed eam, quæ est passiua, qua quippiam pati dicitur, aut impassibile esse.*

E Motus igitur secundum quale, alteratio sit, huic enim alludit commune nomē. Dico autem quale non in substantia: (& nanque differentia quale est) sed quod passiuum, secundum quod dicitur pati, aut impassibile esse.

Ostēdit qualiter sit motus in prędictis generibus. Et primo qualiter sit in qualitate, Secundo qualiter in quātitate. ibi [Qui vero secūdum.] Tertio qualiter in vbi. ibi [Qui autem secundū locum.] Dicit ergo primo ꝙ motus, qui est in qualitate, vocatur alteratio. Huic. n. generi alludit hoc cōmune nomen, quod est alteratio. nam alterū solet dici ꝙ differt fm qualitatē. Loquimur autē nunc de qualitate nō fm ꝙ quale inuenitur in genere substātię, fm ꝙ differentia substantialis dicit prædicari in eo quod quale: sed de quali passiuo, quod cōtinetur in tertia specie qualitatis, secundū quod quale dicitur aliquid pati aut nō pati, vt calidū et frigidum, album & nigrū & huiusmodi. In his. n. cōtingit esse alterationem, vt in Septimo probabitur. Secundo ibi.

F

ARGV. *Hic autem, qui est in quātitate, cōmuni quidem nomine caret: habet autē earum partium, in quas diffunditur, nomina: quarū altera Accretio, alia Decretio nūcupatur. Ea quidem, qua ad perfectam acceditur magnitudinem, Accretio: ea uero, qua ex hac receditur, Decretio.*

Qui vero secundum quantum, secundū cōmune quidem innominatus est, sed secundum vtrunq;, Augmentum & Decrementum. qui enim est in perfectam magnitudinē, Augmentum est: qui vero ex hac, Decrementum.

Ostendit quomodo sit motus in quantitate. & dicit ꝙ motus, qui est in quantitate, non est nominatus fm suum genus, sicut alteratio: sed nominatur fm suas species, quæ sunt augmentum, & decrementum. Motus enim qui est ab

G imperfecta magnitudine ad perfectam vocatur augmentum: qui vero est a perfecta magnitudine in imperfectam vocatur decrementum. Tertio ibi.

ARGV. *At is qui est in loco, & communi nomine caret, et proprio. latio autem communi nomine nūcupetur, quāquam ea sola proprie ferri dicuntur, in quibus, cum mutant locū, non est situm stare: & quo loco seipsa non mouerint.*

Qui autem est secundum locum, & secūdum proprium & commune innominatus est. sit autem latio vocata: quod commune est. quamuis dicantur ferri hæc sola proprie, cum non in seipsis sit stare mutantibus locum. & quæcunq; non ipsa seipsa mouent secundum locum.

Ostendit qualiter sit motus in vbi. & dicit ꝙ motus secundum locum non habet nomen commune generis, neq; nomina propria specierum, sed impositū est ei nomen cōe, vt vocetur latio: quāuis hoc nomen sit proprium omnino

H motus localis in cōmuni. Illa. n. sola dicuntur proprie ferri, quæ sic mouentur fm locum, ꝙ non est in potestate eorum ꝙ stent. & huiusmodi sunt illa, quę non mouentur a seipsis fm locum, sed ab alijs. Ideo autē imponi potuit nomen cōe motui in qualitate: quia qualitates sunt contrariæ fm propriam rationē suarum specierum: fm quas cōtinentur sub genere qualitatis. Contrarietas autē in quantitate non est fm rationē suarum specierum, sed fm perfectū & diminutum, vt supra dictum est, & fm hoc denominantur species. Sed in loco est cōtrarietas solum per cōparationem ad mōtum, respectu cuius duo termini maxime distāt: & ideo ꝙ ista contrarietas est fm id, quod omnino extraneum est ab hoc genere: nō potuit motus, qui est in hoc genere, habere nomen, neq; in generali neq; fm partes. Deinde cum dicit.

ARGV. *Mutatio autem ea, quæ est eadem in forma ad magis ac minus tale, alteratio est. Ea nanque mutatio, qua ex contrario*

contrario ad contrarium itur, aut simpliciter aut aliqua ex parte motus nimirum est. Nam, si ad minus tale, accedit ur ad contrarium: si ad magis ut ex contrario in ipsum mutari dicetur. Nihil. n. interest aliqua ex parte quippiā, an absolute mutetur. attamen aliqua ex parte esse ipsa contraria oportebit. Est autem ex eo magis minusue tale, quia plus aut minus inest contrarij, & non inest.

A

Te. cō. 9. Quæ autem est in eadē specie mutatio in magis & minus alteratio est. Quæ. n. ex cōtrario & aut in cōtrariū, motus est, aut simpliciter, aut sic. In minus quidem. n. vadēs, in cōtrarium dicetur mutari: in magis aūt, tanquā ex cōtrario in seipsum. Differt. n. nihil sic mutari, aut simpliciter: nisi ꝙ sic oportebit cōtraria esse. Magis aūt et minus est quo plus aut minus cōtrarij inest, aut nō.

B Manifestat quoddā quod poterat esse dubium, ostendēs ad quam speciē motus reducatur mutatio, quæ est fm magis & minus, puta cum aliquid de magis albo fit minus album, & e cōtrario, posset. n. alicui videri ꝙ reduceretur ad motum augmēti & decrementi. Sed ipse ostēdit ꝙ reducitur ad motū alterationis. & dicit ꝙ mutatio, quæ est in eadem specie qualitatis, puta in albedine vel in magis, vel in minus, est alteratio. Et hoc probat p hoc ꝙ alteratio est mutatio de cōtrario in contrarium fm qualitatē, quod contingit dupliciter. [Aut simpliriter.] cum aliquis mutatur de albo in nigrū, vel econtra. [aut sic]. s. quando aliquid mutatur de magis albo in minus albū, & econtra. Et ꝙ sic mutari sit mutari de cōtrario in contrarium probat per hoc, ꝙ cum aliquid mutatur de magis albo in minus albū, potest dici mutari de cōtrario in contrarium, quia appropinquat ad contrarium. s. ad nigrum. cum autē mutatur aliquid de minus albo in magis albū, idem est ac si mutaretur de contrario in contrariū, s. de nigro in ipsum album: ex hoc. n. fit

C magis albū, quia magis recedit a nigro, & perfectius participat albedinē. Et nihil differūt quantū ad hoc ꝙ sit alteratio, ꝙ mutet aliquid de contrario in contrariū. [vel simpliciter, vel sic]. s. fm magis & minus: nisi ꝙ, qñ mutatur aliquid simpliciter de cōtrario in contrariū, necesse est ꝙ sint duo cōtraria in actu termini alterationis, vt albū & nigrū. sed mutatio secundū magis & minus est inquantū est plus & minus de altero contrariorum, vel non est. Vlterius ibi.

ARGV. *Ex his igitur, quæ dicta sunt, patet motus has tres solas esse mutationes.*

Quòd quidem igitur hi tres solí motus sunt, ex his manifestum est.

Concludit ex dictis tres solum prædictas species motus esse. Deinde cum dicit.

ARGV. *Est autem immobile & id, quod moueri non potest, et id quod multo in tēpore uix mouetur. Aut id, quod tarde admodum incipit. Et id insuper, quod aptum est quidē ut moueatur, moueriq; potest, non tamen tunc cum est aptū moueri, & ubi, & quemadmodum est aptum, mouetur: quod quidē solum immobiliū, quiescere uoco. Est. n. motus contraria quies. quare fit, ut ipsa sit priuatio susceptiui.*

D

Te. cō. 10. Immobile quot dicatur modis. Immobile autem est, & quod omnino impossibile est moueri, sicut sonus inuisibilis. Et quod in multo tempore vix mouetur. Aut quod tarde incipit: quod dicit grauiter mobile. Et quod aptum natum est moueri, potestq; moueri, non mouetur autem tunc cum aptum natum est, & vbi, & sic, quod quidem quiescere voco: immobilium solum. Cōtrarium enim quies motui est, quare priuatio erit susceptiui.

Ostendit quot modis dicit immobile. & ponit tres modos. Primo. n. dicitur immobile illud, quod nullo modo est aptum natū moueri, vt Deus: sicut dicitur inuisibile quod non est natum videri, vt sonus. Secundo modo dicitur immobile, quod difficile est moueri. & hoc dupliciter. vel qa postquam incæpit moueri mouetur tarde & cum magna difficultate, sicut si quis dicat claudum immobilē, vel quia difficile est ꝙ incipiat moueri, et per multum tempus oportet ad hoc laborare: sicut si dicamus ꝙ aliquis mons vel ali quod magnum saxum, est immobile. Tertio modo dicitur aliquid immobile quod natum est moueri, & potest [illegible] cili moueri: non tamen mouetur quando natum est moueri, & vbi & eo modo, quo natum est moueri. & hoc solum proprie dicitur quiescere: quia quies est contraria motui. Et accipit hic contrarietatem large, secundum ꝙ etiam includit priuationem. Vnde concludit, ꝙ oportet ꝙ quies sit priuatio in susceptiuo motus, contrarium enim et priuatio non est nisi in susceptiuo sui oppositi. Vltimo ibi.

ARGV. *Quid igitur est motus, & quid quies, & quot sunt mutationes, & quod motus, per ea quæ diximus, perspicuum iam euasit.*

Quid quidem igitur est motus, et quid quies, & quot mutationes, & quales motus: manifestum ex dictis. Te. cō. 11.

Epilogat quæ dicta sunt. dicens manifestū esse ex dictis, quid sit motus & quid quies, & quot sunt mutationes, & quales mutationes possunt dici motus.

LECTIO V.

Quorundam terminorum, Simul. s. Separatim, Tangere, Medij, Consequenter, & Habiti, ad motus vnitatem dignoscendam vtilium, definitiones, & adinuicem comparationes præponuntur.

ARGV. *Post hæc dicamus, quid est Simul esse, & seorsum, & quid Tangere, & quid Inter, & quid deinceps, & quid Hærens, & Continuum, & quibus horum unumquodq; competere aptum est.*

POst hæc autem dicamus, quid est simul, & separatim, & quid est Tangere, & quid est, Medium, & Consequenter, & quid Habitum: & quid continuum, & in qualibet re vnūquodque horum in esse aptum natum sit.

Postquam Philosophus diuisit mutationē & motum in suas species, hic procedit ad determinandum de vnitate & contrarietate motus in suas species. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quædam necessaria ad sequētia, secundo prosequitur principale propositum. ibi [Vnus autem motus.] Circa primum tria facit. Primo dicit de quo est intentio, Secundo exequitur propositum. ibi [Simul igitur.] tertio recapitulat. ibi [Quid quidem igitur.] Dicit ergo primo ꝙ dicendum est post prædicta, quid est simul, & quid est extraneum vel separatum, & quid est tangere, & quid est medium, & quid est consequenter, & quid habitum, & quid continuum. & in quibus hæc nata sunt esse. Præmittit autem hæc, quia horū diffinitionibus vtitur in demonstrationibus consequentibus per totum librum, sicut & in principio Euclidis ponuntur definitiones, quæ sunt sequētium demonstrationum principia. Secundo ibi. Te. cō. 11. Te. cō. 30.

ARGV. *Simul igitur ea loco dicuntur esse, quæ uno in loco sunt primo. Seorsum autem, ea, quæ in diuersis sunt locis. Ea dicuntur Tangere, quorum extrema sunt simul.*

Simul igitur dicuntur hæc esse secundum locum, quæcunq; in vno loco sunt primo. Separatim autem quæcunq; sunt in altero. Tangere autem quorum vltima simul. Te. cō. 22.

Exequitur propositum. Et primo diffinit quæ præmissa sunt. Secundo cōparat ea adinuicem. ibi [Manifestum autem ꝙ primum.] Circa primū tria facit. Primo diffinit ea, Te. cō. 28.

quæ

quæ pertinent ad tangere: secundo ea, quæ pertinet ad hoc quod est consequenter ibi [Medium vero.] Tertio ea quę pertinent ad cōtinuum. ibi [Continuum autem.] Et quia in definitione eius quod est tāgere, ponitur simul, ideo primo definit ipsum, et dicit cp illa dicūtur esse simul fm locū, quę sunt in vno loco primo: & dicitur primus locus vniuscuiusq; qui est proprius locus eius. Ex hoc.n. aliqua dicuntur esse simul, cp sunt in vno loco proprio: non autē ex hoc, cp sunt in vno loco cōmuni: quia secundum hoc posset dici cp omnia corpora essent simul, quia omnia cōtinentur sub cęlo. Dicit autem cp simul dicūtur hæc esse fm locū ad differentiam eorum, quæ dicūtur esse simul tempore: hoc.n. nō est nunc ad propositum. Per oppositum autē dicuntur esse separatim vel seorsum, quæcunq; sunt in alio & alio loco. Tangere autem se dicuntur, quorum sunt vltima simul. Vltima autem corporum sunt superficies, & vltima superficierum sunt lineæ, & vltima linearum sunt puncta. Si ergo ponatur cp duæ lineæ se tangant in suis vltimis, duo pūcta duarum linearum se tangentium, continebuntur sub vno puncto loci cōtinentis. Nec propter hoc sequitur, cp locatū sit maius loco: quia punctum additum puncto nihil maius efficit. Et eadem ratione se habet in alijs. Secundo ibi.

Infra. Te. cō. 17.

ARGY. *Id est inter, ad quod prius accedere aptum id, quod mutatur, quàm ad id, quod ultimum mutatur, secundum naturam continue subiens mutationem. atq; hoc est in minimis tribus. est.n. ultimum mutationis contrarium ipsum. Continue autem id mouetur, quod nihil, aut perparum rei, non temporis, intermittit. Nihil.n. intercapedo prohibet, fieriq; potest ut post primā fidium, ultima continuo sonet, sed rei, in qua mouetur. atq; hoc & in motu, qui loco accommodatur, & in cæteris motionibus patet. Contrarium autem id est in loco quod plurimū recta linea distat. Minima enim est finita & finitum mensura.*

Medium vero, in quod aptum natum est primum pertingere quod mutatur, cp̄ in quod vltimum mutatur secundum naturam cōtinue mutationem patiēs. In minus autem est medium in tribus. vltimum quod continue. n. mutationis contrarium est. Continue autē mouetur, quod nihil, aut pauciſſimum deficit rei, nō temporis. Nihil.n. prohibet deficientiam rei non tēporis: & statim etiā post hypatem, sonare vltimam, sed rei in quā mouetur. hoc autē & in his, quæ sunt secundum locū, & in alijs mutationibus manifestum est. Contrarium autē secundū locum est, secundum rectitudinē distans plurimum. Minima autem finita: mensura autem finitum est.

Definit ea, quæ pertinēt ad hoc quod cōsequenter se habet. et circa hoc tria facit. Primo definit mediū, quod ponitur in definitione eius, quod est consequenter, Secundo definit hoc, quod est cōsequenter. ibi [Consequenter autem.] Tertio infert quoddam corollarium ex dictis. ibi [Quū autem omnis mutatio.] Dicit ergo primo cp medium est, in quod primo aptum natum est peruenire id quod cōtinuē mutatur fm naturam, cp̄ in vltimum terminum motus, in quem mutatur. Sicut si aliquid mutatur de A in C, per. B. (dummodo sit continuus motus:) primo peruenit ad. n. cp̄ ad. c. Medium autē potest quidē esse in pluribus: quia inter duo extrema possunt esse multa media: sicut inter albū & nigrum sunt multi colores medij. sed ad minus oportet, cp sit in tribus, quorū duo sunt extrema, et vnum medium. Sic igitur, mediū est, per quod in mutatione peruenitur ad vltimum. sed vltimum mutationis est contrarium, dictum est. n. supra cp motus est de cōtrario in contrarium. Et quia in definitione medij posuerat continuationē motus consequenter ostendit quid dicatur cōtinue moueri. Potest autē continuatio motus ex duobus attendi. & ex tēpore, in quo mouetur: & ex re, per quā trāsit, sicut est magnitudo in motu locali. Ad hoc igitur cp sit motus cōtinuus, requiritur cp nulla interpolatio fit in tempore: quia quātuncunq; modicum interpollaretur motus secundum tēpus, non esset continuus. Sed ex parte magnitudinis, per quā transit motus, potest esse aliqua media interpollatio sine præiudicio cōtinuationis motus, sicut patet in transitibus viarū, in quibus ponuntur lapides abinuicem modicum distātes, per quos transit homo de vna parte vię ad aliā motu continuo. Hoc est ergo quod dicit cp [continue mouetur illud quod nihil aut pauciſſimū deficit rei.] i. quod non habet interpollationem ex parte rei, per quā transit. Aut, si deficit pauciſſime deficit. Sed tēpus nō potest, nec pauciſſimum deficere, si sit motus cōtinuus. Quomodo autē res posit deficere in motu cōtinuo manifestat subdēs, cp nihil prohibet aliquid moueri cōtinue cum defectu rei, sed non tēporis. Sicut si aliquis Citharizans, statim post hypaten. i. primā chordā grauem, sonet vltimā acutam, intermissis quibusdam chordis in medio. Sed iste defectus est rei, in qua est motus, non autem tēporis. Hoc autē, quod dictum est de cōtinuitate motus, intelligendum est tā in motu locali, cp̄ in alijs motibus. Sed quia nō est manifestum, quomodo vltimū in motu locali sit contrarium, quia locus videtur esse contrarius loco; ideo hoc manifestat, et dicit cp cōtrarium fm locū est quod plurimum distat fm lineā rectam. Et intelligēdum est plurimam distantiā esse fm comparationē ad motum, & mobilia, & mouentia. sicut maxime distāt fm locum per comparationem ad motū grauium & leuium, cētrum, & extremitas cęli quò ad nos. Secundum autē motum meum, vel tuum maxime distat id, quò intēdimus ire ab eo, a quo incepimus moueri. Quid autē sibi velit quod dixit [fm rectitudinem.] Exponit subdens, [minima autem finita.] Ad cuius intellectum considerandum est cp minima distantia, quæ est in quæcunq; duo pūcta signata, est linea recta, quā contingit vnam tantū esse inter duo puncta. Sed lineas curuas contingit in infinitum multiplicari inter duo puncta, fm cp duæ lineæ curuæ accipiuntur, vt arcus maiorum vel minorum circulorum. Et, quia omnis mēsura debet esse finita: alias non posset certificare quantitatem, quod est proprium mensuræ, ideo distantia maxima, quæ est inter duo, non potest mensurari fm lineam curuam, sed solum fm lineam rectam, quę est finita, & determinata. Secundo ibi.

Te. cō. 4. Secūda parte

Deinceps id est, inter quod post principium aut positionē, aut forma, aut aliquo alio definitum: et id, ad quod deinceps dicitur esse nihil eorum cadit, quæ in eodem genere sunt. ut linea ad lineam uel lineæ; aut unitas ad unitatē, uel unitates, aut domus ad domū: nihil uero prohibet inter ipsa quippiam aliud esse. quod. n. deinceps est, ad quippiā est deinceps, et est quid posterius illo. Non.n. ipsum unum ad duo, aut calendæ ad nonas, sed hæc ad illa deinceps sunt. ARGY.

Herens autem. i. quod deinceps est, atq; insuper tangit.

Consequenter autē est quod cum post primū solum sit, aut positione, aut specie, aut alia aut ali quo sic determinato, nullū medium est eorū quę sunt in eodem genere, & cuius cōsequenter est: dico aūt vt linea, lineæ, secundū cp sunt lineę, aut vnitati vnitas, secūdū cp sunt vnitates, aut domui domus: aliud autem nihil prohibet esse mediū. Consequēter.n. alicui cōsequenter, ac posterius aliquid. non.n. vnum, consequenter est duobus, nec; noua luna secūdę cōsequenter, sed hęc illis. Habitū autē est, quod cū consequenter est, tāgit. Tex. cō. 25.

Te. cō. 15.

Diffinit hoc quod Consequēter se habet, & quandā speciem eius. i. habitū. et dicit cp ad hoc, cp aliquid dicatur esse consequenter ad alterū, duo requirunt: quorum vnum est, cp fit post aliquod primū quodam ordine, vel fm positionem, sicut in ijs, quæ sunt fm ordinem in loco: vel [fm speciem] sicut dualitas est post vnitatē vel quocunq; alio modo aliqua determinate ordinētur, sicut fm virtutem, fm dignitatem, fm cognitionē & huiusmodi. Aliud quod requiritur est, cp inter id, quod est cōsequenter, & id cui est consequenter, non sit aliquid mediū de numero eorum quę sunt in eodē genere, sicut linea consequenter se habeat ad lineā, si nulla linea sit in medio, & similiter est de vnitate ad vnitatem, & de domo ad domū. Sed nihil prohibet ad hoc cp aliquid sit cōsequēter alteri, cp aliquid sit medium inter ea alterius generis: sicut si aliquod animal sit mediū inter duas domus. Quare autem dixerit [& cuius est cōsequenter, & quod est post primū] manifestat subdēs, cp omne, quod dicitur cōsequenter, est respectu alicuius, & nō tanquā prius, sed tanquā posterius. Non.n. dicitur, cp vnum sit cōsequenter duobus, neq; noua luna secūdæ, sed ecōtra. Deinde definit quandā speciem eius, quod est cōsequenter, habitum et dicit cp non omne, quod est cōsequenter est habitum. i. sed qū sit est consequenter quod tāgit, ita cp nihil sit medium, non solum eiusdem generis, sed nec alterius. Tertio ibi.

ARGY. *Quoniam autem omnis mutatio est in oppositis, hæc autem sunt contraria, et quæ secundum contradictionem dicuntur, et nihil est medium contradictionis, patet ipsum quod est Inter, in contrarijs ipsis esse.*

Quoniam autem omnis mutatio in oppositis est: opposita autem sunt & contraria, & quæ secundum contradictionem sunt, contradictionis autem nihil est medium, manifestum est, cp in contrarijs erit Medium.

Concludit ex præmissis cp, cū medium sit per quod aliquid mutatur in vltimū, & omnis mutatio sit inter opposita, quæ vel sunt contraria, vel contradictoria, in cōtradictōs autem nihil est medium, relinquitur cp omne medium sit inter contraria aliquo modo. Deinde cum dicit.

ARGY. *Continuum autem est quid hærens. Dico autem tunc continuum esse, cum utriusq; fines, quibus se tangunt, unū idemq; fuerunt facti: atq; ut nomen significat continentur. quod quidem esse non potest, extrema sint duo. Hoc definito, patet in his esse continuum, ex quibus aptum est unum quid fieri tactu: & ut sit ipsum continuum unum, sic & ipsum totum fore unum. ueluti clauo, uel glutine, uel tactu, uel copulatione.*

Continuum autē est quidem, quod habitum aliquid est. Dico autem esse cōtinuum, cum idē fiat & vnus vtriusq; terminus eorū, quę tangunt: & sic significat nomen continui: hoc autem esse non potest, cū duo sint vltima. Sed hoc determinato, manifestum est cp in his est cōtinuū, ex quibus vnum aliquod aptum natum est fieri secundum contactum. Et sicut aliquādo fit continuum vnum, sic & totū erit vnum, vt aut conclauatione, aut colla, aut tactu, aut adnascentia.

Te. cō. 17.

Modi quibus fieri vnū. contingat.

Manifestat quid sit continuum. & dicit, cp cōtinuum est aliqua species habiti. Cum.n. vnus & idem fiat terminus duorum quæ se tāgunt, dicitur esse continuum. & hoc etiā significat nomen. Nam continuū a continendo dicitur, cp̄ igitur multæ partes continentur in vno, i. quasi simul se tenent, tunc est cōtinuum. sed hoc non potest esse cū sint duo vltima, sed solū cum est vnum. Ex hoc autē vlterius cōcludit cp cōtinuatio esse nō potest, nisi in illis, ex quibus natū est vnū fieri fm contactum. Ex eadē. n. ratione aliquod totum est fm se vnū & continuum, ex qua ex multis fit vnū continuū: vel per aliquā conclauationem, vel per aliquam incollationem, vel per quēcunq; modum coniungendi, ita cp fiat vnus terminus vtriusq;. vel etiam per hoc cp aliquid iuxta aliud naturaliter nascitur, sicut fructus adnascitur arbori, & continuatur quodammodo ei. Deinde cum dicit

Patet etiam primum id esse, quod est deinceps. Quod enim tangit, id deinceps esse necesse est: non omne autem, quod deinceps est, tangit. Quapropter ipsum deinceps esse, est & in hisce, quæ sunt ratione priora, uelut in numeris, tactus uero non est. ARGY.

Manifestum autē, & quod primū est id, quod cōsequenter est. Contactū quidem. n. necesse est consequēter esse. quod cōsequenter autem non omne tangere. vnde in prioribus ratione consequenter est, vt in numeris, tactus autem non est.

Te. cō. 18.

Comparat tria præmissorū adinuicem, de quibus principaliter intendit, s. consequenter se habens, Contactum, & continuū. Et circa hoc tria facit. Primo cōparat consequenter se habēs ad contactum, Secundo contactū ad continuū ibi [Et si cōtinuum.] Tertio infert quoddam corollarium ex dictis ibi [Quare si est vnitas.] Dicit ergo primo manifestum esse, cp cōsequenter se habens, est primū inter cętera præmissa ordine naturę, secundū cp dicitur esse prius a quo non cōuertitur consequentia essendi, quia omne cōtactum necesse est esse cōsequenter. Oportet.n. inter ea, quæ se contingunt, esse aliquem ordinem ad minus positione: sed non oportet omne, quod cōsequenter se habet, esse tāgens: quia ordo potest esse in quibus non est tactus, sicut in separatis a materia. Vnde hoc, quod est consequenter, inuenitur in ijs, quę sunt priora fm rationē. inuenitur. n. in numeris, in quibus nō inuenitur tactus, qui inuenitur solū in cōtinuis: numeri autē secundū rationē sunt priores cōtinuis quātitatibus, sicut magis simplices, & magis abstracti. Secūdo ibi.

Infra. Te. cō. 19.

Et si continuum est, tangat necesse est. si uero tangat, nondum cōtinuum est: non.n. si simul sint extranea ipsorum, unum ipsa esse necesse est: sed si sint unum, & simul, esse necesse est. Quare copulatio ultima est generatione. Tangant.n. necesse est, si copulabuntur extrema: ea uero, quæ tangunt, nō uniuersa sunt copulata. In quibus autem tactus non est, in hisce patet nec copulationem esse. ARGY.

Et si continuum est necesse est etiam tāgere. si vero tangit nondū continuum est. Non.n. necesse est vnum esse ipsorum vltima si simul sint. sed si vnum sunt, necesse est & simul esse. Quare insertus vltimus, est secūdū generationē: necesse est. n. tāgere si adnata erūt vltima. Cōtacta aūt non omnia adnata sunt. In quibus autem nō est tactus, manifestum est, cp nō est consertus in his.

Comparat contactum ad continuum, & dicit cp eadem ratione contactum est prius cp̄ continuum. quia, si aliquid est continuum, necesse est cp sit tangens, sed non est necessārium, si tangit, cp sit cōtinuum. Et hoc probat per rationem vtriusq;. Non enim necessarium est cp vltima aliquorum sint vnum, quod est de ratione continui, si sunt simul, quod est de ratione contacti: sed necesse est e contrario si vltima sunt vnum, cp sint simul: ratione qua potest dici cp vnum sit simul sibīpsi. Si autem hoc quod dico simul, importat habitudinem distinctorum, non possunt esse vnum quæ sunt simul: & fm hoc nec cōtacta esse possunt, quæ sunt cōtinua. sed communiter accipiendo. Vnde concludit cp [insertus] i. continuatio fm quam vna pars inseritur alteri in vno termino, est vltimus in ordine generationis, prout specialia sunt posteriora communibus: sicut prius generatur animal quàm homo. Et ideo dico esse vltimum insertum, quia necesse est aliqua se tangere adinuicem, si vltima eorum sunt adnata] i. deest naturaliter vnita. Sed non est necessarium, cp omnia, quæ se tangunt cp sint naturaliter adnata

adin-

adinuicem. Sed in quibus non potest esse contactis, manifestum est q̃ in his non potest esse [consertus,] idest continuatio. Tertio ibi.

ARGY. *Quare si punctum est separatim ac unitas (ut quidam dicunt) vnitatem ac punctum idem esse impossibile est. Puncto enim competit tactus: unitatibus esse deinceps. Et inter illa quidem esse aliquid potest: communis enim linea est inter puncta: inter unitates autem nihil esse necesse est: nihil est enim inter dualitatem ac unitatem.*

Tex.cō.29. Quare si est vnitas & punctum, qualia dicũt separata: non possibile est vnitatem & pũctum esse idem. His quidem inest tangere, vnitatibus autem consequenter. Et horum quidem contingit esse medium, omnis enim linea mediũ punctorum est: harum autem non est necesse. nullũ enim medium est dualitatis & vnitatis.

Concludit quoddam corollarium ex dictis, i. q̃, si vnitas & punctus sunt separata, sicut quidã dicunt, ponentes mathematica separari fm esse, sequit̃ q̃ unitas & punctum nõ sunt idem. & hoc manifestũ fit duabus rationibus. Primo quidẽ, quia puncta sunt in his, quę nata sunt se tãgere: & secundum puncta aliqua se tangunt adinuicẽ. In vnitatibus autem non inuenitur contactus, sed solũ hoc quod est cõsequenter. Secundo uero, quia inter duo puncta cõtingit esse aliquid mediũ: omnis.n. linea est media inter duo puncta: sed inter duas unitates nõ necesse est esse aliquod medium. patet.n. q̃ inter duas vnitates, quæ cõstituunt dualitatẽ, & ipsam primam vnitatem, nihil est medium. Vltimo ibi.

ARGY. *Quid igitur est Simul esse, Seorsumq̃, quid Tangere, quid, Inter atque Deinceps esse, quid est hærens, atque Continuum, & quibus horum unumquodque competit satis iam diximus.*

Tex.cō.30. Quid igitur est Simul, & separatim, & quid tãgere: & quid Medium, & quid Consequẽter. & quid Habitum, & quid Continuũ, & in quolibet vnumquodq̃ eorum inest, dictum est.

Epilogat quæ dicta sunt, & est planum in litera.

LECTIO VI.

Tribus modis morum Vnum dici: proponitur.

ARGY. *Vnus autẽ motus multis dicitur modis. Vnũ.n. ipsum multipliciter dicimus. Genere igitur unus est motus per prædicamẽti figuras. Lationes nanq̃ omnes unus genere motus sunt. Alteratio autem a latione genere est diuersa.*

Tex.cō.31. VNus autem motus dicitur multipliciter. Vnum enim multipliciter dicimus. Genere igitur vnus est secundum figuras prædicamenti. Loci mutatio enim, omni loci mutationi genere vnus est. Alteratio autẽ a loci mutatione altera genere est.

Postquam Philosophus posuit quasdam definitiones necessarias ad sequentia, procedit ad tractandũ de vnitate, & diuersitate motus. Et primo determinat de vnitate & diuersitate motus, Secundo de cõtrarietate, quæ est quædã diuersitas specierum. ibi [Amplius autem determinãdum.] Circa primũ duo facit. Primo distinguit vnitatẽ motus secundum tres cõmunes modos. Secundo alterum eorũ subdiuidit. ibi [Qm̃ autem continuum est.] Circa primũ tria facit. Primo ostẽdit quomodo motus dicatur vnus genere, Secundo quomodo dicatur vnus specie. ibi [Specie autem vnus est &c.] Tertio quomodo dicatur vnus numero ibi. [Simpliciter autem vnus.] Dicit ergo primo, q̃ motus dicit vnus multipliciter, secundũ q̃ ipsum vnum in cõi acceptum multipliciter dicitur, s. genere, & specie, & numero. Dicitur autẽ motus vnus genere fm figuras prædicamẽti.

Tex.cō.46. Infra. Tex.cō.34. Tex.cō.36.

E Omnes enim qui sunt in vna coordinatione prędicamenti possunt dici vnus motus genere. Sicut omnis loci mutatio genere est vnus motus, quæ est in vno prædicamento vbi: differt autẽ genere ab alteratione, quæ est in prædicamento qualitatis, vt supra dictum est. Secundo ibi.

Specie uero est unus, quando & genere est unus, & in indiuidua specie est, uelut coloris quidem sunt differẽtiæ. Igitur dealbatio & denigratio, diuersi sunt specie motus. Omnes igitur dealbationes eædem in specie sunt. & omnes itidem denigrationes, albedinis autem non sunt. quapropter dealbatione omnes, unus specie motus sunt. Quod si sint aliqua, quæ genera sunt & species simul, patet unũ quidem in illis specie motum esse. non absolute tamen specie unum, qualis est disciplina, si scientia existimationis quidem est species, scientiarum autem genus. ARGY.

F Specie autem vnus est, cũ genere est vnus & in indiuidua specie sit, vt coloris quidẽ sunt differẽtiæ. Iam igitur alius specie denigratio & dealbatio. Omnis autẽ dealbatio omni dealbationi idem secũdum speciẽ erit, & omnis denigratio, denigrationi: albedini autem nõ amplius. vnde specie vnus est dealbatio albationi omni. Si aũt sunt quędã, q̃ & genera simul et species sunt, manifestũ est, q̃ specie vt vnũ erit, simpliciter vnus specie non. vt doctrinatio: sed scientia quidẽ species existimationis, genus autẽ scientiarũ aliarũ.

Ostẽdit quomodo motus sit vnus specie. Et primo ostendit propositum, Secundo mouet quãdam dubitationẽ. ibi [Dubitabit autẽ aliquis.] Dicit ergo primo, q̃ motus dicitur vnus specie, cum non solũ est vnus fm genus, sed etiam fm speciẽ indiuiduam, i. specialissimam, quæ nõ diuiditur in alias species. Sunt.n. quædam species, quę diuiduntur, sicut color species est qualitatis, sed tñ habet differẽtias, quibus in species diuersas diuiditur. Vnde motus, qui sunt fm colores, possunt esse diuersi specie, sicut dealbatio & denigratio: sed omnis dealbatio est eadẽ secundum speciẽ, similiter & omnis denigratio: quia albedini non sunt amplius species in quas diuidatur. Sed si sunt quędã, quę sunt simul genera & species, manifestũ est q̃ motus, qui cõueniunt in specie subalterna [sunt vt vnũ specie.] i. fm quid vnus: sed simpliciter nõ sunt vnus specie, sicut scientia quædã est species existimationis, & genus diuersarũ scientiarum. Vnde oĩs doctrinatio, quæ est motus ad sciẽtiam, est quodãmodo vna specie, nõ tñ simpliciter: quia doctrinatio, qua docetur Grammatica, est simpliciter alia specie ab ea, qua docetur Geometria. Attendendum est autẽ q̃ in prẽmissis, vnitatẽ & diuersitatẽ motus determinauit fm genera et species, in quibus contingit motũ esse: quia motus quodãmodo reducitur ad genus rerum, in quibus est motus. Secundo ibi.

Tex.cō.32.

H *Dubitauerit autem quispiam, si unus sit specie motus cum ex eodem, in idem, idem mutatur, uelut pũctum unũ ex hoc loco in hunc locum iterum, iterumue. At si sit, conuersio rectaque latio idem erunt specie motus: & uolutatio item ac ambulatio. An definitum est, diuersum esse motum si id, in quo fit motus specie sit diuersum? Circunflexum autem a recto specie differt. Genere igitur, specieue motus, hoc pacto est unus.* ARGY.

Dubitabit autem aliquis, si specie vnus motus sit, cùm ex eodem idem in idem mutetur: vt vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum & iterum. Si autem hoc est, erit circulatio rectitudini eadem, & volutatio ambulationi.

Tex.cō.32.

Aut determinatum est si id, in quo est, alterum est

Tex.cō.33.

est specie, quoniam alter motus est: circulare autem a recto alterum specie est. Genere igitur & specie motus vnus, sic est.

Mouet quandam dubitationẽ circa præmissa. Vtrum. s. ex necessitate sit vnus specie motus, cum aliquid idẽ mutatur multoties de eodem in idem: sicut si vnum pũctum fm Geometras, qui imaginãtur pũctum moueri, moueatur ex hoc loco in hunc locũ multoties. Et hoc quidẽ videtur fm præmissa. Si.n. motus, qui sunt in eadẽ specie, vt in albedinem, sunt idem specie, multo magis duo motus, qui sunt in eundem locũ numero. Si autẽ hoc concedatur, sequitur inconueniens, s. q̃ motus rectus sit vn⁹ specie motui circulari. Contingit.n. ab hoc loco in hunc locum, primo quidẽ moueri circulariter, quasi per arcum quẽdam, postmodũ vero motu recto quasi per lineã rectam. Et similiter sequitur in motibus animaliũ, q̃ ambulatio, quæ est per lineã rectam, sit eadem fm speciem volutationi, qua animal per lineã circularem voluẽdo se mouetur. hanc autẽ dubitationem solut secũdum præmissa. Determinatum est.n. q̃, si id, in quo est motus, est alterum specie, & motus est alter specie. vt sic ad hoc q̃ motus sit idem specie, non solũ requiritur identitas termini fm speciẽ, sed etiã identitas eius, per quod transit motus. Manifestũ est autẽ q̃ linea recta et circularis sunt diuersæ fm speciẽ: vnde motus circularis et rectus, & volutatio & ambulatio, non sunt idem fm speciem, quãuis sint circa eosdem terminos, quia via nõ est eadem fm speciem. Sed si sint idẽ termini & eadẽ via fm speciem, sunt idẽ motus fm speciẽ: et multo magis si termini et uia sunt eadẽ numero, motus iterati erũt idem fm speciẽ. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Absolute autem u unus est motus, qui substantia et numero unus est. Sed quisnã sit talis patefiet facta diuisione. Tria.n. numero sunt, circa quæ motũ dicimus esse. quod, in quo, et quando. Dico autem hoc pacto: esse.n. quippiam quod mouetur necesse est, uelut hominem, aut aurum: & in aliquo hoc moueri, ceu in loco, aut in affectu: et quando, omne.n. quod mouetur in tempore mouetur. Esse igitur genere aut specie unum: in ipsa re in qua fit motus, consistit, hærere autem, in tẽpore erat. At esse simpliciter unum in uniuersis hisce cõsistit: Et enum id, in quo fit motus, unum et indiuiduum esse oportet. uelut formam: et tẽpus unum esse: & non intercapedines fieri. Et id, quod mouetur unũ non per accidens esse, ut album nigrescere: et coriscum ambulare. unum autẽ est coriscus, ac album, sed per accidens. Neq̃ commune. Fieri.n. potest, ut duo simul homines eadem sanatione sanentur, ex oculorũ morbo, in sanitatẽ eorundẽ peregẽtes. At nõ unus motus hic est, sed specie unus.*

Tex.cō.34. Simpliciter autẽ vnus motus est: qui substantia quidẽ vnus & numero est. Quis autẽ huiusmodi sit, manifestũ est diuidentibus. Tria.n. sunt secundum numerum, circa quę dicimus motum vnum, quod, et in quo, & qñ. Dico autem quod, qñ necesse est esse aliquid quod mouetur, vt hominem aut aurũ. & in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in passione. & qñ. in tempore. n. omne mouetur. Horum autem trium, genere quidẽ, aut specie esse vnum, est in re in qua mouetur. habitum autem, erat in tẽpore. Simpliciter autẽ vnum esse in omnibus his est. et nãq̃ in quo est, vnum oportet esse, & indiuisibile, vt speciem. Ei ipsum quãdo, vnum tẽpus, & non deficiens. Et quod mouetur vnũ esse, non secundum accidens, vt albũ nigrum fieri, & Coriscũ ambulare

Tria sunt circa quæ dicimus motum vnum.

Tex.cō.35.

In tẽpore omne mouetur.

Quæ ad vnitatẽ motus fm plicitet requiruntur.

A vnum autem est Coriscus et album, sed secundũ accidens. neq̃ cõmune. esset.n. duos homines simul sanari secundũ eandem sanitatẽ, vt ophthalmiæ. sed non vnus hic est, sed specie vnus est.

Ponit tertium modũ, quo motus dicitur vnus numero. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat q̃s motus sit vnus numero. Secũdo circa hoc mouet quasdã dubitationes ibi [Socratem autẽ.] Dicit ergo primo, q̃ secundũ prædictos modos non dicitur motus vnus simpliciter, sed fm quid. s. genere & specie. Tertio autẽ modo dicitur motus simpliciter vnus, qui est vnus numero fm suã essentiam. Quis autẽ motus sit hoc modo vnus, manifestum erit distinguẽdo ea, quæ requiruntur ad motum. Sunt.n. numero tria, circa quæ consistit vnitas motus, s. subiectũ, quod mouetur: et genus, vel species, in qua est motus: & tempus quando mouetur. Et manifestat singula. Quod mouetur quidem dictum est, quia necesse est aliquid esse in quocunq̃, motu quod mouetur, sicut homines, aut aurum, vel quodcunque corpus. Et similiter necesse est hoc, vel quæcũq̃ alia mobilia moueri in aliquo genere vel specie, puta in loco. [aut in passiõe.] idest in passibili qualitate. Et similiter necesse est cõsyderare qñ mouetur, quia omne quod mouetur, mouetur in tempore. Contingit autẽ de numero horũ trium inueniri vnũ genere aut specie in re, in qua est motus, sicut loco vel qualitate. Sed in tempore nõ est attendenda quantũ ad vnitatem motus, vnitas generis uel speciei, cum nõ sit nisi vnum tempus fm speciẽ, sed q̃ sit habitum, i. continuo consequẽs absq̃ interpollatione. vnitas autem motus fm quam dicitur simpliciter vnus, consistit in vnitate omnium horum. Oportet.n. id, in quo est motus, esse vnũ & indiuisibile eo modo quo species specialissima indiuisibilis dicit. Et iterũ oportet ipsum tempus, qñ fit motus, esse vnum cõtinuum [& non deficiẽs,] i. absq̃ interpollatione. Et tertio oportet id, quod mouetur esse vnũ. Sed excludit duos modos vnitatis subiecti, qui nõ sufficiũt ad hoc q̃ motus sit vnus simpliciter. Primus modus est fm accidẽs, sicut Coriscus & albus sunt vnũ fm accidens, non tñ motus proprius Corisci, & motus proprius albi est unus. Motus.n. proprius albi est nigrum fieri, & motus proprius Corisci est ambulare. qui quidem motus differunt. Secundus modus est vnitas generis vel speciei, non.n. ad hoc q̃ sit vnus motus numero, sufficit q̃ subiectum sit vnum sicut aliquod commune vel genus. contingit.n. duos homines in eodem tempore sanari, & secundum eandem speciem sanationis: puta quia sanantur de ophthalmia, quæ est infirmitas oculorum: & sic concurrit vnitas ipsius quando, & eius in quo est vnitas subiecti fm speciem. Non tamen hæ duæ sanationes sunt vnus motus numero, sed vnus specie. Secundo ibi.

Tex.cō.36. Tex.cō.37. Tex.cō.38. Lippitudo oculorũ ophthalmia est.

Si Socrates autem eadẽ alteratione specie diuersis temporibus alteratur, si corruptum iterum unum numero fieri potest, erit & hæc alteratio una, sin non potest, erit eadem specie, sed non numero una. ARGY.

Socratem autem secũdum alterationẽ eandẽ alterari specie, in alio autẽ tempore, & iterum in alio: si quidẽ contingit corruptũ iterum vnũ fieri numero, erit & hic vnus, si vero nõ, idem quidem secundũ speciem, vnus autẽ numero non.

Tex.cō.36.

Introducit quãdam dubitationẽ. Et circa hoc tria facit. Primo ponit id quod videtur in primo aspectu de vnitate motus fm numerum. Secũdo mouet dubitationẽ circa hoc ibi [habet autẽ dubitationem.] Tertio determinat veritatem ibi [eadem ratio est.] Dicit ergo primo, q̃ cõtingit aliquod vnũ mobile, vt Socratem, fm alterationem eandem specie alterari in vno tẽpore, & iterum in alio: sicut si sanẽtur de ophthalmia. Hęc autẽ iterata alteratio erit vnus motus numero, vt videtur in primo aspectu, si sanitas, quæ acquiritur sit eadem numero. Et hoc erit si cõtingat id quod est corruptum iterũ fieri vnum numero, quod videtur im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

posſibile.Sanitas.n.quæ in prima alteratiõe fuit acquiſita, poſtmodum fuit corrupta:& non poteſt recuperari eadem numero.Sed videtur cp,ſi recuperetur eadem numero,cp alteratio ſequens eſſet vnus numero motus cum prima.ſi vero nõ recuperetur eadem ſanitas numero erit quidem motus idem ſpecie,ſed non vnus numero. Secundo ibi.

ARGY. *Exiſtit autem huic ſimilis dubitatio ſi una ſit ipſa ſanitas habitus ipſi omnino atq; affectus in corporibus ipſis necne. Ea nanque,quæ habent,moueri fluereq; uidentur. Si eadem igitur atq; una ſit mane, & nunc ſanitas, cur & cum rurſus quiſpiam amiſſam recuperauerit,& hæc & illa non una numero erit?*

Te.cõ.37. Habet autem dubitationem huic ſimilem, & vtrũ vna ſanitas,et omnino habitus & paſſiões, ſubſtãtia ſint in corporibus. Moueri nãq; videntur habẽtia & fluere. Si igiſ eadẽ et vna ſit mane & nũc ſanitas,quare nõ & cùm deficiẽs accipiat iterum ſanitatẽ, & hæc & illa vna numero erit?

Mouet quandam aliam dubitationẽ circa hoc. & dubitatio talis eſt. Si aliquis continue perſeueret in ſanitate,vel in quocunq; alio accidẽte,vtrum vna ſanitas vel quicunq; alius habitus aut paſsio poſsit eſſe in corporibus. Et videt cp nõ,quia quibuſdã philoſophis viſum fuit cp omnia ſubiecta, quę habẽt aliquas qualitates aut habitus ſint in continuo motu & fluxu. Si ergo in aliquo,qui ſanꝰ perſeuerat, vna & eadẽ ſanitas eſt,quæ,fuit in mane, & quæ eſt nũc in meridie vel ſero:non videtur ratio poſſe reddi quare etiã ſi deficit aliquis a ſanitate,& iterũ accipiat ſanitatem,ſecũda ſanitas recuperata nõ ſit vna numero cũ ſanitate prius habita.Hanc autem dubitationẽ Ariſt.non ſoluit,quia nõ eſt ad propoſitum, ſed magis ad conſyderationẽ Metaphyſici ſpectat:ad quẽ pertinet conſyderare cõiter de vno,& multo,& eodẽ,& diuerſo.Et iterũ quia illa dubitatio ſuper falſo fundatur,ſ.cp omnia ſint in cõtinuo motu & fluxu,quod Heraclitus opinatus eſt. & hoc Ariſt.improbat in quarto Metaphy. Nec tñ eſt ſimilis ratio,quia quãdiu ſanitas manet,licet varieẽ homo ſm ſanitatẽ,vt puta ſi fiat homo magis vel minus ſanus, nõ intercipiẽ eſſe ſanitatis, ſicut intercipitur quando totaliter corrumpitur ſanitas. Tertio ibi.

ARGY. *Eſt enim eadem ratio. Verum hoc intereſſe uidetur, quòd,ſi habitus ſint duo,duo erunt & ipſi actus, ſicut ſi actus ſit unus & habitum unum eſſe neceſſe eſt. Vnus enim actus numero,unius numero habitus eſt. At ſi habitus ſit unus. non fortaſſe quippiam uidebitur unus etiã actus eſſe. Cum enim ceſſauerit quiſpiam ambulare, non eſt ipſa ambulatio. rurſus autem ambulante, erit. Quod ſi una & eadem eſt: idem ac unum & corrumpi & eſſe perſæpe poteſt. Hæ igitur dubitationes extra præſentem conſyderationem eſſe uidentur.*

Te.cõ.38. Eadem.n.ratio eſt.Niſi cp in tantum differũt: quia ſi duo idem hoc ſunt, ſicut numero,motus vnus & habitus eſſe neceſſe eſt.vnus.n.numero actus vnius numero. Si vero habitus vnus eſt, fortaſſis alicui non videbitur vnus & actus eſſe. Cum enim pauſet ambulãs: nõ amplius eſt hæc ambulatio.iterum autem ambulante,erit.Si igitur vnus & idem eſt,contingit vnum et idẽ corrumpi,& eſſe multoties.Hæ igitur ſunt dubitationes extra,quæ nunc eſt,intentionem.

Determinat veritatem circa id quod prædixerat.Dixerat.n.ſupra cp,ſi ſit eadẽ qualitas, quæ recuperatur,erit idẽ motus numero ſecunda alteratio cũ prima.ſi uero nõ redit eadẽ numero qualitas, ſequitur cp nõ ſit vnus actus numero, Et interpoſita quadã dubitatione, quaſi aſsignãs rationem prẽmiſſorum, ſubdit cp ideo prẽmiſſa dicta ſunt,quia eadẽ ratio videtur in primo aſpectu de vnitate qualitatis & motus.Sed in tantum differũt,quia bene ſequitur,ſi duo motus ſint idẽ eo modo, ſicut aliquis motus dicit vnus numero, neceſſe eſt, cp habitus,i.qualitas acquiſita per motũ, ſit vna:quia vnus numero actus eſt vnius numero qualitatis acquiſitæ per actũ illum. Sed,ſi qualitas ſit vna quę redit, poteſt alicui videri, cp non propter hoc ſit vnus actus. non.n.ſi terminus motus ſit vnus numero, oportet cp motꝰ ſit vnus numero.Quod patet in motu locali Cum.n.ambulans pauſat,ceſſat illa ambulatio.Sed,qñ iterum ambulare incipit,iterũ ambulatio erit.Si ergo dicaẽ cp ſit una & eadẽ ambulatio:contingit cp vnum & idem ſit & corrumpatur multoties,quod eſt impoſsibile.Sic igitur & ſi contingeret cp eadẽ numero ſanitas repararetur, nõ ſequeretur cp ſecunda ſanatio eſſet idẽ numero motus,cum prima. Sicut nec ſecunda ambulatio cũ prima: quãuis vtraq; ſit ad cũdem locum numero.Vlterius cõcludit,cp illę dubitationes ſunt extra principalẽ intentionem, & ideo ſunt prætermittendæ.

LECTIO VII.

Quibuſdam modis propoſitis, ac probatis, quibus motum vnum & continuum appellari dignum eſt,quis motuum inſuper vnus vel plures dicatur,declarat.

ARGY. *Cum autem omnis motus contmuus ſit, ſi omnis eſt diuiſibilis, eum qui ſimpliciter unus eſt et continuum eſſe neceſſe eſt:& ſi continuus eſt,unus eſt. Non.n.omnis omni contmuus fieri poteſt, ſicut nec aliud quoduis cuiuis: ſed quorum ultima unum fieri poſſunt. Vltima uero quorundam non ſunt,quorundã ſunt,at diuerſa ſpecie,atq; æquiuoca. Quo nanq; modo tanget aut unum fiet,ultimum lineæ ambulationi ſuæ? Hærentes igitur erunt et hi qui non idem ſpecie, & hi,qui non idem genere ſunt. poſt curſum enim quempiam continuo febres ag gredi poſſunt: et ut facis ipſius ex ſucceſſione motio,latio eſt hærens, cõtinua uero non eſt. Poſitum eſt.n.ea continua eſſe,quorum ultima ſunt unum. quare Hærentes quidẽ et deinceps ex eò ſunt, quia tempus continuum eſt.Continuus autẽ eſt,quia motus continui ſunt,hoc autem eſt,cum utrorumque extremum eſt unum. Quapropter eum motum,qui ſimpliciter continuus ac unus eſt eundem eſſe ſpecie ac unius, et uno in tempore eſſe neceſſe eſt. Vno quidem in tempore,ut immobilitas inter partes nõ ſit. intercapedine. n.mobile quieſcat,neceſſe eſt.Multi igitur et nõ unus hi motus ſunt,inter quos media quies cadit. Quare,ſi quis motus intercipitur ſtatu,is neq; unus,neq; continuus eſt.Intercipitur autem ſi in medium tẽpus cadit.ſpecie autẽ unum eſſe oportet,quia ultima eius qui nõ unus eſt ſpecie,unum euadere nequeunt,& ſi tempus non intercipit.tempus.n.eſt unũ, ille uero ſpecie eſt diuerſus. Etenim motũ unum & ſpecie unũ eſſe neceſſe eſt,hunc autem non neceſſe eſt ſimpliciter unũ eſſe. Quis igitur motus unus eſt abſolute,ita diximus.*

Te.cõ.39. QVoniam autẽ cõtinuus eſt omnis motus, & ſimpliciter quidẽ vnũ neceſſe eſt & continuum eſſe: liquidẽ omnis diuiſibilis eſt, & ſi cõtinuus,vnus.Non.n.omnis fiet cõtinuus omni, ſicut neq; aliud nullũ contingenti contingens,ſed quorum vnũ ſunt extrema. Vltima autem aliquorum quidẽ non ſunt, aliquorum autem ſunt,ſed ſpecie differẽtia,& æquiuoca ſunt. quomodo nanq; tãget aut vnũ fiet vltimũ lineæ & ambulationis? Habiti igiſ ſunt, & qui neq; Te.cõ.40. idem ſpecie,neq; idẽ genere ſunt. Poſtquam.n.

cucurrit

cucurrit aliquis,ſtatim febricitabit,& vt lampas ex diffuſione,loci mutatio eſt habita,cõtinua autem nõ. ponitur.n.continuum,quorum vltima vnum ſunt.Quare habiti & conſequenter ſunt, quia tẽpus continuum eſt. Continuum autẽ eſt quia motus cõtinui ſunt. Hoc autẽ eſt cùm vnũ vltimum fiat ambobus. Vnde neceſſe eſt eundem ſm ſpeciem eſſe,& vnius, & in vno tẽpore ſimpliciter continuũ motum & vnum. Tẽpore quidem,vt nõ immobilitas interſit:indeficienti enim quieſcere neceſſe eſt. Multi igitur,& non vnus motus eſt, quorũ quies in medio eſt: quare, ſi aliquis motus ſtatu occupeẽ, neq; vnus eſt, neq; continuus.intercipitur autẽ,ſi in medio tẽpus eſt.Qui autem ſpecie non vnitur,non vnus motus eſt,& ſi nõ deficiat tempus. tempus quidem.n.vnum eſt, ſpecie autem motus alius eſt. motum.n.vnum, neceſſe eſt ſpecie vnum eſſe. hunc autẽ, ſimpliciter vnum eſſe nõ eſt neceſſe. Quis igiſ motus ſimpliciter vnus eſt, dictũ eſt.

Te.cõ.42.

Motus multi, & non vnus inter quos eſt quies.

Poſtquam Philoſophus poſuit cp tria requiriũtur ad hoc cp ſit vnus motus ſimpliciter, ſcilicet vnitas temporis, & rei in qua eſt motus, & ſubiecti, hic probare intendit hoc. Cum.n.multipliciter dicatur unum ſimpliciter,vno modo ſicut aliquod indiuiſibile eſt vnum, alio modo ſicut continuum eſt vnũ: motus nõ poteſt dici vnus ſimpliciter ſicut indiuiſibile: quia nullus motus indiuiſibilis eſt. Vnde relinquitur cp hoc modo dicatur vnus ſicut continuus, et cp hoc ſit motui eſſe vnũ ſimpliciter, quod eſt ei eſſe cõtinuum,& ipſa cõtinuitas motus ſufficiat ad eius vnitatẽ. Sequitur.n. cp,ſi eſt cõtinuus,cp ſit vnus. Quæcunq; igitur requiruntur ad continuitatẽ motus, requiruntur ad eius vnitatem. Ad continuationem autẽ motus requiruntur tria, quorum primum eſt vnitas ſpecici. Non.n.omnis motus poteſt continuari omni motui,ſicut etiam in aliis continuis nõ indifferenter qualẽcunq; eſſe contingit aliquid,continuari poteſt cuicunq; qualecũq; illud eſſe contingat. ſed illa continuari poſſunt,quorũ ultima contingit eſſe vnum,quod eſt de ratione cõtinui,vt ſupra dictum eſt.Sed quædã ſunt quę nulla vltima habent vt formæ,& indiuiſibilia omnia:& ideo eorum nõ poteſt eſſe continuatio. Quorundã vero ſunt aliqua vltima,quæ ſunt diuiſibilia & quantitatem habentia, quæ [ſunt æquiuocæ,] i.non cõuenientia in nomine & ratione:& illa etiã non poſſunt continuari. Nec etiam poteſt eſſe cõtactus in quibuſdã eorum.non.n.poteſt dici cp linea & ambulatio ſe cõtingant, vel cp vnum ſit eorum vltimũ, quod eſt cõtinuari adinuicem.Ex quo patet,cp ea quę ſunt diuerſorum generũ vel ſpecierum, non poſſunt continuari adinuicem.Ergo motus,qui differũt genere vel ſpecie,poſſunt eſſe habiti,i.conſequenter adinuicẽ ſe habere,ſicut aliquis poſt curſum poteſt ſtatim febricitare:curſus autem & febricitatio ſunt in diuerſis generibus. Et in eodẽ genere,ſ. loci mutationis vna mutatio eſt, quæ cõſequenter ſe habet ad aliã,cum tñ non ſit cõtinua:ſicut patet in diffuſione lampadis, vtputa cum candela de manu in manum trãsfertur. ſunt.n.ibi diuerſi motus nõ continui.Vel poteſt intelligi cp motum localem liquoris, quo flãma ſuſtentatur,quem appellat diffuſionem,cõſequitur motus localis flãmę quæ nomine lãpadis ſignificatur.Prædictę igitur mutationes,quia differunt genere vel ſpecie,non ſunt cõtinuę, cum non poſſint habere vnum vltimum, quod ponitur eſſe de ratione continui. Vnde poſſunt quidẽ motus ſpecie vel genere differentes eſſe conſequenter ſe habentes et habiti,i.quodammodo ſe tãgentes abſq; alia interpoſitione tẽporis,inquantum tempus eſt cõtinuum:quod quidẽ eadem ratione habet cõtinuitatem, qua & motus,ſ.inquantum eſt ei vnum vltimum. Nihil autem prohibet in vno inſtanti temporis, ad quod continuantur partes eius,terminari vnum motũ, & incipere alium alterius generis,vel etiã ſpeciei.& ſic motus illi erũt habiti,ſed nõ continui.Et ideo ſm præmiſſa ſequitur cp ad hoc cp motus ſit continuus,requiriẽ cp ſit vnus ſm ſpeciem:quę quidem vnitas ſpeciei eſt in motu ex re,in qua eſt motus inquantũ eſt indiuiſibilis ſm ſpeciẽ. Secundo requiritur ad cõtinuitatem motus cp ſit vnius ſubiecti, quia diuerſorũ ſubiectorum motus poſſunt eſſe habiti,ſed non continui,ſicut dictũ eſt de mutatione candelæ per motum diuerſarum manuum.Tertio requiritur ad cõtinuitatem motus & vnitatem, cp ſit vnus tẽpore ad hoc cp nõ intercurreret aliqua immobilitas vel quies. quia, ſi deficeret aliquod tẽpus motui in quo,ſ.nõ moueretur,ſequeretur cp in illo quieſceret. ſi autem quies interponitur, erunt multi motus & nõ vnus. Multi.n.motus & non vnus ſunt, quorum quies in medio eſt. Vnde,ſi aliquis motus ſit,qui intercipiatur quiete,nõ erit neq; vnus neq; cõtinuus. Intercipitur autem quiete ſi tẽpus ſit in medio,vt oſtẽſum eſt. vnde requiritur ad cõtinuitatem motus cp ſit vnum tẽpus continuum.Sed tũ hoc non ſufficit:quia motus,qui nõ eſt unius ſpeciei,non eſt continuus,etiam ſi tempus nõ deficiat:quia etſi ſit vnum ſm tẽpus, erit alius ſm ſpeciem. Quia neceſſe eſt ad hoc cp ſit motus vnus cõtinuus,cp ſit unus ſm ſpeciẽ, ſed nõ ſequitur cp motus,qui eſt vnus ſm ſpeciem, ſit vnus ſimpliciter.Sic ergo patet cp tria prędicta requiruntur ad hoc cp ſit unus motꝰ ſimpliciter.Et hoc eſt quod cõcludit,quod dictũ eſt quis motus ſit ſimpliciter vnus. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Prætereà motus unus et hiſce dicitur,qui eſt perfectus ſiue genere ſit, ſiue ſpecie,ſiue numero unus, quemadmodum et in cæteris perfectum ipſum ac totum,ipſius unius eſt. Interdum autem, etſi imperfectus eſt, unus dicitur, modo continuus ſit.*

Amplius autẽ dicitur vnus & perfectus, ſiue ſecundum genus, ſiue ſecundũ ſpeciem,ſiue ſm ſubſtantiam ſit: ſicut & in aliis perfectum & totum vnius eſt.Eſt autem aliquãdo,etſi imperfectus ſit,vnum dicitur,ſi ſolum ſit continuus. Te.cõ.41.

Poſitis tribus modis principalibus vnitatis motus, hic ponit duos alios modos ſecũdarios, qui magis pertinẽt ad quandam formã vnitatis, qã ad ipſam vnitatẽ. Secundum ponit ibi [Amplius autẽ aliter.] Dicit ergo primo, cp ſiue motus dicatur vnus ſm genus, ſiue ſm ſpeciẽ, ſiue ſm ſubſtãtiam,ſicut qui eſt numero vnus, dicitur vnus motus ex hoc cp eſt perfectus,ſicut in aliis rebus perfectum et totum, ad vnitatis rationem pertinent. Non enim dicimus vnum hominem vel vnum calcem,niſi de toto. Quandoq; autẽ dicitur vnum etiã de imperfecto,dummodo ſit cõtinuum. Et ratio huius eſt: quia vnum poteſt attendi vel ſm quantitatem,& ſic ſola continuitas ſufficit ad vnitatẽ rei: vel ſm formam ſubſtantialem,quę eſt perfectio totius,& ſic perfectum & totum dicitur vnum. Secundo ibi.

ARGY. *Inſuper & alio modo præter dictos,unus hiſce dicitur motus,qui uniformis eſt. Difformis enim aliqua ex parte non unus eſſe uidetur, ſed hiſce potius, qui uniformis eſt, perinde atq; linea recta.difformis enim diuiſibilis eſt. differre autem uidentur, ut magis tale minuſue, differt.*

Amplius autem aliter pręter prædictos,dicitur motus vnus regularis.Irregularis enim non videtur vnus, ſed magis regularis, ſicut rectus. irregularis enim diuiſibilis eſt. videtur autẽ differre, ſicut magis & minus. Te.cõ.43.

Ponit alium modum ſecundarium,prout dicitur motus vnus, qui eſt regularis,i.vniformis: ſicut etiã in aliis rebus dicitur vnum,quod eſt ſimile in partibus.Et circa hoc tria facit. Primo ponit hũc modũ vnitatis,ſm cp regularis motus dicitur vnus. Secundo oſtẽdit in quibus inueniatur regularitas & irregularitas ibi [Eſt autẽ & in omni motu.] Infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertio ostēdit modos irregularitatis. ibi [Irregularitas autem.] Dicit ergo primo cp̄ p̄ter p̄dictos modos unitatis dicitur motus vnus, qui est [regularis,] i. vniformis [Irregularis.n.motus.] i. difformis nō videt esse vnus [sed magis motus regularis,] i. uniformis, sicut motus, qui est totus in directum est vniformis. Ideo autē motus irregularis nō videtur vnus, quia est diuisibilis in partes diuisibiles. Indiuisibilitas autem pertinet ad rationē vnius: quia vnum est ens indiuisum. sed tñ motus irregularis est quodammodo vnus. Sed vnitas motus irregularis & regularis videt differre secundū magis & minus: quia motus regularis est magis vnus cp̄ motus irregularis. Sicut & corpus similiū partium est magis vnum, cp̄ corpus dissimilium. Secundo ibi.

ARGY. *Est autem uniformitas omni in motu, aut difformitas. Etenim alterari quippiam uniformiter potest, & super uniformia fieri, ut super circulum aut lineam rectam: & circa accretionem decretionemue simili modo.*

In omni motu cōtingit esse quod regulare & irregulare est.

Est autem et in omni motu, quod regulariter est, aut non. Et nanq; alterabitur regulariter, & feretur in regulari, vt circulo aut rectitudine: & circa augmentum similiter, & decrementum.

Ostendit in quibus motibus inueniat regularitas et irregularitas. et dicit cp̄ in omni genere, vel specie mot⁹ inuenit regulare vel irregulare, quia potest aliquid alterari regulariter, sicut qñ tota alteratio est vniformis. & potest aliquid ferri. i. fm locum moueri, in magnitudine regulari. i. vniformi, sicut si feratur aut per circulum, aut per lineam rectam. Et similiter est in augmento & decremento. Tertio ibi.

ARGY. *Difformitas autem differentiæ sunt. interdum.n.est ratione eius, super quod efficitur motus. Impossibile est.n. uniformem esse motum, si nō super uniformi magnitudinē talem, cuius quæuis pars ad quāus partem non accommodatur. Interdum nō est ratione spatij, non tēporis, non eius ad quod accedit, sed ratione modi. celeritate.n. interdū tarditateq; motus distinguitur, cuius.n. eadem est celeritas, his est uniformis: cuius uero nō eadem est, ijs est difformis.*

Te. cō. 44. Impossibile est regularē esse motū nō i regulari magnitudine.

Irregularitatis autem differentia est, aliquādo quidē in quo mouetur. Impossibile.n. est regularem esse motū, nō in regulari magnitudine, vt reflexi motus, aut obliq;, aut alius magnitudinis, quorum, non cōuenit contingens in cōtingentem partē. Aliquādo autem neq; in vbi, neq; in quādo, neq; in eo, ad quod, neq; in quo, sed in eo quod, vt. velocitate.n. & tarditate aliquando determinatur. cuius quidem. n. velocitas est eadē, regularis est: cuius autem non, irregularis est.

Accedit ad determinandū de motu irregulari. Et primo assignat modos irregularitatis. Secundo ostēdit quomodo motus irregularis sit vnus, quod supra dixerat ibi [Vnus igitur.] Circa primum duo facit. Primo assignat duos modos irregularitatis in motu. Secundo infert quasdā conclusiones ex dictis ibi [Vnde neq; species.] Dicit ergo primo, cp̄ differentia, quæ facit irregularitatem motus, aliqñ est ex parte rei, in qua mouetur, vt patet p̄cipue in motu locali: quia impossibile est, cp̄ motus sit regularis vel vniformis, qui nō trāsit per magnitudinem regularem. i. vniformem. Dicitur aūt magnitudo regularis vel vniformis, cuius quælibet pars vniformiter sequitur ad aliā partem: & sic quælibet pars potest supponi alteri parti, vt patet in linea circulari, & etiā in linea recta. Magnitude autem irregularis est, cuius nō quælibet pars sequit ad aliam partē vniformiter, sicut patet in duabus lineis facientibus angulum, quarum vna applicatur alteri nō in directū, sicut partes vnius lineę sibi inuicē in directum applicantur. & ideo motus circularis est regularis, & similiter motus rectus. Sed motus reflexi & obliqui, quia faciūt angulum, non sunt regulares, nec in magnitudine regulari: vel quicunq; alius motus sit per quācunq; magnitudinem, cuius quæcunq; pars non cōueniat cuicunq; parti per vniformitatē applicationis. vel cuius vna pars nō conuenienter posit contingere aliā partē. Si. n. illa pars, quę continet angulum supponatur illi parti, quæ angulum non continet, non erit conueniens cōtactus. Secunda differentia irregularitatē faciens, est non ex parte loci, vel temporis [neq; in quod quo,] i. neq; ex parte eius quod dicitur quo. i. ex parte cuiuscūq; rei, in qua fit motus. non.n. est solum motus in vbi, sed in qualitate et quātitate. vel potest hoc referri ad subiectū in quo est motus. Sed ille secundus modus irregularitatis accipit [in eo quod, vt,] i. ex diuersitate modi motus. determinat.n. iste secundus modus irregularitatis ex velocitate & tarditate. Quia ille motus dicit regularis cuius est eadē velocitas per totū: irregularis autē, cuius vna pars est velocior altera. Secundo ibi.

Quapropter celeritas, tarditasue non sunt species, nec differentiæ motus, quippe cum omnes motus diuersos specie comitentur. Quare neq; grauitas leuitasq;, quæ est respectu eiusdē, ceu terræ ad seipsam, aut ignis respectu sui. ARGY.

Vnde neq; species motus neque differentiæ, sunt velocitas & tarditas: quia omnes sequuntur differentes secundum speciem. Quare neq; leuitas neq; grauitas, quæ est in idem, est, vt terræ ad ipsam, aut ignis ad ipsum.

Concludit duo corollaria ex præmissis. quorum primū est, cp̄ velocitas & tarditas nō sunt species motus, neq; differentiæ specierū: quia velocitate & tarditate determinatur regularitas & irregularitas, quæ sequitur quaslibet species motus, vt supra dictum est, Nulla autē species vel differentia consequitur omnem speciem sui generis. Secundum corollarium est cp̄ velocitas & tarditas non sunt idem cp̄ grauitas & leuitas: quia vtrūq; istorum habet motum semper ad idem, sicut motus terræ qui est grauis, semper est [ad ipsam] idest ad locum ipsius qui est deorsum: et motus ignis semper est [ad ipsum,] idest ad locum proprium, qui est sursum. Velocitas autem & tarditas se habent ad diuersos motus, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Vnus est igitur & hisce motus, qui est difformis, continuitatis nimirum ratione. sed minus, quod quidem ei lationi accidit, quæ super lmea flexa fit. Id autem, quod est minus, mistione contrarij semper est tale. ARGY.

Te. cō. 45. Quod est minus cōmistio semper cōtrarij est.

Vnus igitur irregularis est, quō est continuus. minus autem, quod quidem reflexiuo accidit motui. Quod autem est minus, commistio semper contrarij est.

Ostendit quomodo motus irregularis sit vnus. Secundo infert quoddā corollarium ex dictis ibi [Si autem omnem vnum,] Dicit ergo primo, cp̄ motus irregularis potest dici vnus, inquantū est continuus: sed minus dicitur vnus cp̄ regularis. sicut et linea, habēs angulum, minus dicitur vna cp̄ linea recta. et hoc maxime apparet in motu reflexiuo: quia quasi uidentur duo motus. Ex hoc autē, cp̄ est minus vnus, videtur cp̄ aliquid habeat de multitudine: quia ex hoc aliquid est minus, cp̄ habet mistionem cōtrarū, sicut minus album habet aliquid admistum de nigro, ad minus fm quādam appropinquationē. Et sic patet cp̄ motus irregularis & est vnus, inquantum est continuus: et est quodammodo multiplex, inquantum est minus vnus. Secundo ibi.

Quòd si omnis motus unus & uniformis, & non uniformis esse potest, ij, qui diuersi sunt specie, atq; hærent, non unus erunt atq; continuus motus. Quomodo nanq; fieri potest ut hisce sit uniformis, qui ex alteratione latione ue constat? accommodentur enim necesse est. ARGY.

Si au-

Si autem omnē, vnum contingit, & regularē esse, & non, non erunt ipsi qui nō secundum speciem habiti sunt, vnus & continuus. Quomodo enim erit regularis motus ex alteratione cōpositus & loci mutatione? Indiget enim conuenire.

Cōcludit ex immediate dictis, quod supra proposuerat, scilicet cp̄ motus, qui sunt diuersi fm speciem, non possunt continuari. Omnem.n. vnum motum cōtingit esse vnum, regularem, & iterū non regularem. Sed motus, qui est compositus ex diuersis motibus fm speciem non potest esse regularis. quomodo.n. esset regularis motus cōpositus ex alteratione, & loci mutatione. necesse est. n. ad hoc cp̄ motus sit regularis, cp̄ partes conueniant adinuicē. Ergo relinquitur cp̄ motus diuersi, qui non cōsequuntur se inuicem eiusdem speciei existentes, non sunt vnus motus, & continuus. Quod supra propositum est, & per exēpla manifestatum.

LECTIO VIII.

Propositis modis, quibus motus adinuicem contrariari cōtingit, quis motus cui motui opponatur ostenditur.

ARGY. *Demceps definiendum est quisnā motus cui motui contrarius est, & de quiete simili modo. Primum autem diuidendum est utrum contrarius motus sit hisce, qui est ex eodem ei, quo itur ad idem, ut hisce, qui est ex sanitate ei, quo petitur sanitas, quales & generatio, & corruptio esse uidentur. An hisce, qui ex contrarijs est, ut hisce, qui ex sanitate, ei, qui est e morbo. An hisce quo ad contraria pergitur, ut hisce quo ad sanitatem itur, ei, quo ad morbum accedit ur. An hisce qui est ex contrario ei, quo ad contrariū itur. ut hisce qui est ex sanitate, ei quo morbus petitur. An hisce qui ex contrario in contrarium pergit, ei, quo è contrario in contrarium itur, ut hisce, qui ex sanitate in morbū proficiscitur, ei, quo ex morbo acquiritur sanitas. Vnum.n. horū modorū quēdam, aut plures esse necesse est, non fit enim ut alio modo motus, ut opposiri disponantur.*

Tex. cō. 46. AMplius autem determinandum est qualis motus est cōtrarius motui, & de mansione eodem modo. Sed primo diuidēdum est, vtrum contrarius motus sit, qui est ex eodem, ei, qui est in idē, vt qui est ex sanitate ei, qui est in sanitatē, vt generatio & corruptio videtur: aut qui est ex contrarijs, vt qui est ex sanitate ei, qui est ex ęgritudine: aut qui est in contraria, vt qui est in sanitatem ei, qui est in ægritudinē. aut qui est ex contrario ei, qui est in contrarium, vt qui est ex sanitate, ei, qui est in ęgritudinem. aut qui est ex contrario in contrariū, ei, qui est ex contrario in contrarium, vt qui est ex sanitate in ęgritudinem, ei, qui est ex ęgritudine in sanitatem. Necesse est. n. aut vnum quendam horum esse modorum, aut plures: non enim est aliter opponere.

Tex. 13. Postquam Philosophus determinauit de vnitate & diuersitate motus, hic determinat de contrarietate motuum, quæ est quædā diuersitatis species, vt patet in Decimo Metaphy. Et diuiditur in partes duas. Primo ostēdit qualiter accipienda est cōtrarietas in motu, & etiam in quiete. In secunda mouet quasdā quæstiones circa contrarietatem prędictam. ibi [Dubitabit autē aliquis.] Circa primum duo facit. Primo determinat de cōtrarietate motus, secundo de cōtrarietate quietis. ibi [Qm̄ autem motui.] Circa primū tria facit. Primo distinguit diuersos modos secūdum quos videri posset cp̄ acciperetur cōtrarietas in motu: secundo remouet quasdam illorū ibi [Est autem qui est.] Tertio assignat verū modum cōtrarietatis in motu & mutatione. ibi

[Qm̄ autem differt.] Dicit ergo primo, cp̄ post prædicta, determinandū est qualis sit motus cōtrarius alicui motui, & eodem modo determinādum est [de mānsione,] i. de contrarietate quietis ad motū, & quietis ad quierē. Sed in hoc tractatu hoc primo faciendum est, cp̄ debemus distinguere modos, secundū quos vniuersaliter accipi potest ratio contrarietatis in motibus. Et distinguit quinq; modos, quorū primus modus est, vt ratio cōtrarietatis motuū accipiatur secundum accessum ad aliquē terminū, & recessum ab eodem. Et hoc est quod dicit [Vtrum cōtrarius motus sit, qui est ex eodē, ei, qui est in idē, vt qui est ex sanitate, ei, qui est in sanitatem,] secundum quā rationem generatio & corruptio uidētur esse cōtraria: quia generatio est motus ad esse, corruptio autē est motus ex esse. Secundus modus est, vt ratio contrarietatis motuū accipiatur secundum cōtrarietatem terminorum, a quibus incipit motus. Et hoc est quod dicit [Aut qui est ex contrarijs, vt qui est ex sanitate, ei, qui est ex ægritudine.] Tertius modus est, vt contrarietas motuum accipiatur secundum contrarietatē terminorum, ad quos terminat motus. Et hoc est quod dicit [Aut qui est in contraria, vt qui est in sanitatē ei, qui est in ægritudinem.] Quartus modus est vt accipiatur motuū cōtrarietas secundum cōtrarietatem termini a quo, ad terminum ad quem. Et hoc est quod dicit [aut qui est ex contrario, ei qui est in contrarium, vt qui ex sanitate, ei, qui est in ægritudinem.] Quintus modus est secundum contrarietatē ex parte vtrorumq; terminorum. Et hoc est quod dicit. [Aut qui est ex contrario in contrarium, ei qui est ex contrario in contrarium, vt qui est ex sanitate in ægritudinē, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem.] Necesse est enim cp̄ contrarietas motuum accipiatur secundum vnum horum modorum, aut secundum plures: quia non cōtingit fm aliquam aliam rationem opponere motum motui. Secundo ibi.

Hic igitur, qui est è contrario non est ei contrarius quo in contrarium itur, ut is qui est ex sanitate ei, quo itur ad morbum, est enim unus idemque, esse tamen ipsorum non idem est. quemadmodum non idem est ex sanitate mutari, atque ad morbum. ARGY.

Te. cō. 47. Est autem qui ex contrario ei, qui est in contrarium, non contrarius, vt qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudinem. idem enim, & vnus est, esse tamen non idem est ipsis. sicut non idem est ex sanitate mutari, & in ægritudinem.

Excludit duos prędictorū modorum. Et primo quartū, qui accipiebatur secūdum cōtrarietatem termini a quo ad terminum ad quē. Secundo secundū modum qui est secundum contrarietatē terminorū, ex quibus incipit motus ibi [Neq; qui est ex contrario,] Tertio ostēdit quomodo se habent duo modi reliqui adinuicē. ibi [Relinquitur autē.] Dicit ergo primo cp̄ motus, qui est ex vno contrario, nō potest dici cōtrarius, ei qui est in aliud cōtrarium, vt si diceretē cp̄ motus, qui est ex sanitate, sit contrarius motui qui est in ægritudinē. Idem.n. non est ibi ipsi cōtrarium: sed motus, qui est ex sanitate, motui q est in ęgritudinē, est vnus et idē subiecto, sed esse ipsi nō est idē, i. differūt ratione, eo modo quo nō est idem fm rationē moueri a sanitate, et moueri in ægritudinē: quia vnus importat habitudinē motus ad terminum a quo, alius aūt habitudinem eiusdē motus ad terminū ad quē. Non est igitur accipiēda contrarietas motus fm contrarietatem vnius termini ad alium. Secundo ibi.

Te. cō. 48. Quæ sunt idē subiecto, differunt autem ratione, contraria nō fūt.

Neq; hisce motus, qui est ex cōtrario ei contrarius est, qui ex contrario est. Simul.n. accidit è contrario, et in contrarium, aut in medū ire. sed posterius de hisce dicemus. ARGY.

Neq; qui est ex cōtrario ei, qui est ex cōtrario. Simul quidem enim accidit mutari ex cōtrario in cōtrarium, aut in medium. sed de hoc quidem posterius dicemus.

Oſtendit cp contrarietas motuum nō eſt accipienda ſm contrarietatem terminorum ex quibus incipit motus. Et hoc tribus rationibus, quarum prima talis eſt. Duo motus, qui in idē tendunt non ſunt cōtrarij: ſed duo motus ex contrarijs recedentes, poſſunt in vnum et idem tendere [ſimul enim accidit mutari,] i. æqualiter [ex contrario in contrarium aut in medium] vt poſtea dicetur. & ſic ex vtroque contrario contingit in vnum medium mutari. Non ergo motus propter hoc ſunt cōtrarij, quia a contrarijs incipiūt moueri. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Enimuero in contrarium mutari cauſa potius contrarietatis eſſe iudebitur, quàm e cōtrario mutari. Hoc enim obiectio contrarietatis, illud aſſumptio eſt.*

Sed magis in cōtrarium mutari videbiſ vtiq; cauſa eſſe cōtrarietatis, cp ex contrario. hic quidē enim diſceſſio contrarietate, ille vero acceptio.

Secūda ratio. Quæ talis eſt. Ex illo accipiēda eſt ratio cōtrarietatis in motu, quod magis facit motū eſſe contrariū: ſed contrarietas terminorū, ad quos motus terminatur, magis videtur eſſe cauſa contrarietatis motuū, cp contrarietas terminorū a quibus incipit motus: quia, cū dico motus incipere a contrarijs terminis, dico remotionem contrarietatis: cum vero dico motus accedere ad contraria, dico acceptionem contrarietatis: ergo non accipitur contrarietas motuum ſecundum terminum a quo tantum. Tertiam ponit ibi.

ARGY. *Dicitur etiam quiſq; motus ex eo potius, in quod itur, q; ex eo ex quo ſit mutatio. ſanatio.n. hiſce dicitur, quo acquiritur ſanitas: ægrotatio hiſce, quo ad ægritudinem itur.*

Et dicitur autem vnuſquiſq; eo, in quod mutatur magis, cp eo ex quo: vt ſanatio, qui in ſanitatem: ægrotatio autem, qui in ægritudinem.

Tertia ratio. Quæ talis eſt. Ab eo, à quo aliquid recipit nomen & ſpeciem, recipit etiā contrarietatem (cum cōtrarietas ſit differentia ſecundū formā, vt patet Decimo Metaphy. Sed vnuſquiſq; motus magis dicitur. i. denominatur & ſpeciē recipit a termino in quē, cp a termino ex quo, ſicut ſanatio dicitur motus in ſanitatē, & ægritudo motus in ægritudinē, & hoc etiā ſupra dictum eſt. Magis ergo accipienda eſt cōtrarietas motuum ſecundum terminum in quem, cp ſecundū terminum a quo. Et ſic idem quod prius. Tertio ibi.

ARGY. *Reſtat igitur hiſce, quo in contraria pergitur, & hiſce quo ad cōtraria ex cōtrarijs itur: Forſitan igitur ſit, ut ij, quibus ad contraria proficiſcitur, et ex contrarijs ſint, eſſe fortaſſe non idem: eundi (inquàm) in ſanitatem: atq; ex morbo: & eundi in morbum, atq; ex ſanitate.*

Relinquitur igitur, qui eſt in cōtraria, & qui eſt ad contraria, ex contrarijs. Fortaſſis quidem igitur accidit eos, qui in contraria & ex contrarijs eſſe, ſed eſſe forſitan non idem. Dico autem, qui in ſanitatem ei, qui ex ægritudine, & qui ex ſanitate ei, qui in ægritudinem.

Concludit cp remotis duobus modis ſecundū contrarietatem terminorū acceptis, relinquūtur duo alij, ſ. tertius & quintus, quorū vnus eſt ſecundum ſolā contrarietatem terminorum ad quos, quem tāgit cum dicit. [Qui eſt in cōtraria.] Alius qui eſt ſecundū contrarietatem vtrorūcp terminorum, quē tangit cum dicit. [Et qui eſt in cōtraria ex cōtrarijs.] Primus autē modus non accipiebatur ſm contrarietatem aliquā terminorum, ſed ſm acceſſum & receſſum ab eodē termino. Concludit autem vlterius cp forte hi duo modi reſidui ſunt idem ſubiecto: quia illi motꝰ, qui ſunt in contraria, ſunt etiā ex contrarijs: ſed forte ſm rationem non ſunt idē propter diuerſas habitudines motꝰ ad terminos, ut ſupra dictū eſt. & exēplificat cp motus, qui eſt in ſanitatē ei qui eſt ex ægritudine eſt idē ſubiecto, ſed nō ratione. Et ſilr qui eſt ex ſanitate ei, qui eſt in ægritudinē. Deinde cū dicit.

E *Cùm autem a motu mutatio differat (ea nāq; mutatio motus, ex qua ex ſubiecto in ſubiectū itur) hiſce profectò motus, quo ex contrario in contrariū perꝫitur, contrarius eſt ei quo è contrario ad contrariū itur, ut hiſce, quo ex ſanitate in morbum ituri ei, quo ſanitas è morbo acquiritur.* ARGY.

Qm̄ autem differt mutatio a motu (ex quodam. n. ſubiecto in quoddam ſubiectum mutatio, eſt motus:) qui eſt ex contrario in contrariū ei, qui eſt ex contrario in cōtrarium, motus contrarius eſt, vt qui eſt ex ſanitate in ægritudinem ei, qui eſt ex ægritudine in ſanitatem. Tex. cō. 49.

Oſtendit quomodo accipiatur contrarietas in motu. & primo ſm cp motus eſt ad cōtrarium. Secūdo prout motus eſt ad medium. ibi [Qui autē ad medium.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid facit contrarietatē in motibus. Secūdo quid in mutationibus. ibi [Qui aūt eſt in contrarium.] Circa primū duo facit. Primo oſtendit propoſitum ſyllogiſmo, ſecundo inductione. ibi [Manifeſtum autē eſt.] Ponit autem primo talem rationem. Contrarietas aliquorum accipitur ſm propriam ſpeciē & rationē ipſorū: ſed propria ratio ſpecifica motus eſt, cp ſit quędā mutatio a quodam ſubiecto affirmato in quoddā ſubiectum affirmatum, habēs duos terminos: in quo differt a mutatione, quæ nō ſemper habet duos terminos affirmatos. ergo relinquiē cp ad contrarietatem motus requiritur contrarietas ex parte vtrorūcp terminorum, vt ſcilicet proprie dicatur motus contrarius, qui eſt ex contrario in contrarium, ei, qui eſt ex contrario in contrariū, vt qui eſt ex ſanitate in ęgritudinē, ei, qui eſt ex ægritudine in ſanitatem. Secundo ibi. F Tex. cō. 50. Tex. cō. 51.

Patet autem et ex inductione, qui cōtrarij eſſe uidentur. Ęgrotare. n. ipſi ſanari, & diſcere ipſi decipi, non per ſeipſum cōtraria uidentur: ex contrarijs. n. in cōtraria fiunt. Vt. n. ſcientiam per ſe quiſpiam, et per alium conſequi poteſt, ſic et deceptionem. Latio etiam, qua ſupra loca petuntur, et contraria eſt lationi, qua ad infra loca itur: hæc. n. in longitudine contraria ſunt. Et ea qua itur ad extra, ei, qua ſiniſtra petuntur: hæc. n. in latitudine contraria ſunt. Et ea, qua pergitur ad ea, quæ ſunt ante, ei, qua itur ad ea, quæ ſunt poſt: hæc enim in profunditate contraria ſunt. ARGY.

Manifeſtum eſt autem & ex inductione, qua vidētur contraria eſſe. Aegrotare enim ipſi ſanari. et addiſcere ipſi decipi, non per ipſum: in contraria enim. ſicut enim in ſcientia eſt, ſic & in deceptione, & per ſe ipſum conſequi, & per alium. Et ſurſum motus ei, qui eſt deorſum: contraria enim hæc ſunt in longitudine. Et qui eſt ad dextram, ei, qui eſt ad ſiniſtram: contraria. n. hæc ſunt in latitudine. Et qui eſt ante, ei, qui eſt retro: contraria enim hæc ſunt in altitudine. G H Tex. cō. 52.

Manifeſtat idem per inductionē. Et primo in alteratione corporali: quia ęgrotare eſt contrariū ei, quod eſt ſanari, quorū primus eſt motus a ſanitate in ægritudinē, alius vero ab ægritudine in ſanitatē. Hoc etiā patet in alterationibus animę. quia ei, quod eſt addiſcere, contrariū eſt decipi: non ab ipſo, ſed ab alio. Hi. n. motus ſunt in cōtraria ex contrarijs, quia addiſcere eſt motus ab ignorātia ad ſcientiam: decipi autem a ſcientia ad ignorantiam. Quare autē addit [nō per ipſum] oſtendit ſubdēs, cp ſicut in ſciētia cōtingit cp aliquis per ſeipſum acquirat eam, et hoc vocaſ inuenire: q̄ñq; vero nō per ſeipſum, ſed ab alio, & hoc vocatur addiſcere, ita contingit cp aliqñ aliquis decipitur a ſeipſo, aliqñ ab alio: & hoc proprie opponitur ei, quod eſt addiſcere. & hoc etiā apparet in motu locali. quia motꝰ ſurſum eſt cōtrarius ei, qui eſt deorſum: quæ ſunt cōtraria ſm longitudinē.

Et

Et motus, qui eſt ad dextrum, eſt cōtrarius ei, qui eſt ad ſiniſtrum: qui ſunt contrarij ſm latitudinē. Et motus, qui eſt ante, eſt cōtrarius ei, qui eſt retro, quę ſunt cōtraria ſm altitudinem. Sed cōſyderandū eſt cp hic loquitur de iſtis differentijs poſitionū, vt de lōgitudine, latitudine, & altitudine ſm cp ſunt in homine: quia ſurſum & deorſum conſyderantur ſm longitudinem hominis: dextrum autē & ſiniſtrum ſm latitudinem eius: ante et retro ſecundum groſsitiē eius, quæ dicitur altitudo vel profunditas. Iterum conſyderandum eſt cp ſecundum ſurſum et deorſum inuenitur contrarietas in motibus etiam naturalibus. ſed ſm dextrum & ſiniſtrum, ante & retro, inuenitur cōtrarietas in motibus nō ſm naturam, ſed ſm motum, qui eſt ab anima, quæ mouet in has contrarias partes. Deinde cum dicit.

ARGY. *Is autem, qui ſolum ad contrarium eſt, non motus, ſed mutatio eſt: uelut album fieri non ex aliquo.*

Qui autē eſt in contrarium ſolum nō eſt motus, ſed mutatio: vt fieri albū non ex quodā eſt. Te. cō. 51. A B

Oſtēdit qualiter ſit cōtrarietas in mutationibus. Et primo oſtendit quomodo accipiatur contrarietas mutationū in rebus, in quibus inuenitur contrarietas, Secundo quomodo accipiaſ in rebus, in quibus non eſt contrarietas. ibi [Quibus autē non eſt contrarium.] Dicit ergo primo cp, ſi accipiatur cōtrarietas ſolum ex parte termini ad quē, vt dicatur cōtrarius, qui eſt in contrariū, hoc nō facit contrarietatē motus, ſed mutationis, quæ eſt generatio & corruptio: ſicut fieri albū, et fieri nigrum cōtraria ſunt. Nec oportet cp contrarietas harū generationum attēdatur ſecundum contrarietatem termini a quo: quia in generatione terminus a quo nō eſt aliquid affirmatū, ſed aliquid negatū. fit. n. albū ex nō albo, non autē ex aliquo affirmato. Non. n. mutatio de ſubiecto in ſubiectū eſt mutatio, ſed motus. Secūdo ibi. Inſra.

ARGY. *Quibus etiam non eſt contrarium, ea mutatio, quæ eſt ex ipſo, ei mutationi contraria eſt, quæ eſt ad ipſum. quapropter generatio corruptioni contraria eſt, abiectioq; accretioni. Hæ autem mutationes, non motus ſunt.*

Quibus autem non eſt contrarium, mutatio quæ eſt ex ipſo, ei, quæ eſt in ipſum, cōtraria eſt. vnde generatio corruptioni contraria eſt, & remotio acceptioni. Hæ autem mutationes quidem, motus autem non ſunt. C

Oſtendit cp in illis, in quibus nō eſt contrarietas, ſicut in ſubſtantijs & alijs huiuſmodi attēditur contrarietas mutationum ſm acceſſum & receſſum ab eodē termino. Et hoc eſt cp dicit, cp in illis, in quibus non eſt cōtrarium, accipitur cōtrarietas mutationis ex eò cp eſt receſſus ab eo & cp eſt acceſſus in ipſum idē, ſicut acceſſus ad formā ignis, quod pertinet ad generationē eius: & receſſus ab eadē forma, quod pertinet ad eius corruptionem, ſunt cōtraria. vnde generatio eſt cōtraria corruptioni, & quęcunq; remotio cuicunq; acceptioni. Sed huiuimodi nō ſunt motus, ſed mutationes. Patet ergo cp ex quinq; modis ſupra poſitis, duo ſcilicet ſecundus, & quartus ad nihil vtiles ſunt. Vnus autem conuenit ad contrarietatem motuum. duo autem congruunt ad contrarietatem mutationum. Deinde cum dicit. Tex. cō. 53. Summa totiꝰ lectionis. D

ARGY. *Hi uero motus, quibus ad medium itur, in quibus contrariorum eſt medium, in contrarijs quodāmodo ſunt ponendi. Motus. n. ad utrum extremorum eatur, medio ipſo utitur, ut extremo. uelut è fuſco quidem itur in album, tanquam è nigro: è nigro uero in fuſcum, tanquam in album. Medium. n. ad utrunq; extremorum contrarij rationem quodammodo ſubit, ut prius dictum eſt. Motus igitur hoc pacto motui contrarius eſt, hiſce quo è contrario in contrarium pergitur, ei, quo è contrario in contrarium itur.*

Qui autē ad medium motus ſunt, quibuſcūq; contrariorum aliquid eſt medium, tanq; in contraria quodammodo ponēdi ſunt. Sicut. n. contrario vtiſ medio motus, ad vtrauis fiat mutatio, vt ex fuſco quidem in album, tāquam ex nigro: ex albo autem in fuſcum, tanquam in nigrum: ex nigro autem in fuſcum, tanquam in album. fuſcum. n. medium ad vtrūcq;, dicitur quodāmodo extremorum, ſicut dictū eſt prius. Motus igitur motui cōtrarius eſt ſic, qui eſt ex contrario in contrarium, ei, qui ex contrario in contrarium. Te. cō. 52.

Determinat de cōtrarietate motus ex parte medij, & dicit cp in quibuſcunq; contrarijs inuenitur medium, motus, qui terminantur ad mediū, hoc modo ponēdi ſunt eſſe contrarij, ſicut illi, qui terminātur ad contraria: quia motus vtitur medio ſicut cōtrario, ita cp ex medio contingit mutari vtrūcq; terminorum: ſicut ex fuſco, quod eſt medium inter album & nigrū, hoc modo mutatur in album, ac ſi mutaretur ex nigro in albū: & ecōtra, ex albo ſic mutatur aliquid in fuſcum, ac ſi mutaretur in nigrum. & ex nigro mutatur in fuſcum, ac ſi mutaretur in album: quia fuſcū, cum ſit medium ad vtrunq; extremorū, dicitur vtrunq;, quia in comparatione albi eſt nigrum, & in comparatione nigri eſt album, vt ſupra dictum eſt. Vltimo autem concludit quod principaliter intendit, ſcilicet cp motus ſit cōtrarius motui ſecundum contrarietatem vtrorumcp extremorum.

LECTIO IX.

Quæ quies cui motui oppoſita ſit, deq; quietum adinuicem, & in mutationibus contrarietate ſermo habetur.

Cùm autem motui nō ſolum motus eſſe contrarius, ſed quies etiā uideatur, hoc definiamus oportet. abſolute nāq; motus motui cōtrarius eſt. Opponitur autē, et quies, priuatio. n. eſt. Priuatio uero quodammodo contraria dicitur. ARGY.

QVoniam autem motui non ſolum eſſe videtur contrarius motus, ſed & quies, hoc determinandum eſt. Simpliciter quidem enim cōtrarius eſt motus motui. Opponitur autem, & quies. priuatio enim eſt. Eſt autem ſic, cp priuatio contraria dicatur. Tex. cō. 55.

Poſtquam determinauit Philoſophus de contrarietate motuum, hic determinat de cōtrarietate quietū. Et primo in motibus, Secundo in mutationibus. ibi [Quibus autem non ſunt contraria.] Circa primū duo facit. Primo oſtēdit cp quies ſit contraria motui, Secundo quæ cui, ibi [Qualis autem.] Dicit ergo primo, cp, quia motui non ſolum videē cōtrariari motus, ſed etiā quies, determinandū eſt qualiter hæc, ſ. quies contrariatur motui: quia ſimpliciter quidē, & proprie, et perfecte cōtrariatur motus motui, ſed etiā quies opponiē motui, cum ſit priuatio motus. Et cp priuatio quodammodo ſit contrariū patet. eſt. n. priuatio & habitus prima cōtrarietas, vt dicit in Decimo Metaphy. quia. ſ. in omnibus contrarijs ſaluatur priuationis ratio & habitus, cum ſemper alterū ſit quaſi priuatio reſpectu alterius, vt album reſpectu nigri, & amarum reſpectu dulcis. Secundo ibi. Tex. cō. 55. Inſra.

Quæ autem cuinam cōtraria eſt: an ei motui, qui eſt in loco ea quies eſt contraria, quæ eſt in loco? Verum hoc, nō ſimpliciter dicitur. Vtrum. n. hiſce motus, qui eſt ex hoc, ei quieti quæ eſt hic, opponatur, an hiſce quo ad hoc itur. ARGY.

Qualis autem quali, vt ei, qui eſt ſm locum, quę ſm locum. Sed hoc non dicitur ſimpliciter. Vtrum enim ei, quę eſt hic, manſioni, qui eſt ex hoc, aut qui eſt in hoc, motus opponitur. Tex. 54. Tertia.

Oſtendit quæ quies, cui motui contrarietur. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionē. Secundo determinat veritatē. ibi [Manifeſtū igitur eſt.] Tertio probat. ibi [Motui autem ei &c.] In quæſtione autem, quā ponit, vnum ſupponitur, ſcilicet cp non omnis quies omni motui opponaē,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed aliqualis quies aliquali motui, sicut motui, qui est fm
locū, quies fm locum. Sed quia [hoc reuidendū et consyde
randum nō simpliciter,] i. vniuersaliter dicit, restat. s. quę-
rendū vlterius, vtrū manioni, i. quieti, quæ est in aliquo ter
mino, puta in albo, opponat̄ mot⁹ aut ille qui est in albo. si
dealbatio, aut ille qui ex albo, s. denigratio. Secundo ibi.

ARGY. *Patet igitur, cum duobus in subiectis sit ipse motus,*
ei quidem motui, qui est ex hoc in contrarium, oppositam
esse quietem, quæ est in hoc: ei uero, qui est ad hoc,
contrario eam quæ in contrario est.

tex. 54. Manifestum igitur est, ꝙ, quia in duobus mo
tus subiectis est, huic quidem, qui ex hoc est in
cōtrarium, quæ est in hoc quies: huic autem qui
ex contrario in hoc, quæ in contrario quies.

Determinat veritatem. Et primo quātum ad contrarie-
tatem motus ad quietem. Secundo quantū ad contrarieta-
tem quietum adinuicem. ibi [Simul autē.] Dicit ergo pri
mo, ꝙ, cum motus sit inter duo subiecta, i. inter duos termi
nos affirmatos motui, qui est ex hoc termino in suum con-
trarium, contrariatur quies, quæ est in contrario. sicut mo-
tui, qui est ex albo in nigrum, contrariatur quies, quę est in
albo. Et motui, qui est ex cōtrario in hoc, contrariat̄ quies,
quę est in contrario. sicut motui, qui est ex nigro in album,
contrariatur quies, quæ est in nigro. Secundo ibi.

Infra. ARGY. *Simul autem hæ & inter sese sunt contrariæ. Etenim*
absurdum est, si motus quidem contrarij sunt, quietes uero
contrariæ non sunt. Sunt autem hæ, quæ in contrarijs
sunt. ea nanq; quies, quæ est in sanitate, ei quieti contra-
ria est, quæ est in morbo.

Simul autem & adinuicē contrariæ hæ sunt.
Et nanq; inconueniens est, si motus quidē con-
trarij sunt, quietes autem oppositæ non sunt.
Sunt autem in oppositis hæ, vt quæ est in sanita
te quies, ei, quæ est in ægritudine.

Agit de contrarietate quietum adinuicem. & dicit ꝙ hę
quietes sunt contrariæ adinuicem, quæ sunt in contrarijs
terminis. Inconueniens enim est, si motus sunt cōtrarij ad-
inuicem, & quietes adinuicem non opponantur: Et quo-
modo sunt oppositæ quietes, quæ sunt in oppositis, exem-
plificat subdens ꝙ quies, quę est in Sanitate, opponit̄ quie-
ti, quæ est in ægritudine. Deinde cum dicit.

ARGY. *Et ei motui, quo ex sanitate in morbum itur. et nanq;*
quo è morbo itur in sanitatem contrariam esse ægritudi-
ni, extra fines est rationis. Motus enim in ipsum, in quo
statur, profectio potius est ad quietem, quam accidit fieri
simul cum motu. hunc autem, aut illum esse contrarium
illi, necesse est. Non enim ea quies, quæ in albedine est, ei
motui contraria est, quo ad sanitatem acceditur.

Motui autē ei, qui est ex sanitate in ęgritudinē
ei. n. qui est ex ęgritudine in sanitatē, irrationabi
le est. Qui. n. in ipso motus est, in quo stetit, quie
tatio magis est, fm ꝙ accidit simul fieri cū motu.
necesse autē est hāc, aut illā esse. Nō. n. quæ est in
albedine quies, cōtraria est ei, quæ est in sanitate.

Probat quod dixerat de cōtrarietate quietis ad motum,
& dicit, ꝙ motui, qui est ex sanitate in ęgritudinē, opponi-
tur quies, quæ est in sanitate: quia irrationabile esset ꝙ qui
es, quæ est in sanitate, opponeretur motui, qui est ex ægritu
dine in sanitatē. Et hoc sic probat, quia eius motus [qui est
in ipso,] i. ad aliquem terminum, status in eodem termino
[est magis quietatio,] i. eius conseruatio vel perfectio, cui
ꝙ ei opponatur. Et ꝙ quies in termino ad quem sit motus
perfectio, patet per hoc ꝙ simul sit ipsa quies cum motu:
quia ipsum moueri ad terminū, est fieri quietē. Vnde, cum
motus sit causa ipsius quietis, nō potest ei opponi, quia op-
positum non est causa sui oppositi. Sed necesse est ꝙ motui
contrarietur, vel hæc quies, quæ est in termino ad quē, aut
quies, quæ est in termino a quo. Nō. n. potest dici, ꝙ quies,
quę est in aliqua alia specie, cōtrarietur motui uel quieti: sic
ut ꝙ quies, quæ est in albedine, cōtrarie quieti, quę est in
sanitate: aut motui, ꝙ est in sanitate. Cū ergo quies, quæ est
in termino ad quē, nō contrarie motui, relinquit̄ ꝙ cōtra-
rietur ei quies, quæ est in termino a quo. Deinde cū dicit.

ARGY. *Quibus autem non est contrarium, eorum mutatio qui*
dē oppositæ est ea, quæ est ex ipso ei, quæ est ad ipsum. Mo-
tus uero non est, uelut ea, quæ est ex ente ei, quæ est ad ens.

tex. 55. Quibus autem non sunt contraria, horū mu-
tatio quidem est opposita ei, quæ est ex seipso, ei
quæ est in ipsum. Motus autem non est, vt quæ
ex esse, ei, quæ est in esse.

Determinat de contrarietate quietis in mutationibus.
Et circa hoc tria facit. Primo resumit quod dictū est de con
trarietate mutationū. Secundo ostēdit ꝙ mutationi nō op
ponitur quies, sed nō mutatio. ibi [Quies quidem horū.] Infra.
Tertio ostēdit quomodo si mutatio contrarie mutationi,
ibi [Simile autem aliquid est.] Resumit ergo primo quod Quinta. 55.
supra dictū est, s. ꝙ in mutationibus, in quibus non est con
trarietas in terminis, sicut in generatiōe et corruptione sub
stantiæ, oppositio accipit̄ fm accessum & recessum ex eodē
termino. est. n. mutatio, quæ est ex ipso aliquo termino, op-
posita mutationi, quæ est in ipsum. Sicut mutatio [quę est
ex esse,] s. corruptio opponitur ei [quæ est in esse,] s. gene-
rationi, cum tamen neutra earum sit motus. Secundo ibi.

ARGY. *Et quies quidem, horum non est, mutationis autem ua-*
cuitas est.

Quies quidē horū non est, immutatio aūt est.

Ostendit ꝙ his mutationibus non opponitur quies. Et
circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secun-
do interserit quandam dubitationem. ibi [Et si quidē ali- Tertia. 55.
quid erit.] Tertio probat propositum ibi [Si autem hoc.] Quarta.
Dicit ergo primo, ꝙ in his mutationibus, quæ non sunt in-
ter contraria, non inuenitur quies opposita: sed illud, quod
opponit̄ eis, sicut quies motus potest vocari [immutatio,]
id est non mutatio. Secundo ibi.

ARGY. *Atq; si subiectum quidem quippiam sit, ea mutationis*
uacuitas, quæ est in ente ei, quæ est in non ente contraria
est. Si id, quod haud est non quippiam sit, dubitauerit
quispiam sanè, cui nam sit contraria ea mutationis uacui-
tas, quæ est in ente, & sit ne quies.

Et siquidem aliquid erit subiectū, quæ est in
esse non mutatio, ei, quæ est in non esse, contra-
ria erit. Si vero non est aliquid ei quod non est,
dubitabit aliquis cui sit cōtraria, quæ in esse non
mutatio, vel quies est.

Interserit quādam dubitationem circa præmissa. Dictū
est enim ꝙ mutatio, quæ est ad esse, cōtrariatur mutationi,
quæ est ex esse: quæ quidē est in non esse. Hoc autem quod
dico nō esse, potest dupliciter accipi. Vno modo ꝙ habeat
aliquod subiectum, vel ens actu, sicut non albū in corpore
vel in potētia tantū ens, sicut priuatio formæ substantialis
est in materia prima. aut intelligitur tale non esse, quod nō
habet aliquod subiectum, sed est omnino non ens. Si pri-
mo modo accipiatur nō esse, ꝙ habeat aliquod subiectum,
tunc inueniri poterit quomodo vna nō mutatio, sit cōtra-
ria alij nō mutationi: quia poterit dici ꝙ non mutatio, quę
est in esse, opponitur non mutationi, quæ est in non esse. ex
quo. n. nō esse habet subiectū, nihil prohibet dicere ꝙ illud
subiectū permaneat in illo nō esse, quod est ipsum non mu
tari. Si vero non est aliquid [ei quod non est,] i. si ipsi non
esse non est aliquod subiectum, tunc dubitatio remanet,
cui non mutationi sit contraria illa non mutatio, vel quies,

uæ

quæ est in esse. Quod enim omnino non est, non potest di-
ci quiescere aut immutabiliter permanere. & quia necesse
est ꝙ non mutationi, vel quieti, quæ est in esse, sit aliqua
non mutatio contraria, manifestum ex hoc fit, ꝙ illud non
esse, a quo est generatio, & in quod tendit corruptio, est
non esse habens subiectum. Tertio ibi.

ARGY. *Quod si est, aut non omnis quies motui contraria est,*
aut generatio corruptioue motus sunt. Patet igitur quie-
tem illam non esse dicendam, nisi & ipsæ sint motiones.

Si autem hoc est, aut non omnis quies motui
contraria est, aut generatio & corruptio motus
sunt. Manifestum igitur, ꝙ quies non dicenda
est, si non & hæ motus.

Ostendit quod supposuerat, s. ꝙ id, quod opponit̄ gene-
rationi & corruptioni, nō sit quies. Si. n. hoc daret. s. ꝙ esset
quies, sequeretur alterū duorum, s. ꝙ aut non omnis quies
esset cōtraria motui, aut ꝙ generatio & corruptio sit mot⁹.
Vnde manifestū est ꝙ id, quod opponit̄ generationi & cor
ruptioni, nō dicitur quies, nisi generatio & corruptio esset
motus, quod supra improbatum est. Deinde cum dicit.

Lectio. 2. Te. cō. 8.

ARGY. *Sed simile quid quieti, atque mutationis uacuitatem.*
Contrarium uero, aut nulli prorsus, aut ei mutationis ua-
cuitati: quæ est in non ente, aut corruptioni. hæc est enim
ex ipsa, generatio uero in ipsam.

Simile autem aliquid est, & immutatio. Con
traria autem est. aut nulli aut ei, quæ est in non
esse aut corruptioni. hæc enim ex ipsa, genera-
tio autem in ipsam.

Ostendit quomodo nō mutatio sit contraria mutationi.
& dicit simile esse de cōtrarietate immutationis ad muta-
tionem, sicut de contrarietate quietis ad motū. quia immu
tatio, quæ est in esse, contraria est vel nulli immutationi
(quod esset, si non esse non haberet subiectum) aut ei non
mutationi, quæ est in non esse, si non esse habet subiectum.
Et hęc cōtrarietas est per modū, quo quies opponit̄ quieti.
Aut etiā non mutatio, quę est in esse, opponit̄ corruptioni,
vt quies motui. Non autē opponitur generationi, quia cor
ruptio recedit ab immutatione vel quiete, quæ est in esse:
generatio vero tēdit in illam. Motui autē & mutationi nō
opponitur quies in termino ad quē, sed in termino a quo.

LECTIO X.

Tres dubitationes de præmissa proponunt, ac soluuntur.

ARGY. *Dubitauerit autem quispiam cur in mutatione quidem*
quæ est in loco, tam quietis quàm motus secundum natu-
ram sunt. præterq; naturam, in cæteris uero non sunt. ut
alteratio alia sit secundum naturam, alia præter naturam.
non enim sanatio magis, quàm ægrotatio secundum natu-
ram est: aut dealbatio quàm denigratio. Similiter & in
accretione decretioneue. neq; enim hæ inter sese contrariæ
sunt, ut altera sit secundum naturam, altera præter natu-
ram. neq; accretio accretioni simili modo contraria est, de
cretioue decretioni. In generatione quoque corruptioneue
eadem ratio est. neq; enim generatio quidem est secundum
naturam, corruptio autē præter naturam: senescere enim
secundum naturam est. Neq; generationem aliam secun-
dum naturam, aliam præter naturam esse uidemus.

Tex. cō. 56. Dvbitabit autē aliquis, quare in mutatione
quidem secundū locum, sunt & fm natu-
ram, & extra naturā & quietes, & motus, in alijs
autem nō. Vt alteratio, hæc quidē secundum na
turam, illa autē extra naturam. nihil. n. magis sa-
natio aut ægrotatio, fm naturā aut extra naturā,
neq; dealbatio, aut denigratio: similiter autē est
& in augmēto & decremēto. neq; n. adinuicem
hi cōtrarij sunt, vt secundum naturā aut extra na
turam, neq; augmentū augmento. Et in genera
tione autē & corruptione eadē ratio est. neq; n.
generatio quidem fm naturā, corruptio autem
extra naturam: senescere. n. secundum naturam
est. neq; generationem videmus, aliam quidem
secundum naturam, aliam vero extra naturam.

Postquam Philosophus determinauit de contrarietate
motuum et quietum, hic mouet quasdā dubitationes circa
premissa. Et circa hoc duo facit, primo ponit dubitationes
& soluit eas. Secundo manifestat quædā, quę in illis dubita
tionibus possent esse dubia. ibi [Dubitabit autē aliquis.] tex. 64.
Prima pars diuiditur in tres partes, fm tres dubitationes,
quas mouet, & patent partes in litera. Circa primum duo
facit. Primo mouet dubitationē. Secundo soluit. ibi [Aut si tex. 57.
est, quod violentia fit.] Mouet ergo primo dubitationem,
quare in genere motus localis inuenitur quędam motus, et
quædam quies fm naturā, & quædam extra naturā, & in
alijs generibus nō inuenit hoc: puta ꝙ vna alteratio sit fm
naturā, & alia extra naturam: quia non videtur magis esse
sanatio fm naturam, vel extra naturam, ꝙi ægrotatio, cum
vtraq; procedat a principio naturali intrinseco: et similiter
est in dealbatione & denigratione, & augmento & decre-
mento: quia neq; isti duo motus sic cōtrariantur adinuicē,
vt vnus sit secūdum naturam, & alter extra naturam, cum
vtriq; naturaliter proueniat: neq; augmentū sic contraria-
tur augmento, vt quoddā sit fm naturam, & quoddā extra
naturam, & eadem ratio est de generatione & corruptiōe.
Non. n. potest dici ꝙ generatio sit fm naturā, & corruptio
extra naturā: quia senescere, quod est via in corruptionem,
accidit fm naturam. Neq; etiam videmus ꝙ vna generatio Dubium.
sit fm naturam, & alia extra naturam. Videtur autem
quod hic dicitur cōtrarium ei, quod dicitur in Secundo de
Cœlo, ꝙ senium, & omnis defectus & corruptio est contra tex. 57.
naturam. Sed dicendū est ꝙ senium, & corruptio, & decre- Solutio.
mentum est quodāmodo contra naturam, & quodāmodo
fm naturam. si. n. consyderetur propria natura alicuius rei,
quæ dicitur natura particularis, manifestum est ꝙ omnis
corruptio, & defectus, & decremētum est contra naturam:
quia vniuscuiusq; natura intendit cōseruationem proprij
subiecti: contrarium autem accidit ex defectu seu debilita-
te naturæ. si autem consyderetur natura in vniuersali, tunc
omnia huiusmodi proueniūt ex aliquo principio naturali
intrinseco, sicut corruptio animalis ex contrarietate calidi
& frigidi, & eadem ratio est in alijs. Secundo ibi.

ARGY. *Quod si id, quod est ui, præter naturam est: & corru-*
ptio sanè corruptioni contraria erit, ea, quæ est ui, quæ est
præter naturam ei, quæ est secundum naturam. Sunt igi-
tur & generationes uiolentæ, fatoq; non desinitæ, quibus
hæ quæ sunt secundum naturam contrariæ sunt. Et accre
tiones itidem uiolentæ, decretioneſue, ut eorum accretio-
nes, qui ob delitias cito pubescunt, & ea frumenta, quæ ci-
to adolescunt, incrementaq; suscipiunt, antea quàm humo
bene compressa, stirpium eliciant fibres: In alteratione ue-
ro quomodo res se habet: An modo eodē esse enim possunt
alterationes partim uiolentæ, partim naturales. Qui nan-
que in non diudicantibus diebus liberantur, hi præter na
turam alterari uidentur, qui uero in diudicantibus, hi se-
cundum naturam alterantur.

At si est, quod violentia fit extra naturā, tunc Tex. cō. 57.
& corruptio quę violēta, erit corruptioni cōtra-
ria, vt quæ extra naturā ei, quæ est fm naturam.
Ergo & generationes, quædā sunt violētę & nō
fatatę, quibus cōtrariæ sunt eę, quę fm naturam.

Et

Et augmenta sunt violenta, & decrementa, vt augmenta eorum, quę velociter propter alimentum pubescunt & tritica, quæ cito adolescunt, & non constringuntur. In alteratione autem qualiter, aut similiter. Erunt.n. aliæ quidem violētę, aliæ vero naturales, vt dimissi non in criticis diebus, alij autem in criticis. illi quidem extra naturam alterantur, hi vero secundum naturam.

Te.cō.58.

Soluit propositam quęstionem per interemptionem. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit ꝙ in quolibet genere motus inuenitur fm naturā, & extra naturā. Secundo ostendit quomodo hæc duo in motibus & quietibus contrariētur. ibi [Omnino quidem.] Circa primū duo facit. Primo determinat veritatē. Secundo mouet obiectionem. ibi [Erūt igitur corruptiones.] Dicit ergo primo, ꝙ, cū illud, quod fit ex violentia, fit extra naturam (quia violētum est cuius principium est extra, nil cōferente uim passo: naturale autē est, cuius principiū est intra (sequitur ꝙ corruptio violēta, sit corruptioni naturali cōtraria: sicut corruptio extra naturam est contraria corruptioni, quę est secundum naturam. Et per eandē rationem concludit, ꝙ quędam generationes sunt violentæ [& non fatatæ,] i. non procedentes secundū ordinē causarum naturalium. Quia ipse ordo causarū naturalium fatū dici potest, sicut aliquis facit nasci rosas, aut aliquos fructus per aliqua artificia tēporibus non suis: et similiter etiam aliquo artificio procreatur generatio ranarum, aut aliquorū huiusmodi naturalium. vnde, cum hæ duę generationes sint violentæ, per consequens sunt extra naturā: quibus contrariantur generationes, quę sunt fm naturam. Idem etiam concludit cōsequenter in augmento & decremento. Sunt.n. quædā augmenta violenta & extra naturā, sicut patet in his, quæ velocius debito ad pubertatem proueniunt, propter tenēritudinem, vel propter alimētum, id est propter hoc ꝙ delitiose & abundanti alimento nutriuntur. quod apparet in augmēto tritici. Quandoq; enim frumenta augentur innaturaliter propter abundantiam humorum: & non constringuntur, vt sint spissa & solida per debitam digestionē. Et similiter apparet in alterationibus. Sunt enim quædam alterationes violentæ, & quædam naturales. vt patet maxime in sanatione. Quidam enim dimittuntur a febribus, non in criticis diebus, & isti alterantur extra naturam: alij vero in criticis diebus, et isti alterantur secundum naturam. Secundo ibi.

Infra.
Quid violentum.
Quid naturale.
Quid fatum.

ARGV. *Ipsæ igitur corruptiones inter sese erunt contrariæ: non solum generationi. At quid prohibet. Sunt enim aliquo modo contrariæ. etenim si altera uoluptatem, altera dolorem afferret, erunt hoc quoq; pacto contrariæ, Quare non absolute corruptioni corruptio est contraria: sed ut altera ipsarum est talis, altera talis.*

Erunt igitur corruptiones contrariæ adinuicem, nō generationi. Et quid prohibet? est enim vt sic. & nanq; si hæc quidem dulcis, illa vero tristis est. Quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria est, sed hæc quidem huiusmodi, alia vero huiusmodi, harum est.

Obijcitur contra prædicta. Cum id.n. quod est extra naturam, cōtrarietur ei, quod est fm naturam, si inuenit quędam generatio fm naturam, & quædā contra naturam, & corruptio similiter: sequitur ꝙ corruptiones sunt contrarię adinuicem, & nō generationi: quia vnum non potest duobus esse cōtrarium. Et hoc soluit dicēs, ꝙ nihil prohibet generationi generationē esse contrariam, & corruptionē corruptioni. Sic.n. verū est hoc, etiā remota contrarietate eius, quod est fm naturā, & eius, quod est extra naturam: quia si est quædā generatio & corruptio dulcis, & alia tristis, oportet generationē generationi esse contrariam, & corruptionem corruptioni. Dicitur autē generatio & corruptio dulcis, quia ex minus nobili corrupto, generatur magis nobilis: sicut ex aere corrupto generatur ignis. Generatio autem & corruptio tristis, quando ex magis nobili corrupto, generatur minus nobile, vt si ex igne generetur aer. Non tamen sequitur si corruptio opponitur corruptioni, ꝙ non opponatur generationi: quia corruptio opponitur generationi secundum rationem sui generis: corruptio autem corruptioni, secundum rationem propriæ speciei. Sicut auaritia contrariatur largitati secundum contrarietatem vitij ad virtutem: prodigalitati vero secundum propriam speciei rationem. Et hoc est quod concludit, quòd corruptio non est contraria corruptioni [simpliciter,] idest in vniuersali: sed corruptionum, hæc quidem est talis, illa vero talis, idest violenta & extra naturam, vel dulcis & tristis.

Deinde cum dicit.

ARGV. *Omnino igitur motus quiesue, dicto modo subeunt contrarietatem. motus enim quo ad supera pergitur, contrarius est motui, quo ad infera itur. Loci enim hæ sunt contrarietates. Fertur autem ignis latione, qua supera petuntur natura, terra autem latione qua ad infera. loca accedit. atque lationes ipsorum contrariæ sunt. Ignis autem sursum quidem fertur natura, deorsum uero præter naturam. atque motus ipsius secundum naturam, contrarius est ipsius motui præter naturam. Quietes et iam simili modo sese habere uidentur. quies enim in superis, motui quo in deorsum itur, contraria est. Atq; terræ quies quidem illa præter naturam est, hic autem motus secundum naturam. Quare motui quies contraria est, ea, quæ est præter naturam, ei, qui est secundum naturam eiusdem. etenim motus eiusdem, hoc modo contrarius est. Alter enim secundum naturam erit, aut hisce, quo sursum itur: aut hisce, quo infera loca petuntur, alter præter naturam.*

Omnino igitur contrarij motus, & quietes, dicto modo sunt, vt qui est sursum, ei, qui est deorsum. loci enim contrarietates hæ sunt. Fertur autem sursum quidē motu natura ignis, deorsum vero terra. & contrariæ ipsorum loci mutationes sunt. ignis autem sursum quidem natura, deorsum autem extra naturam. Et contrarius quidem motus est, qui est secundum naturam ipsius, ei qui est extra naturam. & quietes etiam similiter. Quæ nanque est sursum quies ei qui est de sursum in deorsum motui contraria est. est autem terræ illa quidem quies extra naturam, motus autem hic secundum naturam. Quare motui quies contraria est quę est extra naturam, ei, qui est secundum naturam eiusdem. motus etenim eiusdem contrarius sic est. Alia quidem secūdum naturam ipsarum erit sursum aut deorsum, alia autem extra naturam.

Te.cō.59.

Te.cō.60.

Ostendit quomodo sit cōtrarietas in motu et quiete per id, quod est extra naturam & fm naturam, & dicit ꝙ nō solum generatio est contraria generationi et corruptioni, per id, quod est fm naturam & extra naturam, sed etiā vniuersaliter motus & quietes sunt hoc modo contrarij, sicut motus, qui est sursum, est cōtrarius motui, qui est deorsum: ga sursum & deorsum sunt contrarietates loci & vterq; illorū motuū est naturalis alicui corpori. Ignis.n. naturaliter fert sursum, terra vero deorsum. Et iterum vtriusq; horum motuum est accipere cōtrarias differentias, scilicet quòd est secundum naturam & extra naturam. & hoc est quod dicit [& contrariæ ipsorum,] scilicet motuum differentiæ sunt. Vel potest intelligi, quòd ipsorum corporum quæ mouentur, sunt contrariæ motuum differentiæ, idest secundum naturam & extra naturam. motus enim sursum est quidē naturalis ignis, sed moueri deorsum est ei extra naturam. Et sic patet, ꝙ motus, qui est secundum naturam, est cōtrarius ei, qui est extra naturam. Et similiter est de quietibus, quia quies quæ est sursum, est contraria motui qui est de sursum in deorsum. Sed illa quies est terræ innaturalis: sed motus qui est deorsum est ei secundum naturam. Vnde patet secundum præmissa, quòd quies quæ est extra naturam, est contraria motui naturali eiusdem corporis: quia etiam in eodem corpore motus sic contrariantur adinuicem, quòd scilicet motus naturalis vnius corporis est contrarius motui innaturali eiusdem corporis. Et sic est etiam de quiete. quia alia quietum contrariarum, erit secundū naturam, vt sursum igni, & deorsum terræ: alia vero extra naturam, vt deorsum igni, sursum terræ. Deinde cum dicit.

ARGV. *Exisit autem dubitatio, si est quietus omnis, quæ non semper est, generatio, atq; hæc est stare. Eius igitur, quod præter naturam quiescit, ceu terræ supra, erit profecto generatio. Quando igitur in sursum ferebatur stabat. At id quidem quod stat, semper celerius ferri uidetur. Id autem quod ui fertur, tardius. Non factum ergo quiescens, erit quiescens.*

Te.cō.61.

Habet autem dubitationē, si est omnis quietis quæ non semper est, generatio: & hoc, ipsum stare. Manentis igitur extra naturam, vt terræ sursum, erit generatio. Cum ergo ferebatur sursum violentia stetit, sed quod semper fiat, videtur ferri velocius. Quod autem violentia est, contrarium est. Non factum ergo quiescens, erit quiescens.

Mouet secundam dubitationem, vtrum scilicet omnis quietis, quæ non semper fuit: sit aliqua generatio, & generatio quietis vocatur stare: vt per stare non intelligamus idem, quod quiescere, sed stare sit idem quod peruenire ad quietem: quia forma in græco magis proprie sonat. Et videtur determinare in partem negatiua per duas rationes. Quarum prima est, quòd si omnis quietis, quę non semper fuit, est generatio, sequitur quòd quietis, quæ est extra naturam (sicut quando terra quiescit sursum) sit aliqua generatio. Quies autem generari non potest nisi per motum præcedentem: motus autem præcedens quietem innaturalem, est violentus. Sic ergo sequitur quod, cum terra per violentiam ferebatur sursum, ꝙ tunc [stetit,] idest quòd tunc generabatur eius quies. Sed hoc non potest esse, quia [quod semper stat videtur ferri velocius,] idest dum generatur quies per motum, semper quanto magis appropinquat ad quietem tanto est velocior. Cum enim res generata sit perfectio generationis, vnumquodq; autem quanto est propinquius suæ perfectioni tanto est virtuosius & intensius: sequitur ꝙ motus per quem generatur quies, tanto sit velocior, quanto magis appropinquat ad quietem, vt apparet maxime in motibus naturalibus. Sed in his, quæ mouentur per violentiam, accidit contrarium: quia semper inuenitur remissior, quanto magis appropinquat ad quietem, non ergo quies violenta habet generationem. Et hoc est quod dicit ꝙ, [erit aliquid quiescens violente: sed non factum quiescens.] idest absq; hoc, ꝙ sua quies generetur. Secundam rationem ponit ibi.

ARGV. *Præterea ipsum stare de eo proprie dici uidetur quod secundum naturam ad proprium locum pergit, non de eo, quod præter naturam fertur, & aut omnino id esse suum in locum ferri, aut simul accidere.*

Amplius videtur ipsum stare, aut omnino esse in ipsius locum ferri aut accidere simul.

Secūda ratio

Quæ talis est, quia stare, idest generari quietem, aut omnino est idem cū motu naturali, quo aliquid fertur in proprium locum, aut simul cum eo accidit. Et manifestum est ꝙ sunt idem subiecto, sed differunt ratione. terminus enim motus naturalis, est esse in loco naturali: esse autem in loco naturali & quiescere in eo sunt idem subiecto: vnde & motus naturalis, & generatio quietis sunt idem subiecto, sed differunt ratione tantum. Manifestum est autem quòd quies violenta non generatur per motum naturalem: ergo quies violenta non habet stationem seu generationem.

Deinde cum dicit.

ARGV. *Habet autem hic locus dubitationem, siquis ea, quæ hic est, ei, motui, qui hinc est, contraria sit. Cum enim quippiam ex hoc mouetur, aut etiam abijcit, adhuc id, quod abijcitur, habere uidetur. Quare, si hæc quies contraria sit ei motui, quo hinc ad contrarium itur, contraria simul erunt.*

Te.cō.62.

Habet autem dubitationem, si contraria est quies, quæ est hic, ei, qui hinc est motui. Cùm enim moueatur ex hoc, aut reijciatur, adhuc videtur habere quod abiectum est. quare, si hæc quies contraria est ei, qui hinc est in contrarium motui, simul erunt contraria.

Mouet tertiam quæstionem de hoc, quod supra dictum est, quòd quies, quæ est in aliquo termino, contrariatur motui, quo receditur ab illo termino. Sed hoc videtur falsum. quia cum aliquis moueatur ex hoc termino sicut ex loco: aut abijciatur ille terminus, sicut qualitas vel quantitas, adhuc dum mouetur videtur habere illud, quod abiectum est, vel derelictum. non enim subito deserit aliquid, totum locum, sed successiue, & similiter successiue amittit albedinem, ergo dum mouetur, adhuc remanet in termino a quo. Si igitur quies, qua aliquid manet in termino a quo, contrariatur motui, quo idem recedit, sequitur quòd duo cōtraria sint simul, quod est impossibile. Soluit autem hanc dubitationem cum dicit.

ARGV. *An ex aliqua parte quiescit, si adhuc manet? Omnino autem eius, quod mouetur, pars est illic, pars est in eo in quod mutatur. quocirca & motus magis contrarius motui, quam quies. De motu igitur quietue, quomodo unus, vnaque est: & qui, & quæ quibus aduersantur, satis iam diximus.*

Aut aliquo modo quiescit, secundum quòd adhuc manet. Omnino autem eius, quod mouetur, aliud quidem ibi, aliud autem est in quod mutatur: vnde & magis motus motui contrarius est quàm quies. Et de motu quidē & quiete quomodo vterq; vnum sunt, & quæ contrariæ quibusdam, dictum est.

Et dicit quòd illud, quod mouetur recedendo a termino a quo, recedit non simpliciter, sed secundum quid scilicet secundum, quòd adhuc manet in illo, non totaliter, sed partim. quia hoc est vniuersaliter verum, quòd semper eius, quod mouetur, vna pars est ibi scilicet in termino a quo, & alia in termino ad quem. nec est inconueniens quòd vnum contrariorum secundum quid permisceatur alteri, sed quanto est magis impermistum, tanto est magis contrarium. Et ideo motus est magis contrarius motui, cum nunquam ei permisceatur quàm quies, quę quodammodo permiscetur. Et vltimo epilogat, quod dictum est de motu, & quiete, quomodo in eis sit vnitas, & contrarietas.

Deinde cum dicit.

ARGV. *Dubitabit autem quis & de stare, si et quicunq; præter naturam motus, his est quies opposita. Siquidem igitur non, erit inconueniens. manet enim uiolentia. Quare*

quiescens

Universidad de Deusto

quiescens aliquid erit non semper, sine fieri. Sed palam E
quod erit: sicut enim mouetur præter naturam, & quie-
scit utique aliquid præter naturam.

Tex.cõ.64. Textus præsentes nõ pertinet ad Aristotelis intentionem exactè cõsiderantibus, quibus Opere tum, & tempore, aeratius ab ipso reddita.

Dubitabit autem quis & de stare, si & quicũque sunt præter naturã motus, his est quies opposita. Siquidem igitur non, erit inconueniens. Manet enim violentia. Quare quiescens aliquid erit non semper sine fieri. Sed palam quòd erit. sicut enim mouetur præter naturam, & quiescit vtiq; aliquid præter naturam.

Ponit quædam ad manifestationem præmissorum, quę tamen in exemplaribus Græcis, dicuntur non haberi, & Commentator etiam dicit, quòd in quibusdam exemplaribus Arabicis non habentur. vnde magis videntur esse assumpta de dictis Theophrasti, vel alicuius alterius expositoris Aristotelis. Tria tamen ponuntur hic ad manifestationem præcedentium: quorum primum pertinet ad quę- F
stionem (quam supra posuit) de generatione quietis non naturalis. Vnde dicit, quòd dubitabit aliquis de ipso stare: quod est generari quietem, quia, si omnes motus, qui sunt præter naturam, habẽt quietem oppositam, scilicet nõ naturalem, vtrum & illa quies habeat stare, ideſt generari. quia, si dicatur quòd non sit aliqua statio quietis violentę, sequitur inconueniens. Manifestum est enim, q̃d, quod per violentiam mouetur, quandoque manebit, id est quiescet, & hoc per violentiam. quare sequitur, quòd aliquid erit quiescens non semper sine hoc q̃ fiat quiescens. quod videtur impossibile. sed palam est, quòd erit quandoque quies violenta. Sicut enim mouetur aliquid præter naturam, ita & quiescit aliquid præter naturam. Est autem hic attendendum quòd hoc, quod hic dicitur, videtur esse contrarium ei, quod supra dictum est. Vnde Auerroes dicit, quòd dubitatio superius mota, hic soluitur. Sed melius est, vt dicatur quòd id, quod supra positum est, est magis verum: licet & quod hic dicitur quodam modo sit verum. quies enim violenta non habet generationem propriè sicut procedentem ab aliqua causa per se factiua quietis, sicut quies naturalis generatur. Sed habet generationem per accidens per defectum virtutis factiuæ: quia quando cessat violentia mouentis vel impeditur, tunc fit quies violenta. Et propter hoc motus violentus in fine remittitur, naturalis autem in fine intẽditur. Sciendum tamen est, quòd alia litera inuenitur in hoc loco quam oportet ad aliam intentionem referre. Dicit enim sic, Quòd quæret aliquis vtrum motui extra naturam, contrarietur aliqua quies non secundum naturam: non q̃ quies, quæ est contra naturam, opponatur motui, qui est contra naturam proprie (vt supra Aristoteles docuit.) Sed hic dicitur large, & impropriè, secundum communem oppositionem, quietis ad motum. Et dicit quòd irrationabile videtur si non inueniatur quędam quies non naturalis. manifestum est enim q̃ violẽtia mouentis remanebit, ideſt cessabit quandoq;: & nisi quies H
aliqua fiat consequenter, motus non peruenier ad statum. vnde manifestum est, q̃ motibus violẽtis opponitur quies violenta: quia quod extra naturam mouetur, habet etiam extra naturam quiescere. Secundo ibi.

Quare motus violẽtus in fine remittitur ac remittatur.

ARGY. *Quoniam autem est quibusdam motus secundum naturam & præter naturam: puta ignis, qui sursum secundum naturam, qui autem deorsum præter naturam: utrũ hic contrarius, aut qui terræ: hæc enim fertur secundum naturam deorsum. Aut palam quia ambo: sed non eodem modo. Sed qui quidem secundum naturam, secundum naturam existenti, eius autem, qui ipsius, qui sursum ignis, ei qui deorsum: ut secundum naturam existens, præter naturam existenti. Similiter autem & in mansionibus.*

Qm̃ autem est quibusdam motus secundum naturam & præter naturam, puta ignis, qui sursum secundum naturam, qui autẽ deorsum præter naturam: vtrum hic contrarius, aut qui terræ: hæc enim fertur secundum naturã deorsum. Aut palam, quia ambo, sed non eodem modo. Sed qui quidem secundum naturam, secundum naturam existenti, eius autem, qui ipsius qui sursum ignis, ei qui deorsum: vt secundum naturam existens, præter natutam existenti. Similiter autem & in mansionibus. Tex.cõ.65.

Ponit secundam explanationem eius, quod dictum est de contrarietate motus naturalis & violenti, et dicit quòd, cum in quibusdam sit motus secundum naturam & præter naturam: sicut ignis, qui mouetur sursum secundum naturam, & deorsum præter naturam, quæritur vtrum motui naturali ignis sursum, sit contrarius motus violentus ignis deorsum, vel motus terræ, quæ naturaliter mouetur deorsum? Et soluit quòd ambo ei contrariantur, sed non eodem modo. sed motus terræ deorsum contrariatur motui ignis sursum, sicut naturalis naturali. Motus autem ignis deorsum contrariatur motui ignis sursum, sicut violentus naturali. Et eadem ratio est de contrarietate quietis. Tertio ibi. Tex.cõ.59.

Forte autem quieti motus aliquatenus opponitur. Cum enim moueatur ex hoc & abiiciat, adhuc uidetur habere quod abijcitur. Quare, si ipsa quies contraria ei, qui hinc in contrarium, motui simul existunt cõtraria. si aliquatenus quieſcit, aut adhuc manet. Totaliter autem eius, quod mouetur, hoc quidem ibi, hoc autem in quod mutatur. Propter quod & magis motus motui contrarium quàm quies. Quis quidem igitur motus simpliciter unus dictum est, & de motu quidem & quiete: quomodo uterq; unus, & qui contrarij quibusdam, dictum est. ARGY.

Forte autem quieti motus aliquatenus opponitur. Cum enim moueatur ex hoc, & abijciat, adhuc videtur habere quod abijcitur. Quare, si ipsa quies contraria ei, qui hinc est in contrarium motui, simul existunt contraria. si aliquatenus quieſcit, aut adhuc manet. Totaliter autem ei, quod mouetur, hoc quidẽ ibi, hoc autem in quod mutatur. Propter quod magis motus motui contrarium quàm quies. Quis quidẽ igitur motus simpliciter vnus, dictum est, & de motu quidẽ & quiete quomodo vterq; vnum, & qui contrarij quibusdam dictum est.

Ponit tertium ad manifestãdum id, quod dictum est de contrarietate quietis ad motum. et dicit quòd forte quieti, motus aliquatenus opponitur, et nõ simpliciter. cum enim aliquis mouetur ex hoc, in quo quieuerat, & abijciat illud, videtur adhuc habere illud quod abijcitur. Vnde, si quies, quæ est hic, sit contraria motui, qui est hinc in contrarium, sequitur quòd simul sint contraria: sed adhuc aliquatenus quieſcit dũ manet in termino a quo. Et vniuersaliter eius, quod mouetur, aliquid est in termino a quo, & aliquid in termino ad quem: vnde quies minus opponitur motui q̃ motus contrarius, sicut supra expositum est. Et vltimo recapitulat, vt per se manifestum est. Ex hoc autem ipso, quòd eadem verba repetuntur, quæ supra dicta sunt, manifestum esse potest, quòd non sunt verba Aristotelis, sed alicuius expositoris.

ARISTO-

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV
LIBER SEXTVS,
Cum S. Thomæ expositione.

SVMMA LIBRI.

Motum ex indiuisibilibus componi, quòd sit impossibile. Sed quòd tempore cum quiete mensurari ei proprium sit. De diuisione item motus in partes, & ipsarum ad inuicem ordine agitur. Errores item nonnulli circa motum destruuntur.

LECTIO PRIMA.

Nullum continuum ex indiuisibilibus componi multipliciter probatur.

ARGY. *Sunt autem ea continua, ut antea definiuimus, quorum ultima sunt unum. (& ea tangentia, quorũ fines sunt simul: eadem q; deinceps, inter quæ nihil eiusdem generis cadit) impossibile est ex indiuisibilibus continuum quicquam constare, ut ex pũctis lineam: si linea quidẽ continuum, punctum autem indiuisibile sit.* B

Tex.cõm.1. Continuum ex indiuisibilibus esse impossibile est.

Si autem est continuum, & quod tangit, & consequẽter sicut definitum est prius (cõtinua quidem quorum vltima vnum: quæ vero tanguntur quorum simul: consequẽter autem quorum nihil est medium sui generis) impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquid cõtinuum, vt lineam esse ex punctis: si vere linea quidem C
continuum est, punctum autem indiuisibile.

POstquam Philosophus determinauit de diuisione motus in suas species, & de vnitate, & cõtrarietate motuũ & quietum, in hoc Sexto libro intẽdit determinare ea, quę pertinent ad diuisionem motus, fm q̃ diuiditur in partes quãtitatiuas. Et diuiditur in partes duas. In prima ostẽdit motum, sicut & omne cõtinuum, esse diuisibile. In secunda ostendit qualiter motus diuidatur. ibi [Necesse autẽ & ipsum nunc.] Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ostendit nullum continuum ex indiuisibilibus componi, In secunda ostendit nullum cõtinuum indiuisibile esse. ibi [Manifestum autẽ q̃ neq; linea.] Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ostendit nullũ continuum ex indiuisibilibus cõponi, In secũda parte (quia probationes præmissæ magis ad magnitudinẽ pertinere videntur) ostẽdit, q̃ eadem ratio est de magnitudine motuum, & tẽpore. ibi [Eiusdem autẽ rationis est.] Circa primũ duo facit. Primo Tex.24. D
resumit quasdã definitiones supra positas, quibus nũc vtit ad propositũ demonstrandum. Secundo probat propositũ. Infra. ibi [Neq; n. vnũ sunt.] Dicit ergo primo, q̃, si definitiones prius positæ cõtinui, & eius, quod tãgitur, & eius, quod est consequenter, sunt cõuenientes: s. q̃ continua sunt, quorum vltima sunt vnũ: contacta, quorũ vltima sunt simul: consequẽter autem sint, quorũ nihil est medũ sui generis: ex his sequitur, q̃ impossibile sit aliquod continuum cõponi eę indiuisibilibus, vt lineã ex pũctis (si tñ linea dicatur aliquod cõtinuũ, & punctũ aliquod indiuisibile) Addit autẽ hoc ne aliquis nomine lineę & pũcti aliter vteretur. Secundo ibi.

ARGY. *Vltima nanq; pũctorum nec unum sunt, quippe cum indiuisibilis res non sit, hoc quidem ultimum, illud autem alia pars quædam. Nec etiam simul, cum nullum sit prorsus ultimum eius, quod partibus caret. ultimum enim, & id, cuius est ultimum, patet esse diuersa.*

Neq; n. vnum sunt vltima punctorum. non est n. hoc quod vltimũ punctorũ, aliud aliquid: illud autẽ aliqua pars idiuisibilis. Neq; simul sunt vltima: non. n. est vltimum vllum impartibilis. alterum. n. est vltimum, & cuius est vltimum.

Probat propositum. Et primo inducit rationes duas ad probandum propositum. Secundo manifestat quædã, quæ poterant esse dubia in suis probationibus. ibi [Aliud autẽ genus.] Circa primã rationem duo facit. Primo ostendit q̃ ex indiuisibilibus non cõponitur aliquod continuum per modum cõtinuationis, neq; per modũ contactus. Secundo q̃ neq; per modum cõsequenter se habẽtium. ibi [At vero neq; consequenter. Circa primũ ponit duas rationes, quarum prima talis est. Ex quibuscunq; componitur aliquid vnum, vel per modũ continuationis, vel per modum cõtactus, oportet q̃ habeãt vltima, quę sint vnum, vel quæ sint simul. sed vltima punctorum non possunt esse vnum: quia vltimum dicitur respectu alicuius partis. in indiuisibili autem nõ est accipere aliquid, quod sit vltimũ, & aliud, quod sit aliqua alia pars. Similiter nõ potest dici, q̃ vltima punctorum sunt simul, quia nihil potest esse vltimum rei impartibilis: cum semper alterum sit vltimum, & illud, cuius est vltimum: in impartibili autem non est accipere aliud & aliud. Relinquitur ergo, q̃ linea non potest componi ex punctis, neq; per modum continuationis, neq; per modum contactus. Secundam rationem ponit ibi. Secũda ratio. Secunda secundi.

Præterea puncta, ex quibus continuum constat, aut continua sint, aut se tangant necesse est. atq; eadem est de cunctis indiuisibilibus ratio. At continua sanè nequeunt esse propter rationem iam dictam. Et, cum quippiam tangit, aut totum tangit totum, aut pars partem, aut totum partem. Cum igitur indiuisibile partibus careat totum ipsum tangat necesse est. At ex hisce, quæ hoc pacto se tangunt, nullum cõtinuum unquàm emerget. Continuum. n. habet aliam atq; aliam partem: et diuiditur in partes eandem subeuntes legem, & separatas etiam loco. ARGY.

Amplius necesse est aut cõtinua esse puncta, aut tangentia se adinuicem, ex quibus est continuum. eadem autẽ ratio est & in omnibus indiuisibilibus. Continua igitur non erunt, propter prædictam rationem. Tangit autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Qm̃ autẽ impartibile est indiuisibile, necesse est totum tangere totum. totum autem, totum tangens, non est continuum. Continuum enim habet hæc quidem aliam, illud vero aliam partem, & diuiditur in sic diuersas, & loco separatas. Tex.cõm.2.

Quæ talis est. Si ex pũctis cõstituitur aliquod continuũ, necesse est q̃, aut sint continua adinuicem, vel se tangant. & eadẽ ratio est de omnibus alijs indiuisibilibus, q̃ ex eis non cõponatur continuum. Ad probandum autẽ q̃ indiuisibilia nõ possunt sibi inuicẽ esse continua, sufficiat ratio prima. Sed ad probãdum q̃ nõ possunt se tãgere, inducitur alia ratio, quæ talis est. Omne quod tãgit alterum, aut totũ vnum tãgit totum aliud, aut pars vnius partẽ alterius, aut pars vnius totũ alterius. Sed, cũ indiuisibile nõ habeat partem, non potest dici, q̃ pars vnius tangat partẽ alterius, aut pars totũ. et sic necesse est, si duo pũcta se tangãt, q̃ totũ tangat totũ. Sed ex duobus, quorũ vnum totũ tangat aliud totum, nõ potest cõponi continuũ: quia omne cõtinuum habet partes seiũctas, ita q̃ hęc sit vna ps, et hęc alia, et diuidit in partes diuersas, & distinctas loco, i. positione, in his q̃ positionẽ habent: quæ autẽ fm se tota tãgunt nõ distinguunt loco vel positione. Relinquit ergo, q̃ ex punctis non possit componi linea per modum contactus. Deinde cum dicit.

At vero

ARGY. *At uero neq; punctum ad punctum, neq; nunc ipsum ad nunc ipsum deinceps erit, ut ex illis longitudo: ex his tempus consletur. Nam ea quidem deinceps sunt, inter quæ non est eiusdem generis quicquam: inter uero puncta semper est linea, & inter ipsa nunc tempus.*

At vero neq; consequenter erit punctum ad punctū: aut ipsum nunc ad ipsum nūc, vt ex his sit longitudo, aut tempus. Cōsequenter.n. sunt, quorum nullum est mediū. Punctorum aūt sem per est medium linea, & ipsorum nunc tempus.

Probat cp continuum nō componaī ex indiuisibilibus, per modum eius quod est consequenter. Non.n. punctum se habebit cōsequenter ad aliud punctū, ita cp ex eis consti tui posit longitudo, i. linea, aut vnum nunc, alteri nunc, ita cp ex eis posit cōponi tempus, quia consequēter est vnum alteri, quorum nō est aliquod medium eiusdem generis, vt supra expositum est. Sed inter duo puncta semper est linea media. Et sic, si linea cōposita est ex pūctis, vt tu das, sequit cp semper inter duo pūcta sit aliud pūctum mediū: & simi liter inter duo nūc est tēpus medium. Non ergo linea com ponitur ex punctis, aut tēpus ex nunc, sicut cōsequenter se habentibus. Secundam rationem principalem ponit ibi.

ARGY. *Præterea in indiuisibilia diuiderentur, si ex quibus utrunq; constat, in ea quoque diuiditur. at nullum continuum in ea est diuisibile, quæ partibus carent.*

Te.cō.3. Amplius diuiderenī in indiuisibilia, si ex qui bus est vtrunq;, in ipsa diuiditur: sed nullum est continuorum in impartibilia diuisibile.

Quæ sumitur ex alia definitione continui, quā supra po suit in principio Tertij, s. cp Continuū sit, quod est in infini tum diuisibile. & est ratio talis, Ex quibuscūq; cōponitur, vel linea, vel tēpus, in ipsa diuiditur: si ergo vtrunq; istorū cōponiē ex indiuisibilibus, sequit cp indiuisibilia diuidanī Sed hoc est falsum, cum nullū cōtinuorū sit diuisibile in im partibilia: sic. n. nō esset diuisibile in infinitū. Nullum igit continuū cōponitur ex indiuisibilibus. Deinde cum dicit.

ARGY. *Nullum autem genus inter puncta, & inter ipsa nūc, aliud esse potest. Nā si fuerit, aut diuisibile, aut indiuisibile erit, ut patet. Et si diuisibile, aut in indiuisibilia diuisibile erit, aut in diuisibilia semper: at id continuum esse cōstat.*

Nullum autem aliud genus potest esse mediū punctorum, & ipsorum nunc. Si nanq; erit, ma nifestum est cp aut diuisibile, aut indiuisibile erit, &, si diuisibile, aut in indiuisibilia, aut in semper diuisibilia: hoc autem est continuum.

Manifestat duo, quæ supra dixerat. quorum primū fuit, cp inter duo pūcta sit linea media: & inter duo nunc, tēpus. Et hoc manifestat sic. Si sunt duo pūcta, oportet cp differāt fm situm: alias non essent duo, sed vnum: non.n. possunt se contingere, vt supra ostēsum est, vnde relinquit cp distent, & sit aliquod medium inter ea. sed nullum aliud medium potest esse inter ea, q̄ linea inter pūcta, et tēpus inter nunc: quod sic probat, quia, si inter pūcta esset aliud medium q̄ linea, illud medium esset indiuisibile, aut diuisibile. si au ē sit indiuisibile, oportet cp sit distinctū ab vtroq; in situ. &, cum non tangat, oportet iterum cp sit aliquod alterum me dium inter indiuisibile, quod ponitur mediū, & extrema, & sic in infinitum, quod est inconueniens, nisi ponatur me dium diuisibile. Si autem mediū duorum punctorū fuerit diuisibile, aut erit diuisibile in indiuisibilia, aut in semper diuisibilia. Sed nō potest dici cp diuidatur in indiuisibilia, quia tunc redibit eadē difficultas, quomodo ex indiuisibi libus posit componi diuisibile. Relinquitur igitur cp illud medium sit diuisibile in semper diuisibilia. Sed hæc est ra tio cōtinui, ergo illud medium erit quoddam continuum.

Nullum autem aliud continuum potest esse medium inter duo puncta q̄ linea: ergo inter quælibet duo puncta est li nea media. & eadem ratione inter quælibet duo nunc tem pus. Et similiter in alīs continuis. Secundo ibi.

ARGY. *Patet autem, et omne continuum in semper diuisibilia diuisibile esse. Si.n. in indiuisibilia diuideretur indiuisibile, nimirum indiuisibile tanget. Continuorum enim ultimum unum est, & ea se tangunt, ex quibus continuum constat.*

Manifestum aūtem est, cp omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia. Si enim in in diuisibilia diuideretur continuum, esset indiuisi bile indiuisibile tangens. vnum.n. est vltimum, continuorum, & quæ tanguntur.

Manifestat secundum, quod suppoſuerat, s. cp omne con tinuum sit diuisibile in diuisibilia, quia, si daretur cp conti nuū diuisibile esset in indiuisibilia, sequeret cp duo indiuisi bilia se cōtingerent, ad hoc cp posint cōstituere continuū. Oportet.n. cp continuorum sit vnū vltimum, vt ex definitione eiº apparet, & cp partes cōtinui se tangāt: quia, si vlti ma sunt vnū, sequitur cp sint simul, vt in Quinto dictū est. Cum igitur sit impossibile duo indiuisibilia se contingere, impossibile est cp continuum in indiuisibilia diuidatur.

LECTIO II.

Magnitudinem ac Motum, sicut & continuum nullum, ex in diuisibilibus componi impossibile esse ostenditur.

ARGY. *Eiusdem autem rationis est sanè, magnitudinem, & tempus, ac motum ex indiuisibilibus constare, et in indiuisibilia diuidi. aut nihil horum hanc conditionem subire.*

Te.cō.4. Eiusdem autem rationis est, et magnitudinē, & tempus, et motum ex indiuisibilibus cō poni, & diuidi in indiuisibilia, aut nihil.

Quia rationes supra positę manifestiores sunt in linea et alīs continuis quantitatibus positionē habentibus in qui bus proprie inuenitur contactus, vult hic ostendere cp ea dem ratio est de magnitudine, tempore, & motu. Et diui ditur in partes duas. Primo proponit intentum, Secundo probat propositum ibi [Manifestum autem ex his.] Dicit tex. 5. ergo primo, cp eiusdem rationis est cp magnitudo, & tem pus, & motus componantur ex indiuisibilibus, & diuidan tur in indiuisibilia, vel nihil horū: quia quicquid dabitur de vno, ex necessitate sequetur de alio. Secundo ibi.

ARGY. *Quod quidem ex hisce patebit. nam, si magnitudo ex indiuisibilibus constat, motus quoq;, qui super illa fit magnitudine, ex æqualibus motibus indiuisibilibus profecto constabit.*

Manifestū est autē ex his. si.n. magnitudo ex Te.cō.5. indiuisibilibus componitur. et motus qui huius est ex æqualibus erit motibus indiuisibilibus.

Probat propositum. Et primo quantū ad magnitudinē & motum, Secundo quātum ad tēpus & magnitudinem. ibi [Similiter autē necesse.] Circa primū tria facit. Primo tex. 10. ponit propositum, Secundo exemplificat. ibi [Vt si ipsa Infra. A B C, &c.] Tertio probat ibi [Si igit præsentis motus.] tex. 6. Propositum est istud. Si magnitudo ex indiuisibilibus cō ponitur: & motus, qui tranſit per magnitudinē, cōponetur ex indiuisibilibus motibus æqualibus numero indiuisibi libus, ex quibus componitur magnitudo. Secundo ibi.


ARGY. *Ceu si A B C magnitudo ex indiuisibilibus constat & B atque C motus quoque D E F, quo mobile P, super A B C dimensione est motum, unamquanq; sui partem, D inquam & E, atq; F indiuisibilem habet.*

Vt si ipsa A B C ex A B C indiuisibilibus, & mo tus, in quo D E Z, secundum quem motū est ip-

sum P K, in spatio quod est A B C, vnamquanq; A partem habet indiuisibilem.

Exemplificat autem sic. Sit linea A B C, quę componatur ex tribus indiuisibilibus: quæ sunt A & B & C, & sit P K, mobile quod mouet in spatio lineæ A B C, & motus eius sit D E Z. oportebit, cp si partes spacij, uel lineę sint īdiuisibiles, cp etiā partes prædicti motus sint indiuisibiles. Tertio ibi.

Demonstratio probans, quod partes motus correspondent, partibus magnitudinis.



ARGY. *Quòd, si præsente motu necesse est quippiam moueri: et si quippiam mouetur, necesse est motum præsentem esse, moueri etiam ipsum ex indiuisibilibus sanè cōstabit. igitur P motum est per A, quidem motu D, per B uero motu E, & per C, partem motu similiter F.*

Te.cō.6. Si igitur presentis motus, necesse moueri per aliquam partem. & si moueatur aliquid, adesse motum, & moueri erit ex indiuisibilibus. Secundum igitur A motum esse ipsum C, motu quo D mouetur, secundum vero E, quo ipsum E, & secundum C, quo ipsum Z.

Probat propositū. Et circa hoc tria facit. Primo præmit tit quędam necessaria ad propositi probationem. Secundo probat cp, si magnitudo componitur ex punctis, cp motus componitur non ex motibus, sed ex momentis. ibi [Secun dum.] Tertio ostēdit esse impossibile, cp motus cōponatur Secunda. 7. ex momētis. ibi [Et motum esse aliquid.] Præmittit ergo Secunda. 8. primo duo. Primum est, cp secundum quācunq; partē præ sentis motus necesse est aliquid moueri: et ecōtra, si aliquid mouet, necesse est cp adsit sibi aliquis motº. Et, si hoc est ve rum, oportet cp mobile P, moueat per A, quæ est pars totius magnitudinis, fm partē motus, quæ est D, & fm B, aliā par tem magnitudinis moueatur alia parte motus, quę est E, & fm C, tertiam partē magnitudinis, moueat tertia parte mo tus, quæ est Z. ita cp singulæ partes motus, respondeant sin gulis partibus magnitudinis. Secundum proponit ibi.

ARGY. *At uero fieri potest, ut id quod ad locum ex loco mouetur, simul moueatur atq; sit motum ad eum locum, ad quē mouebatur, cum mouebatur. Si.n. quispiam Thebas petit, impossibile est Thebas eum petere, simul & petijsse.*

Te.cō.7. Si igitur necesse est quod mouet vnde & quo D non simul moueri et motū esse quo mouit quan do mouet (vt si Thebas aliquis it, impossibile est simul ire Thebas, & iuisse Thebas.

Et dicit, cp necesse est id, quod mouetur ab vno termino in alium, nō simul moueri, & motum esse inquantū mouetur, & quando mouetur: sicut si aliquis vadit Thebas, im possibile est hæc duo simul esse, scilicet ire Thebas, & iuisse Thebas. Hæc autem duo supponit quasi per se manifesta. Nam quod necesse sit moueri ad præsentiā motus, apparet etiam in omnibus accidētibus & formis: quia ad hoc cp ali quid sit albū, necesse est habere albedinē: & econtra, si albe do adsit, necesse est cp sit albū. Quòd vero non simul sit moueri, & motum esse, apparet ex ipsa motus successiōe: quia impossibile est aliqua duo tēpora simul esse, vt in Quarto habitum est, vnde impossibile est, cp simul sit motum esse, quod est terminus motus, cum ipso moueri. Secundo ibi.

ARGY. *At per A partem, parte uacantem, cui D motus aderat P mobile mouebatur. Quare, si antea quidem transibat: postea uero transiuit, motus D, diuisibilis erit. Cùm enim transibat, neq; quiescebat, neq; transierat, sed in medio rimirum erat. Sin uero simul transit atq; transiuit, id sane quod proficiscitur cum proficiscitur, eo profectum ac motum est, quo proficiscitur atq; mouetur. Quod si per to tam quidem A B C magnitudinem P, mouetur, motusq; quo per illam mouetur est D E F, per partem autem A par tem vacantem, non mouetur, sed motum est: motus pro fecto non ex motibus, sed ex momentis constabit.*

Secundum A igitur impartibile motū est P K, fm quod ipsum D motus aderat. Quare si poste rius quidem deuenerit cp venit diuisibile vtique erit. Cum A enim veniret, neq; quiescebat, neq; trāsierat, sed in medio erat. si autē simul venerit, & venit veniēs, cum venit: ventū ibi erit: & mo tum esse. vbi mouetur. Si vero fm totum A B C Te.cō.8. moueatur aliquid: & motus quo mouetur D E Z est, secundum autem impartibile A, nihil mouet tur, sed motum est, erit vtiq; motus non ex mo tibus, sed ex momentis.

Probat propositum ex præmissis. Si.n. præsente aliqua parte motus, necesse est aliquid moueri: et si mouet necesse est adesse motum. Si mobile quod est P mouetur secūdum impartibilem partē magnitudinis, quę est A, oportet cp ad sit ei aliquis motus, qui est D, aut tergo P simul mouet per A & motum est, aut nō simul. Si autem nō simul, sed poste rius deuenerit cp venit. i. sed posterius motum est cp mouetur, sequitur cp A sit diuisibilis: quia, cum veniret. i. dū erat in ipso moueri, neq; quiescebat in A, quiete. s. precedēte mo tum, neq; transierat totū ipsum A: quia iam nō moueretur per A, nihil.n. mouetur per spacium, per quod iam pertran siuit, sed oportet cp medio modo se habeat: ergo, cum mouetur per A partem eius transiuit iam: & in parte eius adhuc manet, & ita sequitur cp A sit diuisibilis, quod est cōtra sup positum. Si vero simul venerit & venit. i. si simul motū est & mouetur per A sequitur cp cū veniens venit, erit ibi ven tum & erit motū vbi mouetur: quod est contra fm suppoſi tionem. Sic igitur patet, cp fm impartibilem magnitudinē non potest aliquid moueri: quia vel oportet cp simul esset moueri et motū esse: vel cp magnitudo diuideretur. Suppo sito ergo cp per A impartibile, nihil moueri posit: si aliquis dicat cp mobile mouetur per totā magnitudinem, quæ est A B C, et motus totus quo per eam mouetur est D E Z, ita cp secundum A impartibile nihil moueatur, sed tantū motum sit, sequitur cp motus non sit ex motibus, sed ex momentis. Ideo autem sequitur cp nō sit ex motibus, quia cū pars mo tus, qui est D, respondeat parti magnitudinis quę est A, si D esset motus, oporteret cp per A moueret: quia præsente mo tu mobile mouetur. sed probatū est cp secundum A impar tibile non mouetur: sed solum motum est: qñ. s. pertransitū est hoc indiuisibile: ergo relinquetur cp D nō sit motus, sed sit momentū a quo denominatur motum esse: sicut a motu denominaī moueri. & quod ita se habet ad motū, sicut punctum indiuisibile ad lineā. Et eadem ratio est de alīs parti bus motus & magnitudinis. Ex necessitate ergo sequit, si magnitudo cōponitur ex indiuisibilibus, quod motus ex indiuisibilibus cōponatur, i. ex momentis. & hoc est quod demonstrare intendebat. Sed, quia hoc est impossibile, cp motus cōponaī ex momentis, sicut impossibile est, cp linea componatur ex punctis, ideo consequenter, cum dicit.

ARGY. *Et motum quippiam erit, quod non antea mouebatur A nanque partem, non transeundo transiuit. Quare erit quippiam profectum, nunquam antea proficiscens.*

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et motum esse aliquid non motum. secundū enim A trāsiuit non trāsiens. Quare erit aliquid transitum esse, non aliquando iens vel transiēs: hanc enim transiuit non transiens hanc.

Ostendit huiusmodi impossibilitatē ducendo ad inconuenientia tria, quorum primū est, cp si motus cōponatur ex momentis & magnitudo ex indiuisibilibus: ita cp per indiuisibilem partē magnitudinis non moueatur, sed motum, sic sequetur cp aliquid sit motum, non motum id est quod prius non mouebatur: quia ponitur cp secundum indiuisibile [transiuit] id est motū est, non transiens: quia in eo mouebatur non poterat: vnde sequitur aliquid esse trāsitū absq; hoc cp aliquādo iret: quod est impossibile, sicut impossibile est, cp aliquid sit præteritum, quod nunquā fuerit presens. Sed quia hoc inconueniēs posset concedere ille, qui diceret, motum cōponi ex momētis, ducit ad secundū inconueniēs ibi.

ARGY. *Quòd, si omne quoduis moueri aut quiescere necesse est, P sanè in unaquaque magnitudinis A B C parte quiescit: quo fit, ut quippiam sit, quod continuo quiescit simul, atq; mouetur. Per totam enim magnitudinem A B C mouebatur: & in unaquaq; parte quiescebat eiusdem, quare & in tota etiam quiescebat.*

Te.cō.9. Si igitur necesse est, aut quiescere, aut moueri omne, quiescit sanè per vnumquodque eorum, quæ sunt A B C. Ergo est aliquid continue quiescens simul, & quod mouetur. per totam enim A B C mouebatur P, & quiescebat secūdum quālibet partem, quare & per totam.

Tali ratione, Omne quod natū est moueri & quiescere, necesse est cp quiescat vel moueatur: sed dum mobile est in A nō mouetur, & similiter dum est in B, & similiter dū est in C: ergo dū est in A & dum est in B & dū est in C quiescit: ergo sequit cp aliquid simul continue quiescat, & moueat. Et cp hoc sequat sic probat, Positum est. n. cp moueatur per totam longitudinē, quæ est A B C, & iterum positum est, cp quiescat secundum quālibet partem: sed quod quiescit per quamlibet partē, quiescit per totum: ergo sequitur, cp quiescat per totam magnitudinem. Et ita sequitur, cp per totam magnitudinē cōtinue moueatur & quiescat: quod est omnino impossibile. Tertium inconueniens ponit ibi.

ARGY. *Atque si indiuisibiles partes D E Z motus sint motus, fit ut præsente motu, P mobile quiescat, et non moueatur. sin uero nō sint motus, fit ut motus nō ex motibus cōstet.*

Et, si indiuisibilia, quæ sunt D E Z motus sunt, motu præsente continget vtique non moueri, sed quiescere. si autem non sunt motus, motum non ex motibus esse.

Tali ratione, Ostensum est cp, si magnitudo componitur ex indiuisibilibus cp etiam motus. aut ergo illa indiuisibilia motus, quæ sunt D & E & Z, ita se habent cp quodlibet eorum est motus, aut non. si quodlibet eorum est motus, cū quodlibet eorum respondeat indiuisibili parti magnitudinis, in qua non mouetur, sed motum est: sequetur cp presente motu, mobile non moueatur: quod est contra primam suppositionem, sed quiescat. Si vero non sunt motus, sequitur cp motus componatur non ex motibus, quod videtur impossibile, sicut & cp linea componatur ex non lineis.

LECTIO III.

Ad magnitudinis diuisionem: temporis partitionem sequi multis rationibus probatur.

ARGY. *Similiter etiam & tempus, & longitudo, ac motus, indiuisibile esse necesse est, atque ex ipsis nunc, quæ indiuisibilia sunt constare, aut etiam diuisibile esse, ex diuisibilibusue constare.*

Similiter autem necesse lōgitudini & motui, indiuisibile esse tempus, et componi ex ipsis nunc existentibus indiuisibilibus. Te.cō.10.

Postquam Philosophus ostēdit eiusdem rationis esse, cp magnitudo & motus per eam transiens ex indiuisibilibus componatur, ostendit etiam idē de tempore & magnitudine. Et diuiditur in partes duas. In prima ostēdit, cp ad diuisionem magnitudinis sequitur diuisio temporis & ecōtra, In secunda ostēdit cp ex infinitate vnius sequitur infinitas alterius, ibi [Et si quodcunq; infinitū est.] Circa primum duo facit. Primo ponit propositū, Secundo demonstrat. ibi [Si. n. omnis.] Dicit ergo primo, cp etiā tempus necesse est similiter esse diuisibile, & indiuisibile, & cōponi ex indiuisibilibus, sicut longitudo & motus. Deinde cum dicit. tex. 18. Infra.

ARGY. *Nam & si omnis est diuisibilis, atq; minori in tempore minorem magnitudinem transit id, quod æqua celerita te mouetur: & tempus erit etiam diuisibile. Quod si tempus est diuisibile, in quo quippiam per A magnitudinem fertur, & A profecto diuisibilis erit.*

Si enim omnis diuisibilis est, in minori autē tempore æqualiter velox translibit minorem: diuisibile erit & tempus. Si autem tempus diuisibile erit, in quo ferī aliquid per ipsum A & quæ est ipsum A erit diuisibile.

Probat propositum tribus rationibus, quarū prima sumitur per æque velocia. secunda, per velocius & tardius. [Qū autem omnis.] Tertia per idē mobile ibi [Amplius autē & ex consuetis.] Dicit ergo primo, cp de ratione æque velocis est, cp minorem magnitudinem transeat in minori tempore. Detur ergo aliqua magnitudo diuisibilis, quam pertrāsit aliquod mobile in aliquo tempore dato: sequitur ergo, cp mobile æque velox transeat partem magnitudinis in minori tēpore: & sic oportuit tēpus datū esse diuisibile. Si autē ecōtra, detur cp tempus sit diuisibile, in quo mobile datum mouetur per magnitudinē aliquam datā, sequit cp æque velox mobile in minori tēpore, quod est pars totius tēporis, moueatur per minorē magnitudinem: et ita sequitur cp magnitudo, quæ est A sit diuisibilis. Secundo ibi. tex. 11. Secunda. 17.

ARGY. *Cùm autē omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis (demonstratum est. n. continuū ex indiuiduis cōstare non posse. estq; omnis magnitudo continuū) necesse est id, quod celerius mouetur, maiorē in æquali, æqualē in minore: et maiorem insuper in minore tempore magnitudinem transeat, at quidam id, quod celerius mouetur, definiunt.*

Qm autem omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis est (ostensum est. n. cp impossibile est ex atomis, continuum esse aliquod: magnitudo autem omnis continua est) necesse est velocius in æquali tempore maius: & in minori plus moueri, sicut definiunt quidam ipsum velocius. Te.cō.11.

Ostendit idē per duo mobilia, quorū vnum est velocius & aliud tardius. Et primo præmittit quædā necessaria ad propositum ostēdendum, secundo probat propositum. ibi [Qm autem omnis motus.] Circa primū duo facit. Primo ostēdit quomodo velocius se habet ad tardi⁹ in hoc, cp mouetur per maiorē magnitudinē. Secundo quomodo se habeat ad ipsum quantū, ad hoc quod est moueri per æqualē magnitudinem. ibi [Manifestum aūt ex his.] Circa primū duo facit. Primo proponit propositū, resumens quoddam ex superioribus, quod est necessariū ad demonstrationes sequentes. Secundo demōstrat propositū ibi [Sit. n. ipsum.] Resumit ergo hoc cp omnis magnitudo sit diuisibilis i magnitudines. Et hoc patet p hoc quod ostensum est supra, cp impossibile est aliquod continuum cōponi ex atomis. i. ex indiuisibilib⁹: & manifestū est, cp magnitudo omnis est de tex. 15. tex. 13. Infra.

genere


genere continuorum. Ex his sequitur cp necesse sit aliquod corpus, velocius in æquali tēpore per maiorē magnitudinem moueri: & etiā in minori tēpore per maiorē magnitudinem moueri. Et hoc modo quidā definierūt velocius, cp plus mouet in æquali tpe, & etiā in minori. Secūdo ibi.

ARGY. *Sit enim A mobile celerius B, cùm igitur id sit celerius quod prius mutatur, quo in tempore: sit q; illud E F mutatum est A ipsum ex C in D in eo mobile B nondum accedet ad D sed citra illud erit, vt patet. Quare id, quod celerius mouetur, plus magnitudinis in æquali tempore transit.*

Sit enim ipsum in quo A eo, in quo B velocius. Quoniam igitur velocius est id, quod primum mutatur in quo tempore ipsum A mutatū est, ab ipso C in ipsum D, s. in tempore Z I in hoc ipsum B nō erit iuxta ipsum D, sed deficiet. Quare in æquali tempore abibit velocius.

Probat duo præmissa. Et primo, cp velocius in æquali tēpore, & per maius spatium moueatur, Secūdo cp etiā in minori tēpore per maius spatium mouetur. ibi [At vero & in minori.] Dicit ergo primo. Sint duo mobilia A & B quorū A velocius sit cp B & sit magnitudo C D, quā pertransit A in tempore Z I. Moueatur aūt B, quod est tardi⁹, et A quod est velocius per eandem magnitudinē: & incipiant simul moueri. his ergo positis sic argumentatur, velocius est quod in æquali tempore plus mouetur: sed A est velocius cp B ergo, cū A peruenerit ad D B, nondū peruenit ad D, quod est terminus magnitudinis, sed adhuc deficiet, id est distabit ab eo: motus tī erit in hoc tēpore per aliquā partē magnitudinis. cum ergo omnis pars sit minor toto, relinquit cp A in tē pore Z I mouet per maiorē magnitudinē cp B, quod in eodē tēpore mouet per partē magnitudinis. Vnde sequit cp velocī⁹ in æquali tēpore plus de spatio pertrāsit. Secūdo ibi. Te.11.

Demonstratio quòd mobile velocius moueatur in æquali tempore per maiorem magnitudinem, quàm mobile tardius.




ARGY. *At vero plus etiam magnitudinis minore in tempore transit. Nam in minore tēpore E F quo mobile A ad ipsum peruenit D, mobile B tardius erit in ipso G citra terminū D. Si igitur A toto tēpore E F ad ipsum peruenit D, erit in minori tempore citra D in ipso H, quod esse potest, inter G atq; D, sit q; illud tempus E K. At magnitudo quidē C H, maior est magnitudine C: tēpus autem E K minus est tempore toto E F. Quare id quod celerius est, maiorem magnitudinem minore in tempore transit.*

Te.cō.12. At vero & in minori plus. In quo enim A fa-

A ctum est iuxta ipsum D, ipsum B erit iuxta B cum tardius est. Ergo, quoniam ipsum A ad ipsum D factū est in omni in quo est Z I tēpore: ad ipsum T erit in minori, hoc. et erit in quo Z K. Ipsum quidem igitur C T quod trāsierit ipsum A, maius est ipso C E. Tempus aūt, quod est Z K, minus est oī eo, quod est Z I: quare in minori trāsibit maius.

Ostēdit cp velocius in minori tēpore plus de spatio pertransit. Dictū est. n. cp in tempore in quo A iam peruenit ad D B quod est tardius adhuc distat a D. Detur ergo cp in eodem tēpore perueniat vsq; ad E. quia igitur omnis magnitudo diuisibilis est, vt supra positum, est diuidatur reliduū magnitudinis, s. E D, in quo velocī⁹ excedit tardius, in duas partes in pūcto T. Manifestū est ergo, cp magnitudo C T est minor cp magnitudo C D. Sed idē mobile per minorē magnitudinē mouetur in minori tempore: quia ergo ipsum A peruenit ad D in toto tempore Z I ad pūctum T peruenit in minori tēpore: & sit illud tempus Z K, Inde sic arguitur. Magnitudo C T, quam pertransit A, maior est magnitudine C E, quā pertransit B: sed tempus Z K, in quo pertrāsit A magnitudinē C T est minus toto Z I, in quo B tardius pertrāsit magnitudinem C E: sequitur ergo cp velocius in minori tempore pertranseat maius spatium. Deinde cum dicit. B

Demonstratio, quòd mobile velocius pertranseat maiorem magnitudinem in minori tempore, quàm tardius mobile.



C

ARGY. *Ex his autem patet id quod est celerius, minore etiam in tempore magnitudinem æqualem transire.* ARGY.

Manifestum autem ex his, & quod velocius in minori tempore pertransibit æquale. Tex.cō.13.

D

Ostendit quo modo velocius se habeat ad tardius in moueri per æqualem magnitudinē. Et primo proponit intentum, Secundo probat propositum. ibi [Quoniam quidem enim.] Dicit ergo primo, cp ex præmissis manifestum esse potest, cp velocius pertransit æquale spatium in minori tempore. Secundo ibi. Infra.


ARGY. *Nam cum ipsum ad tardius quidem comparatum maiorem in minori tempore, per se autem sumptum maiore in tempore maiorē magnitudinē transeat. Tempus profecto E K in quo C H magnitudinem transit, maius erit eo tēpore: quo C G magnitudinem trāsit. Sit igitur minus illud tempus E L. Quare si E K tempus minus est E F in quo B tardius mobile magnitudinem C G transit. Et E L profecto tempus E F tempore minus erit. Est enim minus tēpore, E K. Quod uero est minus minore, minus & ipsum est.* ARGY. Tex.cō.14.

Quare minore in tẽpore magnitudinem æqualẽ trãſibit.

Quoniam enim maiorem in minori tranſit tardiori, ipſum autem ſm ſeipſum acceptum in pluri tempore maiorem minori: vt quæ eſt L M ea, quæ eſt L O, plus vtiq; erit tẽpus, quod Q R, in quo ipſum A tranſit L M, quã quod eſt Q S, in quo tranſit ipſum L O, quare ſi Q R tempus minus eſt eo in quo eſt Q H, in quo quod eſt tardius tranſit ipſum L O & quod eſt Q S tempus minus eſt eo in quo eſt Q H. Ipſo enim Q R minus eſt, minore autem minus, & ipſum minus eſt. Quare in minori mouebitur per æquale.

Probat propoſitũ duabus rationibus. Ad quarum primã duo prẽmittit, quorum vnum iam probatum eſt: ſcilicet cp velocius pertranſeat maiorẽ magnitudinem in minori tẽpore ẽj tardius. Secundum vero eſt per ſe manifeſtum: ſcilicet cp ipſum mobile ſecundum ſeipſum conſyderatum, in maiori tẽpore pertranſit maiorẽ magnitudinẽ ẽj in minori. Pertranſeat. n. hoc mobile A, quod eſt velocius, hanc magnitudinem, quę eſt L M, in Q R tempore, & partem magnitudinis, ſ. L O pertranſibit in minori tempore, quod eſt Q S, quod eſt minus ẽj Q R, in quo pertranſit L M, ſicut & L O eſt minor ẽj L M. Ex prima autẽ ſuppoſitione accipit, cp totum tempus Q R in quo A pertrãſit totam magnitudinem L M, ſit minus tempore Q H, in quo B, quod eſt tardius, pertranſit minorem magnitudinẽ, ſ. L O. Dictum eſt enim cp velocius in minori tempore pertranſit maiorem magnitudinem. Ex his procedit ſic. Tempus Q R eſt minus tẽpore Q H, in quo B, quod eſt tardius, pertranſit magnitudinem L O, & tempus Q S, eſt minus quam tempus Q R: ergo ſequitur cp tempus Q S ſit minus ẽj tẽpus Q H: quia ſi aliquid eſt minus minore, etiam ipſum erit minus maiore. Cum ergo datum ſit cp in tẽpore Q S velocius mouetur per L O magnitudinem, & tardius mouetur per eandem tempore Q H, ſequitur, cp velocius mouetur in minori tempore per ęquale ſpatium. Secundam rationem ponit ibi.

Demonſtratio quòd mobile velocius moueatur per æqualem magnitudinem in minori tempore, quàm mobile tardius.





ARGY. *Præterea ſi omne quod mouetur, aut in æquali, aut in minore, aut in maiore tẽpore moueri, neceſſe eſt, & id quidem quod in maiore mouetur tardius eſt, id autem quod in æquali, æque celere eſt. quod uero celerius eſt neq; celere, eſt, neq; tardius eſt, id profectò quod celerius eſt, neq; in æquali tempore, neq; in maiore mouebitur. Reſtat igitur tempore ipſum in minore moueri. Quare id quod celerius eſt: tempore in minore magnitudinem æqualem tranſire neceſſe eſt.*

Amplius autem, ſi omne neceſſe quidem eſt, aut in ęquali, aut in minori, aut in pluri moueri, & quod quidem in pluri tardius eſt, quod autẽ in æquali, æque velox, velocius, autem, non eſt ęqualiter velox, neq; tardius, neq; vtiq; in pluri, aut ęquali mouetur ipſum velocius, relinquitur igitur in minori. Quare neceſſe eſt ęqualem magnitudinem minori tempore tranſire, velocius.

Secũda ratio

Quæ talis eſt. Quod mouetur per æqualẽ magnitudinẽ cum aliquo alio mobili, aut moueẽ per eã in æquali tempore, aut in minori, aut in maiori. Quod autem mouetur per ęqualem magnitudinem in maiori tẽpore eſt tardius, vt ſupra probatum eſt: quod aũt mouetur in æquali tempore per æqualem magnitudinẽ, eſt æque velox, vt per ſe manifeſtũ eſt. Cum igitur id, quod velocius eſt, neq; ſit ęque velox, neq; tardius: ſequitur cp neq; in pluri tẽpore moueat per æqualẽ magnitudinẽ, neq; in æquali: relinquit ergo cp in minori. Sic ergo ꝓbatũ eſt, cp neceſſe eſt velocius ptrãſire æqualẽ magnitudinẽ ĩ minori tẽpore. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Quoniam autem omnis quidem motus in tempore eſt, & omni in tempore motus fieri poteſt: omne autem quod mouetur, & celerius, & tardius moueri poteſt: in omni profectò tempore celerior tardiorq; motus fieri poteſt.*

Te.ũ.15. Quoniam autẽ omnis quidem motus in tempore eſt, & in omni tempore poſſibile eſt mouere: omne autem quod mouetur, contingit & velocius moueri, & tardius: in omni tempore erit ipſum velocius, & tardius moueri.

Probat propoſitũ. ſ. cp eiuſdem rationis, ſit tẽpus & magnitudinem ſemper diuidi in diuiſibilia, aut etiã ex indiuiſibilibus componi. Et circa hoc tria facit. Primo præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad ſequentem probationem. Secundo ponit propoſitum, ibi [Hæc aũt cum ſint.] Tertio probat, ibi [Quoniam enim oſtenſum eſt.] Præmittit ergo primo, cp omnis motus eſt in tempore. & hoc probatũ eſt in Quarto. Item cp in omni tempore poſſibile ſit moueri, quod ex definitione tẽporis apparet, quæ in Quarto data eſt. Secundum eſt, cp oẽ, quod mouetur, cõtingit moueri velocius & tardius. i. cp quolibet mobili eſt inuenire aliquid, quod velocius mouetur, & aliquid quod tardius. Sed hęc propoſitio videtur eſſe falſa. Determinatę. n. ſunt velocitates motuũ in natura. Eſt. n. aliquis motus ita velox, cp nullus poteſt eſſe eo velocior, ſ. motus primi mobilis. Ad hoc dicendum cp de natura alicuius rei poſſumus loqui dupliciter. vel ſecundum rationẽ cõmunem, vel ſecundum cp ad propriã materiã applicaẽ. Et nihil prohibet aliquid, quod non impeditur ex ratione cõmuni rei, impediri ex applicatione ad aliquã materiam determinatã. ſicut nõ impeditur ex ratione formę Solis, eſſe plures Soles: ſed ex hoc cp to ea materia ſpeciei ſub vno Sole continetur. Et, ſimiliter ex cõmuni natura motus non prohibetur, quin qualibet velocitate data poſsit alia maior velocitas inueniri, ſed impeditur ex determinatis virtutibus mobiliũ & mouentium. Hic aũt Ariſt. determinat de motu ſecundũ cõmunẽ rationem motus, nondum applicãdo motũ ad determinata mouentia & mobilia. & ideo frequenter talibus propoſitionibus vtitur in hoc Sexto libro, quæ ſunt veræ ſm cõſiderationẽ cõmunem motus, non autem ſm applicationem ad determinata mobilia. Et ſimiliter non eſt contra rationem magnitudinis, cp quælibet magnitudo diuidaẽ in minores. et ideo vtiẽ in hoc libro, vt accipiat qualibet magnitudine data, aliã minorẽ. Licet applicando magnitudinẽ ad determinatã naturã, ſit aliqua minima magnitudo: qa quælibet natura requirit determinatã magnitudinẽ et paruitatẽ, (vt etiã in Primo dictũ eſt.) Ex duobus aũt præmiſſis cõcludit

Infra Te.16.

In quolibet mobili eſt inuenire quod tardius ac velocius mouetur.

tertium

tertium, ſ. cp in omni tẽpore dato contingit velocius & tardius moueri, ẽj ſit motus datus in tali tẽpore. Secũdo ibi.

ARGY. *Quæ cum ita ſint, tẽpus continuũ eſſe neceſſe eſt. Dico aũt continuum id, quod eſt diuiſibile in diuiſibilia ſemper, hoc enim tali ſuppoſito, tempus continuum eſſe neceſſe eſt.*

Hęc aũt cum ſint, neceſſe eſt & tempus continuum eſſe. Dico aũt continuum, quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Huiuſmodi enim ſuppoſito cõtinuo, neceſſe eſt & tẽpus cõtinuũ eſſe.

Ex prẽmiſſis concludit propoſitum, & dicit cp, cum prẽmiſſa ſint vera, neceſſe eſt cp tempus ſit continuum. i. diuiſibile in ſemper diuiſibilia, ſuppoſito enim cp hæc ſit definitio continui, neceſſe eſt cp tempus ſit continuum, ſi magnitudo eſt continua: quia ad diuiſionem magnitudinis, ſequitur diuiſio temporis, & econtra. Tertio ibi.


ARGY. *Nam cùm demonſtratum ſit id quod celerius mouetur, minore in tempore ſpatium æquale tranſire. Sit celerius quidem A, tardius autem B, atq; B tranſeat C D magnitudinem in tempore E F, igitur A, quod eſt celerius, magnitudinẽ eandem (ut patet) in tempore minori tranſibit. Atq; ſit in E G tempore motum. rurſus quoniam ipſum celerius totã C D magnitudinem in E G tempore pertranſiuit: id, quod eſt tardius, minorem eodem in tempore tranſit. Sitq; illa C H. At, quoniam B quod eſt tardius in E G tempore magnitudinem C H pertranſiuit, A profectò, quod eſt celerius, eandem in minori tempore tranſit. Quare rurſus tempus E G diuidetur. quod ſi diuidetur magnitudo quoq; C H ratione eadem utiq; diuidetur. quod ſi magnitudo diuidetur, & tempus itidem diuidetur. Et hoc ſemper erit, ſi poſt celerius mobile, tardius: & poſt hoc celerius ſumamus, ac demõſtratis utamur. Nam celerius quidẽ mobile, tempus, tardius autẽ longitudinem diuidet. Quòd ſi ſemper quidem uere cõuerſio ſit, cum ſit vero cõuerſio, ſit diuiſio ſemper, patet omne tempus cõtinuũ eſſe. Patet etiã ſimul et magnitudinẽ oẽm continuã eſſe. Eiſdem. n. æqualibuſue diuiſionibus, tã tempus quã magnitudo diuiditur.*


Te.ũ.16. Quoniam. n. oſtenſum eſt, cp velocius in minori tẽpore tranſibit ęquale, ſit quod quidem in quo A velocius, quod aũt eſt in quo B, tardius, & ſit motum id, quod tardius eſt per magnitudinẽ quæ eſt C D, in quo eſt Z I tempore, manifeſtum igitur eſt cp velocius in minori, quã hoc, mouebitur per eandem magnitudinẽ. & ſit motum A in quo eſt Z T. Iterum autem, quoniã A, quod eſt velocius, in eo quod eſt Z T tranſiuit totã, quæ eſt C D, ipſum tardius in eodem tempore, minorem tranſiuit. Sit igitur in quo C K. Quoniam aũt tardius, quod eſt ipſum B, in eo quod eſt Z T tẽpore ipſam quæ eſt C K tranſiuit: velocius in minori tranſibit. Quare iterũ diuiditur quod eſt Z T tempus, hoc aũt diuiſo, & C K magnitudo diuidetur ſecundũ eandem rationẽ: ſi vero magnitudo, & tẽpus, et hoc ſemper erit accipientibus a velociori tardius, & a tardiori velocius, & eo quod demonſtratũ eſt vtẽtibus. Diuidet aũt id, quod eſt velocius, tẽpus, tardius aũt lõgitudinem. Si igitur ſemper in natura eſt conuerti: conuerſo aũt ſemper fit diuiſio: manifeſtũ quoniã omne tempus cõtinuũ eſt. Similiter aũt manifeſtũ, et cp magnitudo omnis cõtinua eſt. Per eaſdẽ. n. & æquales diuiſiones, tẽpuſq; & magnitudo diuiditur.

Te.17

Oſtendit propoſitum, ſ. cp ſimiliter diuidatur tempus & magnitudo. Quia. n. oſtẽſum eſt, cp velocius pertrãſit ęquale ſpatiũ in minori tempore, ponatur cp A ſit velocius, & B tardius: & moueatur B tardius per magnitudinem quę eſt C D in tẽpore Z I, Manifeſtũ eſt ergo cp A, quod eſt velocius, mouetur per eandẽ magnitudinem in minori tẽpore: & ſit tempus illud Z T. Iterum aũt quoniã A, quod eſt velocius in tempore Z T, pertranſiuit totã magnitudinẽm, quæ eſt C K D: quod eſt tardius, in eodẽ tempore pertranſit minorẽ magnitudinem, quæ ſit C K: & quia B, quod eſt tardius per tranſit magnitudinẽ in tẽpore Z T, A, quod eſt velocius per tranſibit eandẽ magnitudinem adhuc in minori tempore: & ſic tẽpus Z T, iterum diuidetur, & eo diuiſo ſm eandem rationẽ diuidetur magnitudo C K, quia tardius in parte illius temporis mouetur per minorem magnitudinẽ. & ſi diuiditur magnitudo, iterũ diuidetur & tempus: quia illam partẽ magnitudinis velocius tranſibit in minori tempore, & ſic ſemper procedetur accipiendo poſt motum velocioris aliud mobile tardius: & poſt tardius, iterũ velocius: & vtendo eo, quod demonſtratum eſt, ſ. cp velocius: pertranſeat æquale in minori & tempore: & tardius in ęquali tempore & minorem magnitudinem: ſic. n. accipiẽdo id quod velocius, diuidemus tempus: & accipiendo id quod eſt tardius, diuidemus magnitudinem. Si ergo hoc verum eſt, cp ſemper poſsit talis cõuerſio fieri, procedendo a velociori in tardiꝰ, a tardiori in velocius: & facta tali conuerſione ſemper fit diuiſio magnitudinis & tẽporis, manifeſtũ erit cp omne tẽpus eſt continuũ: id eſt diuiſibile in ſemp diuiſibilia. & ſi miſſiliter oĩs magnitudo: qa p eaſdẽ & æquales diuiſiones diuidit tẽpus & magnitudo, vt oſtẽſum eſt. Deinde cũ dicit.

Demonſtratio quòd ſimiliter diuiditur tempus & magnitudo.





ARGY. *Inſuper & ex hiſce rationibus, quæ dici ſolent, patet ſi ſit tempus continuum, et magnitudinem continuã eſſe. Siquidem in dimidio temporis, dimidiũ magnitudinis, & ſimpliciter in minorem, minorem tranſit: eædem enim diuiſiones temporis, & magnitudinis erunt.*

Eædẽ tẽporis & magnitudinis diuiſiones ſunt.

Amplius aũt & ex conſuetis rationibus dici manifeſtum eſt, cp ſi tempus continuum eſt, cp et magnitudo. Siquidem in medio tempore, mediũ tranſit, & ſimpliciter in minori minus, eędẽ nanq; diuiſiones tẽporis & magnitudinis ſunt.

Ponit tertiam rationẽ ad oſtẽdendum cp magnitudo & tempus ſimiliter diuiduntur, ex conſyderatione vnius & eiuſdẽ mobilis. & dicit, cp manifeſtum eſt etiam per rationes, quæ cõſueuerunt dici, cp ſi tempus eſt continuũ, id eſt

diuisibile in semper diuisibilia, cp & magnitudo eodem modo continua est. quia vnum et idem mobile regulariter motum, sicut in toto tempore pertransit totam magnitudinẽ, ita in medio tẽpore medium magnitudinis: & vniuersaliter in minori tẽpore minorẽ magnitudinẽ. Et hoc ideo cõcludit, quia similiter diuidit tẽpus sicut & magnitudo.

LECTIO IIII.

Finitum & infinitum, similiter tempus magnitudinem consequi: quodq; nullum continuum indiuisibile sit, ratiocinatur.

ARGY. *Atq; si alterum vtrũuis ipsorum, sit infinitum, & alterum est infinitum: & perinde sane vt alterum. ceu si tempus extremis sit infinitum, & longitudo extremis est infinita: si diuisione, longitudo quoq; diuisione: si vtrisq;. & magnitudo vtrisq;.*

Tex.cõ.18. ET si quodcũq; infinitum est, & alterum: & sicut alterum & alterũ est, vt siquidem vltimis infinitum est tempus, et longitudo vltimis: si vero diuisione, diuisione & lõgitudo, si autem in vtrisq; tempus, in vtrisq; & longitudo.

Postq; ostẽdit cp magnitudo & tẽp9 similiter diuidunt, hic ostendit cp infinitũ etiã & finitũ similiter inueniuntur in magnitudine & tẽpore. Et circa hoc tria facit. Primo ponit propositũ. Secũdo ex hoc soluit dubitationẽ. ibi [Vnde & Zenonis ratio.] Tertio probat propositũ ibi [Neq; iam infinitũ &c.] Dicit ergo primo, cp, si quodcunq; horũ duorũ. s. tẽporis & magnitudinis, sit infinitũ, & alterũ est infinitũ: & eo modo, quo vnũ est infinitũ, & alterũ. Et hoc exponit distinguẽdo duos modos infiniti, dicens: cp, si tẽpus est infinitũ in vltimis, et magnitudo est infinita in vltimis. Dicitur aũt tempus & magnitudo esse infinita in vltimis: quia. s. vltimis caret, sicut si imaginaremur lineã non terminari ad aliqua puncta, vel tẽpus nõ terminari ad aliquod primũ, aut vltimũ instans. & si tempus sit infinitũ diuisione, & longitudo erit diuisione infinita. Et est hic secundus modus infiniti. Dicitur. n. diuisione infinitũ, quod in infinitũ diuidi potest: quod est de rõne cõtinui, vt dictũ est. & si tẽpus esset vtroq; modo infinitũ, et lõgitudo esset vtroq; modo infinita. Et cõuenienter isti duo modi infiniti cõtra ponuntur: quia primus modus infiniti accipitur ex parte vltimorũ indiuisibiliũ qui priuãtur: secundus aũt modus accipitur secundũ indiuisibilia, quę signantur in medio: diuiditur. n. linea fm puncta infra lineam. Secundo ibi.

ARGY. *Quapropter et Zenonis ratio falsum sumit, fieri, inquã non posse, vt finito in tẽpore quicquam transeat infinita, aut infinita per singula tangat. Dupliciter. n. longitudo, & tempus, & omnino omne continuum, dicitur infinitum: aut diuisione aut extremis. Igitur infinita quidem quãtitate, tangere finito in tẽpore, non potest: infinita vero diuisione, potest. etenim ipsum tẽpus hoc modo est infinitũ. Quare fit, vt infinito in tẽpore non finito quippiã transeat infinita, & infinitis non finitis, infinita etiã tangat.*

Vnde & Zenonis ratio falsum opinatur, cp non est possibile infinita pertrãsire: aut tangere infinita secundũ vnumquodcp, finito in tẽpore. Dupliciter. n. dicitur longitudo, & tempus infinitum, & omnino omne continuũ, aut secundum diuisionẽ, aut in vltimis. Infinitis quidem igitur secundum quantitatẽ, non contingit sese tangere in finito tempore: eis autem, quæ sunt secundum diuisionem, contingit. & nanq; ipsum tempus sic infinitum est. Quare & infinito tempore & non finito, accidit trãsiri infinitum, & tangere infinita infinitis & non finitis.

Cõtinuũ esse dupliciter infinitum.

E Ex præmissis remouet dubitationẽ Zenonis eleatis, qui volebat probare cp nihil mouet de vno loco ad aliũ, puta de A in B. Manifestũ est. n. cp inter A & B sunt infinita puncta media, cũ continuum sit diuisibile in infinitum: si ergo mouetur aliquid de A in B. oportet cp pertranseat infinita: & cp tangat vnumquodq; infinitorum: cp nõ est possibile fieri in tẽpore finito. ergo in nullo tẽpore quantumcunq; magno, dummodo sit finitum, aliquid potest moueri per quantumcunq; parvum spatiũ. Dicit ergo Philosophus cp ista ratio procedit ex falsa existimatione, quia lõgitudo & tẽpus, & quodcunq; cõtinuũ, dupliciter dicitur esse infinitum, vt dictum est, s. m diuisionem, & in vltimis. Si igitur essent aliqua. s. mobile & spatium infinita secundũ quantitatem (quod est esse infinitũ in vltimis) non contingeret cp se inuicem tangerent in tempore finito. si vero sint infinita secundũ diuisionẽ, hoc contingit: quia etiã tẽpus quod est finitũ secundũ quantitatẽ, est sic infinitũ. s. secundũ diuisionem. Vnde sequitur cp infinitũ transeat, nõ quidẽ in tẽpore F finito, sed in tpe infinito. Et cp infinita pũcta magnitudinis trãseantur in infinitis nũc tẽporis, nõ aũt in nũc finitis. Est aũt sciendũ cp hæc solutio est ad hominẽ & nõ ad veritatẽ sicut infra Aristo. manifestabit in Octauo. Tertio ibi.

Infinitũ per diuisionẽ trãsitur in tempore infinito.

ARGY. *Impossibile est ergo aut infinitũ finito in tẽpore: aut finitũ in infinito transire. sed si tẽpus sit infinitum, & magnitudo erit similiter infinita, & si magnitudo, & tẽpus.*

Neq; iam infinitum potest infinito tempore transire. neq; in infinito, finitum. sed, si tempus infinitum sit, & magnitudo erit infinita, & si magnitudo, & tempus.

Probat quod supra posuit. Et primo resumit propositũ. Secũdo probat, ibi [Sit. n. magnitudo.] Dicit ergo primo. cp nullũ mobile potest trãsire infinitũ spatiũ, in tpe finito: neq; finitũ spatiũ in tẽpore infinito. Sed oportet si tẽp9 est infinitũ, cp magnitudo sit infinita. & ecõtra. Secũdo ibi. Te.10.

G ARGY. *Designetur enim magnitudo quædam A B, terminus definita, & tempus infinitum mente percipiatur. Sitq; id C, deinde excipiatur pars aliqua finita temporis C. quæ quidem C D, finibus claudatur. in hoc igitur corpus quod, super A B mouetur aliquam partem magnitudinis transit, atq; ponatur A E, iam partem pertransiisse, hæc autem pars, aut æque totam A B. magnitudinem mensurabit, aut deficiet, aut excedet. nihil enim refert. Nã si semper æqualem magnitudinem A E parti æquali in tempore mobile transit pars autem hæc magnitudinem totam metitur, tempus totum, in quo magnitudinem totam transibit, finitum erit profecto: in partes enim æquales diuidetur, vt magnitudo.*


Sit. n. magnitudo finita, in quo A B: tẽpus autem infinitũ, in quo est C D. Accipiatur igitur tẽ Te.cõ. 10.
poris aliquid finitũ in quo C D: in hoc igitur trã
H sibit aliquid magnitudinis. & sit quod transitũ est, in quo B E: hoc aũt aut mensurabit in quo est A B, aut deficiet, aut excellet. differt. n. nihil. Si. n. semper æqualem ei. quæ est in B E, magnitudinẽ, in æquali tempore transibit: hoc aũt mensurat. totũ: finitum erit omne tempus, in quo trãsibit in æqualia enim diuidetur, sicut & magnitudo.


Probat propositũ. Et primo, cp tẽpus non potest esse infinitũ, si magnitudo sit finita, secundo cp econuerso, si longitudo sit infinita tempus non potest esse finitũ. ibi [Eadem aũt demonstratio est.] Primum aũt ostendit duabus rõnibus, quarũ prima talis est. Sit magnitudo finita quę est A B & sit tẽpus infinitum, quod est C D. Accipiatur autẽ huius temporis infiniti aliqua pars finita, quæ sit C D: quia igitur mobile Te.11.

mobile per totũ tempus C D, pertransit totam magnitudinem A B, oportet cp in hac parte tẽporis, quæ est H D, pertranseat aliquã partem illius magnitudinis, quæ quidẽ sit B E. Cum aũt A B magnitudo sit finita, & maior B E, K D autem finitum: & minus ipso F, necesse est cp B C, aut mensuret totũ A B, aut deficiet, aut excellet in mensurando simul toties sumatur B C, sic. n. omne finitũ minus, se habet ad finitum maius, vt patet in numeris. Ternarius. n. qui est minor senario, bis acceptus mensurat ipsum: quinariũ vero, qui etiã est maior non mensurat bis acceptus, sed excedit, plus. n. est bis tria q̃s quinq. similiter etiã & septenarius bis acceptus non mensurat, sed deficit ab eo minus. n. est bis tria q̃s septẽ sed tũ si trinarius ter accipiatur, excedet etiã septenariũ. Nihil autẽ differt quocũq; modo horũ trium B E se habeat ad A B, quia idẽ mobile semp pertrãsibit magnitudinẽ æqualẽ, ei quod est B C, in tẽpore æquali ei: quod est B D, sed B C, mensurat totum A B, vel excedit ipsum: si multoties sumatur, ergo & B D, mensurabit totum tempus C, vel excedit ipsum si multoties sumatur. Et sic oportet cp totum tempus C sit finitum, in quo pertransit totam magnitudinem finitã: quia oportet cp in æqualia secundũ numerũ diuidatur tẽpus, sicut & magnitudo. Secundã rationẽ ponit ibi. B

Demonstratio prima per quã probatur, quòd, si magnitudo est finita, tempus est finitum: et sumitur hæc demonstratio ex proportione partis ad totum.

C.H Tempus infinitum. D.





ARGY. *Præterea si non omnem magnitudinem, id quod mouetur in infinito tẽpore transit: sed fieri potest, vt aliquam finito etiam in tempore transeat: ut A E partem: hæc aũt totam magnitudinem metietur, denq; æqualem in æquali tempore transit: tempus ipsum profecto finitum erit.*

Te.cõ. 11. Amplius autem si non omnem magnitudinem in infinito tempore transibit, sed cõtingit aliquam & infinito tempore transire, vt quæ est B E: hæc autem mensurabit totam, & æqualẽ in æquali transibit. Quare finitum erit & tempus.

Secũda ratio. Quæ talis est. Quãuis. n. detur cp magnitudinẽ finitam, D
quæ est A B, pertranseat aliquod mobile in tẽpore infinito, nõ tñ potest dari cp omnẽ magnitudinẽ pertranseat in tempore infinito: quia videmus cp multæ magnitudines finitę tẽporibus finitis pertrãseũtur. Sit igitur magnitudo finita, quæ est B C, quę trãseatur tẽpore finito, sed B C, cũ sint finita mensurat A B, quæ est etiã finita. Sed idem mobile pertransibit æqualẽ magnitudinẽ ei, quæ est B C, in æquali tẽpore finito, in quo ipsam pertransibat, & ita quod accipiebãtur magnitudines æquales, B C, ad constituendam totam A B, tot tẽpora finita æqualia accipientur ad mensurationẽ vel constitutionẽ totius tẽporis: vnde sequitur cp totũ tẽpus sit finitum. Differt aũt hæc ratio a prima: quia in prima ratione, B C ponebatur pars magnitudinis A B, hic autem B C ponitur quædam alia magnitudo separata. Necessitatem autem huius secundæ rationis positæ ostendit cum subdit.

ARGY. *Patet aũt non in tẽpore infinito partem A B, transire, si tempus altera ex parte finitum fuerit sumptum. Nam, si*


A *in minorem partem hanc transit, tempus finitum esse, necesse est: cùm altera ex parte sit temporis finis.*

Quòd aũt non in infinito tẽpore trãsit quod est B C, manifestũ est, si accipiãt altera ex parte finitum tẽpus. Si. n. in minori pertransit, hanc necesse est finitam esse, altero termino existente.


Posset. n. aliquis contra primã rationẽ cauillando dicere, cp sicut totã magnitudinẽ A B, pertransibit in tẽpore infinito, ita & quãlibet partẽ eius: & sic partẽ B C, non pertransibit tẽpore finito. Sed quia nõ potest dari, cp quãlibet magnitudinẽ pertrãseat tẽpore infinito, oportuit inducere secundã rationẽ cp B K sit quædã alia magnitudo, quã tẽpore finito pertranseat. Et hoc est quod subdit, cp manifestũ est cp mobile non pertransit magnitudinẽ quæ est B K, in infinito tẽpore, si accipiatur in altera finitũ tempus, ideſt si accipiatur aliqua alia magnitudo a prima, quæ dicatur B C, quã pertrãsibit tẽpore finito. Si. n. in minori tẽpore pertrã sit partem magnitudinis q̃s totum necesse est hanc magnitudinem, quæ est B K, finitam esse, altero termino existente finito. s. A B. quasi dicat. Si tempus, in quo pertransibit B K, est finitum, & minus tempore infinito, in quo pertransibit A B, necesse est cp B K, sit minor q̃s A B, & ita cp B K, sit finita, cum A B finita sit. Deinde cum dicit.

Demonstratio secunda, per quam probatur idem quod supra. Et sumitur ex proportione cuiuslibet finiti ad quodlibet finitum, sumendo tempus infinitum, & magnitudinem finitam.

C Tempus infinitum.



C pars tpis infini. D



C


ARGY. *Eadẽ sane fuerit demonstratio, et si longitudinẽ quidẽ infinitã finxerimus, tẽpus aũt sumpserimus cõtra, finitũ.*


Eadem autem demonstratio est, & si longitudo infinita sit, tempus autem finitum. Te.cõ.12.

Ponit cp eadẽ demõstratio est ducẽs ad impossibile, si dicatur cp longitudo sit infinita, & tempus finitum. Quia accipietur aliquid longitudinis infinitæ, & quod erit finitum: sicut accipiebatur aliquid temporis infiniti, quod est finitum. Deinde cum dicit.

Demonstratio, probans idem quod supra, assumendo tempus finitum & magnitudinem infinitam.

Tempus finitum.





ARGV. *Patet igitur ex hiſce quæ diximus, neq; lineam, neq; ſuperficiem, neq; omnino quicquam continuum, indiuiduum eſſe, non ſolum propter id, quod nuper eſt dictum, ſed etiam quia ſiet, vt indiuiduum diuidatur.*

Manifeſtum igitur ex dictis eſt, cp neq; linea, neq; planum, neq; omnino vllum cōtinuorum eſſe atomus: non ſolum propter id quod nunc dictum eſt, ſed quia accidit diuidi indiuiſibile.

Probat cp nullū cōtinuū eſt indiuiſibile. Et primo oſtendit quod inconueniēs ſequitur ſi hoc ponatur. Secūdo ponit demonſtrationē ad illud inconueniēs ducentē, ibi [Qm̄.n. in oī tempore.] Dicit ergo primo, manifeſtū eſſe ex dictis, cp neq; linea, neq; planū. i. ſuperficies: neq; oīno aliquod cōtinuū, eſt atomus. i. indiuiſibile: tū ꝓpter prædicta, quia vi delicet, impoſsibile eſt aliquod cōtinuū ex indiuiſibilibus cōponi, cū tū ex continuis poſsit cōponi cōtinuū: tum etiā: quia ſequeretur, cp indiuiſibile diuideretur. Secundo ibi.

Te. 23.


ARGV. *Nā, cū omni in tēpore, & id in quod eſt celerius, et id quod eſt tardius, moueatur: atq; id quod eſt celerius plus æquali in tempore ſpatij tranſeat, fieriq; poſsit ut duplū ſex qualterā lōgitudinē tranſeat (eſſe māq; poteſt celeritatis hæc ratio) ſexqualterā magnitudinē eodē in tēpore tranſeat id quod celerius fertur. Atq; diuidant magnitudines ambæ, ea quidē qua mobile celerius tranſit quæ eſt* A D, *in* A B, B C, C D, *tres indiuiduas partes cōtinuorū. Ea uero; quā ipſum tardius tranſit, in* E F, F G *duas, & ipſas indiuiduas partes: igitur & tempus* H M, *in tres ſane partes indiuiduas diuidetur. In æquali nanq; tēpore, magnitudinē tranſit æqualē. Diuidatur itaq; in* H K, L M, *indiuiſibiles partes. Rurſus cū mobile tardius magnitudinē* E F, F G, *eodē in tēpore tranſeat: diuidetur et tempus duas in partes æquales. Quod ſit indiuiduum diuidatur & id quod mouetur non in indiuiduo, ſed in maiore tempore partem indiuiduam tranſeat. Patet igitur nullam continui partem, parte carere.*

Tex. cō. 11.

Quoniā. n. in omni tēpore velocius et tardius eſt: velocius aūt plus trāſit in æquali tēpore, cōtingit aūt, & duplā & hemioliū trāſire longitudinē (ſit. n. hęc ratio velocis.) Adducat igitur velocius ſm hemioliū in eodē tēpore, & diuidantur magnitudines, quæ quidem velocioris ſunt, A B, B C, C D, in tres atomos: quæ vero ſunt tardioris, in duos, in quibus ſunt E F, F G, itaq; & tēpus diuidetur in tria atoma. Equale. n. in æquali tēpore tranſibit. Diuidatur igitur tēpus in ea, quæ ſunt K L, L M, M N. Iterum aūt quoniā deductum eſt tardius per E F, F G, & tempus ſecabitur in gemina. Diuidetur ergo atomum & impartibile. Non enim in atomo tranſit, ſed in pluri. Manifeſtum ergo eſt cp nihil continuorum impartibile eſt.

Ponit demonſtrationē ad hoc inconueniens ducentē. in qua primo præſupponit quædā ſuperius manifeſtata: quorū vnū eſt, cp in omni tēpore cōtingat velocius & tardius moueri. Secundū eſt cp velocius plus pertrāſit de magnitudine in æquali tēpore. Tertiū eſt cp contingit eſſe exceſſum velocitatis ad velocitatē, & lōgitudinis pertranſitæ ad longitudinē ſm diuerſas proportiones, puta ſm dupliceē, q̄ eſt proportio duorum ad vnum: & ſecundū hemiolium, quæ habet totū & dimidiū, quę alio nomine dicit ſexqualtera, vt proportio triū ad duo: vel ſm quantācunq; aliā proportionē. Ex his aūt ſuppoſitis ſic procedit. Sit hæc proportio velocis ad velox, vt inueniatur aliquid velocius altero ſm hemiolium, ideſt ſexqualterā proportionē, & ſit ita, cp velocius pertranſeat vnā magnitudinē, quę ſit A B C D, cōpoſitam ex tribus magnitudinibus indiuiſibilibus: quarū vna ſit, A B, alia B C, tertia C D: in eodē aūt tēpore oportet cp tardius ſm prædictā proportionē pertranſeat magnitudinem cōpoſitā ex duabus indiuiſibilibus māgnitudinibus, quæ ſit magnitudo. E F, F G, Et quia tēp⁹ diuidi poteſt, ſicut etiā magnitudo: neceſſe eſt cp tēpus, in quo velocius ptrāſit tres ſdiuiſibiles magnitudines, diuidat in tria indiuiſibilia: qa oportet cp æq̄le in eq̄li tpe ptrāſeat in K L, L M, M N. Sit ergo tēpus diuiſum in K L, L M, M N tria indiuiſibilia. Sed qa tardius in eodē tēpore mouet per E F, F G, quę ſunt duę magnitudines ſdiuiſibiles, neceſſe eſt cp tēpus diuidat in duo media: & ſic ſequet cp indiuiſibile diuidat. oportebit. n. cp tardius vnā magnitudinē indiuiſibilē pertrāſeat in vno indiuiſibili tēpore & dimidio. non. n. poteſt dici, cp vnā indiuiſibilē magnitudinē trāſeat in vno tpe indiuiſibili: quia ſic nō prius mouereť velociꝰ q̄ tardius. Ergo relinquit cp tardius ptrāſeat indiuiſibilē magnitudinē in pluri q̄ in vno indiuiſibili tēpore: & in minori q̄ duobus, & ſic oportebit vnū indiuiſibile tēpus diuidi. Et eodē modo ſequit, cp indiuiſibilis magnitudo diuidat, ſi ponat cp tardiꝰ moueat per tres indiuiſibiles magnitudines, in trib⁹ indiuiſibilib⁹ tēpoꝛib⁹. velociꝰ. n. án vno indiuiſibili tēpore mouebit ꝓ plures q̄ per vnā indiuiſibilē magnitudinē: et per minus q̄ duas. Vnde manifeſtū fit, cp nullū cōtinuū poteſt eſſe ſdiuiſibile.

Demonſtratio, quòd nullum continuum eſt indiuiſibile.





LECTIO V.

Indiuiſibile Temporis, ipſum Nunc eſſe, in quo etiam nihil moueri & quieſcere dicitur: quodlibet item mobile diuiſibile eſſe demonſtratur.

At vero neceſſe eſt, & ipſum Nunc, quod per ſe primoq; non per aliud dicitur indiuiſibile eſſe, atq; omni in tempore tale meſſe.

ARGV.

Te. cō. 24.

NEceſſe eſt autem, & ipſum Nunc, quod non ſecundum alterum, ſed per ſe & primum dictum, indiuiſibile eſſe & in omni tempore huiuſmodi eſſe.

Poſtq̄ oſtendit Philoſophus cp nullū cōtinuū ex indiuiſibilibus cōponi, neq; indiuiſibile eſſe: ex quibus apparet motū eſſe diuiſibilē, hic determinat de diuiſione motus. Et primo premittit quædā neceſſaria ad motus diuiſionem. Secūdo de ipſa motus diuiſione determinat. ibi [Motus autem eſt diuiſibilis dupliciter] Circa primum duo facit. Primo oſtendit cp in ſdiuiſibili tēporis nō cōtingit eſſe motū neq; quietē, ſecūdo oſtendit cp indiuiſibile nō poteſt moueri, ibi [Quod mutaē aūt omne.] Circa primū duo facit. Primo oſtēdit cp indiuiſibile tēporis eſt ipſum nūc, Secūdo cp in nunc

Te. 33.

Secūda. 32.

in nūc nihil moueť aut quieſcit, ibi [Quod aūt nihil in ipſo nunc moueť] Circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secūdo ponit ea, ex quib⁹ prōbari poteſt propoſitū, ibi [Eſt. n. aliquid vltimū eius.] Tertio, ꝓponit id quod ad hæc conſequit. ibi [Neceſſe igit.] Circa primū conſyderandū eſt, cp aliquid dicit nunc ſm alterū, & nō ſm ſeipſum: ſicut dicimus nūc agi, quod in toto preſenti die agit: tū totus dies preſens nō dr̄ præſens ſm ſeipſum, ſed ſm aliquid ſui. Manifeſtū eſt. n. cp toti⁹ diei aliqua pars preterit, & aliqua futura eſt. quod aūt preterit. vel futurum eſt, non eſt nunc. ſic ergo patet cp totus dies præſens, nō eſt nūc primo & per ſe, ſed per aliquid ſui & ſimiliter nec hora, nec quodcunq; aliud tempus. Dicit ergo, cp id, quod dicitur nunc primo et per ſe & non ſm alterum, ex neceſsitate eſt indiuiſibile: & iterum ex neceſsitate eſt in omni tempore. Secundo ibi.

Secūda. 39. Infra. Te. 26.

ARGV. *Eſt. n. extremum tranſacti temporis quiddam, citra quod nihil futuri tēporis eſt: & inſuper cōſequentis, vltra quod nihil trāſacti tēporis eſt: quod quidē utrorumq; tem porū finem diximus eſſe. Hoc igitur ſi tale per ſe, idemq; demonſtrabimus eſſe. patebit etiam, & indiuiſibile eſſe.*

Te. cō. 25.

Eſt. n. aliquid vltimū eius quod factū eſt, cuius ſuper hoc, nihil futuri eſt: & iterū futuri eſt, cuius ſup hoc nihil eſt illius quod factū eſt: qd vtiq; diximus vtrorūcp eſſe terminū. Hoc aūt ſi demonſtretur, qm̄ hoc huiuſmodi eſt per ſe, & ipſum, ſimul manifeſtum erit cp indiuiſibile eſt.

Te. 08. 25.

Probat propoſitū. Manifeſtū eſt. n. cp cuiuslibet cōtinui finiti eſt accipere aliquod vltimū, extra quod nihil eſt ei⁹. cuius eſt vltimū: ſicut nihil lineę eſt extra punctū, quod terminat lineā. Tēpus aūt præteritū eſt quoddā cōtinuū finitū ad præſens: eſt ergo accipere aliquod vltimū eius, quod factum eſt. i. præteriti: extra quod nihil eſt ꝓteriti: & infra quoō nihil eſt futuri. Et ſimiliter erit accipere aliquod vltimū futuri infra quod nihil eſt præteriti: & illud vltimū eſt terminus vtriuſcp, ſ. præteriti & futuri: quia cū totū tēpus ſit cōtinuū, oportet cp ꝓteritū & futurū ad vnū terminū copulentur. Si igitur de aliquo demōſtretur cp ipſum ſit tale ꝓ ſeipſum: quod eſt eſſe nūc per ſeipſum & nō ꝓ aliquid ſui, ſimul cū hoc manifeſtū erit cp ſit ſdiuiſibile. Tertio ibi.

ARGV. *Neceſſe eſt itaq; idem nunc ipſum eſſe, quod finis vtrorunq; temporum eſt.*

Te. cō. 26.

Neceſſe eſt igitur idē eſſe ipſum Nunc, quod vtriſq; temporibus vltimum eſt.

Oſtendit quoddā conſequens ad præmiſſa. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit, ſuppoſito cp nūc ſit indiuiſibile, cp oporteat idē, nunc eſſe, quod eſt terminus præteriti & terminus futuri. Secundo oſtēdit cp econuerſo, ſi eſt idē vtrūcp nunc oportet cp nūc ſit indiuiſibile. ibi [At vero ſi idē eſt.]

Te. 29.

ARGV. Circa primum duo facit. Primo concludit ex dictis, cp neceſſe eſt eſſe idem nunc, quod eſt vltimum vtriuſcp temporis, ſcilicet præteriti & futuri. Secundo ibi.

ARGV. *Nam, ſi ſit aliud atq; aliud deinceps alterum quidem ad alterum ſane non erit propterea quod continuū non ex indiuiſibilibus conſtat, ſi uero ſit ſeorſum utrūq;, inter ea medium tempus erit. Omne nanq; continuū tale eſt, vt inter fines aliquid ſit vniuocū. At ſi tempus ſit illud, diuiſibile erit vt patet. Demonſtratum eſt enim omne tempus diuiſibile eſſe quare ſit, vt nunc ipſum diuiſibile ſit.*

Si. n. alterū eſt cōſequēter non erit alterū alteri, propter id, quod nō eſt cōtinuū ex impartibilibus, ſi aūt ſeorſum eſt vtrūq; iter ea erit tēpus. Omne. n. cōtinuū huiuſmodi eſt, vt aliqd ſit vniuocū inter terminos. At vero, ſi tēpus mediū eſt diuiſibile erit. omne enim tempus oſtenſum eſt, cp diuiſibile ſit. quare diuiſibile eſt ipſum nunc.

A Probat tali ratione. Si eſt alterū nūc, quod eſt principiū futuri, & alterū, quod eſt finis præteriti, oportet cp hæc duo nunc, vel ſint conſequenter ad inuicē, ita cp immediate ſibi ſuccedāt: vel oportet cp vnum ſit ſeorſum ab altero, diſtans ab eo. Sed non poteſt dicit cp vnū cōſequenter ſe habeat ad alterū: quia ſic ſequeretur tēpus cōponi ex nunc aggregatis, quod non poteſt eſſe, propter id quod nullū cōtinuum componitur ex impartibilibus, vt ſupra oſtenſum eſt. Nec etiam dici poteſt, cp vnum nunc ſit ſeorſum ab altero diſtāns ab eo: quia tunc oporteret cp inter illa duo nunc eſſet tēpus mediū. Hæc eſt. n. natura omnis continui, cp inter quęlibet duo indiuiſibilia ſit continuū mediū, ſicut inter quælibet duo puncta, linea. Quòd aūt hoc ſit impoſsibile oſtendit dupliciter. primo. Quia ſi aliquod eſſet tēpus mediū inter prædicta duo nunc, ſequereť cp aliquod vniuocum eiuſdē generis eſſet mediū inter duos terminos, quod eſt impoſſe. Non. n. eſt poſſe cp inter extrema duarū linearum ſe tangentium, vel conſequenter ſe habentium, ſit aliqua linea media. B hoc. n. eſſet contra rationē eius, quod eſt conſequēter. quia cōſequenter ſunt, vt ſupra dictum eſt: quorum nihil eſt medium proximi generis. & ſic, cum tēpus futurum cōſequēter ſe habeat ad ꝓteritum, impoſsibile eſt quòd inter terminum futuri, & terminum ꝓteriti cadat aliquod tēpus medium. Alio modo oſtendit idem ſic. Qnicquid eſt medium inter præteritum & futurum, dicitur nunc: ſi igitur tēpus aliquod ſit medium inter extrema tēporis præteriti & futuri: ſequitur quòd totum, illud dicatur nunc. ſed omne tēpus eſt diuiſibile, vt oſtenſum eſt: ergo ſequeť quòd ipſum nunc ſit diuiſibile. Et quamuis ſupra poſuerit principia, ex quibus probari poteſt quòd nunc ſit indiuiſibile, quia tamen concluſionem non deduxerat ex principijs, hic conſequēter oſtendit quòd nunc ſit indiuiſibile ibi.

Quòd ſi ſit diuiſibile, erit aliquid præteriti in futuro, ARGV. *& futuri etiam in tranſacto. Id enim quo diuidetur præteritum tempus, & conſequens terminabit.*

C Si autem diuiſiblie eſt ipſum nūc, erit aliquid quod factum eſt in futuro, & futuri in eo quod factum eſt. Secundū quod enim diuidetur hoc, determinat præteritum & futurum tempus.

Prima ratio. Et hoc triplici ratione. Quarum prima eſt, qa, ſi nunc ſit diuiſibile. ſequeť quòd aliquid de ꝓterito ſit in futuro, & aliquid futuri ſit in ꝓterito. Cum. n. nunc ſit extremum præteriti, & extremum futuri: omne aūtē extremum in eo cuius eſt extremum, ſicut punctum in linea: neceſſe eſt quòd totum nunc & ſit in tēpore præterito, vt finis, & in tēpore futuro, vt principium. Sed, ſi nunc diuidat. oportet quòd illa diuiſio determinet præteritum & futurum, omnis. n. diuiſio in tpe facta, diſtinguit ꝓteritum & futurum, cū oīum partium tēporis vna comparetur ad aliā, vt præteritum ad futurum: ſequeť ergo, quòd ipſius nunc aliquid ſit præteritum, & aliquid futurum, & ita, cum nunc ſic in præterito & in futuro, ſequeť quòd aliquid futuri ſit in ꝓterito D & aliqd præteriti ſit in futuro. Secundā rationē ponit ibi.

Præterea, nec ipſum nūc per ſe, ſed per aliud erit. Diuiſio enim non eſt ipſius, quod eſt per ſe. ARGV.

Simul aūt, & non per ſe erit hoc nūc, ſed ſm alterū. diuiſio. n. non eſt per ſe ipſius, quod eſt. Te. cō. 27.

Quia ſi nūc ſit diuiſibile. nō erit nūc ſm ſeipſum, ſed ſm alterum: nullum. n. diuiſibile eſt ſua diuiſio, qua diuiditur: ipſa aūtē diuiſio tēporis eſt nunc. Nihil. n. aliud eſt diuiſio cōtinui, q̄ terminus cōmunis duabus partibus: hoc autem intelligimus per nunc, quod eſt terminus cōmunis ꝓteriti & futuri. Sic ergo manifeſtum eſt, cp id quod eſt diuiſibile, nō poteſt eſſe nunc ſm ſeipſum. Tertiā rationē ponit ibi. Secūda tō.

Et inſuper ipſius nunc aliud tranſactum, aliud conſequens erit, & non ſemper idē, aut præteritum, aut futurū neq; nunc idē. multis eſt enim diuiſionibus, diuiſibile tem ARGV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus. Quod si hæc ipsi nunc ineße non possunt, ipsum profecto nunc quod est vtroq; in tẽpore: idem ẽße necesse est.

Adhuc aũt, ipsius nũc hoc quidẽ actum erit, illud autem futurũ, & non semper idem factum est, & futurum. Neq; itaq; ipsum nunc, idem est simul. multipliciter enim diuisibile est tempus.

tex.28. Quare si hæc impossibile est ineße ipsi nunc, necesse est idem esse ei quod in vtroq; nunc est.

Tertia ratio. Quæ talis est. Semper facta diuisione tẽporis, vna pars est ꝑterita, & alia futura. Si igit & nũc diuidat, oportet ꝙ aliquid eius sit præteritum & aliqd futurum. sed non idẽ sibi ipsi, quasi totum simul existẽs, quod est contra rationẽ eius quod dicitur nunc. Cum.n. dicimus nũc intelligimus simul in præsenti esse. Sed oportebit multã diuersitatẽ esse in nũc & succeßionem, sicut & in tẽpore, quod multipliciter est diuisibile. Sic ergo ostẽso ꝙ nunc sit diuisibile, quod erat consequens ad hoc quod dicebatur non esse idẽ nunc, quod est extremum præteriti & futuri, & destructo consequente concludit destructionem antecedentis. Et hoc est quod dicit ꝙ, si hoc est impossibile ineße ipsi nunc, s. ꝙ sit diuisibile, necesse est dicere, ꝙ idem sit nunc, quod est extremum vtriusq; temporis. Deinde cum dicit.

ARGV. *At vero si sit idem, patet & indiuisibile esse. Nam, si diuisibile sit ea rursus eueniẽt, quæ antea accidebant. Esse igitur in tempore indiuisibile quid, quod ipsum nunc dicimus ẽße, ex hisce, quæ diximus, perspicuum iam euasit.*

tex.29. At vero si idem est, manifestum ꝙ & indiuisibile. Si.n. diuisibile est, iterum contingent eadẽ, quæ & prius. Quod igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum Nunc, manifestum est ex his, quæ dicta sunt.


Ostẽdit ꝙ cõtrario, si idẽ est nunc præteriti & futuri, necesse est ꝙ nũc sit indiuisibile: quia si esset diuisibile, sequerentur oĩa prædicta inconuenientia. Et sic ex quo non potest dici ꝙ nunc sit diuisibile, quasi existẽte altero nunc præteriti et altero nũc futuri: nec etiã est diuisibile si ponat idẽ, cõcludi manifestũ esse ex dictis, ꝙ necesse est in tẽpore esse aliquid indiuisibile, quod dicit nunc. Deinde cum dicit.

ARGV. *At qui nihil in ipso nunc moueri ex hisce patebit, quæ deinceps dicemus. Nam, si quippiã in ipso moueri possit. fiet ut celerius in ipso, ac tardius moueatur. Sit itaq; nunc ipsum N, atque in ipso celerius mobile longitudinẽ transeat A B literis designatam. Igitur mobile tardius minorem in eodem longitudinem pertransibit. Designetur & ipsa, & sit A G. Quoniam autẽ mobile tardius in toto nunc ipso longitudinem A G. pertransiuit, celerius mobile per eandem in minore sanè mouebitur. Quare ipsum nunc diuidetur: at erat indiuisibile: fieri ergo non potest, vt quicquã in ipso nunc moueatur.*

Quod aũt nihil in ipso Nũc mouetur, ex his manifestũ est. si nãq; esset, cõtingit & velocius moueri in ipso nunc, & tardius. Sit igit ipsum nũc in quo N, moueatur aũt velocius, in ipso per A B. Ergo tardius in ipso per minorẽ quã sit A B, mouebitur, vt per A G. Quoniam aũt tardius in toto ipso nunc mouebat per A G, velocius in minori q̃ hoc mouebit. quare diuideẽ ipsum nunc: sed erat indiuisibile: nõ ergo est moueri in ipso nũc.

tex.30. Ostendit ꝙ in nunc nõ potest esse nec motus, nec quies. Et primo ostendit de motu, Secũdo de quiete. ibi [At vero neq; quies esse.] Dicit ergo primo manifestum esse ex ñs, quę sequunt, ꝙ in nunc nihil possit moueri, quia si aliquid poteſt moueri in nunc, continget in nunc moueri duo mobilia, quorũ vnum sit velocius, & aliud tardius. Sit ergo ipsum nũc. N, & aliquod corpus velocius moueatur in N, per A B magnitudinem. sed tardius in æquali minus mouetur: ergo tardius in hoc instanti mouetur per minorem magnitudinem, quæ est A G, Sed velocius idem spatium pertrãsit in minori q̃ tardius. quia ergo corpus tardius mouebatur ꝑ A G magnitudinem in toto ipso nũc sequitur ꝙ velocius moueatur per eandem magnitudinem in minori q̃ nunc, ergo nunc diuiditur. Sed ostẽsum est ꝙ nunc est diuisibile: ergo non potest aliquid moueri in nunc. Secundo ibi.

Demonstratio ostendens quòd in ipso Nunc motus ẽße non potest.



ARGV. *At vero nec in eodem quicquã quiescere potest: Quiescere enim id dicebamus, quod est aptum vt moueatur & non mouetur tunc cum aptum est moueri, & vbi, & quemadmodum moueri est aptum quare, cum in ipso nũc nihil sit aptum moueri, patet nihil etiam in eodem quiescere aptum esse.*

tex.ca.32. At vero neq; quiescere. quiescere enim diximus aptum natum moueri, quod non mouetur quando aptum natum est, & quo, & sic. Quare quoniam in ipso nunc nihil aptũ natum est moueri, manifestum, quia neq; quiescere.

Prima ratio. Ostendit idẽ de quiete trib⁹ rationibus. Quarum prima talis est. Dictum est.n. in quinto ꝙ illud quiescit, quod est aptum natum moueri, & non mouet qñ aptum natum est moueri, & fm illã partẽ qua natum est moueri: vel eo modo, quo natum est moueri. Si.n. aliquid caret eo, quod non est natum habere, vt lapis visu: aut eo tẽpore, qñ nõ est natum habere, vt canis ãnte nonum diẽ, aut in ea parte, qua nõ natum est habere sicut in pede vel in manu: aut eo modo, quo nõ natũ est habere, vt si homo nõ videat ita acute vt aquila nõ propter hoc dicit esse priuatũ visu: quies aũt est priuatio motus, vnde nihil quiescit nisi quod est aptum natum moueri, & qñ, & sicut natũ est moueri. sed ostẽsum est ꝙ nihil aptũ natũ est moueri in ipso nunc, ergo manifestũ est ꝙ nihil quiescit in nunc. Secũdã rationẽ ponit ibi.

ARGV. *Præterea, si nunc ipsum in vtrisq; temporibus idẽ est, fieriq; potest, vt in horum temporum alter e toto quippiã moueatur: in altero toto quiescat: atq; id quod toto in tempore mouetur, in quouis ipsius mouebitur, in quo ipsum moueri potest: & id, quod quiescit simili modo quiescet,*

Nota de gratiatue oppositis modor.

fiet

fiet profecto ut idem moueatur simul, atq; quiescat ipsum enim nunc ultimum utrorunq; temporum est.

tex.ca.31. Amplius si idem quidem nũc in vtrisq; tẽporibus est. contingit aũt hoc quidẽ moueri, illud aũt quiescere per totũ. quod aũt mouetur in tpe toto, in quolibet mouebit hoc, fm quod aptum natũ est moueri, & quiescens similiter quiescet: cõtingit idẽ simul quiescere & moueri. Idem.n. vltimum temporum vtrorũq;, ipsum nunc est.

Secunda ratio Quę talis est. Illud, quod mouetur in toto aliquo tempore, mouetur in quolibet illius temporis, in quo natũ est moueri: & similiter quod quiescit in aliquo toto tẽpore, quiescit in quolibet illius temporis in quo natum est quiescere. Sed idem nunc est in duobus tẽporibus, in quorũ vno toto quiescit, & in altero toto mouetur, sicut apparet in eo, quod post quietem mouetur, & post motum quiescit. Si igitur in nũc aliquid natum est quiescere & moueri, sequeretur ꝙ aliquid simul quiesceret & moueret, quod est impossibile. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGV. *Insuper id quiescere dicimus, quod similiter se habet, & ipsum, & partes nunc atq; prius: at in ipso nunc nõ est prius (ut patet): quare nõ sit, vt in ipso quicquã quiescat. Quæ cum ita sint: necesse est, & id quod mouetur, & id quod quiescit, in tempore moueatur atq; quiescat.*

Ter.cõ.32. Amplius autẽ, quiescere quidem dicimus id, quod similiter se habet et ipsum et partes, & nũc prius: in ipso nunc autem non est prius: quare neq; quiescere. Necesse est ergo, et moueri quod mouetur, in tempore, & quiescere, quiescens.

Tertia ratio. Quæ talis est. Illud dicimus quiescere, quod se habet similiter, & nunc & prius, & fm se totum, & fm partes suas. Ex hoc.n. dicitur aliquid moueri, quod nunc & prius dissimiliter se habet, vel fm locũ, vel fm quãtitatẽ, vel fm qualitatẽ. Sed in ipso nunc non est aliquid prius quia: sic nunc esset diuisibile (quia si prius, pertinet ad præteritum) ergo non contingit in nunc quiescere. Ex hoc aũt vlterius cõcludit, ꝙ necesse est omne quod mouetur, & omne quod quiescit, moueri & quiescere in tempore. Deinde cum dicit.

ARGV. *Omne aũt quod mutatur diuisibile ẽße necesse est. Nã cũ è quodam in quoddam sit omnis mutatio, cum est quidem in eo in quod est mutatum, non ulterius, ut patet, mutatur: cum vero est in eo, ex quo est mutatio, et ipsum & omnes partes nondum mutatur. Quod.n. eodem modo se habet, & ipsum & partes, id nõ mutatur. Necesse est igitẽ ipsum partim in hoc, partim in altero esse. neq;.n. in vtroque, neq; in neutro ẽße potest. Dico aũt in quod mutatur primũ mutatione, vt fuscum cum ex albo mutatur, nõ in nigrũ. Non.n. id, quod mutat in vtrouis extremorũ esse, necesse est. Patet igitur, oẽ quod mutatur, diuisibile esse.*

Quod aũt mutatur omne, necesse est diuisibile esse. Quoniã.n. ex quodã in quiddam omnis mutatio est: & cũ quidem sit in hoc, in quod mutatum est, non amplius mutatur: cũ aũt est in eo ex quo mutatum est, & ipsum & partes oẽs non mutantur. quod.n. similiter se habet & ipsum & partes omnes nõ mutatur: necesse igitur est quidem aliquid in hoc esse, aliud vero in altero mutantis. non.n. in vtrisq;, neq; in neutro pole est totum esse. Dico aũt in quod mutatur primum secundum mutationem, vt ex albo in fuscũ, non in nigrum. non.n. necesse est, quod mutatur in

A quocunq; esse vltimorum. Manifestum igitur est ꝙ omne, quod mutatur, erit diuisibile.

Ostendit ꝙ omne quod mouetur est diuisibile tali ratione. Omnis mutatio est ex quodam in quiddam: sed qñ aliquid est in termino ad quẽ mutatur, vlterius nõ mutatur, sed iam mutatum est. non.n. simul aliquid mouetur, & mutatum est, vt supra dictum est: qñ vero aliquid est in termino ex quo mutatur, fm se totum & fm omnes partes suas, tunc nõ mutatur. dictum est.n. ꝙ illud, quod similiter se habet, & ipsum, et omnes partes eius, non mutatur, sed magis quiescit. Addit aũt [& oẽs partes] quia, cum aliquid incipit mutari, non simul totum egreditur de loco, quem prius occupabat, sed pars post partem. Neq; iterum potest dici ꝙ sit in vtroq; termino fm se totum, & fm partes suas dum mouetur: sic.n. aliquid esset simul in duobus locis. Neq; itetum potest dici ꝙ in neutro terminorum sit. loquimur.n. nunc de proximo termino, in quem mutatur, & nõ de vltimo extremo. Sicut, si ex albo aliquid mutet in nigrum, nigrum est vltimum extremum, fuscum vero est proximũ. Et similiter, si sit vna linea diuisa in tres partes æquales, s. linea A B C D, manifestũ est, ꝙ mobile in principio motus est in parte A B, sicut in loco sibi æquali. contingit tñ in aliqua parte sui motus non esse, neq; in A B, neq; in C D. qñq;.n. est totum in B C. Cum ergo dr ꝙ illud, quod mutatur, quando mutatur non potest in neutro esse, accipitur non extremus terminus, sed proximus. Relinquitur ergo ꝙ omne, quod mutatur, dum mutatur, fm aliquid sui est in vno, & fm aliquid sui est in altero. sicut, cũ aliquid mutatur de A B in B C in ipso moueri, pars quæ ægreditur de loco A B, ingreditur locum B C. Et quod mouetur de albo in nigrum, pars, quæ desinit esse alba: fit fusca vel pallida. Sic igitur manifestum est ꝙ omne, quod mutatur, cũ sit partim in vno & partim in altero, est diuisibile. Sciendum est aũt ꝙ Cõmentator in hoc loco mouet dubitationem de hoc, ꝙ si Arist. non intendit hic demonstrare ꝙ mobile sit diuisibile, nisi de mobili quod mouet motu, quẽ dixit esse in solis tribus generibus. s. quantitate, qualitate, & vbi demõstratio sua nõ erit vniuersalis sed particularis: quia etiã quod mutat fm substantiã diuisibile inuenitur. Vnde videt ꝙ intelligat de eo, quod, trãsmutatur fm quãcunq; trãsmutationẽ, vt includatur generatio et corruptio in substantia. Et hoc etiam ex ipsis verbis eius apparet. non.n. dicit quod mouetur, sed quod mutatur. Sed tunc videt sua demõstratio nõ valere. quia aliquæ trãsmutationes sunt indiuisibiles, sicut ipsa generatio substãtialis & corruptio, quæ nõ sunt in tpe: & in hmõi trãsmutationib⁹ nõ est verũ, ꝙ illud, quod mutat, sit partim in vno, partim in alio. non.n. cum ignis generat, partim est ignis, partim nõ ignis. Et inducit ad hoc plures solutiones, quarũ vna est Alex. dicẽtis ꝙ nulla trãsmutatio est indiuisibilis, aut in nõ tpe. Sed hoc reprobatur, quia ꝙ hoc destruitur quoddã probabile & famosum apud Arist. et oẽs pipateticos. s. ꝙ aliquę trãsmutationes sint in nõ tpe, vt illuminatio, & alia huiusmodi. Inducit etiã solutionem

D Themistij dicentis, ꝙ etsi sit aliqua trãsmutatio in non tpe, tñ hoc latet, & Arist. vtit eo, quod est manifestũ. s. ꝙ trãsmutatio fit in tẽpore. Et hoc reprobat. quia eodẽ modo se hẽt de diuisione mutationis & mutabilis. Et adhuc videtur latẽre diuisibilitas mobilis q̃ mutationis. Vnde demõstratio Arist. non esset efficax, quia posset aliquis, dicere, ꝙ licet ea, quæ mutantur mutationibus maxime diuisibilibus, sint diuisibilia, sunt tñ aliqua mutabilia latentia, quæ sunt indiuisibilia. Ponit etiã solutionẽ Auẽpace dicẽtis, ꝙ hic nõ agit de diuisione mutabilis fm quantitatẽ, sed de diuisione mutabilis fm ꝙ subiectũ diuiditur ꝑ accidẽtia contraria, de quorum vno mutatur in alterũ. Et addit postea suã solutionẽ, ꝙ illæ mutationes, quæ dñr fieri in non tẽpore, sunt termini quorundã motuum indiuisibiliũ. Accidit ergo aliquid trãsmutari in nõ tẽpore, inquãtum, s. quilibet mot⁹ terminat in instãti. Et ga illud quod est per accẽs, ptermittit in demõstrationibus, ideo illo Arist. in hac demõstratione vtit, ac si omnis mutatio sit diuisibilis & in tpe.

Dubium. An mobile quocũq; motu, ac mutatione, diuisibile ostendat ex Arist. verbis.

Sol. Auemp.

Sol. Auer.

Sententia Tho.

Sed,

Sed,si qs recte cõsideret,hæc obiectio non est ad ꝓpositũ. Non enim Arist.in sua demonstratione vtitur quasi principio,ꝙ omnis sit mutatio diuisibilis, cum magis econuerso,ex diuisionem mobilis procedat ad diuisionem mutationis,vt infra patebit,& sicut ipse post dicet, diuisibilitas per prius est in mobili, ꝙs in motu vel mutatione. Sed utitur principijs per se notis, quę necesse est concedere in quacunque mutatione,s.ꝙ illud quod mutatur,qũ est ſm totum et partes in termino à quo mutatur, nondum mutatur ſm illam mutationem:et ꝙ,qũ est in termino ad quem,non mutatur,sed mutatum est:& ꝙ non potest esse nec in utroq; totum, nec in neutro,sicut expositum est. Vnde ex necessitate sequitur, ꝙ in qualibet mutatione illud quod mutatur,dũ mutatur,sit partim in vno termino, & partim in alio. Sed hoc diuersimode inuenitur in diuersis mutationibus. In illis enim mutationibus, inter quarum extrema est aliquod medium, contingit ꝙ id,quod mutatur,dũ mutat, partim sit in vno extremo, & partim in alio ſm ipsa extrema. In illis vero,inter quarum terminos non est aliud medium,id, quod mutat non est ſm diuersas partes suas ī diuersis extremis ſm ipsa extrema,sed ſm aliquid ei adiunctũ.sicut,cum materia mutat de priuatione ad formam ignis, dum est in ipso mutari,est quidem sub priuatione ſm seipsam, sed partim est sub forma ignis non secũdũ seipsam, sed ſm aliquid ei adiunctũ, s.secundũ dispositionẽ propriã ignis, quã partim recipit antecẽs formã ignis habeat. Vnde infra probabit Arist.ꝙ ẽt generatio & corruptio sunt diuisibiles:quia, quod generatur, prius generabat:& quod corrũpitur prius corrumpebat. Et forte hoc modo intellexit Alex.ꝙ omnis transmutatio est diuisibilis.s.vel ſm seipsam,vel secundum motum ei adiũctum.Sic etiam intellexit Themistius, ꝙ Arist.assumpsit id quod erat manifestũ:et pretermisit id quod erat latẽs:quia nondum erat locus tractandi de diuisibilitate vel indiuisibilitate mutationum,sed hoc reseruat in posterum. In omnibus tamen vel diuisibilibus vel indiuisibilibus saluatur quod Arist,hic dicit:quia etiã quæ dicuntur indiuisibiles mutationes,sunt quodammodo diuisibiles non secũdum propria sua extrema, sed per ea quæ eis adiunguntur. Et hoc est quod Auer. voluit, ꝙ hoc est per accidẽs aliquas mutationes esse in non tempore. Est etiã hic alia dubitatio. Non enim videtur hoc verum in motu alterationis,ꝙ id quod alteratur,partim sit in vno termino & partim in altero dũ alteratur. Non enim sic procedit motus alterationis, ꝙ prius vna pars alteretur, & postea altera:sed totum prius est minus calidum,& postea magis calidum. Vnde etiã Arist.in lib.de Sensu & Sensato dicit,ꝙ nõ similiter se habet in alteratione sicut in latione, lationes nã quę rationabiliter mediũ prius attingũt. Quæcunq; vero alterantur non adhuc similiter. Contingit enim simul alterari: & non dimidium prius velut aquam omnem simul coagulari. Est autem ad hoc dicendum ꝙ Aristo. in hoc Sexto libro agit de motu secundum ꝙ est continuus. Continuitas autem primo & per se & proprie inuenitur in motu locali tantum, qui solum potest esse continuus & regularis, vt ostendetur in octauo. Et ideo demonstrationes in hoc libro positæ pertinẽt quidem ad motum localem perfecte, ad alios autem motus non totaliter, sed secundum ꝙ aliquid continuitatis & regularitatis participant. Sic ergo dicendum est,ꝙ mobile secundum locum,semper prius subintrat locum, in quem tendit ſm partem q̃ secundum totum:in alteratione autẽ est quidem vt sic,est autem vt non. Manifestum est enim ꝙ omnis alteratio fit ꝑ virtutẽ agẽtis quod alterat, cuius virtus quanto fuerit maior, tanto magis corpus alterare potest.quia igitur alterans est finitæ virtutis, vsq; ad determinatam quãtitatem corpus alterabile subditur eius virtuti, et simul recipit:impressionem agentis,vnde simul alteratur totum, non pars post partem. Sed illud alteratum iterum alterat aliquid aliud sibi cõiunctũ: est tamen minoris efficacię in agendo, & sic inde quousq; deficiat virtus alterativa. sicut ignis calefecit vnam partẽ aeris statim,& illa calefacta calefacit aliam, & sic pars post partẽ alteratẽ. Vnde & Arist.in libro de Sẽsu & sen. post ver

Quæstio. An mobile ſm alterationẽ, dũ alteratur, partim sit in vno, & partim in altero termino sit.

Solutio.

E ba ꝓmissa subiungit [Attamẽ si multum fuerit quod calefiat aut coagulatur, habitũ ab habito patitur. Primũ autẽ ab ipso faciente transmutari necesse est,& simul alterari,& subito.] Veruntamẽ & in hoc ipso, quod simul alteratur, est quandam successionem consyderare. quia, cũ alteratio fiat per contactum alterantis,partes alterati quanto magis appropinquant ad corpus alterans, perfectius a principio recipiunt impressionem alterantis: & sic successiue secundum ordinem partium ad perfectam alterationem perueniunt, & maxime quando in corpore alterabili est aliquid contra resistens alteranti. Sic ergo id,quod concludit(ꝙ videlicet id, ꝙ mutatur, dum mutatur partium est in termino a quo,& partim in termino ad quẽ: quasi vna pars prius perueniat ad terminum ad quem q̃ alia) simpliciter & absolute verum est in motu locali: in motu autem alterationis aliqualiter,(vt dictum est.) Quidã vero econuerso dixerũt,ꝙ hoc,quod hic dicitur,magis habet veritatem in motu alterationis,q̃ in motu locali. Dicunt enim ꝙ hoc, quod dicitur, ꝙ id quod mutatur partim est in termino a quo,& partim in termino ad quem, non sic est intelligendum, ꝙ vna pars eius quod mouetur sit in vno termino, & alia in alio, sed est referẽdum ad partes terminorũ:quia.s.id quod mouetur partem habet de termino a quo, & partem de termino ad quem,sicut illud quod mouetur de albedine in nigredinem,primo non habet perfecte albedinẽ,nec perfecte nigredinem,sed aliquid participat imperfecte de vtroq;.In motu aũt locali hoc non videtur verum, nisi ſm id quod mouetur,dũ est in medio duorum terminorum, quodammodo aliquid participat de vtroq; extremo. sicut, si terra moueatur ad locum ignis, dum est in loco aeris in suo moueri partem habet vtriusq; termini,inquantum.s.locus aeris & est sursum respectu loci terræ,& deorsum respectu loci ignis. Hęc aũt expositio extorta est,& contra opinionem Aristo. Et primo quidẽ apparet hoc ex ipsis verbis Arist. Concludit enim, necesse igit quidem aliquid in hoc esse, aliud vero in altero mutãris,i.eius quod mutatur. Loquitur ergo de partibus mobilis, non de partibus terminorũ. Secundo ex eius intentione, inducit.n.ad probandum, id quod mutatur esse diuisibile: quod non posset concludi ex ꝓmissis. Vnde & Auempace dixit,ꝙ non intendit hic ꝓbare ꝙ mobile sit diuisibile in partes quãtitatiuas,sed ſm formas:inquantum,s.id,quod mutatur de cõtrario in contrarium,dum est in ipso mutari, habet aliquid de vtroq; contrario. Sed intentio Arist. est expresse ostendere, ꝙ mobile est diuisibile in suas partes quantitatiuas, sicut & alia continua. Et sic vtitur in sequentibus demonstrationibus.

Nec hoc videtur esse conueniens, quod dicunt quidam, ꝙ ꝑ hoc probatur ẽt diuisibilitas mobilis ſm cõtinuitatẽ. Quia ꝙ hoc ꝙ mobile, dum mouet participat vtrumq; terminum,& nõ statim habet perfecte terminum ad quẽ,manifestum est mutationẽ esse diuisibilẽ ſm continuitatẽ: & ita, cũ diuisibile non possit esse in indiuisibili,sequit ꝙ ẽt mobile sit diuisibile,vt continuũ.Manifeste.n. Arist. in subsequentibus ostendit diuisionẽ motus ex diuisione mobilis.vnde,si intenderet concludere diuisionem mobilis per diuisionem motus,esset demonstratio circularis. Tertio apparet hanc expositionem esse inconuenientẽ ex ipsa expositione Arist. cum dicit[Dico autem in quod mutatur primum secundum mutationẽ.] Ex quo apparet ꝙ non intẽdit dicere,ꝙ partim sit in termino a quo, & partim in termino ad quẽ propter hoc ꝙ sit in medio, quod participat vtrunq; extremum,sed quia secundum vnam partem sui est in vno extremo, & secũdum aliam in medio. Sed circa hãc expositionem Arist, dubium esse videtur quod dicit[in quod primum mutatur] non enim videtur posse accipi in quod primum mutatur propter diuisibilitatem magnitudinis in infinitum. Et ideo dicendum est quòd id, in quod primum mutatur in motu locali, dicitur locus, qui contangit locum a quo mutatur, ita quòd nihil est eius. Si enim acciperetur secundus locus, qui haberet aliquid primi, non esset accipere primum locum,in quem mutatur. Quod sic patet.

Albertus.

Ostensio,

Ostensio, quòd si accipiatur aliquis secundus locus,qui habeat aliquid primi loci, non est accipere primum locum, in quem mobile mutatur.



Sit locus vnde mutatur aliquod mobile A B, & locus ei contactus æqualis sit B C quia enim A B diuisibile est diuidatur in punctο D,& sumatur de loco B C versus C quod est æquale ei quod est B D, & sit illud G C. Manifestum est igitur,quod mobile prius mutatur ad locum D G,quàm ad locum B C. & iterum,cum A D sit diuisibile, erit accipere aliũ locum priorẽ: & sic in infinitum. Et similiter in motu alterationis accipiendum est primum in quod mutat, mediũ alterius speciei,sicut cum mutatur de albo in nigrum,accipi debet fuscum,non autem minus album.

LECTIO VI.

Modos quosdam,quibus motus diuiditur:quę item simul cum motu diuiduntur per singula exponit.

ARGV. *Motus autem duobus est diuisibilis modis, vno quidem modo tempore, altero uero ratione partium eius quod subit motum. Veluti si A C totum mouetur: & A B, & B C sane mouebitur.*

Text.com. 33. MOtus autem est diuisibilis dupliciter. vno quidem modo tempore,alio vero, secundum motus partium illius, quod mouetur. Vt si ipsum A C mouetur totum, & A B, mouebitur, & B C.

Præmissis quibusdam quæ sunt necessaria ad diuisionem motus, hic incipit agere de diuisione motus. Et diuiditur in partes duas, In prima agit de diuisione motus, In secunda ex determinatis excludit quosdam errores circa motum ibi [Zeno autem derationatur. [Prima autem pars diuiditur in partes duas, In prima determinat de diuisione motus, In secunda de diuisione quietis.ibi[Quoniam autem omne aut mouetur.] Prima diuiditur in duas,In prima agit de diuisione motus: in secunda de finito & infinito circa motum (vtrunque enim videtur ad rationem continui pertinere, scilicet diuisibile, & infinitum) ibi [Quoniam autem omne quod mouetur in tempore mouetur.] Prima pars diuiditur in duas, In prima ostendit quomodo motus diuiditur, In secunda agit de ordine partium motus. ibi [Quoniam autem omne quod mutatur ex quodã.] Circa primum duo facit,Primo ponit duos modos quibus motus diuiditur. Secundo ostendit quæ sunt illa quæ simul diuiduntur cum motu. ibi[Quoniam autem omne quod mouetur in aliquo. Circa primum duo facit. Primo ponit modos quibus motus diuiditur.Secundo exponit eos ibi[Sit igitur ipsius A B.] Dicit ergo primo, quòd duobus modis diuiditur motus, Vno modo secundum tempus, quia ostensum est, quòd motus non est in nunc,sed in tempore. Alio vero modo diuiditur secundum motus partium mobilis.Sit enim A C mobile,& diuidat: ostensum est enim omne quod mouetur diuisibile esse. Si ergo ipsum A C totum mouetur,necesse est quòd moueatur vtraque pars eius scilicet A B, & B C. Est autem consyderandum,quòd diuisio motus secundum partes mobilis potest intelligi dupliciter. Vno modo vt pars post par

Text. 75.

Text. 67.

Text. 60.

Text. 40.


Text. 37.

Infra.

A tem moueatur:quod quidem non est possibile in eo, quod secundum se totum mouetur: quia eius quod secundum se totum mouetur, omnes partes simul mouentur, non quidem seorsum a toto, sed in ipso toto. Alio modo potest intelligi ista diuisio motus secundum partes mobilis,sicut & diuisio cuiuslibet accidentis cuius subiectum est diuisibile, attenditur secundum diuisionem sui subiecti: sicut, si totum hoc corpus est album, secundum diuisionem corporis diuidetur per accidens albedo. Et sic accipitur hic diuisio motus secundum partes mobilis, vt sicut vtraque pars mobilis, simul mouetur in toto, ita motus vtrarũque partium sint simul. Et per hoc, ista diuisio motus, quæ est secundum partes mobilis,est alia ab illa,quæ est secundum tempus,in qua duæ partes motus non sunt simul. Si tamen motus partis vnius comparetur ad motum partis alterius, non simpliciter, sed secundum aliquod signum determinatum,sic motus vnius partis etiam tempore præcedit motum alterius partis. Si enim mobile A B C moueatur in magnitudine E F G, ita quòd E F sit æquale toti A C: manifestum est,quòd hoc signum F, secundum prius pertransibit B C, quàm A B: & secundum hoc simul curret diuisio motus secundum partes temporis, & secundum partes mobilis. Secundo ibi.

B

Ostensio, quòd motus vnius partis comparatus ad motum alterius partis non simpliciter, sed secundum aliquod signum determinatum, tempore præcedit motum alterius partis.



C

Atque, sit partis quidem A B motus D E, partis vero E C motus E F. Totum igitur motum D F ipsius A C mobilis motum esse necesse est. Etenim hoc ipso motu mouebitur,quippe cum vtraque pars, vtroque moueatur motu: & nihil alieno motu, sed proprio moueatur. Quare totus motus totius est magnitudinis motus. ARGV.

Sit igitur ipsius quidem A E, qui est D E. motus: B C autem qui est E F motus partium. necesse est igitur tot ũ in quo est D F ipsius A C esse motum. mouebitur enim secundum hunc.quippe, cum vtraq; partium mouetur secundum vtrũq;. nulla enim mouebitur ſm alterius motũ. Quare totus motus, totius est magnitudinis motus.

D

Manifestat positos modos. Et primo ostendit quòd motus diuidatur secũdam partes mobilis. Secundo quòd diuidatur secũdam partes temporis. ibi [Alius autem secundam tempus est.] Primum ostẽdit tribus rationibus. Quarum prima talis est. Ex quo moto toto mouentur partes motus illius partis, quæ est A B, sit D E, & motus alterius partis,quæ est B C, sit E F. Sicut ergo totum mobile A C componitur ex A B, & B C, ita totus motus D F componitur ex D E,& E F. Cum ergo vtraque partium mobilis moueatur secundum vtramque partium motus, ita tamen quòd neutra pars mobilis mouetur ſm motum alterius partis (quia


Text.36.

ſm

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſm hoc totus motus eſſet vnius partis, quæ moueretur motu ſuo, & motu alterius partis (oportet dicere quòd totus motus D F. ſit totius mobilis A C, & ſic motus totius diuiditur per motum partium. Secundam rationem ponit ibi.

Prima demonſtratio oſtendens, quòd motus diuiditur ſecundum diuiſionem mobilis.




ARGY. *Præterea, ſi motus quidem omnis alicuius eſt motus: totus autem* D E *motus, neq;* A B, *neque* B C *eſt partis (pars enim partis eſt motus: neq; cuiquam tribuitur alij: cuius nãq; totius totus eſt motus, eius & partium partes ſunt: partes aũt* D E Z *partium* A B C, *& non aliorum ſunt motus. plurium enim vnius motus eſſe non poteſt) totus profecto motus* D Z *totius* A C *magnitudinis motus erit.*

Te.68.34. Amplius autem, ſi omnis motus alicuius eſt, totus autem motus, qui eſt in quo eſt D Z, neque partium eſt neutræ (partis enim vtraq; eſt, neq; alterius nullius: cuius enim totus, totius, & partes, partium ſunt: partes autem ipſius D Z ſunt ipſarum, quæ ſunt A B C, & nullarum aliarum: plurium enim non erat vnus motus) & vtique totus motus erit ipſius A B C, magnitudinis.

Secunda rõ. Quæ talis eſt. Omnis motus eſt alicuius mobilis. totus autem motus D Z neque eſt alterius partium: quia neutra mouetur ſecundum totum motum, ſed vtraque mouetur ſecundum partes motus, vt dictum eſt. Neque iterum poteſt dici quòd ſit motus cuiuscunque alterius mobilis ſeparati ab A C: quia, ſi totus ille motus eſſet totius alterius mobilis, ſequeretur quòd partes huius motus eſſent partiũ illius mobilis: ſed partes huius motus, qui dicitur D Z ſunt partium huius mobilis: quę ſunt A B C, & nullarum aliarum: quia, ſi eſſent et harum & aliarum, ſequeretur quòd vnus motus eſſet plurium, quòd eſt impoſsibile. Relinquitur ergo quòd totus motus ſit totius magnitudinis. ſicut et partes partium. & ita motus totius diuiditur ſecundum partes mobilis. Tertiam rationem ponit ibi.

Demonſtratio ſecunda oſtendens idem quòd ſupra.



E *Inſuper ſi totius* A C *magnitudinis alius quidam ſit motus, ceu* T I *auferentur ab ipſo utrærunq; partium motus. qui quidem æquales erunt motibus* D E, *&* E Z. *Vnus enim vnius eſt motus. quare, ſi totus* T I, *motus in motus partium diuidetur, motus* T I, *motui* D Z *erit æqualis. Sin vero ſtabit aliquid* V T K, *hic nullius erit motus, vt patet. Neque enim totius, neque partium: quia motus vnius eſt vnus. At neque cuiquam alij tribuetur, continuus enim motus, continuorum quorundam eſt motus. Eadem erit profectò ratio & ſi* D E Z *exceſſerunt in diuiſione motus* T I. *Quare, ſi hoc eſſe non poteſt, eundem atq; æqualem eſſe neceſſe eſt. Hæc igitur diuiſio ratione partium eius, quod mouetur, atque cuiuslibet partibilis ipſam eſſe neceſſe eſt.* ARGY.


F

Amplius autem ſi eſt quidem totius alius motus, vt in quo T I, remouebitur ab eo qui ſit vtrarunque partium motus, hi autem æquales erant iſs, quæ ſunt D E Z: vnius enim vnus motus. quare, ſi totus quidem diuidetur, qui eſt T I in partium motus, æqualis erit, qui eſt T I ei, qui eſt D Z. Si vero deficit aliquid, vt quod eſt K I, hic nullus erit motus, neque enim totius, neque partium, propter id quod vnus vnius eſt. neque alterius nullius eſt. Continuus enim motus eſt continuorum quorundam. Similiter autem eſt & ſi excellat ſecundum diuiſionem. quare ſi hoc impoſſibile eſt, neceſſe eundem eſſe, & æqualem. Hæc igitur diuiſio ſecũdum partium motus eſt, & neceſſe omnis eſſe partibilis, ipſam. Te.68.35. G

Quæ talis eſt. Omne, quod mouetur, habet aliquem motum. Si igitur totus motus, qui eſt D Z, non ſit totus mobilis, quod eſt A C oportet quòd aliquis alius motus ſit eius. Et ſit ille motus T I. Ab hoc ergo motu, qui eſt T I, auferatur per diuiſionem motus vtrarũque partium, quos oportet eſſe æquales iſs, quæ ſunt D E Z hac ratione: quia vnius mobilis non eſt niſi vnus motus: vnde non poteſt dici quòd motus partium, quæ auferuntur a motu T I, qui ponitur eſſe totius, ſint maiores aut minores quàm D E, & E Z qui ponebantur motus earundem partium. Aut ergo motus partium conſumunt per diuiſionem totum T I, aut deficiunt ab eo, aut ſuperexcedunt. Si conſumunt totum T I, et non excedunt, nec deficiunt, ſequitur quòd motus T I, ſit æqualis D Z, qui eſt motus partium: & non differat ab eo. Si autem motus partium deficiũt à T I, ita quòd T I excedat D Z in K I, iſta pars motus, quæ eſt K I, nullius mobilis erit. Non enim eſt motus totius A C, neque, partium eius: quia vnius non eſt niſi vnus motus: & tã toti quàm partibus aſsignatus eſt iam alius motus. Neque iterum poteſt dici quòd ſit alicuius alterius mobilis: quia totus T I eſt quidam motus continuus: & motus continuus oportet q̃ ſit continuorum, vt in Quinto oſtenſum eſt, vnde non poteſt eſſe quòd pars huius motus continui, qui eſt T I, ſit alicuius mobilis, quod non continuetur cum A B C. Similiter etiam ſequitur inconueniens, ſi dicatur quòd motus partium excellat ſm diuiſionem: quia ſequetur quòd partes excedãt totum, quod eſt impoſsibile. Si ergo hoc eſt impoſſibile quòd excedat, vel deficiat, neceſſe eſt quòd motus partium ſit æqualis & idem motui totius. Deinde concludit. Hęc igitur diuiſio eſt ſm motus partium, & neceſſe eſt quòd talis partitio inueniatur in motu propter hoc, quòd omne, quod mouetur eſt partibile. Secundo ibi. tertia rõ. H

Demonſtratio

Demonſtratio tertia oſtendens idem quod ſupra.



ARGY. *Alia aũt eſt tẽporis võne. Nã, cũ omnis motus in tẽpore ſit: & omne tempus ſit diuiſibile, minor autẽ in minori tempore fiat: omnis motus uti tẽpus diuidatur neceſſe eſt.*

Te.683.6. Alius autem ſm tempus. Quoniam enim omnis motus in tempore: tempus autem omne diuiſibile eſt: in minori autem minor motus, neceſſe eſt omnem diuidi motum ſm tempus.

Concludit quòd motus diuidatur ſecundum diuiſionẽ tẽporis tali ratione. Omnis motus eſt in tempore: & omne tempus eſt diuiſibile, vt probatum eſt. cum ergo in minori tempore ſit minor motus, neceſſe eſt quòd omnis motus diuidatur ſecundum tempus. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum aũt omne, quod mouetur, in aliquo moueatur, & tẽpore aliquo: mobiliq; totius ſit motus, eaſdẽ eſſe diuiſiones & tẽporis & motus, et ipſius moueri, et eius quod mouetur, & etiam eius, in quo eſt motus, neceſſe eſt. Verum non omnium ſimiliter, in quibus eſt motus, ſed quantitatis: quidem per ſe, qualitatis uero per accidens.*

Te.68.37. Eaſdẽ eſſe diuiſiones ipſius tẽpus, ipſius motus, ipſius moueri. eius q̃ mouetur, eius in quo mouetur.

Qm̃ autem oẽ quod mouetur in aliquo mouetur, & quodam tpe: & omnis moti eſt motus: neceſſe eſt eaſdem diuiſiones eſſe tpis, & motus, & ipſius moueri, & eius, quod mouetur, & eius, in quo motus eſt. Sed non omnium ſimiliter eſt in quibus motus eſt: ſed quanti quidem ſm ſeipſum, qualis autem ſecundum accidens.

Oſtendit quæ ſimul diuidantur cum motu. Et circa hoc tria facit. Primo ponit quinque quæ ſimul diuiduntur, Secundo oſtendit quòd in omnibus prædictis ſimul inuenitur finitum & infinitum. ibi [Et ipſo finita eſſe.] Tertio oſtendit in quo horum inuenitur diuiſio & infinitum. ibi [Secutũ autem maxime eſt.] Circa primum duo facit. Primo ꝓponit quod intẽdit. Secundo manifeſtat propoſitum. ibi [Accipiatur enim tps.] Dicit ergo, q̃ quia oẽ quod mouetur mouet in aliquo, i. ſm aliquod genus vel ſpeciem: & iterum in aliquo tempore: oẽ iterum cuiuslibet mobilis eſt aliq̃s motus, neceſſe eſt q̃ iſta quinq; ſimiliter diuidantur. ſ. tempus, & motus, & ipſum moueri, & mobile quod mouetur, & id in quo eſt motus, vel locus, vel qualitas, vel quantitas. Sed tamẽ non eſt eodem modo diuiſio omnium eorum, in quibus eſt motus: ſed quorundam quidem per ſe, quorũdam vero per accidens. Per ſe quidẽ omnium eorum quæ pertinent ad genus quantitatis, vt eſt in motu local, & etiam in augmento & decremento. Per accidens ve- Secunda. 39. Tertia. Infra.


A ro in iſs, quæ pertinent ad qualitatem, vt in motu alteratio nis. Secundo ibi.

ARGY. *Accipiatur enim tẽpus in quo quippiam mouetur, & ſit* A, *& motus ſit* B. *Si igitur in toto tempore motum eſt, in illius dimidio, motu minore eſt motum. Quo rurſus diuiſo, minori motu rurſus eſt motum, & ſic ſemper.*

Accipiat enim tps in quo mouet, in quo A & motus in quo B. Si igit ſecundum totum motũ in toto tpe eſt motum, in medio ꝓ minorẽ, & iterum hoc diuiſo, ꝓ minorem huius, & ſic ſemper.

Manifeſtat quod dixerat. Et primo quantum ad hoc q̃ tps & motus ſimul diuiduntur, Secundo q̃ motus & ipſum moueri ſimul diuiduntur. ibi [Eodem autem mõ.] Tertio oſtendit idem de motu, & eo, in quo eſt motus. ibi [Similiter autem demonſtrabitur. Circa primum duo facit. Primo oſtendit q̃ ad diuiſionem temporis diuidit motus, Secundo q̃ econuerſo ad diuiſionem motus diuiditur tempus ibi [Similiter autem & ſi motus.] Dicit ergo primo. Ponatur q̃ tempus in quo aliquid mouetur ſit A, & motus, qui eſt in hoc tempore, ſit B. manifeſtum eſt autẽ, q̃, ſi aliquid mouetur per totam magnitudinem in toto tẽpore, quòd in medietate temporis mouetur per minorem magnitudinem. Idem eſt autem moueri toto motu, & per totam magnitudinem: & per partem motus, & ꝓ partem magnitudinis. vnde manifeſtum eſt q̃, ſi in toto tpe mouet toto motu, q̃ in parte tpis mouebitur minori motu, & iterũ diuiſo tpe, inuenit minor motus, & ſic ſemp. Ex quo patet, q̃ ſm diuiſionem tpis diuidit motus. Secundo ibi. Te.68.38. B Infra.

Demonſtratio oſtendens quod motus diuiditur ſecundum diuiſionem temporis.



Simili modo, ſi motus eſt diuiſibilis, & tempus eſt diuiſibile, ſi enim toto motu, toto in tẽpore motum eſt, ſi dimidio in dimidio. & minore rurſus in minore, eſt motum. ARGY.

Similiter aũt & ſi motus diuiſibilis ſit, & tps diuiſibile. ſi enim per totum in toto, ꝓ medium in medio. & iterum per minorem in minori. Si motus diuiſibilis, & tẽpꝰ diuiſibile. D

Dicit q̃ econuerſo, ſi motus diuiditur, & tempus diuidi tur, ſi per totum motum mouetur in toto tempore, per medium motus mouebitur in medio tempore: & ſemper minor erit motus in minori tempore, ſi ſit mobile idẽ, vel æque velox. Deinde cum dicit.

Ipſum quoq; moueri, mõ diuidetur eodem. ſit enim ipſum moueri C. *In dimidio igitur motus, minus erit toto, et in dimidio rurſus dimidij, & ita ſemper diuidetur.* ARGY.

Eodem autem modo & ipſum moueri diuidẽ. ſit enim in quo eſt C ipſum moueri. Secundum igiſ medium motum, minore erit toto; & iterum ſm medietatis medium, & ſic ſemper. Te.68.38.

Oſtendit q̃ motus & moueri ſimul diuiduntur. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit q̃ ipſum moueri diuiditur


ſecundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum diuisionem motus, Secundo quòd motus diuiditur secundum diuisionẽ eius, quod est moueri, ibi [Est autẽ & ponentem]] Dicit ergo primo ꝙ eodẽ modo probatur ꝙ ipsum moueri diuidit ſm diuisionem tẽporis & motus, et ipsum moueri sit c. Manifestum est aũt ꝙ non tm̃ mouetur aliquid ſm partem motus quantum ſm totum motũ. Manifestũ est ergo, ꝙ ſm medium motũ, pars eius, quod est moueri, erit minor toto ipso moueri: et adhuc minor ſm medietatis mediũ, & sic semꝑ procedet. ergo sicut tps & motus semper diuiditur, ita et ipsum moueri. Secundo ibi.

Infra.

Demonstratio ostendens, quòd motus diuiditur secundum diuisionem moueri.




ARGY. *Licet etiam ipsum moueri quod est partis utriusq; motus* D E, *&* E F *designando, totum totius dicere esse. Nam si sit aliud, plura motus eiusdem erunt moueri: sicut et motum in motus partium (prius ostendimus) diuisibilem esse. Accommodatum enim ipsum moueri parti utriq; motus, continuum totum erit.*

Est autẽ, & ponentẽ ſm vtrunq; motum ipsum moueri, vt secundum D C, & C F dicere, ꝙ totum erit secundum totum. Si nanq; aliud, plus erit ipsum moueri secundum eundem motum, sicut determinauimus, & motum diuisibilem in partiũ motus esse. Accepto enim ipso moueri secundum vtrunq;, continuum erit totum.

Probat ꝙ econuerso, motus diuiditur secundum diuisionẽ eius quod est moueri. Sint enim duę partes motus D C, & C F, ſm quarum vtranq; aliquid mouetur. Et sic, ſi partibus eius quod est moueri respõdent partes motus, oportet dicere ꝙ toti respõdeat totum. quia ſi aliquid plus esset in vno ꝙm in altero, erit hic argumentari de moueri ad motum, sicut supra argumentati sumus, qñ ostendimus ꝙ motus totius est diuisibilis in motus partium: ita quòd non potest deficere nec excellere. Similiter etiã & partes eius quod est moueri nõ possunt excedere partes motus, nec deficere: quia enim necesse est accipere ſm vtranq; partem motus, hoc quod est moueri, necesse est ꝙ totum moueri sit continuũ, correspõdens toti motui: & ita semp partes eius, quod est moueri, respondẽt partibus motus, & totũ toti, & sic vnum diuiditur secundũ alterum. Deinde cum dicit.

Demonstratio ostendens quòd moueri diuiditur secundum diuisionem motus.



ARGY. *Similiter & longitudo, & omne id omnino, in quo fit mutatio diuisibile demonstrabitur, & si quædam per accidens diuisibilia sunt, propterea quòd id, quod mutatur, est diuisibile: nam si unum diuidatur, omnia diuidentur.*

Similiter autem demonstrabitur & longitudo diuisibilis, & omnino illud omne, in quo est mutatio: præter quædam, quæ secundum accidens. quod enim mutatur, est diuisibile: vno enim diuiso omnia diuidentur. Text. 58.

Ostendit idem de eo in quo est motus. & dicit quòd eodem modo demonstrari potest, quòd longitudo, in qua mouetur aliquid secundum locum, sit diuisibilis secundum diuisionem temporis, & motus, & ipsius moueri. Et quod dicimus de longitudine in motu locali, est etiam intelligendum de omni eo, in quo est motus, nisi quòd quædam sunt diuisibilia per accidens, sicut qualitates in motu alterationis, vt dictum est. Et inde est quòd omnia ista sic diuiduntur: quia illud quod mutatur est diuisibile, vt ostẽsum est supra. Vnde vno horum diuiso, oportet quòd omnia diuidantur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Similiter sese habebunt, hæc omnia infinitionis etiam, atque oppositi vtique.*

Et in ipso finita esse, aut infinita similiter se habebit in omnibus.

Ostendit quòd sicut consequuntur præmissa diuisibilitatem, ita se sequuntur in hoc quod est esse finita, vel infinita: ita quòd, si vnum istorum fuerit finitum, omnia erunt finita, & si infinitum similiter. Deinde cum dicit,

ARGY. *Ab eo autem maxime, quod mutatur hoc est secutum: omnia, inquam, diuidi, infinitaque esse: continuo enim et, quod mutatur diuisibilitas ac infinitio inest. Diuisibilitas igitur prius est demonstrata: infinitio autem in sequentibus innotescet.*

Secutum autem maxime est, diuidi omnia, & infinita esse ab ipso mutãte, mox enim inest mutanti diuisibile, & infinitum. Diuisibile igitur ostensum est prius, infinitum autem in sequentibus erit manifestum.

Ostendit in quo præmissorum primo inueniatur diuisibilitas, & finitum seu infinitum. & dicit quòd maxime ab ipso, quod mutatur, consequitur de omnibus alijs quòd diuidãtur, & quòd sint finita vel infinita: quia illud quod est primum naturaliter in motu, est ipsum mobile, & statim ipsi ex sua natura inest esse diuisibile, & esse finitum vel infinitum: & sic ex ipso ad alia deriuatur diuisibilitas vel finitum. quomodo autem ipsum mobile sit diuisibile, & per ipsum alia diuidãtur, ostensum est prius, Sed quomodo etiam hoc sic se habet de infinito, ostendetur inferius, in hoc eodem Sexto libro.

LECTIO VII.

Illud, in quo aliquid primo mutatũ est, indiuisibile esse dicitur quo modoq; primũ, in quo aliquid mutatur dari contingat, multipliciter ostenditur.

ARGY. *Cùm autem omne quod mutatur, è quodam in quoddam mutetur, ipsum mutatum, cùm primo mutatum, in eo esse, in quo est mutatum, necesse est.*

QVoniam autem omne quod mutatur, ex quodam in aliquid mutatur, necesse est quod mutatur, cùm mutatum est, esse in quo mutatum est. Text. 40 Oſ, qñ mutat qñ primum mutatũ ſ, necesse est esse ſ quo mutatũ est.

Postquàm Philosophus ostendit qualiter diuidatur motus hic determinat de ordine partium motus. Et primo inquirit an sit primum in motu, Secundo ostendit quomodo ea quæ

Text. 50. ea quę sunt in motu præcedunt se inuicem. ibi. [Quoniam autem omne quod mutatur in tempore mutatur.] Circa primum duo facit. Primo ostẽdit quod id in quo primum mutatum est, est indiuisibile. secundo ostendit quomodo in motu possit inueniri primum, & quomodo non possit. ibi [Dicitur autem in quo primum mutatum est.] Circa primum duo facit. Primo prœmittit quoddam, quod est necessarium ad propositi ostensionem, Secundo ostendit propositum. ibi [In quo autem primo mutatum est.] Circa primum duo facit, Primo proponit quod intendit, Secundo probat propositum. ibi [Quod mutatur enim.] Dicit ergo primo, quòd, quia omne quod mutatur, mutatur de vno termino in alium, necesse est omne quod mutatur, quando iam mutatum est, esse in termino ad quem. Secundo ibi.

Iesũda. 45. 11. 44. Infra.

ARGY. *Id enim, quod mutatur, exit ab eo ex quo mutatur, aut ipsum relinquit. Atque, aut idem est mutari atque relinquere, aut sequitur relinquere quidem mutari, reliquisse autem esse mutatum. Nam ad utrunque similiter se habet utrunque. Cùm igitur una mutationum sit ea, cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem, patet cùm mutatum est quippiam in id quod est, ex eo quod haud est, id iam ipsum, quod haud est reliquisse: quo fit, vt sit in eo quod est, omne nanque quoduis, aut esse aut non esse necesse est. Patet igitur ipsum mutatum ea mutatione, cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem, in eo esse, in quod est mutatum. quod ſ in hoc ita est, et in cæteris ita erit. Similiter enim in vna & in cæteris, hoc sese habet.*

Quod mutatur enim, ex quo mutatur distat, aut deficit ipsum. & aut idem est mutari & deficere, aut sequitur ad mutari ipsum deficere, aut quod est mutatum esse, defecisse. similiter enim vtrunque se habet ad vtrunque. Quoniam ergo vna mutationum quæ secundum contradictionem est, quando mutatum est ab eo, quod non est, in esse, defecit non ens, erit igitur in esse. omne enim necesse est esse, aut non esse. Manifestum igitur quòd in mutatione secundum contradictionem, quod mutatum est, erit in quo mutatum est. Si autem in hac, & in alijs est. similiter enim in vna, & in alijs est. Text. 41.

Probat propositum duabus rationibus. quarum prima est particularis, secunda vniuersalis. Prima ratio talis est. Omne quod mutatur oportet quòd aut distet à termino à quo mutatur, sicut patet in motu locali, in quo locus a quo mutatur, remanet, & mobile per motum fit distans ab eo: aut oportet quòd ipse terminus a quo deficiat, sicut est in motu alterationis, cum enim ex albo fit nigrum: ipsa albedo deficit. Et ad huius propositionis manifestationem subiungit, quòd vel mutari est idem, quod est defiecre: vel ad hoc quod est mutari sequitur ipsum deficere: & ad hoc quod est mutatum esse sequitur defecisse, scilicet à termino à quo. Vnde manifestum est quod sunt idem subiecto, licet differant ratione. Nam deficere dicitur per respectum ad terminum a quo, mutatio autem magis denominatur a termino ad quem. Et ad manifestationem eius quod dixerat subdit ꝙ [similiter vtrunque se habet ad vtrunque]. ſ. sicut se habet deficere ad mutari, ita defecisse ad mutatum esse. Ex præmissis autem argumentatur ad propositum ostendendum in vna specie mutationis, quæ scilicet est inter contradictorię oppositas, scilicet inter esse, & non esse, vt patet in generatione & corruptione. Patet enim ex præmissis, quòd omne quod mutatur, deficit a termino a quo, & quod mutatum est iam defecit. Quando igitur mutatum est aliquid a non esse in esse, iam defecit a non esse: sed de quolibet verum est dicere, quòd aut est, aut non est: quod ergo mutatum est de non esse in esse, mutatum est in esse. et similiter quod mutatum est de esse in non esse, oportet ꝙ sit in nõ esse. Manifestum ergo est quòd in mutatione, quæ est secundum contradictionem, quod mutatum est, est in eo ad quod mutatum est. Et, ſi est verum in ista mutatione, pari ratione est verum in alijs mutationibus. Ex quo patet id, quod primo propositum est. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea, ſi quæque sumatur, hoc etiam in vniuersis esse patebit, ſi ipsum mutatum alicubi, aut in aliquo esse, necesse est. Quoniã enim id è quo est mutatum relinquit, atque ipsum alicubi esse necesse est, aut in hoc erit, aut in alio. At ſi in alio, vt in C, id profecto quod in ipsum B est mutatum: rursus in B mutatur ex C. ipsum nanque C non erat ipsi cohærens B, mutatio enim continua est. quo fit vt ipsum mutatum, cùm est mutatum, ad id mutetur, in quod est mutatum: quod fieri nequit. Id ergo, quod est mutatum, in eo esse, in quod est mutatum, necesse est. Patet igitur & ipsum factum tum esse cùm factum est, & ipsum corruptum, tum non esse cùm est corruptum. Hoc enim & ſi de omni mutatione est dictum, maxime tamen in ea dilucidum est, cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem. patet igitur ipsum mutatum in eo esse, in quod est mutatum, cùm mutatum est primo.*


Amplius autem, & secundum vnamquanque accipientibus manifestum est. siquidem necesse est quod mutatum est alicubi esse, aut ex quo mutatum est, aut in aliquo. Quoniam autẽ ex quo mutatum est, defecit, necesse est aut esse alicubi, aut in hoc, aut in alio erit. Si igitur in alio, vt in ipso C, quod in ipsum B, mutatum est. iterum ex C mutatur in B, non enim erat habitũ ipſi, B mutatio enim continua est. quare quod mutatum est, quãdo mutatum, mutatur in quod mutatum est: hoc autem est impossibile. necesse ergo quod mutatum est esse in hoc: in quod mutatum est. Manifestum igitur est, & quod factum, cùm factum est, erit: & quod corruptũ est, non erit. vniuersaliter enim dictum est, & de omni mutatione, & maxime est manifestum in ea, quæ est secundum contradictionem. Quòd igitur id quod mutatum est, cùm mutatum est primo, in illo est, manifestum est. Text. 42. Text. 43.

Et dicit quòd hoc idem potest esse manifestum consyderando secundum vnamquanque mutationem. Et manifestat in mutatione locali. Omne enim quod mutatũ est, necesse est esse alicubi, vel ĩ termino a quo, vel in aliquo alio. Sed, quia illud, quod mutatum est, iã defecit ab eo ex quo mutatum est, necesse est quòd sit alibi. aut igitur necesse est quòd sit in hoc, de quo intendimus, ſ. in termino ad quẽ: aut in alio. & ſi est in hoc habetur propositum. ſi autem in alio, ponamus ꝙ aliquid moueatur in B, & quando mutatum est, non sit in B, sed in C, tunc oportebit dicere ꝙ etiam de C mutetur in B: quia C, & B, non sunt habita, idest consequenter se habentia. Oportet enim ꝙ tota huius mutatio sit continua, & in continuis vnũ ſignum non est consequẽter se habens ad alterum: quia necesse est ꝙ cadat in medio aliquid sui generis, vt supra probatum est: vnde sequetur, ſi illud quod mutatum est, quando mutatum est, sit in C, & de C mutatum in B, quod est terminus ad quem, ꝙ, quando mutatum est, tunc mutatur in quod mutatum est quod est impossibile. non enim simul est mutari & mutatum esse, vt ſu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt supra dictum est. Nihil autem differt si huiusmodi termini c, & b, accipiantur in motu locali, vel in quacunque alia mutatione. Necesse est ergo vniuersaliter verum esse, quòd id quod mutatum est, quãdo mutatum est, est in hoc ad quod mutatum est, idest in termino ad quem. Et ex hoc vlterius concludit quòd illud, quod factum est, quando factum est, habet esse: & quod corruptum est, quando corruptum est, est non ens. Ostensum est enim vniuersaliter hic de omni mutatione. & maxime manifestũ est in mutatione, quæ est secundum contradictionem, vt ex dictis patet. Sic igitur manifestum est cp id, quod mutatum est, cum primo mutatum est, est in illo ad quod mutatũ est. Addit autẽ [primo] quia postquàm mutatum est ad aliquid, posset exinde moueri, & ibi non esset. sed quando primo mutatum est, oportet cp ibi sit. Deinde cum dicit.

Demonstratio probans quòd illud quod mutatũ est, est in eo, in quod mutatum est.



ARGV. *Id autem in quo primo quippiam est mutatum, indiuiduum esse, necesse est. Atque id dico primum: quod non ex eo est tale: quia aliquid ipsius est tale. Sit enim diuisibile linteus A C, designatum, atque diuisum in B, si igitur in A B, aut rursus in B C, est mutatum: non in ipso primo A C, est mutatum: sin in vtroque mutatur (in utroq; enim aut mutatum esse, aut mutari necesse est) & in toto sanè mutatur. at mutatum esse supponebatur. Eadem est ratio, & si in altero mutatur, in altero est mutatum, erit enim quod prius primo, quare nõ erit id diuisibile, in quo est mutatum. Patet igitur tam corruptum quàm generatum, in indiuiduo corruptum esse ac generatum.*

Tex.cõ.44. In quo autem primo mutatũ est id quod mutatum est, necesse est atomum esse. Dico autem primo, quod non propterea quòd alterũ aliquid ipsius, sit, huiusmodi est. Sit igitur diuisibile quod est A C, & diuidatur secundum B. Si igitur in A mutatum est, aut iterum in B C, nõ vtique in primo quod est A C, quod mutatum est, erit. Si autem trãsmutabatur in vtroque (necesse est enim in vtroque transmutatum esse, aut transmutari) & vtique in toto transmutabatur, sed erat mutatum. Eadem autem ratio est, & si in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum est: erit enim aliquid primo prius: quare non erit vtique diuisibile, in quo mutatum est. Tex.cõ.45. Manifestum est igitur, quia & quod corruptum est, & quod factum est, in atomo hoc quidem corruptum, hoc autem factum est.

Ostendit cp mutatũ esse primo & per se est in indiuisibili. & dicit cp illud tempus, in quo primo mutatũ est quod mutatum est, necesse est cp sit atomum, idest indiuisibile. Quare autem addit [primo] exponit subdens cp in illo primo dicitur aliquid mutatum esse, in quo non dicitur mutatũ esse ratione alicuius suę partis, sicut si dicatur aliquod mobile mutatum esse in die, quia mutatum est in aliqua parte illius diei, non enim primo mutatur in die. Quòd autem illud temporis in quo primo mutatum est, sit indiuisibile, sic probat.

E *Demonstratio ostẽdens, quod id, in quo aliquid primo mutatum est, non est tempus, neque aliquid diuisibile, sed instans & indiuisibile.*



F Si enim sit diuisibile, sit A G, & diuidatur secundum C necesse est dicere cp aut in vtroq; mutatum sit, aut in vtraq; parte mutetur, aut in vna parte mutetur, & in alia sit mutatum, sed si in vtraq; parte mutatum est, non primo mutatum est in toto, sed in parte. Si vero detur cp transmutetur in vtraq; parte, oportebit dicere cp trãsmutetur in toto (Sic enim dicitur aliquid in toto tempore mutari, quia mutatur in qualibet eius parte) Hoc autem est contra positum. positum enim erat quòd in toto A G, erat mutatũ, si autem detur quod in vna parte mutatur, & in alia sit mutatum, sequitur idem inconueniens, scilicet cp non sit primo mutatum in toto: quia cũ pars sit prior toto, & prius mutetur aliquid in parte temporis cẽ in toto, sequetur cp sit aliquid prius primo: quod est impossibile. ergo oportet dicere, cp id tẽpus, in quo aliquid mutatũ est, sit indiuisibile. Ex hoc autem vlterius concludit, cp omne, quod corruptum est, & omne quod factum est, est in indiuisibili tẽporis factum & corruptũ: quia generatio & corruptio sunt termini alterationis. vnde, si quilibet motus terminat in instanti [idem est. n. primo mutatũ esse, quod terminari motũ] sequit cp generatio & corruptio sint in instãti. Deinde cum dicit.

Bifariam autem dicitur id, in quo primo quippiam est mutatum. Vno modo in quo primo finita mutatio est. tunc enim vere dicere licet illud esse mutatum. altero in quo primo mutari cœpit. Id igitur, quod in fine mutationis dicitur, primum est, uereque dicitur esse, nam & fit ut finiatur tandem mutatio: & est exitus finisue mutationis, quem tam & ostendimus indiuisibilem esse, propterea quod vltimum est. At quod in principio mutationis dicitur primum, id omnino non est. non est enim mutationis principium, nec id in quo primo temporis mutabitur. ARGV.

Dicitur autem id, in quo primo mutatum est dupliciter. Aliud quidem, in quo primo perfecta est mutatio: tũc enim verum est dicere quòd mutatum est. Aliud vero, in quo primo cœpit mutari. Secundum quidem igitur finem mutationis, quod primum dicitur, existit & est: contingit enim perfici mutationem, & est mutationis finis, quod ostensum est indiuisibile esse, propter id quod finis est. Quod autem fm principium, omnino nõ est: non enim principium est mutationis, neq; in quo prius quis mutabatur.

Id, in quo primo aliqd mutatũ est, bifariam dicitur.

Tex.cõ.46. Finem motus dari, nõ autẽ principium. Infra.

Ostendit quomodo in motu possit accipi primum. Et circa hoc duo facit. Primo proponit veritatem. Secundo probat. ibi [Sit enim primum.] Dicit ergo primo, cp hoc quod dicitur [in quo primo mutatum est aliquid] potest intelligi dupliciter. Vno modo in quo primo mutatio est perfecta vel terminata: tunc enim verum est dicere cp mutatum

tatum est, quando iam mutatio est facta. Alio modo potest intelligi [in quo primum mutatum est] id est in quo primo incæpit mutari, non in quo primo fuit verum dicere, cp iam mutatum esset. Primo igitur modo accipiendo, scilicet secundum terminationem mutationis, dicitur in motu, & est in eo quod primo mutatum est. Contingit enim aliqũ primo terminari mutationem: quia cuiuslibet mutationis est aliquis terminus. Et hoc modo intelleximus quod primo mutatum est, esse indiuisibile: & ostensum est hoc, hac ratione: quia est finis, idest terminus motus: omnis autem terminus continui indiuisibilis est. Sed, si accipiatur quod primo mutatum est secundo modo dicendi, scilicet secundum principium, idest secundum primam partem motus, sic non est in quo primo mutatum est. non enim est accipere aliquod principium mutationis, idest aliquã primam partem mutationis, quam non præcedat alia pars. Si militer etiam non est accipere aliquid primũ in tempore, in quo primo mutetur. Secundo ibi.

A

ARGV. *Sit enim primum A D, hoc igitur indiuisibile quidem non est. accidet enim vt sint hærentia ipsa nunc. præterea, nisi in T A, tẽpore toto quiescit. (ponatur enim in illo quiescere) & in A, quoq; quiescit. Quare, si ipsum A D, partibus uacet. simul quiesceret, atq; erit mutatum. in A nanq; quiescit, in D uero mutatum est. Cumq; autẽ non sit partibus uacans, diuisibile necesse est esse. atq; in quibus eius parte mutatum esse. etenim A D diuiso, si in neutra quidẽ parte mutatum est, neq; in toto sanè mutatum est. Sin in ambabus mutatur, in toto quoq; mutatur. quòd si in altera est mutatum, nõ in toto primo mutatũ est. quare necesse est, in quacunq; esse mutatum. Patet igitur non esse id in quo primo mutatũ est: quippe cũ diuisiones sint infinitæ.*

Sit enim primum in quo sit A D, hoc igitur indiuisibile quidem non est, accidet enim habita ẽ se ipsa nunc. Amplius si in C A, tẽpore, omnino quiescit (ponatur enim quiescens:) & in A quiescet. Quare, si impartibile est A D, simul quiesceret, & mutatũ erit. in A quidem enim quiescit, Tex.cõ.47. in D autem mutatum est. Quoniam autem nõ est impartibile, necesse est diuisibile esse: & in quolibet eius mutatũ esse. diuiso enim ipso A D, si in neutra quidẽ mutatum est, neq; in toto est A D, si autem in ambobus mutatur, & in toto: si vero in altero tantum mutatum est, non in toto primo. quare necesse est in quolibet mutatum esse. Manifestum igitur est, cp non est in quo primo mutatum est: infinitæ enim diuisiones sunt.

Probat cp non est accipere primum in quo mutatum est ex parte principij. & primo ratione accepta ex parte temporis, Secundo ex parte mobilis ibi [Neq; itaq; in eo quod Te. 48. mutatum est.] Tertio ex parte rei in qua motus est ibi [ipsum autem quod mutatur.] Circa primum ponit talem rationem. Si est aliquid temporis in quo primo mutatum est, sit illud A D. Hoc igitur aut est diuisibile aut indiuisibile. si est indiuisibile, sequentur duo inconuenientia: quorũ secunda. 49. primum est, quòd ipsa nunc in tempore sint habita, idest consequentia. Quod quidem inconueniens hac ratione sequitur, cp tempus diuiditur sicut & motus, vt supra ostensum est. Si autem aliqua pars motus fuerit in A D, necesse est dicere quòd A D sit aliqua pars temporis: & iti tempus erit compositum ex indiuisibilibus. Indiuisibile autem temporis est ipsum nunc: sequetur ergo cp ipsa nunc consequenter se habeant in tempore. Secundum inconueniens est. Ponamus enim cp in tempore, quod præcedit ipsum, A D quod est C A, idem mobile quod ponebatur moueri in A D, totaliter quiescat: si ergo in toto C A quiescit, sequitur cp

B

quiescat in A, quod est aliquid eius. si ergo A D, est indiuisibile vt dictum est, sequitur, cp simul aliquid quiescat & moueatur. conclusum est. n. quod quiescat in C A, & positum erat cp in A D. moueretur. Idem autem est A, & A D, si A D sit indiuisibile. sequet ergo cp in eodem quiescat et moueatur. Sed aduertendum est, cp non sequitur si aliquid quieuit in toto tempore, cp quiescat in vltimo eius indiuisibili: quia ostensum est supra, cp in nũc neq; mouetur aliqd, neq; quiescit. Sed Arist. hoc concludit hic ex hoc, quod ponitur ab aduersario. quia id temporis, in quo mouetur, est indiuisibile. & si contingit moueri in indiuisibili temporis, contingit eadem ratione indiuisibili tempore quiescere. Remoto ergo cp. A D in quo dicitur primo moueri, sit impartibile, relinquitur cp necesse sit illud esse diuisibile. & ex quo in A D ponitur primo moueri, sequitur quòd in quolibet eius moueatur. Quod sic probat. Diuidatur enim ipsum A D. in duas partes. aut igitur in neutra parte mutatur, aut in ambabus, aut in altera parte tantum. si in neutra mutatur, sequitur cp neque in toto, sed si mutetur in ambabus partibus, tunc poterit poni quòd mutatur in toto. Sed si in altero tantum moueatur, sequetur quòd moueatur in toto, sed non primo, sed ratione partis. Quia igitur primo ponitur moueri in toto oportet hoc accipere cp in qualibet parte eius moueatur. Sed tempus diuiditur in infinitum, sicut & quodlibet continuum: & ita semper est accipere partem minorẽ ante partem maiorem, sicut si acciperem diem ante mensem, & horam ante diem. Manifestum est ergo cp nõ est accipere aliquid temporis, in quo primo mouetur, ita scilicet cp nõ sit accipere aliquã partem eius, in qua prius moueatur. Sicut si daret cp dies est quo primo aliquid mouet, hoc non potest esse, quia in parte eius, scilicet in prima hora diei, primo mouetur, cẽ in toto die. Secundo ibi.

Lect. 8. c. 1. 2. & 3.

Demonstratio Prima, sumpta ex parte temporis, ostendens quòd non est accipere primũ, in quo mutatum est, ex parte principij.




ARGV. *At uero nec ipsius mutati quicquàm erit primũ, quod est mutatum. Sit enim ipsius D E mutatum primum D E, non omne quod mutatur, demonstratum est diuisibile esse, tempus autem in quo D E, mutatum est, sit. H I. Si igitur in illo toto ipsum D E, est mutatum, in dimidio minus fuit mutatum: & prius ipso D E, & hoc rursus aliud prius, & sic semper. Quare nihil erit eius quod mutatur quod primum est mutatum. Patet igitur ex hisce quæ diximus, neque eius quod mutatur, neque temporis, in quo mutatur, primum aliquid esse.*

Neq; igitur in eo quod mutatum est, aliquid Tex.cõ.48. ipsius prius est, quod mutatum est. Sit enim D E, quòd primo mutatũ est ipsius D E, omne enim, quod mutatur, diuisibile esse demonstratum est. Tempus autem in quo D E, mutatum est, sit in quo H I. Si ergo in omni D E mutatum est in medio minus est quod mutatum est, & prius est

ipſo D F & iterum hoc aliud & illo alterum, & E ſic ſemper. quare nihil erit primum mutantis quod mutatum eſt. Quod igitur neque in eo quod mutatur, neque in quo mutatur tempore nihil prius ſit, manifeſtum ex his quæ dicta ſunt.

Tx.cō.41. Oſtendit idem ex parte mobilis concludens ex premiſſis ꝙ neq; in ipſo quod mutatur eſt accipere aliquid qđ primo mutetur. Quod quidem intelligendum eſt ſm ꝙ per motum totius vel partis, aliquod determinatum ſignum pertranſitur. Manifeſtum eſt enim ꝙ primo pertranſit aliquid determinatum prima pars mobilis, & ſecundo, ſecunda, & ſic deinceps, alioquin, ſi intelligeretur de motu abſolute, non haberet locum quod hic dicitur. Manifeſtum eſt enim, ꝙ ſimul mouetur totū, & omnes partes eius: ſed non ſimul pertranſit aliquid determinatum, ſed ſemper pars ante partem. Vnde ſicut non eſt accipere primam partem mobilis, ante quam non ſit alia minor pars, ita non eſt accipere aliquam partem mobilis, quę primo moueatur. Et quia tempus & mobile ſimiliter diuiduntur, vt ſupra oſtenſum eſt, conuenienter ex eo quod demonſtratum eſt de tēpore, concludit idem de mobili, & probat ſic. Sit mobile ipſum D E: & quia oē mobile diuiſibile eſt vt ſupra probatum eſt, ſit pars eius, quæ primo mouetur D F. & moueatur D F, pertrā ſeundo aliquod determinatum ſignum in tēpore quod ſit H I. ſi igitur D F. mutatum eſt in toto hoc tēpore, ſequitur ꝙ illud quod mutatum eſt in medio temporis, ſit minus & prius motum quām D F, & eadem ratione erit aliud prius iſto, & iterum aliud prius illo, & ſic ſemper, quia tēpus in infinitum diuiditur. manifeſtum eſt ergo ꝙ in mobili non eſt accipere aliquid, quod primo mutatum eſt. Et ſic patet, ꝙ primum in motu non poteſt accipi neque ex parte temporis, neque ex parte mobilis. Tertio ibi.

Demonſtratio Secunda, oſtendens idem, quod ſupra, ſumpta ex parte mobilis.



ARGV. *Ipſum autem, quod mutatur, non eodem modo ſe habebit. Tria nanq; eſſe dicūtur in ipſa mutatione, id quod mutatur, & id in quo, atq; id quo mutatur. Vt homo, tēpus, atq; albedo. Homo igitur ac tēpus, diuiſibilia ſunt, ſed de albedine eſt alia ratio, atq; tamē per accidens, omnia diuiſibilia ſunt, cui nanq; albedo vel qualitas accidit, id eſt diuiſibile. Nam neq; in his erit primum quæ per ſe, & non per accidēs dicuntur diuiſibilia, quales ſunt magnitudines ipſæ, ſit enim mobile A B, motum ex B in C, primum igitur, ſi indiuiſibile ſit ipſum B C parte vacans, erit hærens parte vacanti: Sin diuiſibile, erit aliquid ipſo C prius in quod eſt mutatum, & illo rurſus aliud prius & ſic ſemper: nūquam enim diuiſio deficit. Quare non erit quicquā primum, in quod eſt mutatum. ſimiliter res ſe habet, & in quantitatis mutatione. nā & hæc in cōtinuo eſt. Patet igitur in ſolo qualitatis motu, per ſe indiuiſibile eſſe poſſe.*


Ipſum aūt quod mutatur, aut ſecundū quod mutatur, non amplius ſimiliter ſe habebit. Tria nanq; ſunt, quę eſſe dicūtur in mutatione, quod mutatur, & in quo, & in quod mutatur, vt homo, tempus, & album. homo igitur & tempus diuiſibilia ſunt: de albo autem alia ratio eſt, propter id quod ſecundum accidens omnia diuiſibilia ſunt, cui enim accidit album, aut quale, illud diuiſibile eſt. Quoniam quæcunq; dicuntur ſecundum ſeipſa diuiſibilia, & nō ſecundum accidens, neque in his erit primum, vt in magnitudinibus. Sit enim in quo eſt A B magnitudo: motum autem ſit ex E in C. primum igitur ſi indiuiſibile erit B C, impartibile impartibili erit conIunctum. Si vero diuiſibile, erit aliquid ipſo C F prius, in quod mutatum eſt: & illo iterum aliud, & ſic ſemper: propter id quod nullo modo deficit diuiſio. quare nō erit primum in quod mutatum eſt. Similiter autem eſt & in quantitatis mutatione. etenim hæc in continuo erit. Manifeſtum igitur, ꝙ in ſola mutatione quæ ſm qualitatem eſt, contingit indiuiſibile per ſe eſſe.

Oſtēdit idem ex parte rei in qua eſt motus. Premittit tamen ꝙ nō ſimiliter ſe habet de eo [quod mutat] vel vt melius dicatur [ſecundum quod mutatur] ſicut de tēpore & mobili. Cū enim ſit tria accipere in mutatione, ſcilicet mobile, quod mutatur, vt homo: & in quo mutatur, vt tempus: & in quod mutatur, vt album, horum duo ſcilicet tempus, et mobile, ſunt ſemp diuiſibilia. Sed de albo eſt alia ratio, quia album non eſt diuiſibile per ſe, ſed tā ipſum, ꝙ omG nia alia huiuſmodi, ſunt diuiſibilia per accidens, in quantū ſcilicet illud cui accidit album, vel quæcunq; talia qualitas, eſt diuiſibile. Diuiſio autem albi per accidēs, poteſt eſſe dupliciter. Vno modo ſecūdum partes quātitatiuas, ſicut ſi ſuperficies alba diuidatur in duas partes: album, per accidēs diuiſum erit: alio modo ſecundum intēſionem & remiſſionem. quod enim vna & eadem pars ſit magis vel minus alba, nō eſt ex ipſa ratione albedinis: quia ſi eſſet ſeparata, nō diceretur ſm magis & minus: (ſicut neq; ſubſtātia ſuſcipit magis neq; minus) ſed eſt ex diuerſo modo participandi albedinē ex parte ſubiecti diuiſibilis. Prętermiſſo igitur hoc quod diuiditur per accidens, ſi accipiamus ea ſm quæ eſt motus, quę diuidū tur ꝙ ſe & non per accidēs, neq; ēt in his erit primum, et manifeſtat: hoc primo in magnitudinibus, in quibus eſt motus localis. Sit. n. magnitudo ſpatij, in quo eſt A B, & diuidatur in C, detur ergo ꝙ ex B in C aliquid primo moueatur. Aut igitur B C, eſt diuiſibile, aut indiuiſibile. Si indiuiſibile, ſequitur ꝙ impartibile erit coniunctum impartibili, quia eadē ratione ſecunda pars motus erit impar H tibili (ſic. n. oportet diuidere magnitudinem, ſicut & motum, vt ſupra de tpe dictum eſt) Si autem B C, ſit diuiſibile, erit accipere aliquod ſignum prius, i. propinquius ipſi B ꝙ C, & ſic prius mutaſ ex B I in C, & iterum illo erit accipere aliud prius, & ſic ſemper, quia diuiſio magnitudinis nō deficit. Patet ergo ꝙ nō eſt accipere aliquod primū, in quod mutatū ſit in motu locali. Et ſimiliter manifeſtum eſt in mutatione quātitatis, quę eſt augmentū & decrementum: quia hæc ēt mutatio eſt ſm aliquod continuum, ſ. ſm quantitatem accreſcentē vel ſubtractam: quæ, cum ſit in infinitum diuiſibilis, nō eſt in ea accipere primum. Et ſic manifeſtum eſt, ꝙ in ſola mutatione, quę eſt ſm qualitatem cōtingit aliquid eſſe indiuiſibile per ſe. Inquantum tū eſt diuiſibile per accidens, ſimiliter nō eſt accipere primū in mutatione tali. ſiue accipiatur ſucceſsio mutationis inquātum pars poſt partem alteratur. Manifeſtum eſt enim ꝙ nō erit accipere primam partem albi, ſicut nec primam partē magnitudinis,

Diuidit, accidēs quodlibet ad diuiſionē ſubi in quo ē. ſ. ſm partes quantitatiuas & ſm intenſionem, ac remiſſionem.

gnitudinis, ſiue accipiatur ſucceſsio alterationis, ſecundum ꝙ aliquid idem eſt albius vel minus album: quia ſubiectū infinitis modis poteſt variari ſecundum magis album & minus album. Et ſic motus alterationis poteſt eſſe continuus, & non habens aliquid primum.

Demonſtratio Tertia oſtendens idem quod ſupra, ſumpta ex parte magnitudinis.



LECTIO VIII.

Quodcunq; moueri precedere aliquod mutatum eſſe econuerſo, quibuſdam rationibus demonſtratur.


ARGV. *Cum autem omne, quod mutatur in tempore mutetur: mutari uero in tempore dicatur & ut in primo & ut per aliud, quo pacto in anno mutari dicitur, quia mutatur in die: id ſane, quod mutatur, in quacunq; eius temporis parte mutari, in quo primo mutatur, neceſſe eſt. Id ita eſſe patet quidē, & ex definitione ipſius primi. ſic. n. ipſum antea definiebamus. Patebit aūt & ex hiſce, quæ deinceps dicemus. ſit. n. tēpus A B, in quo quippiā primo mouetur: atq; cum omne tempus ſit diuiſibile, diuidatur in C: in tēpore igitur A C mouetur, aut nō mouetur: & eodem modo rurſus in ipſo C B. Si igitur neutra in parte mouetur in toto ſanē quieſcit. impoſsibile eſt. n. moueri ſi nulla in parte eius moueatur. ſin in altera tantū mouetur, nō in A B tem* C *pore primo mouetur: per aliud enim in ipſo mouetur. Ergo quacunq; in parte temporis moueatur neceſſe eſt.*

Te.cō.50. QVoniam aūt omne quod mutatur, in tempore mutatur: dicitur aūt in tēpore mutari, & ſicut primo, et ſicut ſecundū alterū, vt in anno quia in die mutatur: in quo primo tēpore mutatur id, quod mutatur, & in qualibet huius neceſſe eſt parte mutari. Manifeſtū eſt igitur & ex definitione: primū. n. ſic diximus. Sed Te.cō.51. & ex his manifeſtū eſt. Sit. n. in quo primo mouetur quod mouetur Y C. & diuidatur ſm K. omne. n. tēpus diuiſibile eſt. in Y K tēpore igitur aut mouetur, aut nō mouetur: & iterū in K C ſimiliter. Si igitur in neutro mouetur quieſcet itaq; in toto, moueri. n. id, quod in nulla huius parte mouetur, impoſſibile eſt. ſi vero in altera ſolū mouetur, non vtiq; in primo mouetur, quod eſt, Y K: ſm enim vtrunq; motus eſt. Neceſſe eſt igitur, in quolibet ipſius Y K motum ipſum eſſe.

Poſtquā Philoſophus oſtendit qualiter ſit accipere primum in mutatione & qualiter non hic oſtendit ordinem eorum, quæ in motu inueniuntur adinuicē. Et primo prætex.52. mittit quędam neceſſaria ad propoſitū oſtendendū, ſecundo oſtendit propoſitum, ibi [Oſtenſo aūt hoc.] Dicit ergo primo, ꝙ omne quod mutatur, mutatur in tēpore vt ſupra oſtenſum eſt: ſed in tempore aliquo dicitur aliquid mutari dupliciter. Vno modo primo, & per ſe, alio modo ſecundū alterum, ideſt ratione partis ſicut dicitur aliquid mutari in anno, ꝙ mutatur in die. Hac ergo diſtinctione prætermiſſa, proponit quod intendit probare, ſ. ſi aliquid mutatur pri-

A mo in aliquo tēpore, neceſſe eſt ꝙ mutetur in qualibet parte illius tēporis. & hoc probat dupliciter: Primo quidē ex definitione eius quod dicitur primum. Hoc. n. dicitur primo alicui conuenire, quod conuenit ei ſecundum quālibet ſuā partē, vt in principio Quinti dictum eſt, Secundo probat idem per rationē. Sit. n. tempus, in quo primo aliquid mouetur Y K. & quia omne tēpus eſt diuiſibile. diuidatur ſm K: neceſſe eſt ergo dicere, ꝙ parte temporis quæ eſt Y K, aut moueatur, aut non moueatur, & ſimiliter de parte quæ eſt K R. Si ergo detur ꝙ in neutra harū partium mouetur, ſequitur ꝙ neq; in toto, Y R, moueatur ſed quieſcat in eo: qa impoſsibile eſt ꝙ aliquid moueatur in tēpore in cuius nulla parte mouetur. Si autē detur ꝙ in vna parte temporis moueatur: & non in alia, ſequetur ꝙ nō primo moueatur in Y K tēpore: quia oporteret ꝙ ſm vtranq; partem moueretur, & non ſm alterā tantum. Neceſſe eſt ergo dicere, ꝙ moueatur in qualibet parte temporis, quod eſt. Y K: & hoc B eſt quod demonſtrare volumus, ſ. in quo primo tēpore aliquid mouetur, in qualibet parte ei⁹ mouetur. Secundo ibi.

Demonſtratio probans, quōd id quod mouetur primo in aliquo tempore: mouetur in qualibet parte illius temporis.




Hoc autem demonſtrato, patet omne quod mouetur, prius neceſſario motum eſſe. Nam ſi in A B tempore primo per F G ſpatium quippiam motum eſt: id quod æqua celeritate mouetur, ſimulq; incepit per dimidium, in dimidio temporis erit motum. Quod, ſi id tēpore in eodem motum eſt per magnitudinem aliquam: & alterum per eandem neceſſe eſt eſſe motum. Quare motum eſt id, uti dixi muſs, quod mouetur. ARGV.

Oſtenſo aūt hoc, manifeſtū eſt, ꝙ omne quod Te.cō.52. mouetur neceſſe eſt motum eſſe prius. Si. n. K R primo tēpore per K L motū eſt magnitudinē: in medietate quod æque velociter moueī & ſimul inceptum eſt medium erit motum. Si aūt æque velox in eodē tēpore motum eſt aliquid & alterum neceſſe eſt per eandē motum eſſe magnitudinem. quare erit motum prius, quod mouetur.

Procedit ad principale propoſitum oſtēdendum. Et circa hoc duo facit. Primo inducit demonſtrationes ad propoſitum oſtendendum, ſecundo cōcludit veritatē determinatam ibi [Quare neceſſe eſt.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ ante omne moueri præcedit mutatum eſſe: Secundo ꝙ econuerſo, ante quodlibet mutatum eſſe præcedit moueri. [Non ſolum autem quod mutatur.] Primum Secunda. 52. oſtendit tribus rationibus, quarum prima talis eſt. Detur tex. 55. ꝙ in Y K primo tēpore, aliquod mobile motum ſit per K L magnitudinē: manifeſtum eſt ꝙ ſi accipiatur aliud mobile ęque velox, quod ſimul inceptū eſt moueri cum ipſo in medietate temporis, motum erit per medium magnitudinis. cum ergo ſit æque velox illud mobile, quod ponitur moueri per totā magnitudinē, ſequitur, ꝙ etiam ipſum in eodem tēpore, ſ. in mediate temporis Y K motum eſt iam per

eandem magnitudinem, quæ, ſ. eſt pars totius magnitudinis K L. ſequetur ergo, cp illud quod mouetur, prius eſt mutatum, vt autē illud quod hic dicitur manifeſtius intelligatur, conſyderandū eſt, cp ſicut punctus nominat terminum lineæ, ita mutatum eſſe nominat terminum motus. quamcunq; autem lineam vel partē lineæ accipias, ſemper eſt dicere, cp ante cōſūmationē lineæ totius, ſit accipere aliquod punctum: ſm quod linea diuidatur. & ſimiliter ante quēlibet motum, & ante quamcunq; partem motus, eſt accipere aliquod mutatum eſſe. Quia dum mobile eſt in moueri ad aliquē terminum, iam pertranſluit aliquod ſignum, reſpectu cuius iām dicitur mutatum eſſe. ſed ſicut punctū infra lineā eſt in potentia ante lineę diuiſionē, in actu autem, quando iam linea eſt diuiſa, cum punctum ſit ipſa lineæ diuiſio, ſimiliter hoc quod dico, mutatum eſſe, infra motum eſt in potentia, qñ motus nō ibi terminatur: ſed ſi ibi terminatur, erit in actu. Et quia quod eſt in actu notius eſt eo quod eſt in potētia, ideo Ariſt. probauit, cp illud, quod cōtinue mouetur iā mutatū eſt, aliquid per aliud mobile æque velox, cuius motus iā terminatus eſt. Sicut ſiquis probaret cp in aliqua linea eſſet punctū in potētia p hoc, cp alia linea eiuſdē rationis eſſet diuiſa i actu. Secūdā rationē ponit ibi.

Demonſtratio Prima, probans, quòd ante omne moueri præcedit mutatum eſſe, ſumpta à magnitudine.




ARGY. *Præterea, ſi in A B toto, vel quouis omnino tempore propterea motum dicimus quippiam eſſe quod ipſius vltimum nunc accipimus: (id eſt enim quod terminat: atq; inter ipſa nunc ſemper eſt tempus:) in cæteris etiam ſanè ſimili modo motum eſſe dicetur. Dimidij autem extremum eſt ipſa diuiſio. quare & dimidio motum erit: & in quacunque omnino parte. Semper enim per diuiſionem continuo tempus ab ipſis nunc terminatum euadit. Quòd ſi omne tempus eſt diuiſibile: & id quod eſt inter nunc ipſa tempus eſt, (uti diximus) omne profectò, quod mutatur, infinities eſt mutatum.*

Te. cō. 55. Amplius aūt, et ſi in omni tempore quod eſt. Y K motum eſſe dicimus, aut omnino in quolibet tempore: in accipiendo vltimum ipſius temporis, nunc: (hoc enim determinans eſt: & medium ipſorum nunc tempus eſt:) & in alijs ſimiliter dicetur motum eſſe. Medietatis autem vltimum, diuiſio eſt. quare et in medio motum erit: & omnino in qualibet partium. ſemper enim ſimul cum diuiſione, tempus eſt determinatum ab ipſis nunc. Si igitur omne tempus diuiſibile eſt: medium autem ipſorum, nunc tempus eſt: omne, quod mutatur infinities mutatum erit.

tertia ratio. Quæ talis eſt. In toto tempore Y K, vel in quocunq; alio, dicitur aliquid mutatum eſſe, per hoc, cp accipitur vltimū nunc ipſius tēporis: non cp in nunc moueatur aliquid, ſed quia in nunc terminatur motus. Vnde hic non accipit mutatum eſſe pro eo, quod eſt, aliquando moueri, ſed pro eo quod eſt terminari motum. Ideo autē neceſſe eſt terminari motū in vltimo nunc tēporis menſurantis motum: quia ipſum nunc determinat tēpus, i. eſt terminus ipſius, ſicut punctum lineæ. & oportet omne tēpus eſſe medium inter duo nunc, ſicut linea eſt inter duo puncta. Quia ergo moueri eſt in tēpore, ſequitur cp motum eſſe ſit in nunc, quod eſt terminus temporis. & ſi ita eſt de motu, qui eſt in toto tēpore, oportet etiam cp ſimiliter dicatur de partibus motus, quæ ſunt in partibus temporis. Iam enim oſtenſum eſt, cp ſi aliquid mouetur primo in toto tempore, cp mouetur in quali bet parte tēporis. Quælibet autem pars temporis accepta terminatur ad aliquod nunc. oportet. n. cp vltimum medietatis temporis ſit [diuiſio] ideſt ipſum nunc quod diuidit inter duas partes temporis. Quare ſequitur, cp illud, quod mouetur per totū, ſit prius motū in medio, propter nunc, quod determinat medium. Et eadem ratio eſt de qualibet alia parte tēporis. Qualitercunq; enim diuidatur tempus, ſemper inueniet quælibet pars tēporis determinari a duobus nunc: & poſt primum nunc tēporis menſurantis motum quodcunq; aliud nunc accipiatur in eo iam motum eſt: quia illud nunc, quodcunque accipitur, eſt terminus temporis menſurantis motum. Quia igitur omne tēpus diuiſibile eſt in tempora: & omne tēpus eſt medium inter duo nunc, et in omni nunc, quod eſt vltimum tēporis menſurantis motum, aliquid motum eſt, ſicut probatum eſt, ſequitur cp omne quod mutatur ſit infinities mutatū: quia mutatum eſſe eſt terminus motus ſicut punctum lineæ, & nunc temporis. Sicut ergo in qualibet linea eſt ſignare infinities punctum ante punctum, & in quolibet tempore infinities nunc ante nunc, propter hoc cp vtrunq; eſt diuiſibile in infinitum, ita in quolibet moueri eſt ſignare infinities mutatū eſſe: qa motus eſt in infinitū diuiſibilis, ſicut linea & tēpus, vt ſupra probatū eſt. Tertiā rationem ponit ibi.

Demonſtratio Secunda probans idem quod antea ſumpta à Tempore.



ARGY. *Præterea, ſi id, quod continue mutatur, & non eſt corruptum, neq; ceſſauit a motu: aut mutari aut eſſe mutatum. in quocunq;: neceſſe eſt vt mutetur: in ipſo autem nunc fieri nequit: in quocunq; ſanè tēporis puncto mutatū ſit ipſum, neceſſe eſt. Quare, ſi tēporis puncta ſint infinita, omne numerum quod mutatur, infinities eſt mutatum.*

Te. cō. 54. Amplius autem, ſi id quod cōtinue mutatur, & non corrumpitur, neq; pauſat a mutatione, aut mutari, aut mutatum eſſe neceſſe eſt in quolibet: in ipſo autem nunc nō eſt mutari: neceſſe mutatum eſſe ſecūdum vnumquodq; ipſorum nunc. Quare, ſi ipſa nunc infinita ſunt, neceſſe eſt omne quod mutatur, infinite mutatum eſſe.

Secūda ra. Quæ talis eſt. Omne quod mutatur [ſi non corrumpitur neq; pauſat a mutatiōe [i. neq; deſinit moueri, quaſi cōtinue mutatum, neceſſe eſt cp in quolibet nūc temporis, in quo mouetur, vel mutetur, vel ſit mutatum: ſed in nunc nō mutatur, vt oſtenſum eſt: ergo neceſſe eſt, cp in quodlibet nunc temporis menſurantis motum continuum ſit mutatum. Sed in quolibet tempore ſunt infinita nunc: qa nunc eſt diuiſio tēporis, & tempus eſt in infinitum diuiſibile: ergo omne, quod mutatur, eſt infinities mutatum. Et ita ſequitur cp ante omne moueri, ſit mutatum eſſe: non quaſi extra ipſum moueri exiſtens, ſed in ipſo, vt terminans aliquam partem eius. Secundo ibi.

Non

ARGY. *Non ſolum aūt id, quod mutatur, neceſſe eſt eſſe mutatum: ſed etiā ipſum mutatum, prius mutetur neceſſe eſt.*

Te. cō. 55. Non ſolū aūt quod mutatur neceſſe eſt mutatum eſſe: ſed etiā mutatū, neceſſe prius mutari.

Probat cp econuerſo, ante omne mutatum, præcedat mutari. Et primo ex parte tēporis. Secūdo ex parte rei ſm quā eſt motus. ibi [Amplius autē in magnitudine.] Circa primum tria facit, Primo proponit propoſitum. Secundo demonſtrat quoddā neceſſarium ad probandum propoſitū, ibi. [Omne. n. quod ex quodam.] Tertio inducit probationem principalis propoſiti. ibi [Quoniā igitur.] Dicit ergo primo, cp non ſolum omne, quod mutat, neceſſe mutatum eſſe iā: ſed etiā oē quod mutatū eſt neceſſe, eſt prius mutari: quia mutatū eſſe eſt terminus eius quod eſt moueri. Vnde oportet cp ante mutatū eſſe p̄cedat moueri. Secundo ibi.

Tex. 57.

Infra. Te. 56.

ARGY. *Omne nanq; quod ex quopiam in quippiam eſt mutatum, in tempore eſt mutatum. Sit enim in ipſo nunc ex A mutatum in B: in eodem igitur nunc, in quo eſt in A, mutatum non eſt. nam & in A, & in B ſimul erit. Ipſum nanq; mutatum non eſſe in hoc ipſo, cum eſt mutatum, antea demonſtrauimus. Quòd ſi in alio ſit mutatum: inter illa profectò medium tempus erit. Non ſunt enim hærentia ipſius temporis puncta.*

Omne. n. quod ex quodā in quiddam mutatum eſt, in tempore mutatum eſt. Sit. n. in ipſo nunc ex A in B mutatum, ergo in eodem quidem nunc, in quo eſt in ipſo A, non mutatum eſt: ſimiliter. n. eſſet in ipſo A & in B. Quod enim mutatū eſt, quando mutatum eſt, cp non eſt in hoc oſtenſum eſt prius: ſi vero in alio eſt in medio erit tēpus, non enim coniuncta erant ipſa nunc.

Ponit quoddā neceſſarium ad propoſiti probationē, ſ. cp omne quod mutatur ex quodā in quiddam: ſit mutatū in tempore. Sed aduerte cp hic mutatū eē non eſt idē quod terminari motum. ſupra. n. oſtenſum eſt, cp id temporis, in quo primo dicitur mutatum eſſe eſt indiuiſibile. ſed accipitur hic mutatum eſſe ſm cp ſignificat cp aliquid prius mouebatur: quaſi dicat, omne quod mouebatur, mouebatur in tēpore. Et hoc probat ſic. Si hoc nō eſt verum, ſit aliquid mutatum ex A in B, i. ex vno termino in alterū, in ipſo nūc: hoc poſito ſequitur quōd quādo eſt in ipſo A, i. in termino a quo, in eodem nunc nondum eſt mutatum: quia iam ſupra oſtenſum eſt, cp illud, quod mutatum eſt, quando mutatum eſt, non eſt in termino a quo, ſed magis in termino ad quē: ſequeretur ergo cp ſimul eſſet in A et in B, oportet ergo dicere, cp in alio nunc ſit in A, & in alio nunc mutatum ſit. Sed inter quælibet duo nūc eſt tēpus mediū, quia duo nūc non poſſunt eſſe ſibi coniuncta immediate, vt ſupra oſtenſum eſt. Relinquitur ergo, cp omne quod mutatur, mutatur in tēpore. Videtur autē id quod hic concluditur, habere inſtantiā in generatione & corruptione, inter quorum terminos nō eſt aliquod medium. Si enim inter nunc, in quo eſt in termino a quo, et inter nunc, in quo eſt in termino ad quē, ſit tempus medium, ſequetur, cp aliquid ſit medium inter eſſe, & non eſſe quia in illo medio tēpore, id quod mutat, neq; eſſet ens, neq; non ens. ſed quia ratio, quæ hic ponitur demonſtratiua eſt, oportet id quod hic dicitur aliquo modo etiā in generatione & corruptione ſaluari: ita tamē, cp aliquo modo etiā huiuſmodi mutationes ſint momenta neæ, cū non poſſit eſſe aliquod medium inter extrema earum. Eſt igitur dicendum, cp illud quod mutatur de non eſſe in eſſe, vel econuerſo, non eſt ſimul in non eſſe, & eſſe, ſed ſicut in Octauo dicetur, non eſt dare vltimum inſtans, in quo id quod generatur, ſit non ens: ſed eſt dare primum inſtans in quo eſt: ita cp in tēpore præcedenti illud inſtans, eſt non ens. Inter tempus autem, & inſtans, quod terminat motum, non eſt aliquod medium: & ſic non oportet cp ſit medium inter eſſe & non eſſe. Sed, quia tēpus quod præcedit inſtans, quo primo eſt quod generatur, mēſurat aliquē motū: ſequitur cp ſicut illud inſtās, in quo primo eſt quod generatur, eſt terminus præcedentis tēporis mēſurātis motum, ita incipere eſſe eſt terminus præcedentis motus. Si ergo generatio dicatur ipſa incæptio eſſendi, ſic eſt terminus motus, & ſic eſt in inſtanti: quia terminari motum, quod eſt mutatum eſſe, eſt in indiuiſibili temporis, vt ſupra oſtēſum eſt. Si autem generatio accipiatur ipſa incæptio eſſendi cum toto motu præcedente, cuius eſt terminus, ſic nō eſt in inſtanti, ſed in tempore: ita cp in toto tēpore præcedenti eſt non ens illud quod generatur, & in vltimo inſtanti eſt ens. Et ſimiliter dicendum eſt de corruptione. Tertio ibi.

Te. cō. 44.

Demonſtratio probans, quòd omne quod mouetur mouetur in tempore.



ARGY. *Cum igitur in tempore ſit mutatū. tempus autem omne ſit diuiſibile in dimidio ſane mutatum eſt, & in dimidij dimidio rurſus, & ſic ſemper. quare antea mutabatur.*

Quoniam igitur in tempore mutatum eſt: tempus autem omne diuiſibile: in medio aliud erit mutatum, & iterum in illius medio aliud, & ſic ſemper, quare mutabatur prius. Te. cō. 56.

Probat principale propoſitum tali ratione. Omne quod mutatum eſt, in tempore mutabatur, vt probatum eſt: omne aūt tempus eſt diuiſibile: quod autem in aliquo tempore mutabat, in qualibet parte illius tempore mutatur: ergo oportet dicere, cp illud quod mūtatum eſt in toto aliquo tēpore, mutabat, in prius medietate tēporis, & iterum in medietate medietatis: & ſic ſemper procedetur, propter hoc cp tempus eſt in infinitum diuiſibile. Ergo ſequitur, cp omne quod mutatum eſt, prius mutabatur: & ita ante omne mutatum eſſe præcedit mutari. Deinde cum dicit.

ARGY. *Præterea id, quod dictum eſt in magnitudine magis eſt manifeſtum, propterea quòd magnitudo continuum eſt, in qua mutatur id, quod mutatur. Sit. n. ex C quippiam muratum in D. Si igitur C D indiuiſibile ſit, partibus uacanti, partibus profecto uacans hærebit. Quod ſi id fieri nequeat, medium ipſum magnitudinem eſſe neceſſe eſt, diuiſibileq; eſſe in infinita. quare prius in illa mutatur. omne ergo mutatum, prius mutari neceſſe eſt.*


Dubium. An inter terminos generationis, & corruptionis ſit medium tēpus. Lectio. 57. Te. cō. 69.

Amplius aūt in magnitudine manifeſtius eſt quod dicitur, propter id quod continua eſt magnitudo, in qua mutatur id quod mutatur. Sit enim mutatum ex C in D: ergo ſi indiuiſibile eſt ipſum C D, impartibile erit impartibili coniunctum. Quoniā autē hoc impoſſibile eſt, neceſſe eſt magnitudinē eſſe quod inter eſt, et in infinita diuiſibile. Quare ſi in illa mutatur prius, neceſſe ergo, omne quod mutatum eſt, mutari prius.

Oſtendit idem ratione accepta ex parte eius, ſm quod mutabatur. Et primo quātum ad motus qui ſunt in quan-

titate. Secundo quantum ad alias mutationes. ibi [Eadem
Te.58. enim demonstratio est.] Dicit ergo primo, ꝙ hoc quod dictum est ex parte tẽporis communiter ad omnem mutationẽ, manifestius potest accipi ex parte magnitudinis: quia magnitudo est manifestior, ꝙm tempus: & magnitudo continua est sicut & tempus: & in ea aliquid mutatur. scilicet quod mouetur fm locum, vel quod mouetur fm augmentum et decrementum. Sit ergo aliquid mutatum ex C in D. non autẽ potest dici, ꝙ totum quod est C D, sit indiuisibile: quia oportet ꝙ C D sit pars alicuius magnitudinis, sicut motus, qui est ex C in D, est pars motus totius. Similiter. n. diuiditur magnitudo & motus (vt suprà ostensum est) Si autẽ aliquod indiuisibile sit pars magnitudinis; sequitur ꝙ duo impartibilia erunt immediate coniuncta, quod est impossibile (vt suprà ostensum est) non ergo potest dici, ꝙ totum C D sit indiuisibile: Ergo necesse est, ꝙ id quod est inter C & D, sit quædam magnitudo, & per consequens ꝙ in infinitũ diuidi possit. Sed semper prius mutatur in parte magnitudinis, ꝙm fit mutatum per totam magnitudinem: ergo necesse est, omne quod mutatũ est, prius mutari sicut necesse est, ꝙ ante quãlibet magnitudinẽ totã, fit pars eius. Secundo ibi.

Demonstratio probans, quòd ante omne mutatum esse præcedit mutari.



ARGV. *Eadem est enim & in hisce, quæ non continua sunt, demonstratio, ut in contrarijs, & in hisce, quæ cõtradicto riam subeunt oppositionem. Sumemus enim id tempus, in quo est mutatum, & eadem rursus dicemus.*

te.cõ.58. Eadem enim demonstratio est, & in non continuis, vt in contrarijs & contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum est, & iterum eadem dicemus.

Ostendit ꝙ idẽ necesse est esse in illis mutationibus, quę non sunt fm aliqua cõtinua, sicut de alteratione, quæ est in ter contrarias qualitates: & de generatione & corruprione quæ sunt inter contradictoriæ oppositа. Licet. n. in his non possit hoc demonstrari ex parte rei fm quã est motus, accipietur tñ tẽpus, in quo sunt huiusmodi mutationes, & eodem modo procedetur. Sic igitur in trib⁹ mutationibus. s. alteratione, & corruptione, & generatione, habet locũ sola prima ratio: in alijs aũt tribus. s. augmẽto & decremẽto, & loci mutatione, habet locum vtraq;. Deinde cum dicit.

ARGV. *Quare mutetur ipsum mutatum, & mutatum si id quod mutatur, necesse est. atq; mutari, prius est ipso mutatum esse, & mutatum esse, ipso mutari, ac nunquam primum sumetur. Causa autem huius est, partibus vacans, non esse vacanti partibus hærens. In infinitum enim ipsa diuisio proficiscitur, vt in crescentibus ac decrescentibus intueri lineis, licet.*

Quare necesse est, mutatum oẽ mutari prius: & quod mutatur, mutatum esse. & est ipso mutari, mutatum esse prius ipso autẽ mutatum esse, mutari, & nullo modo comprehenditur primũ.

E Causa autẽ huius est, non esse impartibile impartibili cõiunctum. In infinitum enim diuisio est, sicut in ijs, quæ augmẽtatur & minuũtur lineis.

Concludit principale propositum. Et primo in communi, secundo specialiter quantum ad generationem & corru te.59. ptionẽ. ibi [Manifestum igitur.] Concludit ergo primo ex præmissis, ꝙ necesse est omne mutatum, prius mutari: & quod mutatur prius esse mutatum. Et sic verum est dicere, ꝙ hoc ipso quod est mutari, prius est mutatum esse: & iterum, hoc ipso, quod est mutatũ esse, est prius mutari. & ita manifestum fit, ꝙ nullo modo cõprehenditur aliquid primum. Et huiusmodi causa est, quia in motu non coniungitur impartibile impartibili, ita ꝙ totus motus cõponatur ex impartibilibus: quia si hoc esset, esset accipere aliquod primum: hoc autẽ non est verum, quia motus est diuisibilis in infinitum: sicut etiã & lineæ, quæ in infinitum diminuuntur per diuisionẽ, & in infinitum augmẽtantur per additionẽ oppositã diminutioni: dum. s. quod subtrahitur ab vno, alteri additur, vt in Tertio est ostensum. Manifestũ est. n. in linea, ꝙ ante quãlibet partẽ lineæ est accipere punctum in medio illius partis: & ante illud punctum mediũ est accipere aliquam partem lineæ, & sic in infinitum, non tamen linea est infinita: quia ante primum punctum lineę non est aliqua pars lineæ. Et similiter consyderãdum est in motu: quia, cum quælibet pars motus sit diuisibilis, ante quãlibet partẽ motus est accipere indiuisibile aliquod in medio illius partis, quod est mutatum esse, & ante illud in diuisibile est accipere partem motus, & sic in infinitũ. Non tamẽ sequitur ꝙ motus sit infinitus: quia ante primũ indiuisibile motus non est aliqua pars motus. Illud tamen primum indiuisibile non dicitur mutatum esse, sicut nec primum punctum lineæ dicitur diuisio. Secundo ibi.

Quæ cum ita sint patet necesse esse, & id quod est factum fieri prius, & id quod fit antea factum esse, modo diuisibilia atq; cõtinua sint. Non tamen semper quod fit, factum est prius, sed interdum aliud: ceu illius aliquid, vt in ædibus fundamentum. Similiter fit, & in eo quod corrumpitur, & corrupto. inest enim ei quod fit & ei quod corrumpitur infinitio quædam: quippe cum continuum sit, utrunq;. & impossibile, est, aut fieri non factum aliquid: aut factum esse, non fiens aliquid. Similiter & in ipso corrumpi, atq; corruptũ esse. Semper enim corruptum esse, antecedit corrumpi, & corrumpi corruptum esse. Patet igitur, quòd id quod est factum, prius necesse est fieri: & id quod fit, antea factum esse, est enim omnis magnitudo omneq; tempus diuisibile semper. Quare & in quocunq; fit, non erit in illo vt primo. ARGV.

Manifestum igitur quoniã quod factum est, te.cõ.59. necesse est fieri prius: & quod fit factũ esse, quæcunq; diuisibilia & continua sunt: nõ tamẽ semper quod fit, sed aliud aliquando, vt illis aliquid, sicut domus fundamentũ. Similiter autem & in eo quod corrũpitur, & eo, quod corruptum est. mox enim inest ei quod fit, & quod corrũpitur, cum sit cõtinuũ, infinitum quoddam. sed nõ est fieri, nisi aliquid factum sit prius, neq; factũ esse, nisi fiat aliquid. similiter autẽ, & in corrumpi, & in corruptũ esse. semper. n. est ipso corrũpi, corruptũ eẽ prius, corrupto autem esse, corrumpi. Manifestũ igitur, quia quod factũ est necesse est fieri prius, & quod fit factũ esse. ois. n. magnitudo, & oẽ tẽpus, semper diuisibilia sunt. Quare in quocũq; fit aliquid, nõ erit vtiq;, sicut in primo.

Ostendit

Ostẽdit idem specialiter in generatione & corruptione. A
Et hoc ideo, quia aliter se habet mutatũ esse ad mutari in generatione & corruptione, & aliter in alijs. In alijs. n. mutatũ esse, & mutari est fm idẽ, sicut alteratũ esse, & alterari est fm albũ. Nã alterari est mutari fm albedinẽ, alteratum aũt esse, est mutatum esse fm albedinẽ, & idem dicendum est in motu locali & augmento, & decremento. Sed in generatione fm aliud est mutatum esse, & fm aliud mutari. nã mutatum esse est fm formã: mutari vero non est fm negationẽ formæ quæ non suscipit magis & minus fm se, sed mutari est fm aliquid adiunctum negationi, quod suscipit magis et minus, quod est qualitas. Et ideo generatũ esse est terminus eius, quod est alterari, & similiter corruptũ esse. Et quia motus denominatur a termino ad quẽ, vt in prin-
Te.28. cipio Quinti dictũ est, ipsum alterari, quia habet duos terminos, s. formã substantialẽ, & qualitatẽ, dupliciter nominatur, quia potest dici & alterari, & fieri & corrũpi. Et hoc modo accipit hic fieri & corrũpi, pro ipso alterari fm ꝙ ter minatur ad esse vel nõ esse. Vnde dicit ꝙ illud [quod factũ B est, necesse est prius fieri, & illud, quod fit, necesse est factũ esse: quæcunq; tñ sunt diuisibilia & continua.] Quod quidẽ ponitur (vt Cõmentator dicit) ad excludendũ quędam, quæ indiuisibiliter fiunt absq; motu continuo, sicut intelli-
Quod factũ est, prius fieri vel factũ esse ne celle est ꝙo intelligit. gere & sentire, quæ etiã non dicuntur motus nisi æquiuoce, vt in tertio de Anima dicit. Vel potest dici aliter, ꝙ hoc Philosophus addidit, vt accipiatur generatur cũ toto motu cõtinuo prædecente. sed id, quod fit prius factum esse diuersimode inuenitur in diuersis. Quędam. n. sunt simplicia quæ habent simplicẽ generationẽ, sicut aer aut ignis. & in istis non generatur pars ante partẽ, sed simul generatur & alteratur totũ, & partes: & in talibus id, quod factũ est, ipsummet prius fiebat: & quod fit, ipsummet prius factũ est, propter continuitatẽ alterationis prædecentis. Quædã vero sunt cõposita ex dissimilibus partibus, quorum pars generatur post partẽ, sicut in animali prius generatur cor, & in domo fundamentũ: & in istis quod fit prius factũ est, nõ ipsummet, sed aliquid eius. Et hoc est quod subdit ꝙ [non C semper id quod fit: prius ipsummet factũ est, sed aliquãdo aliquid eius factum est, sicut fundamẽtũ domus.] Sed, quia oportet deuenire ad aliquã partẽ, quę tota simul sit oportet ꝙ in aliqua parte id, quod sit factũ, sit fm aliquẽ terminũ acceptũ in alteratione prædicti. Sicut dum generatur animal iam factũ est cor, & dum generatur cor, iam factum est aliquid, non quidem aliqua pars cordis, sed aliqua alteratio facta est, ordinata ad generationẽ cordis. & sicut dictũ est de generatione, intelligẽdũ est de corruptione. statim. n. ei quod fit, & corrumpitur, ineſt quoddã infinitũ, cũ sit cõtinuum, quia ipsum fieri & ipsum corrumpi continuũ est. Et ideo non est fieri, nisi vbi aliquid factũ sit prius nec est aliquid factum esse, nisi fiat prius. Et similiter dicendũ est de corrumpi, & de corruptũ esse. semper. n. corruptum esse est prius ipso corrumpi, & corrumpi est prius hoc, quod est corruptum esse. vnde manifestũ est, ꝙ omne quod factum est, necesse est prius fieri, & omne quod fit, necesse est prius factum esse aliquo modo. Et hoc ideo, quia omnis magni- D
tudo, & omne tempus sunt in infinitũ diuisibilia. Et ideo in quocunq; tẽpore fit aliquid, hoc non erit sicut in primo, quia erit accipere partem priorẽ. Et hoc quod dictũ est de generatione & corruptione, intelligendũ est etiã de illuminatione, quæ est terminus motus localis corporis illuminãtis, sicut generatio & corruptio est terminus alterationis.

LECTIO IX.

Finitum & infinitum quo pacto similiter in tempore magnitudine, motu, ac mobili inuenitur ostenditur.

ARGV. *Cùm autem omne quod mouetur in tempore moueatur, in maioreq; maiore magnitudinem transeat fieri profectò non potest, vt magnitudinem infinito in tempore transeat quicquam finitam, modo non per ipsam eandem semper, nec per aliquam eius partem, sed per totam toto in tempore moueatur.*

Q Voniã aũt oẽ, quod mouetur in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo in infinito tẽpore impossibile est moueri per magnitudinẽ finitã non eandem semper, & illius aliquid, quod mouetur, sed in oĩ per oẽm. Te.cõ.60.

Postq; Philosophus determinauit de diuisione motus, hic determinat de finito & infinito in motu: sicut. n. diuisio pertinet ad rationẽ continui: ita finitũ et infinitũ. Sicut aũt suprà ostẽdit, ꝙ diuisio simul inuenitur in motu, magnitudine, tẽpore, & mobili, ita ostẽdit, nunc idẽ de infinito. Vn de circa hoc tria facit. Primo ostẽdit, ꝙ infinitum similiter inuenitur etiã in mobili, ibi. [Demõstratis. n. his, &c.] Ter Te.63. tio ꝙ similiter inuenitur in motu. ibi [Quoniã autẽ nec ꝙ fi te.64. nitum, &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit, ꝙ si magnitudo est finita, tẽpus non potest esse infinitũ. Secũdo ꝙ econuerso. si tempus est finitũ, ꝙ magnitudo non potest te.cõ. esse infinita. ibi. [Eadẽ aũt ratio, &c.] Circa primũ duo fa cit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum ibi. [Quod igitur si aliquid moueatur.] Primo ergo Infra. repetit duo quæ sunt necessaria ad propositum ostendendum, quorum vnum est, ꝙ omne, quod mouetur in tẽpore mouetur. Secundũ est, ꝙ in pluri tẽpore ab eodẽ mobili, ꝑ transitur maior magnitudo. Et ex his duobus suppositis intendit probare tertium, s. ꝙ impossibile sit in tempore in finito pertransire magnitudinem finitam. Quod tamen sic intelligendum est, ꝙ non reiteretur illud, quod mouetur ꝑ eandem magnitudinem, aut per aliquam partem eius multoties: sed ita ꝙ in toto tẽpore moueatur per totam magnitudinem. Et addidit hoc, vt præseruaret se a motu circulari, qui est super magnitudine finita & tamen potest esse in tempore infinito, vt ipse dicet in Octauo. Secundo ibi.

Patet igitur si quippiam æqua moueatur celeritate, ne ARGV.
cesse esse finitam magnitudinem illud finito in tempore pertransire, Sumpta nanq; parte quæ mensuraverit totã, in tot æqualibus temporibus, quot sunt magnitudinis partes, totã illam profectò magnitudinem pertransibit. Quare, cum harum quæq; finitæ sit quantitatis, & omnes numero sint finitæ, tẽpus etiam ipsum profectò finitum erit. tantum enim toties erit, quantum est tempus partis toties repetitum, quot sunt magnitudinis partes.

Quòd igitur si aliquid moueatur æque velociter, necesse est finitũ i finito moueri manifestũ est. Accepta. n. parte, quæ mensurabit totam, in æqualibus tẽporibus tãtis, quot partes sunt, ꝑ totã motum est. Quare qm̃ hæ finitę sunt, & quantitate vnaquęq;, & tot modis oẽs, & tẽpus vtiq; erit finitũ. Toties. n. erit tm̃ quãtum tẽpus, quod est partis multiplicatiuũ fm multitudinẽ partiũ.

Probat propositũ. Et primo, si detur mobile quod æque velociter moueatur per totã magnitudinẽ, Secundo, si non vniformiter & regulariter moueat. ibi [Sed si non fit &c.] te.61. Dicit ergo primo, ꝙ, si sit aliquod mobile, quod æque velociter moueatur, per totũ, necesse est, ꝙ si pertransit finitam magnitudinem, ꝙ hoc fit in tempore finito. Accipiatur. n. vna pars magnitudinis: quæ mẽsuret totum, puta si tertia vel quarta pars magnitudinis. si ergo mobile æque velociter mouetur per totũ, & æque velox est, quod æquale spatium in æquali, tẽpore pertransit, sequitur ꝙ in æqualibus temporibus, & tot quot sunt partes magnitudinis pertranseat mobile totã magnitudinem: puta si accepta sit quarta pars magnitudinis, eã pertransibit in aliquo tẽpore, & aliã quartã in alio tẽpore æquali, & sic totã magnitudinem pertransit in quatuor æqualibus tẽporibus. Quia ergo partes magnitudinis sunt finitæ numero, & vnaquæq; etiã est finita fm quantitatẽ: & tot modis pertransit oẽs partes, i. in totidẽ tẽporibus æqualibus, sequitur ꝙ totum tempus, in

Universidad de Deusto
Biblioteca


quo pertranſit totū magnitudinē, ſit finitū. Menſurabitur enim a tempore finitū, quia erit toties tm̄, quātum eſt tempus in quo pertrāſit partē, quoties magnitudo tota eſt tanta quāta eſt pars: & ſic totū tēpus erit multiplicatū ſm multiplicationē partiū. Omne aūt multiplicatum, menſuratur ab ſubmultiplici, ſicut duplū a dimidio: & triplū a triplo, & ſic de alijs. Tēpus aūt quo pertrāſit partē eſt finitū: quia, ſi detur q̄ ſit infinitū, ſequetur q̄ in æquali tēpore pertranſeat totū & partē: quod eſt cōtra id, quod ſuppoſitū eſt. Et ſic oportet, q̄ totū tēpus ſit finitum, quia nullū infinitum menſuratur a finito. Sed, quia poſſet aliquis dicere q̄ licet partes magnitudinis ſint æquales, & menſurent totam magnitudinē: tamē poteſt cōtingere q̄ partes tēporis nō ſunt æquales, ſicut q̄ſi non eſt æqualis velocitas in toto motu: et ſic tēpus, quo moueť per partē magnitudinis, nō menſurabit tēpus, quo mouetur per totam. Ideo conſequenter ibi.

ARGY. *Nihil autem intereſt, & ſi non æqua celeritate mouetur. Sit.n. ſpatiū quidē* A B *finitum, quod infinito in tēpore pertranſiuit, tempus autem infinitum* C D: *Si igitur per priorem aliam aliā partem motum eſſe neceſſe eſt, patet in priori temporis parte poſteriorue aliam, aliamue pertranſiuiſſe. ſemper enim maiori in tempore per aliam motum erit. adq; non minus fiet, ſiue æqua, ſiue non æqua celeritate mutetur & ſiue intendatur motus, ſiue remittatur, ſiue in eodem perſiſtat. Accipiatur itaq; pars aliqua ſpatij, quæ metietur* A B, *longitudinem totam atq; A B literis deſignetur: Hanc igitur aliqua in parte trāſiuit temporis infiniti. quippe cum impoſsibile ſit eam in infinito tempore tranſiſſe. totum enim ſpatium, in infinito pertranſit. Et rurſus ſi aliam ſumpſero tantam quanta eſt ipſa* A E, *neceſſe eſt, & hanc eadem ratione finito in tempore tranſiiſſe: & ſic uſq; ad vltimam profici ſcar. Cum igitur infiniti quidem nulla ſit pars, quæ metietur ipſum (vt patet). fieri enim non poteſt vt infinitum ex finitis æqualibus, & inæqualibus conſtet: propterea quod ea quæ multitudine magnitudineq; ſunt definita, ſiue æqualia, ſiue inæqualia ſint, tandem aliquo vno poſſunt. ſpatium autem finitum quātitate partis* A E *mēſuretur) finito profectō in tēpore, tale etiā mobile per magnitudinē* A B *finitā mouetur. Similiter, & de quiete dicendū eſt. Quare fieri nō poteſt, ut idē vnūq; generetur ſemper uel corrūpatur.*

cex.cō.61. Sed ſi nō ſit æque velociter, differt nihil. Sit enim in quo A et B ſpatiū finitum: quod motū ſit in infinito tēpore, & tēpus infinitum in quo C D, Si igitur neceſſe eſt prius alterū altero motum eſſe: hoc aūt manifeſtum, q̄ tēporis in priori & poſteriori alterū motū eſt. Semper.n. in pluri, alterum erit motū eſſe, ſiue æque velociter mutet, ſiue nō æque velociter mutet: & ſiue intēdatur motus, ſiue remittať, ſiue maneat, nihil minus. Accipiatur igitur aliquid A B ſpatij, quod ſit A E, quod menſurat A B. Hoc itaq; infiniti in quodā factū eſt tempore: in infinito.n. non poteſt eſſe: etenim in infinito eſt. Et iterum alterū iā ſi accipiamus quantum eſt A E, neceſſe in infinito tempore eſſe: omne.n. in infinito, & ſic accipiendo. Quoniā autē, infiniti quidem nulla pars eſt quæ mēſuret: (impoſſibile.n. infinitū eſſe ex finitis, & æqualibus, & inæqualibus: propter id quod menſurātur finita multitudine & magnitudine a quodā vno, ſiue æqualia, ſiue inæqualia ſint: finita aūt magnitudine nihil minus, ſpatium autē finitum quantis quæ ſunt A E menſuratur) ergo in finito tempore A B mouetur. Similiter autem, & in quiete. Quare neq; fieri, neq; corrumpi poſſibile eſt ſemper, aliquid vnum & idem.

Oſtendit q̄ hoc nihil differt quantū ad propoſitū. Sit.n. A B ſpatium finitum, quod pertranſitum ſit in tēpore infinito quod eſt C D. Neceſſe eſt aūt in omni motu, q̄ prius p tranſeatur vna pars q̄ altera: & hoc etiam manifeſtum eſt, quōd in priori parte temporis & poſteriori, altera & altera pars magnitudinis pertrāſitur: & ita oportet q̄ neq; duę partes magnitudinis pertranſeātur in vna & eadē parte tēporis, neq; q̄ in duabus partibus tēporis pertrāſeātur vna & eadē pars magnitudinis: & ſic oportet ſi in aliquo tēpore pertranſita eſt aliqua pars magnitudinis, q̄ in pluri tempore pertrāſeať non ſolū illa pars magnitudinis, ſed etiam cum hac & altera: & hæc indifferenter, ſiue æque velociter moueatur mobile, ſiue non: vel per hoc q̄ velocitas ſemper magis ac magis intenditur, ſicut in motibus naturalibus: vel per hoc q̄ magis & magis remittitur, ſicut in motibus violētis. His igit ſuppoſitis, accipiať aliqua pars ſpatij A B, quæ quidem pars ſit A E, & menſuret totum A B, ita.ſ. q̄ ſit aliquota pars ei⁹ vel tertia vel quarta. Hæc igitur pars ſpatij, pertranſita eſt in aliquo tēpore finito. Non enim poteſt dari q̄ ſit pertranſita in tēpore infinito, quia totū ſpatium pertranſitū eſt in tēpore infinito, & in minori pertranſitur pars q̄ totū. Itē accipiamus aliā partē ſpatij quæ ſit æqualis parti A E, & eadē ratione neceſſe eſt, q̄ hæc pars pertranſeatur in tēpore finito, quia totū ſpatiū pertrāſitur in tēpore infinito, et ſic ſemper accipiēdo accipiā tot tēpora finita, quot ſunt partes ſpatij, ex quibus cōſtituetur totū tēpus, in quo mouetur p totū ſpatiū. Impoſsibile eſt aūt q̄ aliqua pars infiniti mēſuret totū, neq; ſm magnitudinē, neq; ſm multitudinē, quia impoſsibile eſt q̄ infinitū conſtet ex partibus finitis numero: quarū etiā vnaquæq; ſit finita quātitate: ſiue dicatur q̄ illæ partes ſint æquales, ſiue q̄ ſint inæquales: quia quæcunq; menſurantur a quodā vno ſiue ſm multitudinē, ſiue ſm magnitudinē, oportet ea eſſe, finita. Ideo aūt dico multitudinē & magnitudinē, quia nihil minus menſurātur aliquid per hac q̄ habet finitā magnitudinē, ſiue partes mēſurātes ſint æquales ſiue inęquales. Quando.n. ſunt æquales, tunc pars mēſurat totū & multitudine & magnitudine: qn̄ vero ſunt inæquales, mēſurat multitudine, ſed nō magnitudine. (Sic ergo patet q̄ omne tempus, quod habet partes finitas numero & quantitate, ſiue ſint æquales ſiue inæquales, eſt finitū. Sed ſpatiū finitū menſurātur aliquibus finitis ex quantis cōtingit componi A B, & oportet eſſe ęquales numero partes tpis, & partes magnitudinis, et quaslibet eſſe finitas quātitate: ergo relinquiť q̄ p totū ſpatiū moueatur in tēpore finito. Deinde cū dicit,

Demonſtratio, probans quòd, ſi magnitudo eſt finita, quòd tempus infinitum eſſe non poteſt.



Eadem


ARGY. *Eadem ſanè ratione probabitur, fieri etiam non poſſe vt finito in tempore quicquam, aut infinitam magnitudinem tranſeat: ſiue uniformiter, ſiue difformiter moueatur, aut quiete infinita quieſcat. Sumpta nanq; temporis aliqua parte, quæ totum metietur tempus: in illa partem aliquam magnitudinis, nō totam magnitudinem tranſit. Totam enim toto in tempore tranſit. et rurſus in alia parte æquali, partem aliam magnitudinis tranſit. & in vnaquaq; ſimili modo: ſiue æquales ſint primæ parti, ſiue etiā inæquales. nihil enim refert, modo ſit quæq; finita. Patet enim exhauſto tempore, infinitam magnitudinem exhauſtam non fore: ſi ablatio fiat magnitudine numeroq; finita. Quare non infinitam magnitudinem, finito in tempore tranſit. atq; nihil intereſt altera ex parte tantum, an ex vtraq; infinita ſit magnitudo: eadem enim ſemper accommodabitur ratio.*

Tex.cō.62. Eadem autem ratio eſt & q̄ neq; infinito tempore per infinitum poſſibile eſt moueri, neq; quieſcere, neq; quod regulariter mouetur, neq; quod irregulariter. Accepta enim quadam parte, quæ metietur totum tempus, in hac quantum aliquod tranſibit magnitudinis, & non totam. in omni enim totā: et iterum in ęquali aliā, & in vnoquoq;, ſimiliter: ſiue æqualis erit, ſiue inæqualis ei, quæ eſt a principio. refert autem nihil, dummodo ſit vnaquęq;. Manifeſtum enim, q̄ finitum quoddam tempore, infinitum nō auferetur, finita diuiſione & quāto, & numero ablatione facta, tot modis. quare non tranſibit infinito tempore. infinitum nihil autem differt, magnitudinem in altera, aut in vtraq; eſſe infinitā: erit enim eadem ratio.

Oſtendit q̄ econuerſo, ſi tēpus eſt finitum et magnitudo eſt finita. Et dicit q̄ per eandē rationē poteſt oſtendi q̄ in finitum ſpatium non poteſt pertrāſiri in tēpore finito: neq; iterū poteſt quies eſſe infinita tēpore finito. Et hoc indifferēter ſiue moueat aliquid regulariter, ideſt æque velociter ſiue non regulariter: quia ex quo tempus ponitur finitum, accipiatur aliqua pars tēporis, quę menſuret totum tēpus, in qua mobile pertranſit aliquā partē magnitudinis, non aūt totā: quia pertranſit in toto tēpore, & iterū in ęquali tēpore pertranſit aliam partē magnitudinis: & ſimiliter pro vnaquaq; parte tēporis accipietur aliqua pars magnitudinis: & hoc indifferenter, ſiue pars magnitudinis ſecundo accepta ſit æqualis primæ parti (quod contingit quando æque velociter mouetur) ſiue ſit inæqualis (quod cōtingit quando non æque velociter mouetur) hoc.n. nihil differt, dūmodo ponatur q̄ quælibet pars magnitudinis accepta ſit finita: quod oportet dicere, alioquin tm̄ mouereť ī parte temporis, quantum in toto. Sic.n. manifeſtum eſt, q̄ per diuiſionem temporis aufertur totum ſpatium infinitum per aliquā finitā ablationē: quia cum tēpus diuidatur in partes finitas æquales: & tot oporteat eſſe partes magnitudinis, quot tēporis, ſequetur q̄ ſpatium infinitū conſumetur facta infinita ablatione: eo q̄ tot modis oportet diuidi magnitudinē, ſicut & tēpus: hoc aūt eſt impoſsibile: ergo manifeſtū ē, q̄ infinitū ſpatiū nō pertrāſitur ī tpe finito. Sit hoc indifferēter, ſiue magnitudo ſpatij ſit infinita ex vna parte, ſiue ex vtraq; ea eadē ratio eſt de vtroq;. Deinde cū dicit,

Appoſuimus autem ſequentem figuram, qua per literam præcedentis, eorum, quæ tum Ariſto. tum D. Tho. dicit facilis patet intellectus.

Demonſtratio probans, ſi tempus eſt finitum, quod magnitudo non poteſt eſſe infinita.



His demonſtratis, patet neq; fieri poſſe, vt magnitudo infinita, finito in tempore trāſeat magnitudinem finitam cauſam ob eandem. In parte nanq; temporis, finita pars tranſit & in vnaquaq; ſimili modo. Quo fit, vt tota in tempore finita tranſeat magnitudo. ARGY.

Demonſtratis.n. his manifeſtum eſt, q̄ neq; finitam magnitudinem infinitum contingit tranſire in finito tempore propter eandem cauſam. In parte enim temporis, finitum tranſibit, & in vnaquaq;, ſimiliter. Quare in omni finitum. Tex.cō.63.

Oſtendit q̄ infinitum & finitum ſimiliter inuenitur in mobili ſicut ī magnitudine & tempore. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit q̄ mobile nō eſt infinitum, ſi tempus & magnitudo ſint finita. Secundo q̄ mobile nō eſt infinitum, ſi magnitudo ſit infinita, & tēpus finitū. ibi [At vero neq; infinitū.] Tertio q̄ mobile nō poteſt eſſe infinitū, ſi magnitudo ſit finita, & tēpus infinitū. ibi [Amplius aūt & tpe.] Tex.65. Secūda pars

Primū oſtendit duab⁹ rationibus. circa quarū primā dicit, q̄ demonſtrato q̄ magnitudo finita nō pertrāſitur tpe infinito: neq; infinita finito, manifeſtū eſt ex eadē cauſa, q̄ neque īfinitū mobile pōt ptrāſire finitā magnitudinē in tpe finito. Accipiať.n. aliqua pars tpis finiti, in illa parte ſpatiū infinitum ptranſibit non totū mobile, ſed pars mobilis: & in alia parte tēporis ſimiliter, & ſic de alīs: & ſic oportebit accipere tot partes mobilis, quot accipiuntur partes tēporis. Infinitū aūt nō componitur ex partibus finitis, vt oſtēſum eſt, ergo ſequetur q̄ mobile quod mouetur in toto tēpore finito, ſit finitum. Secundam rationem ponit ibi.

At uero, cum magnitudo finita non tranſeat finito in tempore magnitudine infinitam, patet neq; magnitudinē infinitam longitudinem finitam tranſire. Nam ſi infinita magnitudo finitam pertrāſeat, & finitam infinitam tranſire neceſſe eſt: nihil.n. intereſt, utra ſit ea, quæ motu cietur. utroq; nanq; modo, infinitā tranſit finita. Nam, cum A *magnitudo infinita mouetur, erit aliqua pars eius finita, vt* B, *ſeu* D C, *& alia, atq; alia rurſus, & ſic ſemper. Quare fiet, vt ſimul infinita per infinitam, & finita per infinitā ſit mota. nec.n. fortaſſe fieri poteſt, ut aliter infinita per finitā ſit mota, quā hoc pacto, ut finita tranſeat in finitā uel latione pergēdo per ipſam, uel metiendo. Quare, cū hoc ſit impoſsibile, īfinita ſane finitā pertrāſire nō pōt.* ARGY.

Quoniam aūt finitum non tranſibit infinitū, in finito tpe, manifeſtum eſt, ſic neq; īfinitum finitum. Sī.n. infinitum finitū, neceſſe eſt & finitum, infinitū tranſire. Nihil.n. differt quodlibet eſſe quod moueť: vtroq;.n. finitum pertranſibit infinitū. Cum.n. moueatur īfinitum, in quo eſt A eſt aliquid ipſius ſm B finitum, vt C D, & iterū Tex.cō.64.


aliud

aliud,& aliud, & ſemper ſic. Quare ſimul accidit B
infinitū motum eſſe per finitum,& finitum tran
ſire infinitū. Neq;.n.fortaſſis poſſibile eſt aliter
infinitum moueri per finitum,q̄ꝫ q finitū trāſeat
infinitū,aut ita q̄ feratur,aut metiat. Quare,q̄n
hoc impoſſibile eſt nō tranſibit infinitū finitū.

Secūda ratio. Et differt hęc ſecūda ratio a priori,quia in priori aſſume
batur pro principio idē mediū,ex quo ſuperius demonſtra
bat:hic aūt accipitur pro principio ipſa cōcluſio ſuperius
demonſtrata:oſtenſum eſt.n.q̄ mobile finitum non poteſt
pertrāſire ſpatiū infinitū in tpe finito. vnde manifeſtū eſt,
q̄ eadē ratione,nec mobile infinitū poteſt pertrāſire ſpatiū
finitum in tempore finito. Quia,ſi infinitum mobile per-
tranſit ſpatium finitum,ſequitur q̄ etiam finitum mobile
pertranſeat ſpatiū infinitum:quia,cum tam mobile q̄ ſpa-
tium, ſit quantum, datis duobus quātis nihil differt quod
eorum moueatur & quod quieſcat. hoc enim habebitur
pro ſpatio,quo quieſcit, & illud pro mobili,quod moue- F
tur.manifeſtum eſt enim q̄ quodcunq; ponatur moueri,ſe
quitur q̄ finitum pertrāſeat infinitum. Moueatur enim in-
finitū, quod eſt A, & ſit aliqua pars eius finita quæ eſt C n.
quando totum mouetur, hæc pars finita, erit ſm aliquod
ſignum ſpatij,quod ſit n, & continuato motu, iterum alia
pars infiniti mobilis fiet iuxta illud ſpatium,& ſic ſemper.
vnde ſicut mobile pertranſit ſpatium, ita ſpatium quoddā
pertranſit mobile,inquantum ſucceſsiue alternantur diuer
ſæ partes mobilis iuxta ſpatium. Vnde patet, q̄ ſimul acci-
dit infinitum mobile moueri per finitum ſpatium & fini-
tum tranſire infinitum. non enim aliter eſt poſsibile q̄ in-
finitum moueatur per ſpatium finitum, q̄ꝫ q finitum per-
trāſeat infinitum:aut ita q̄ finitum feratur per infinitum,
ſicut quando mobile eſt finitum et ſpatium infinitum:aut
ita q̄ ſaltim finitum metiatur infinitum.ſicut cū ſpatiū eſt
finitum.& mobile infinitū:tunc.n.licet finitum nō feratur
per infinitum tamen finitum menſurat infinitum, inquan
tum ſpatiū fit iuxta ſingulas partes mobilis infiniti. Quia
hoc eſt impoſsibile ſequitur q̄ infinitū mobile nō pertran-
ſit ſpatium finitum in tempore finito. Secundo ibi.

Demonſtratio probans quòd mobile infinitum non poteſt pertranſire magnitudinem finitam in tempore, finito.

Tempus finitum.



ARGY. *At vero nec infinita infinitam,finito in tempore tran
ſit. Nam,ſi tranſit & infinita finitam ſanè tranſibit. In-
eſt enim in infinita,finita.*

Te.c6.56. At vero neq; infinitum, finito tempore tran
ſibit infinitum.ſi enim infinitū, & finitum.ineſt
enim infinito finitum.

Oſtendit q̄ non poteſt eſſe mobile infinitum, ſpatio exi
ſtente infinito & tēpore finito. Et hoc eſt quod dicit, q̄ infi
nitum mobile non pertranſit infinitum ſpatium in tempo
re finito. In omni enim infinito eſt aliquid finitum,ſi ergo
mobile infinitum pertrāſeat ſpatium infinitum in tempo-
re finito,ſequitur q̄ pertranſeat ſpatium infinitum in tem
pore finito,quod eſt contra præoſtenſa. Tertio ibi.

ARGY. *Præterea & tempore ſumpto cadē demonſtratio erit.*

Amplius autem & tempore accepto, eadem
erit demonſtratio.

Dicit q̄ eadem demonſtratio erit ſi accipiatur tempus
infinitum,& ſpatium finitum: quia,ſi pertranſit infinitum
mobile finitum ſpatium in tempore infinito,ſequitur q̄ in
aliqua parte temporis finiti pertranſeat aliquam partem
ſpatij:et ita infinitum pertranſibit finitū in tempore finito,
quod eſt contra prȩoſtenſa. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum igitur nec infinitam finita: nec infinita finitam,
nec etiam infinitam infinita ſimto in tempore tranſeat:pa-
tet neq; motum infinitum in tempore ſore finito. Quid
enim intereſt motus an magnitudo ſit infinitum? Nam ſi
utrumuis fuerit infinitum, & alterum infinitum eſſe,ne-
ceſſe eſt. Omnis enim latio eſt in loco.*

Te.c6.66. Quoniam autem neq; finitum infinitū tran-
ſibit, neq; infinitum finitum: neq; infinitum in
finito tempore mouetur manifeſtum eſt q̄ neq;
motus erit infinitus in finito tempore. Quid.n.
differt motum, aut magnitudinem infinitum fa
cere? Neceſſe.n.ſi vnum infinitum eſt, & alterū
infinitum eſſe.omnis.n.loci mutatio in loco eſt.

Oſtendit q̄ finitum & infinitum ſimiliter inuenitur in
motu,ſicut in præmiſsis, & dicit q̄, quia finitum mobile
non pertranſit ſpatium infinitum,nec infinitum mobile.ſi
nitum ſpatium:neq; infinitum mobile infinitum ſpatium
in tempore finito, ſequitur ex his, q̄ non poſsit eſſe motus
infinitus in tempore finito. Quantitas enim motus accipi-
tur ſm quantitatem ſpatij: vnde non differt motum dicere
infinitum,aut magnitudinem, neceſſe eſt enim ſi vnum eo
rum fuerit infinitum, & alterum infinitum eſſe: quia non
poteſt eſſe aliqua pars loci mutationis extra locum.

LECTIO. X.

Sicut in motu & eo quod mouetur primum non datur, ita & in quiete & eo quod quieſcit primum non dari,oſtenditur.

ARGY. *Cùm autem id omne moueatur, aut quieſcat quod ap-
tum ſt moueri.quando,& vbi, et quemadmodum aptum
eſt,ipſum profectò ſtans,cū ſtat moueri neceſſe eſt. Nam
ſi non mouetur quieſcit. at fieri non poteſt:ut ad quietem
proficiſcatur id quod quieſcit.*

Te.c6.67. QVoniam autem omne aut mouetur, aut
quieſcit quod aptum natum eſt, quando
aptum eſt, & vbi quo,& ſic neceſſe ne
quod ſtat,cùm ſtat moueri.ſi enim nō mouetur,
quieſcet: ſed non contingit quieſcere quieſcens,

Poſtq̄ Philoſophus determinauit de iis quæ pertinent
ad diuiſionem motus,hic determinat de iis quę pertinent H
ad diuiſionem quietis. Et, quia ſtatio eſt generatio quie-
tis,vt in Quinto dictum eſt,primo determinat ea quæ per-
tinēt ad ſtationem.ſecundo ea quæ pertinent ad quietem.
ibi[Neq; igitur quieſcens &c.]Circa primum tria facit. Te.72.
Primo dicit q̄ omne quod ſtat mouetur. Secundo q̄ omne Tet.68.
quod ſtat, ſtat in tempore,ibi[Hoc autem demonſtrato.] Te.70.
Tertio oſtendit quomodo primum dicatur in ſtatione.[In
quo autem tempore.]Primo oſtendit ſic. Omne quod na-
tum eſt moueri,eo tēpore quando natum ē moueri, & ſm
illud, & eo modo prout natum eſt, oportet q̄ moueatur,
vel quieſcat: ſed illud quod ſtat, ideſt tendit ad quietem,
non quieſcit, quia contingeret, q̄ aliquid ſimul quieſcēs.i.
in quietē tendēs,quieſceret,i.in quiete eſſet,ergo oē quod
ſtat.i.in quietem tēdit, mouetur q̄n ſtat. Secundo ibi.

ARGY. *Quo demonſtrato,patet neceſſe eſſe & in tempore ſta
re. Omne nanq;,quod mouetur,in tempore ſanè mouetur:
ipſum autem ſtans moueri oſtendimus:quare neceſſe eſt in
tem-*

tempore ſtare. Præterea ipſum celerius ac tardius in tem- A
pore dicimus eſſe:at ſit vt tardius atq; celerius ſtetur.

te.c6.62. Hoc autem demōſtrato manifeſtum eſt q̄ in
tempore neceſſe eſt ſtare. Quod enim mouetur
in tempore mouetur: quod autē ſtat oſtenſum
eſt moueri: quare neceſſe eſt in tempore ſtare.

Te.c6.69. Amplius autem ſi velocius & tardius in tem
pore dicimus, ſtare autem eſt velocius et tardius.

Probat q̄ omne quod ſtat,ſtat in tempore,duabus ratio
nibus,quarum prima eſt talis. Omne quod mouetur, mo-
uetur in tēpore,vt ſupra probatum eſt:ſed oē quod ſtat mo
uetur,vt nūc probatū eſt:ergo omne quod ſtat, ſtat in tpe.
Secunda ratio eſt,quia velocitas & tarditas determinātur
ſm tēpus:ſed cōtingit aliquid velocius & tardius ſtare.i.in
quietē tēdere:ergo oē quod ſtat, ſtat in tēpore. Tertio ibi.

ARGY. *At vero id quod ſtat,ſtet quacunq; in parte temporis
eius in quo primo ſtatur neceſſe eſt. Tempore nanq; diui-* B
*ſo,ſi neutra in parte ſtat, neque toto profectò in tempore
ſtat. quo fit ut non ſtet idipſum quod ſtat. Sin in altera,nō
in toto ſtat primo. In hoc enim per aliud ſtat, ut de eo quod
mouetur ante diximus.*

Te.c6.70. In quo autē tempore primo id, quod ſtat, ſtat
in quouis huius neceſſe eſt ſtare. Diuiſo.n.tēpo
re liquidē in neutra partiū ſtat, neq; in toto: qua
re neq; vtiq; ſtat quod ſtat. ſi vero in altera, nō in
primo toto ſtatū eſt. Secundū.n.vtrunq; in hoc
ſtatur, ſicut dictū eſt, et in eo, quod mouet, prius.

Oſtendit qualiter dicatur primum in ſtatione. Et circa
hoc duo facit. Primo oſtendit qualiter dicatur aliquid ſtā-
re in aliquo tempore primo, ſm q̄ primum opponitur ei
quod dicitur ſm partē, ſecundo oſtendit q̄ in ſtatione non
eſt accipere aliquam primā partem ibi. [Sicut autē quod C
infra. mouetur.] Dicit ergo primo, q̄, ſi in aliquo tēpore dicatur
aliquid ſtare primo & per ſe & non ratione partis neceſſe
eſt q̄ ſtetur in qualibet parte illius temporis. Diuidatur.n.
tempus in duas partes: & ſi dicatur q̄ in neutra parte ſtet,
ſequetur q̄ in toto non ſtet, in quo tamen ponebatur ſtare:
ergo ſtans non ſtat. Neq; etiam poteſt dici, q̄ in altera tan-
tum parte ſtet: quia ſic nō primo ſtaretur in toto tēpore ſed
ſolū ratione partis, vnde relinquit q̄ ſtet in vtroq;. Sic.n.
dicitur primo ſtare in toto, quia ſtat in vtraq; parte, ſicut
dictum eſt ſupra de eo quod mouetur. Secundo ibi.


ARGY. *Vt autem non eſt quicquam in quo primo mouetur id
quod motu cietur, ſic neq; quicquam eſt in quo ſtat id pri
mo quod dicimus ſtare. Neq; enim ipſius moueri, neq; ip
ſius ſtare, quicquam eſt primum. ſit.n.id quod primo ſtat
A B literis deſignatum. Hoc igitur vacare partibus impoſ
ſibile eſt. non eſt enim in eo motus quod partibus vacat:
propterea quòd id quod mouetur motum eſſe, neceſſe eſt,
Id vero quod ſtat, moueri iam demonſtrauimus. Quod ſi* D
*diuiſibile eſt, quacūq; in parte ipſius ſtat. Hoc enim prius
oſtendimus: in quo (inquam) primo quippiam ſtat: in eius
hoc parte quacunq; ſtare. Cum igitur tempus ſit id, in quo
primo ſtat, & non indiuiduum: omne vero tempus in infi
nitū ſit diuiſibile: non eſt profectò id, in quo primo ſtatur.*

Te.c6.71. Sicut autē quod mouetur non eſt in quo pri-
mo mouetur, ſic vtiq; neq; in quo ſtat, id quod
ſtat. Non.n.in ipſo moueri, neq; ſtare aliquid
eſt primum. ſit enim in quo primo ſtat in quo A
B. Hoc quidem impartibile non contingit eſſe.
motus.n.nō eſt impartibili propter id quod mo
tum eſt aliquid iplius. Quod autem ſtat demon-
ſtratum eſt moueri. At vero, ſi diuiſibile in qua-
libet ipſius partiū ſtat. Hoc.n.oſtēſum eſt prius,
q̄ in quo primū ſtat, in quolibet illius ſtat. Quo-
niam ergo tempus eſt in quo primo ſtat, & non
atomum eſt: omne autem tempus in infinitum
partibile, non erit in quo primo ſtatur.

Oſtēdit q̄ non eſt accipere aliquam primam partem in
ſtatione. & dicit q̄ ſicut non eſt accipere aliquā primā par-
tem tēporis, in qua aliquod mobile mouetur, ita etiā eſt in
ſtatione: quia neq; in ipſo moueri, neq; in ipſo ſtare poteſt
eſſe aliqua prima pars. Quod, ſi non concedatur, ſit prima
pars tēporis in qua ſtat A B, quæ quidem nō poteſt eſſe im
partibilis, quia oſtenſum eſt ſupra q̄ motus nō eſt impartibi
li tpis, eo q̄ ſemper quod mouetur, iam per aliud motū eſt,
vt ſupra oſtenſum eſt. Demōſtratum eſt etiam nunc, q̄ om
ne quod ſtat, mouetur. vnde relinquitur, q̄ A B ſit diuiſibi-
le, ergo in qualibet parte eius ſtat. Iam.n.oſtenſum eſt, q̄,
quando in aliquo tempore dicitur ſtare primo, & per ſe, &
non ratione partis, in qualibet parte illius ſtat: ergo cū ſit
pars prior toto non erat A B primum, in quo ſtat. Et, quia
omne illud, in quo ſtat, eſt tēpus, & non eſt aliquid indiuiſi
bile tēporis: oē autē tempus eſt diuiſibile in infinitum: ſe-
quitur q̄ non erit accipere primū, in quo ſtetur. Secūdo ibi.

*Demonſtratio oſtendens quòd non eſt accipere primum
temporis in ſtatione mobilis.*

A Primum temporis B Tempus.



ARGY. *Neq; igitur id eſt in quo primo quieſcens ipſum quie-
uit. In eo nanque non quieuit, quod partibus vacat: quia
non eſt in indiuiduo motus. In quo vero quieſcit quippiā,
in eo etiam & mouetur. tunc enim quieſcere quippiam di
cimus, quando & in quo eſt aptum ut moueatur, & non
moueatur. Præterea tunc quieſcere quippiam dicimus, cū
ſimiliter nunc ſeſe habet & prius, non uno quodam, ſed
duobus hoc minimis diudicātes. quare id in quo quieſcit,
partibus non vacabit. Quod ſi partibile eſt, tempus erit
profectò atq; in quauis ipſius parte quieſcet. Si enim hoc
oſtendetur, ut & in prioribus eſt demonſtratum. Quare
nihil erit & in hoc primum eſt autē huius hæc cauſa, om-
ne (in quā) quieſcere, atq; moueri in tempore. Tempus ve
rorum illum eſſe primum, neq; magnitudinem, neq; omnino
cūtinuum, cùm omne ſit diuiſibile in infinitum, vt patuit.*

Neq; igitur quieſcēs cum primo quieuit eſt. te.c6.72.
in impartibili.n.non quieuit, propter id quod
non eſt motus in atomo. In quo autem eſt quie-
ſcere, & moueri. Tunc.n.dicimus quieſcere qñ,
& in quo aptum natum eſt moueri non moue-
tur quod aptum natum eſt. Amplius autem te.c6.73.
id dicimus quieſcere, cū ſimiliter ſe habeat nunc
vt prius, tanq; non vno quodam iudicantes, ſed
duobus minimis. quare nō erit in quo quieſcit,

impar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

impartibile. Si vero partibile tempus vtiq; erit, & in qualibet partium iſtarum quieſcit. eodem enim modo demonſtrabitur quo & in prioribus. Quare nullum erit primum. * hæc autem cauſa eſt, quia quieſcit quidem, & mouetur omne, in tempore. Tempus autem nō eſt primum, neq; magnitudo: neq; omnino vllum cōtinuū. omne enim continuum in infinita diuiſibile.

* a 1. huius autem cauſa.

Oſtendit idem de quiete. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit q̄ non eſt accipere primū in quiete. Secūdo ponit quandā conſyderationē per quā motus a quiete diſtinguitur ibi. [Quoniā aūt omne quod mouetur.] Et quia eadē ratio eſt, quare non ſit primū in motu ſtatione, & quiete: ideo ex his quæ ſupra dicta ſunt de motu, & ſtatione, concludit idē in quiete. & dicit q̄ non eſt accipere aliquod primum, in quo quieſcēs quieuerit. Et ad hoc probandū reſumit quoddā quod ſupra probatū eſt, ſ. q̄ nihil quieſcat in impartibili tēporis. & reſumit etiam duas rationes quibus hoc probatū eſt. quarū prima eſt, q̄ motus nō eſt in indiuiſibili tēporis. In eodem autē eſt quieſcere & moueri quia non dicimus quieſcere, niſi quando id quod aptum natum eſt moueri, non mouetur tunc qñ aptum natum eſt moueri, & ſm id, ſm quod natum eſt moueri: puta qualitatē aut locum, aut aliquid huiuſmodi. Vnde relinquitur q̄ nihil quieſcat in impartibili tēporis. Secunda ratio eſt. quia tūc dicimus aliquid quieſcere, qñ ſimiliter ſe habet nunc ſicut prius: ac, ſi non dñudicemus quietē per aliquod vniū tātū, ſed per cōparationē duorum adinuicem, ex eo, ſ. quod ſimiliter ſe habet in duobus: ſed in impartibili non eſt accipere nunc & prius neq; aliqua duo: ergo illud temporis in quo quieſcit aliquid, non eſt impartibile. Iſto autem probato, procedit vlterius ad principale propoſitum oſtendēdum, Si. n. illud, in quo aliquid quieſcit eſt partibile habens in ſe prius & poſterius ſequitur q̄ ſit tempus. (Hæc enim eſt ratio temporis,) &, ſi eſt tempus, oportet q̄ in qualibet partium eius quieſcat. Et hoc demonſtrabitur eodem modo, ſicut & ſupra monſtratū eſt in motu & ſtatione: quia ſcilicet ſi non quieſcit in qualibet parte: aut ergo in nulla, aut in vna tantum, ſi in nulla, ergo neq; in toto. ſi in vna tantū, ergo in illa primo & non in toto. Si vero in qualibet parte temporis quieſcit, non erit aliquid accipere primū in quiete, ſicut neq; in motu. & huius cauſa eſt quia vnumquodq; quieſcit & mouetur in tempore. Sed in tēpore non eſt accipere aliquod primum, ſicut neq; in magnitudine, neq; in aliquo continuo, propter hoc q̄ omne continuum diuiſibile eſt in infinitum, & ſic ſemper eſt accipere partem, minorem parte. Et inde eſt q̄ neq; in motu, neq; in ſtatione, neq; in quiete eſt aliquid primum. Secundo ibi.

ARGY. *Cum autem omne quod mouetur, in tempore moueatur atq;, ex quopiam in quippiam mutetur: impoſsibile eſt eo in tempore, quo per ſe quippiam mouetur, & non in aliquo illius ipſum in aliquo primo eſſe.*

te. 66. 74. Quoniam aūt omne quod mouetur, in tempore mouetur, & ex quodam in quiddam mutatur: in quo tempore mouetur ſm ſe, & non quia in illius aliquo, impoſsibile eſt tunc ſecundum aliquid eſſe primum, quod mouetur.

Ponit quādam conſyderationem, per quā diſtinguitur id quod mouetur, ab eo quod quieſcit. Et primo ponit eā. Secundo probat ibi. [Quieſcere. n. eſt.] Circa primū præmittit duas ſuppoſitiones. Quarum vna eſt, q̄ omne quod mouetur, mouet in tēpore: Secūda eſt, q̄ oē quod mutatur, mutatur ex vno termino in aliū. Ex his duobus intēdit cōcludere tertiū, ſ. q̄, ſi accipiatur aliquod mobile, quod primo & per ſe moueatur, & nō ſolum ratione ſuæ partis, impoſsibile eſt q̄ ſit ſm aliquid vniū & idem illius rei, in qua eſt motus, vt puta in vno & eodem loco vel in vna & eadē diſpoſitione albedinis in aliquo tēpore: ita q̄ accipiamus in tempore eſſe ſecundum ſe, & non ratione alicuius quod in tēpore ſit. Ideo aūt oportet q̄ accipiatur mobile [quod primum mouetur.] quia nihil prohibet aliquid moueri ſm partem & tamen ipſum manet per totum tempus in vno & eodem loco, ſicut cum homo ſedens mouet pedem. Ideo autem dixit ex parte temporis [in vno tempore mouetur ſecundū ſe & nō quo in illius aliquo:] quia aliquid, dum mouetur, poteſt dici q̄ eſt in aliquo vno & eodem loco in tali die. Sed hoc dicitur, quia fuit in illo loco non in toto die, ſed in aliquo nunc illius diei. Secundo ibi.


ARGY. *Quieſcere nanq; quippiam eſt in aliquo eodem & ipſum. & partem ipſius quanq;, tēpore quodam eſſe. Sic. n. quieſcere dicimus, cum in alio nunc atq; alio uere dicere licet ipſum in eodem, partesq; ipſius eſſe. Quod ſi id eſt quieſcere, non ſit profectō, vt id quod mutatur in aliquo ſit totum ipſo tempore primo. Eſt. n. diuiſibile tempus omne. Quare alia in parte ipſius, atq; alia uere dicere licebit, in eodem, & ipſum, & quanq; partem ipſius eſſe. Quod ſi non ſit hoc pacto in aliquo, ſed uno in temporis puncto, non erit in aliquo profecto tempore ullo: ſed in temporis tantummodo fine. In ipſo uero nunc eſt quidem ſemper in aliquo, non tamen quieſcit. In ipſo nanque nunc neq; moueri quicquam, neq; quieſcere poteſt. Sed verum quidem eſt in ipſo nunc non moueri, atque in aliquo eſſe. In tempore autem ut quieſcens eſſe non poteſt: euenireat enim vt id quod fertur quieſcat.*

Quieſcere. n. eſt eo q̄ in eodem ſit tēpore quodam, & ipſum, & partium vnaquęq;. ſic. n. dicimus quieſcere, cū in alio & in alio ipſorum nūc, verum ſit dicere q̄ in eodem, & ipſum, & partes ſunt. Si aūt hoc eſt quieſcere, nō contingit quod mutatur ſm aliquid eſſe totum ſm primū tēpus. tempus. n. diuiſibile omne. Quare in alia & alia ipſius parte veroq; erit dicere, q̄ in eodem ſit ipſum, & partes. Si. n. non ſic eſt, ſed in vno ſolo nunc, non erit tempus vllum ſm aliquid, ſed ſecundum terminum temporis. In ipſo autē nunc eſt quod ſemper ſm aliquid manens, non tamē quieſcit. Neq; enim moueri, neq; quieſcere eſt in ipſo nunc. Sed non moueri quidem eſt verū in ipſo nunc, & eſſe ſecundum aliquid, in tempore autem non contingit eſſe ſecundum aliquid quieſcens: accidit enim quod fertur quieſcere.

Nec moueri nec quieſcere eſt i ipſo nūc.

Probat propoſitū. & dicit q̄, ſi id quod mutatur, ſit per totum aliquod tēpus in aliquo vno & eodē, puta ī vno loco, ſequitur q̄ quieſcat propter hoc q̄ in quodam tempore eſt in vno & eodem loco et ipſum & quælibet pars eius. et iam ſupra dictum eſt, q̄ hoc eſt quieſcere, cum verum ſit dicere de aliquo, q̄ ipſum & partes eius ſunt in vno & eodē in diuerſis nūc. Si ergo hæc eſt definitio eius quod eſt quieſcere, & nō contingit aliquid ſimul quieſcere & moueri, ſequitur, q̄ non contingat id quod mouetur eſſe totū [ſecundum aliquid] id eſt in aliquo, puta in vno & eodē loco [ſecundum primum tēpus], ſ. ſecundum aliquod totum tempus, & non tantum ſecundū aliquid eius. Et quare hoc ſequatur oſtendit: quia omne tempus eſt diuiſibile in diuerſas partes, quarū vna eſt prior altera; vnde, ſi per totū tēpus ſit in aliquo vno verū, erit dicere, q̄ in alia & in alia parte temporis ipſum mobile & partes eius ſint in vno & eodem, puta loco, quod eſt quieſcere. Quia ſi dicatur q̄ non eſt in diuerſis partibus temporis in vno & eodem, ſed ſolum in vno & eodem eſt per vnum nunc, non ſequitur q̄ ſit tempus in quo eſt [ſecundum aliquid] id eſt in aliquo vno & eodem, ſed q̄ ſit in vno & eodem ſecundum terminum temporis [id eſt ſecundum nunc. Licet autem ex hoc quòd eſt aliquid eſſe in tempore in vno & eodē, ſequatur quòd quieſcat: hoc tamen non ſequitur de nunc, ſi ſit ibi in vno ſolo nunc: quia omne, quod mouet, in quolibet nunc temporis in quo mouetur ſemper manens,] ideſt exiſtens ſm aliquid rei in qua eſt motus, puta ſecundum locum aut qualitatem, aut quātitatem, non tamen quieſcit, quia iam oſtenſum eſt, q̄ neq; quieſcere, neq; moueri contingit in ipſo nunc. Sed verum eſt dicere, q̄ in ipſo nunc aliquid non mouetur, & quod in ipſo nūc eſt alicubi, vel ſecundum aliquid, vel etiam illud quod mouet. Sed non contingit illud, quod mouetur, eſſe q̄ſcens in tempore ſecundū aliquid: accideret enim, q̄ aliquid, dum fertur, quieſceret, quod eſt impoſsibile. Relinquitur ergo quòd oē, quod mouetur, quandiu mouetur, nunquam eſt in vno & eodem per duo nūc: ſed p̄ vnum ſolū. Et hoc patet in motu locali. Sit enim magnitudo A C, & diuidatur in duo media in puncto B, & accipiatur aliquod corpus, quod ſit O æquale vtriq; ſcilicet A B, & B C, & moueatur de A B in B C. Si autem accipiantur loca totaliter abinuicem diſtincta, non eſt hic accipere niſi duo loca. ſed manifeſtum eſt q̄ mobile non ſimul, ſed ſucceſsiue deſerit primum locum, & ſubintrat ſecundum: Vnde ſm q̄ locus eſt diuiſibilis in infinitum, ſecundum hoc multiplicātur loca in infinitū: quia, ſi diuidatur A B in duo media in puncto D, & B C in duo media in puncto E, manifeſtum eſt q̄ D E erit alius locus ab vtroque. Et ſimiliter ſemper diuiſione facta, fiet alius locus. Et idem etiam manifeſtum eſt in alteratione, quia quod de albo tranſit in nigrum, per infinitos gradus albedinis & nigredinis & mediorum colorum pertranſit. Non tamen ſequitur quòd, cum ſint infinita media, quòd nullo modo poſsit peruenīri ad vltimum, quia huiuſmodi media loca non ſunt infinita in actu, ſed in potentia tantum, ſicut & magnitudo non eſt diuiſa actu in infinitum, ſed in potentia diuiſibilis.

Oſtenſio, quòd id quod mouetur, quandiu mouetur, nunquam eſt in vno & eodem per duo nunc, ſed per vnum ſolum.



LECTIO XI.

Rationes Zenonis motum omnem auferentes, diluuntur.

ARGY. *Zeno uero praue ratiocinatur. Dicit. n. ſi ſemper omne quieſcit, aut mouetur, cum eſt in ſibi æquale: id autē quod fertur, eſt in ſibi æquali ſpatio in ipſo nunc ſemper: immobilem eam eſſe ſagittam quæ fertur. Hoc autem eſt falſum. tempus enim non ex ipſis nunc indiuiſibilibus conſtat, quemadmodum nec ulla alia magnitudo.*

t. 66. 75. ZEno autem male ratiocinatur, & paralogizat. Si enim ſemper (dicit) quieſcit omne, aut mouetur, cum eſt ſecundum æquale: eſt autem ſemper quod fertur in ipſo nunc: immobilem eam eſſe ſagittam quæ fertur. Hoc autem falſum eſt. nō enim cōponitur tēpus ex ipſis nūc indiuiſibilibus, ſicut nec alia magnitudo vlla. Te. c. 76.

Poſtquam Philoſophus determinauit de diuiſione motus & quietis, hic excludit quædam ex quibus errabant aliqui circa motum. Et circa hoc tria facit. Primo ſoluit rationes Zenonis negantis totaliter motum eſſe, Secundo oſtendit quòd indiuiſibile non mouetur, contra Democritum, qui ponebat indiuiſibilia moueri ſemper. ibi [Oſtenſis aūt ex his.] Tertio oſtendit mutationem omnem eſſe finitam. cōtra Heraclitum, qui ponebat omnia moueri ſemper ibi. [Mutatio autem omnis.] Circa primum duo facit. Primo ponit quandam rationem Zenonis & ſoluit eam, quæ pertinet ad id quod immediate de motu præmiſerat, Secundo explicat omnes rationes eius per ordinē. ibi [Quatuor autem ſunt rationes.] *Dicit* ergo primo quòd Zeno male ratiocinabatur, & apparenti ſyllogiſmo vtebatur ad oſtendē dum, q̄ nihil mouetur, etiam id quod videtur velociſſime moueri, ſicut ſagitta quæ fertur: & erat talis. Omne quod eſt in loco ſibi æquali, aut mouetur, aut quieſcit: ſed omne quod fertur in quolibet nunc, eſt in aliquo loco ſibi æquali: ergo & in quolibet nunc, aut mouetur, aut quieſcit: ſed non mouetur, ergo quieſcit. Si autē in nullo nunc mouetur, ſed magis vē quieſcere: ſequitur q̄ in toto tēpore non moueatur, ſed magis quieſcat. Poſſet autem hæc ratio ſolui per id quod ſupra oſtēſum eſt, q̄ in nunc neq; mouetur, neq; quieſcit. Sed hæc ſolutio intentionem Zenonis non excluderet. ſufficit. n. Zenoni ſi oſtendere poſsit, q̄ in toto tempore nō mouetur, quod videtur ſequi ex hoc, q̄ in nullo nunc eius mouet. Et ideo Ariſt. aliter ſoluit. & dicit falſum eſſe, quod ratio cōcludit, & nō ſequi ex p̄miſsis. Ad hoc. n. q̄ aliquid moueatur in tpe alique, oportet q̄ moueatur in qualibet parte illius tpis: ipſa autem nunc nō ſunt partes temporis: non. n. cōponitur tempus ex nūc indiuiſibilibus, ſicut neq; aliqua magnitudo cōponitur ex indiuiſibilibus, vt ſupra probatum eſt: vnde nō ſequitur, q̄ in tempore nō moueaē aliquid ex hoc, q̄ in nullo nunc mouetur. Secundo ibi.

Te. 76. Te. 86. Te. 91. Te. 77.

ARGY. *Quatuor autem Zenonis de motu ſunt rationes, quæ difficultatem ſoluentibus afferunt. At prima quidem eſt ea qua motus ex eo tollitur, quia prius ad medium, quàm ad finem id quod fertur peruenire oportet: de qua diſtinxi mus antea.*

Te. c. 77. Quatuor autem ſunt rationes de motu Zenonis, ingerentes difficultatem ſoluētibus. Prima quidem de eo quod non mouetur, propter hoc quòd prius in medium oportet accedere, quod fertur quàm ad finem: de qua diuiſimus in prioribus rationibus.

Te. 81. Secūda pars. Ponit ſeriatim omnes rationes Zenonis quibus vtebatur ad deſtruendum motum. Et circa hoc tria facit. Primo manifeſtat, quomodo deſtruebat per ſuas rationes motum localem, ſecundo quomodo deſtruebat alias ſpecies mutationum. ibi [Neq; igitur ſm mutationem.] Tertio quomodo deſtruebat ſpecialiter motum circularem. ibi [Iterum autem in circulo.] Circa primum quatuor rationes ponit. Et hoc eſt quod dicit, quòd Zeno vtebatur quatuor rationibus contra motum, quę ingerebant difficultatem multis eas ſoluere volentibus. quarum prima talis eſt. Si aliquid mouetur per totum aliquod ſpacium, oportet quòd prius pertranſeat medium quàm perueniat ad finem: ſed, cum illud mediū ſit diuiſibile, oportebit quòd etiam prius pertrā ſeat medium illius mediū, & ſic in infinitum: cum magnitudo ſit in infinitum diuiſibilis, infinita autem non eſt tranſire in aliquo tempore finito: ergo nihil poteſt moueri. Dicit ergo Ariſtot. quòd ſuperius circa principium huius Sexti libri ſoluit iſtam rationem per hoc, q̄ ſimiliter tempus in infinita diuiditur, ſicut & magnitudo. Quę quidem ſolutio eſt magis ad interrogantem ſi infinita contingat tranſire in

Universidad de Deusto
Biblioteca

re in tempore finito, quàm ad interrogationem, vt dicet in Octauo vbi soluit hanc rationem per hoc quòd mobile nõ vtitur infinitis quæ sunt in magnitudine, quàsi in actu existentibus, sed ut in potentia existentibus. Tunc autem aliquo puncto spatij vtitur quod mouetur, vt in actu existenti, quando vtitur eo vt principio, & vt fine: & tunc necesse est, quòd ibi stet (vt ipsi ostendetur.) Et si sic oporteret transire infinita quasi in actu existentia, nũquam veniretur ad finem. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Secunda uero est ea, quæ nuncupatur achilles, quæ motus rursus ex eo tollitur, quia nunquàm id quod celerrime currit, id consequetur, quod tardius currit. Id enim quod persequitur eo peruenire ante necesse est, unde id quod fugit, fugam arripuit. Quare tardius ipsum semper aliquo spatio præcedat, necesse est. Est autem & huius rationis eadem uis, sed hoc differt, quòd magnitudinem, quæ accipitur, non in dimidia diuidit. Accidit igitur, vt tardius ipsum non attingatur, ex ratione nimirum ipsa. Fit autem ob diuisionem, qua quidem & antecedens utitur ratio. In utrisque enim fit ut non perueniatur ad finem magnitudine subeunte. et si nõ eodem modo, diuisionem. Sed in hac additur tanquam tragice decantatum, neque celerrimum unquàm tardissimum attingere persequendo. Quare solutionem utriusque eandẽ esse necesse est. Id uero quod censet nunquam id attingi quod antecedit, falsum est profecto, nam cùm antecedit, non attingitur. Attamen attingitur tandem, si dabit magnitudinem finitam id quod mouetur transire. hæ sunt igitur duæ rationes Zenonis.*

Te.cõ.78. Secũda autem, vocata achilles. Est autem hęc, quòd tardius nequaquam iungetur currẽs a velocissimo. ante autem necesse est persequẽs eat, vnde mouit fugiens. quare semper aliquid habere necesse est tardius. Est autem hæc eadem ratio, in decidendo duo. differt autem in diuidendo, non in duo acceptam magnitudinem. Non quidem igitur coniungi tardius, accidit ex ratione. Fit autem ad idem, in duo decisio. in vtrisque enim accidit non attingere ad terminum, diuisa quodammodo magnitudine. Sed apponitur in hac, quia neque velocissimum (quod cùm tragœdia dictum est) in persequendo tardius. Quare necesse est eãdem esse solutionem. Velle autem quòd præcedens non iungatur, falsum est. cùm enim præcedit, non coniungetur: sed tamen coniungetur, siquidem dabitur transire finitam. hæ quidem igitur rationes sunt duæ.

Secunda ro. Et dicit quòd hanc secundam rationem vocabant achillem, quasi inuincibilem & insolubilem. Et erat ratio talis. Quia, si aliquid mouetur, sequitur quòd id quod currit tardius, si incepit primo moueri, nunquam iungetur vel attingetur a quocunque velocissimo, quod sic probabat. Si tardum incepit moueri ante velocissimum per aliquod tẽpus, in illo tempore pertranſiuit aliquod spatium. ante igitur quàm velocissimum, quod persequitur, possit attingere tardissimum quod fugit, necesse est quòd vadat ab illo loco vnde mouit fugiens, vsque ad illum locum quo peruenit fugiens tempore illo, quo persequens non mouebatur: & oportet quòd adhuc velocissimum illud spatium pertrãseat in aliquo tempore, in quo tempore iterum tardius aliquod spatium modicum pertranſit, & sic semper. ergo semper tardius habet aliquid ante, ideſt aliquod spatiũ, in quo præcedit velocissimum quod ipsum persequitur. & ita velocius nunquàm attingeret tardius. hoc autem est inconueniens: ergo magis dicendum est, quòd nihil mouetur. Ad soluendum autem hanc rationem dicit, quòd hæc ratio est eadem cum prima, quæ procedebat ex decisione spatij in duo media quantum ad virtutem medij: sed differt ab ea in hoc, quòd aliqua accepta magnitudo spatij non diuiditur in duo media, sed diuiditur secundum proportionem excessus velocioris ad tardius in motu. Nam in primo tempore, quo mouebat solũ tardius accipitur maior magnitudo in secundo autem tempore, in quo velocius pertranſit prædictum spatium, cum sit minus, accipitur minor magnitudo pertranſita a tardiori, & sic semper. Vnde, quia tẽpus & magnitudo semper diuidũntur, videtur accidere ex hac ratione quòd tardius nunquam iungatur a velociori. Sed hoc in idem tendit cum eo, quod in prima ratione dicebatur de diuisione magnitudinis in duo media, quia in vtraque ratione videtur accidere, quòd mobile non possit adiungere vsque ad terminum quendam propter diuisionem magnitudinis in infinitum, quocunq; modo diuidatur. scilicet vel in duo media, sicut prima ratio procedebat: vel secundum excessum velocioris ad tardius, sicut procedit secunda ratio. Sed in hac secunda ratione apponitur, q velocissimum non potest attingere ad tardius dum persequitur ipsum: quod dictum est cum quadam [tragœdia,] ideſt cum quadam magnificatione verborum ad admirationem mouendam: sed non facit aliquid ad virtutem rationis. Vnde patet quòd necesse est esse eãdem solutionem huius secundæ rationis & primæ, sicut enim in prima ratione falsum concludebatur, quòd scilicet mobile nunquã peruenirет ad terminum magnitudinis propter infinitam magnitudinis diuisionem, ita falsum est quod vult secũda ratio concludere, quòd tardius præcedens, nunquam vincatur à velociori sequente: quod nihil est aliud, quàm mobile non peruenire ad aliquẽ terminum: verũ est enim quòd quamdiu præcedit tardius non coniungitur sibi velocius. tamen quandoque coniungitur sibi si hoc detur, quòd mobile possit pertranſire finitam magnitudinem in tempore finito. Pertranſibit enim velocius persequens totam illam magnitudinem, qua præcedebat ipsum tardius fugiens. & adhuc maiorem in minori tempore quàm tardius moueatur vltra per aliquam determinatam quantitatem, & ita non solum attinget ipsum, sed etiam vltra tranſibit. Hæ igitur sunt duæ rationes Zenonis sic solutæ. Tertiam rationem ponit ibi.

Tertia uero est ea, quæ quiescere dicit sagittam cùm fertur, de qua paulo ante diximus. Accidit autem id ex eo, quia tempus sumitur ex suis punctis constare. Quod si non dederis, ratio continuo expirabit. ARGY.

Tertia autem, quæ nunc dicta est, quoniam sagitta quæ fertur, stat. Accidit autem, quia accipit tempus componi ex ipsis nunc: non dato enim hoc, nullus erit syllogismus. Te. c. 80.

Et dicit quòd tertia ratio Zenonis erat illa quam supra posuit, antequam inciperet rationes enumerare, scilicet q sagitta quando fertur, quiescit: & sicut supra dictum est, hoc accidere videtur ex eo quod ipse supponit, quòd tempus componatur ex ipsis nunc. nisi enim hoc concedatur, non potest syllogizare ad propositum. Quartam rationem ponit ibi. Tertia ratio.

Quarta est ea, quæ de his est æqualibus molibus quæ propter æquales alias moles æquali celeritate: partim e calce stadij, partim e contra mouentur. Vbi fieri putat, ut duplo tempori, dimidium sit æquale. ARGY.

Quarta autem ex his, quæ mouentur stadio ex cõtrarietate æqualium magnitudinum, iuxta æqualia. his quidẽ a fine stadij, illis vero a medio æquali velocitate. In quo accidere opinatur, æquale tempus dimidium duplo. Te.cõ.81.

Circa

Secũda parte. Circa quam tria facit. Primo ponit rationem, secundo solutionem. ibi [Est autem deceptio.] tertio manifestat ipsam rationem Zenonis, per exempla. ibi [Vt sint stantes æquales magnitudines.] Dicit ergo primo quòd


Quarta ratio Zenonis ad idem. Quarta ratio Zenonis procedebat ex aliquibus, quæ mouentur in aliquo stadio: ita quòd sint duæ magnitudines æquales quæ mouẽtur [iuxta æqualia] ideſt per aliquod spatium stadij æquale vtrique in quantitate: & fit iste motus [Ex contrarietate] ideſt ita quòd vna magnitudinum æqualium moueatur, per illud spatium stadij versus vnam partem, & alia versus aliam partem: ita tamen quòd vna magnitudinum mobilium incipiat moueri a fine stadij ei æqualis: alia vero incipiat moueri a medietate stadij, siue spatij in stadio dato, & vtrũque moueatur æque velociter. Hac positione facta opinabatur Zeno quòd accideret, q tempus dimidium esset æquale duplo. quod, cũ sit impossibile, volebat ex hoc vlterius inferre, quòd impossibile est aliquid moueri. Secundo ibi.

ARGY. *Rationis autem fallacia in existimatione illa consistit. ea nanque, quorum alterum fertur per quiescens, alterum per id quod mouetur, æqualem magnitudinem celeritate æquali transire, in æquali tempore censet. hoc autem falsum est.*

Te.cõ. 82. Est autẽ deceptio in eo, quòd hoc quidem secus motum, illud autem secus quiescens æqualẽ magnitudinẽ vellet æquali velocitate secundũ æquale, ferri tempus. hoc autem falsum est.

Ponit solutionem. & dicit quòd Zeno in hoc decipiebatur, q accipiebat ex vna parte mobile moueri iuxta magnitudinem motam: & ex alia parte accipiebat quòd moueretur iuxta magnitudinem quiescentem, æqualem magnitudini motæ. Et, quia supponitur æqualis velocitas mobilium, volebat quòd secundum æquale tempus, esset æqualitas æque velocium circa æquales magnitudines: quarũ vna mouetur, & alia quiescit. Quod patet esse falsum. quia cum aliquid mouetur iuxta magnitudinem quiescentem, non est ibi nisi vnus motus: sed quando aliquid mouetur iuxta magnitudinem motam, sunt ibi duo motus. & si sint in eandem partem, addetur de tempore. si autem sint in oppositas partes, diminuetur de tempore secundum quantitatem alterius motus. Quia, si magnitudo iuxta quam aliquod mobile mouetur, in eandem partem moueatur æqualiter velocitare, vel etiam maiori, nunquam mobile poterit eam pertranſire. Si uero minori velocitate, magnitudo moueatur, pertranſibit eam quandoque, sed in maiori tempore, quàm si quiesceret. E contrario autem est, si magnitudo moueatur in oppositum mobilis: quia quantum magnitudo velocius mouetur, tãto mobile in minori tempore eam pertranſit: quia vterque motus comparatur ad hoc, q inuicem se pertranſeant. Tertio ibi.

ARGY. *Sint quiescentes quidem æquales moles* A A A A, *super has autem moueantur moles* B B B B, *incipiendo a medio ipsarum molium, numero & magnitudine æquales:* C C C C, *uero his æquales modo eodem, & æque celeres: super ipsas* B, *incipiendo a prima, quæ est in medio ipsarum* A, *motu contrario moueantur. Accidit igitur primam* B *atque* C *molem simul in ipsis esse extremis: & C quidã uniuersas* A *moles,* B *uero dimidium ipsarum pertranſiuisse. Quare fit vt sit dimidium tempus. Vtraque enim æquali in tempore molium vnamquamque transiuit: & insuper accidit* B *per omnes moles* C *tranſiuisse. Prima nanque* C & B *moles in contrarijs, sunt extremis, tanto in tempore per vnamquamque* B *molium mota, quanto quæque molium* A *tranſiuit (vt dicit) propterea, quod utraque æquali in tempore per* A *moles est mota. Ratio igitur, hæc est. Fit autem ob id, quod diximus, falsum.*



Vt sint stantes æquales magnitudines, in quibus sunt A A A A, aliæ aũt in qbus ipsa B B B B, incipiẽtes a medio ipsorum A, quæ æquales sint his, secundum numerum & magnitudinem: aliæ autem, in quibus ipsa C C C C, ab vltimo, æquales nnmero his, & magnitudine, & æque veloces ipsis B. Contingit igitur primum B, simul cũ vltimo A, esse: & primum C secus inuicem motorum. Accidit autem ipsum C iuxta omnia A tranſire, & ipsum B secus media A. Quare medium esse tempus. æquale enim vtrunq; est secus vnũquodque. Simul autem accidit, ipsum B secus omnia C tranſactum esse. Simul enim erit primum B, & primum C in contrarijs vltimis, in æquali tempore ad vnumquodque factum ipsorum B quantum quidem ipsorum A (vt ait) propter ambo æquali tempore secus ipsa A fieri. Ratio igitur hęc est. Incidit autem, ob id quod dictum est, falsum.


Manifestat quod dixerat in terminis. Ponatur enim q sint quatuor magnitudines æquales sibi inuicẽ, in quarit qualibet ponatur A, & sint istæ magnitudines stantes, ideſt nõ motæ: vt si intelligatur q sit aliquod spatium quatuor cubitorũ in quorũ quolibet describatur A. Et sint aliæ quatuor magnitudines æquales sibi inuicem, in quarum qualibet describatur B, vt puta, si intelligamus q sit vnum mobile quatuor cubitorum. Incipiant autem hæ magnitudines moueri a medio spatij. Sint etiam quatuor magnitudines aliæ æquales numero, & magnitudine, & velocitate ipsis B, & scribatur in istis C, & incipiant moueri ab vltimo spatij, scilicet a primo A. Hac ergo suppositione facta, continget q primum B, per suum motum peruenier ad hoc q sit simul cum vltimo A, & iterum primum C, per suum motum peruenier vt sit cũ primo A oppositum vltimo: & simul etiam cum hoc erit cum vltimo B, quasi tranſiens [secus inuicem motorum] ideſt iuxta omnia B, quæ inuicem ei contra mouentur. Cum autẽ hoc factum fuerit, constat q istud primum C tranſiuit omnia A, sed ipsum B non tranſiuit nisi media. cum ergo B & C sint æqualis velocitatis: & æque velox minorem magnitudinem in minori tẽpore tranſeat, sequitur q tempus, in quo B peruenit ad vltimum C, sit dimidium temporis, in quo C peruenit ad primum A oppositum. in æquali enim tempore, vtrunque scilicet B & C est iuxta vnumquodque, ideſt in æquali tempore C & B pertranſeunt quodcunque A. Hoc igitur supposito, q tempus in quo B peruenit ad vltimum A, sit dimidium temporis in quo C peruenit ad primum A, oppositum, vlterius consyderandum est quomodo Zeno volebat concludere, quòd hoc dimidium tẽporis sit æquale illi duplo. Ex quo enim ponitur tempus motus ipsius C duplum tẽporis motus ipsius B, ponatur quod in prima medietate temporis B quiescebat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sebat, & c mouebatur: & sic c in illa medietate temporis E peruenit vsque ad medietatem spatij, vbi est B, & tunc B incipiat moueri ad vnam partem, & c ad aliam. quando autem B peruenit ad vltimum A, oportet quod pertransierit omnia C, quia simul primum B, & primum C sunt in cõtrarijs vltimis, scilicet vnum in primo A, & aliud in vltimo. Et sicut ipse dicebat C in æquali tempore fit iuxta vnũquodque B, in quanto tempore pertransit vnumquodque ipsorum A. Et hoc ideo, quia ambo, scilicet B & C in æquali tempore pertranseunt vnum A. Et sic videtur quod si B in æquali tempore pertransit, in quanto pertransit ipsum C: quod C in æquali tempore pertransit ipsum B & ipsum A: ergo tempus, in quo C pertransit omnia B, est æquale tẽpori in quo pertransiuit omnia A. Tempus autem, in quo C pertransit omnia B, est æquale tempori in quo C vel B pertransit medietatem ipsorum A (vt dictum est.) Probatum est autem quòd tempus, in quo ipsum B pertrãsit medietatem ipsorum A, est dimidium temporis, in quo C pertransit omnia A. ergo sequitur quòd dimidium sit æquale F duplo, quod est impossibile. Hæc igitur est ratio Zenonis. Sed incidit in fallitatem prædictam: quia scilicet accipit quòd C in eodem tempore pertranseat B contra motum, & A quiescens, quod est falsum (vt supra dictum est. Deinde cum dicit.

Demonstratio quòd, si magnitudo moueatur in oppositum mobilis: mobile in minori tempore eam pertransibit.

Magnitudo stans.



Tempus.

Hæc figura diuersa, huic loci expositionibus deseruire vt. prima vero his expositoni literæ.

ARGV. *At vero neq; in ea mutatione, cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem, impossibile quicquam nobis eueniet. Veluti quippiam si è non albo in album mutetur, atque in neutro est, neque album neque non album esse, non enim si non totum in utrouis sit, nõ dicetur album, aut non album esse. Album enim dicimus, aut nũ album, non quia totum, sed quia plurimis partibus sit, aut maxime præcipuis, tale. non est autem idem non esse in hoc, & non esse in hoc, totum. Similiter sese habet & in eo quod est, & in eo quod haud est, atque in cæteris, quæ contradictoriam subeunt oppositionem. Etenim in oppositorum quidẽ altero necessario erit totũ, aut in neutro semper erit.*

Te. eõ. 83. Albũ aut non albũ dicimus non quia totũ sit hmõi, sed quia plurimæ, aut maximæ præcipuæ partes.

At vero secundum eam, quæ in contradictione est mutationem, nihil nobis erit impossibile. ut si ex non albo in album mutetur, & in neutro est. tanquam ergo neque album erit: neque non album. Non enim, si non totum in quolibet est, non dicetur album, aut non album: album enim dicitur, aut non album, non quòd tum sit huiusmodi, sed quòd plures aut magis propriæ partes. non idem autẽ est non esse in hoc, & non esse in hoc totum. Similiter autem est, et in esse, & in non esse. & in alijs quæ secundum contradictionem sunt erit. non enim ex necessitate in altero oppositorum: in neutro autem, semper totum.

Ponit rationem, qua Zeno excludebat mutationẽ, quæ est inter contradictoria. Dicebat enim sic. Omne quod mutatur, dum mutatur in neutrum terminorum est: quia dũ est in termino a quo. nondum mutatur, dum autem est in termino ad quem, iam mutatum est. Si ergo aliquid mutetur de vno contradictorio in aliud, sicut de non albo in album, sequitur ꝙ dum mutatur, neque sit album, neque nõ album. Quod est impossibile. Licet autem hoc inconueniens sequatur aliquibus, qui ponunt impartibile moueri, tamen nobis, qui ponimus quòd omne quod mouetur est partibile, nullum accidit impossibile. Non enim oportet si non est totum in altero extremorum, quòd propter hoc nõ possit dici, aut, album, aut non album. Contingit enim quòd vna pars eius sit alba, & alia non alba. Non autem dicitur aliquid album, vel non album, ex eo quòd totum sit huiusmodi, sed quia plures et principaliores partes sunt tales, quæ magis propriæ sunt natæ tales esse: quia non idẽ est non esse, in hoc, & non esse totum in hoc, scilicet in albo vel non albo. Et quod dictum est de albo vel non albo intelligendum est de esse vel non esse simpliciter: & in omnibus, quæ opponuntur secundum contradictionem, sicut calidum & non calidum, & huiusmodi. Semper enim oportebit quòd sit in altero contra oppositorum illud, quod mutatur: quia denominabitur ab eo quod principalius inest: sed nõ sequitur quòd semper sit totum in neutro extremorum, vt Zeno putabat. Sciendum est autem, quòd hæc responsio sufficit ad repellendum rationem Zenonis: quòd G hic principaliter intenditur. Quomodò autem circa hoc se habeat veritas in Octauo plenius ostenditur. Non enim in quolibet verum est, quòd pars ante partem alteretur vel generetur: sed aliquando totum simul, vt supra dictum est, & tunc non habet locum hæc responsio, sed illa quæ ponitur in Octauo. Deinde cum dicit.


In circulo rursus, ac sphæra, & in ijs omnino, quæ in se ipsis mouentur, non eueniet ipsa quiescere. in eodẽ enim loco tempore quodam, (vt inquiunt) & ipsa, & partes sunt. quo fit, vt quiescant simul, ac moueantur. Primo nãque, partes non sunt eodem in loco tempore vllo. Deinde, totum etiam in alium semper locum mutatur. Non est enim eadem circunferentia quæ ab A & B, & C, sumuntur cæterorumque quolibet puncto, nisi vt musicus homo, & homo; quia id accidit. quare in aliam alia semper mutatur, & nunquam quiescet. Idem est modus, & in sphæra, atquem cæteris quæ in seipsis mouentur. ARGV. H

Iterum autẽ est in circulo, & in sphæra, & omnino in his, quæ in ipsis mouentur, quia accidet ipsa quiescere. In eodem enim loco, secundum tempus quoddam sunt, & ipsa, & partes. quare quiescent simul, & mouebuntur. Primũ nanque, partes non sunt in eodem nullo tempore. Postea, & totum mutatur semper in alterum. nõ enim eadem est ab ipso A accepta circulatio, & quæ est ab ipso B, & C, & aliorum vnoquoque signorum, nisi sicut musicus homo, & homo, quia accidit. Quare mutatur semper altera in alteram, & nequaquam quiescet. Eodem autem Te. 84.


modo est & in sphæra, & in alijs, quæ in seipsis A mouentur.

Demonstratio, quòd totum ex circulo transfertur. sicut transferuntur partes.

Te 85.



Soluit rationem Zenonis, quæ destruebat motum sphæricum. Dicebat enim quòd non est possibile aliquid circu B lariter, vel sphærice moueri, vel quocunque alio modo, ita quòd aliqua moueantur in seipsis idest non progrediendo a loco in quo sunt, sed in ipsomet loco. Et hoc probabat tali ratione. Omne illud, quod per aliquod tempus secundũ totum & partes est in vno & eodem loco, quiescit: sed omnia huiusmodi sunt in eodem loco & ipsa, & partes eorum secundum aliquod tempus, etiam dum ponuntur moueri: ergo sequitur ꝙ simul moueantur & quiescant: quod est impossibile. Huic autem rationi obuiat Philosophus dupliciter. Primo quantum ad hoc quod dixerat, partes sphæræ motæ esse in eodem loco per aliquod tempus. contra quod Aristo. dicit quòd partes sphæræ motæ in nullo tempore sunt in eodem loco: Zeno enim accipiebat locum totius. & verum est, quòd dum sphæra mouetur, nulla pars exit extra locum totius sphęræ. Sed Aristo. loquitur de proprio loco partis, secũdum quòd pars potest habere locum. Dictum est enim in quinto quòd partes continui sunt in loco in potentia. Manifestum est autem in motu sphærico, C quòd pars mutat proprium locum, sed non locum totius. quia vbi fuit vna pars, succedit alia pars. Secundo obuiat ad prædictam Zenonis rationem quantum ad hoc quod dixit, quòd totum manet in eodem loco per tempus. Contra quod Aristo. dicit quòd etiam totum semper mutatur in alium locum, quod sic patet. Ad hoc enim quòd sint duo loca diuersa, non oportet quòd vnus illorum locorum sit totaliter extra alium: sed quandoque quidem secundus locus est partim coniunctus primo loco, & partim ab eo diuisus, vt potest in his consyderari quæ mouentur motu recto. Si enim aliquod cubitale corpus moueatur de A B loco in B C locum: quorum vterque locus sit cubitalis, dum mouetur ab vno loco in alium, oportet quòd partim deserat vnum, & subintret alium: sicut si deserat de loco A B quantum est A D, subintrabit in locum B C, quantum est B E: manifestum est ergo, quòd locus D E est alius a loco A B, non tamẽ totaliter ab eo seiũctus, sed partim. Si autem daretur quòd illa pars mobilis, quæ subintrat secundum locum, regrede D retur in partem loci, quam mobile deserit, essent duo loca: & tamen in nullo ab inuicem separata, sed solum differrẽt secundum rationem, secundum quòd principium loci in diuersis signis accipietur: vbi, scilicet est principium mobilis, idest aliquod signum quod in mobili accipitur vt principium. & sic erunt duo loca secundum rationem, sed vnus locus secundum subiectum. Et sic intelligendum est, quod hic dicit: quòd non est eadem circulatio secũdum quòd accipitur incipiens ab A, & vt incipiens a B, & vt incipiens a C, vel a quocunque alio signo. Nisi forte dicatur eadem circulatio subiecto, sicut musicus homo, & homo: quia vnum accidit alteri. Vnde manifestum est, quòd semper de vno circulari loco mouetur in alterum, & non quiescit, vt Zeno probare nitebatur. Et eodem modo se habet & in sphæra, & in omnibus alijs, quæ infra locum proprium mouentur: sicut rota, & columna, vel quicquid aliud huiusmodi.



LECTIO XII.

Impartibile quoquo modo moueri non posse, triplici ratione ostenditur.

ARGT. *Demõstratis autẽ his, dicimus id quod partibus uacat, moueri non posse, nisi per accidẽs: ueluti, si corpus, uel magnitudo, in qua est mouetur. quemadmodum si id, quòd est in nauigio, latione nauigij, uel totius motu pars moueatur. Vacare autẽ in partibus dico, quod est indiuisibile quantitate. Partium enim motus & inter sese differũt: & a totius etiam motu: atq; in sphæra maxime differentiam ipsam quispiam intuebitur. Non enim eadem erit celeritas earum partium, quæ propinquæ sunt centro, & earum, quæ sunt ab eo distantes, totiusque sphæræ. quo patet non vnum omnium esse motum. Vt igitur diximus, sic ipsum quod partibus uacat moueri põt, vt isce qui sedet in currente naui, & mouetur, per se autem moueri non põt.*

Te. eõ. 86. Ostensis autẽ his, dicimus quòd impartibile non cõtingit moueri, nisi ſm accidens, vt corpore moto, aut magnitudine, in qua est. sicut, si id, quod in naui est, moueat nauis motu: aut pars totius motu. Impartibile autem dico id, quod est ſm quantitatem indiuisibile. Etenim partium motus alij sunt & ſm ꝙ partium, & ſm quod totius motum. videbit autẽ in sphæra aliquis maxime, differentiam. Non enim eadem erit velocitas eorum quæ iuxta centrum sunt, & quæ extra, & quæ totius, sicut non vno existente motu. Sicut igitur dicebam, sic quidem contingit moueri impartibile, sicut in naui sedens naui eunte, per se autem non contingit.

Postquam Philosophus soluit rationes Zenonis improbãtis motum, hic intendit ostendere ꝙ impartibile nõ mouetur. per quod destruitur opinio Democriti, ponentis atomos per se mobiles. Et circa hoc duo facit. Primo proponit intentionem, secundo probat propositum. ibi [Mutetur Te. 87. enim ex A B in B C.] Dicit ergo primo ꝙ suppositis his, quę supra ostensa sunt, dicendum est, ꝙ impartibile non potest moueri, nisi forte per accidens: sicut punctum mouetur in toto corpore, vel quacũq; alia magnitudine, in qua est pũctum, scilicet linea, vel superficie. Moueri autem ad motum alterius cõtingit dupliciter. vno modo, quãdo id quod mouetur ad motũ alterius non est aliqua pars eius, sicut illud, quod est in naui. mouetur ad motum nauis: & albedo etiã mouetur ad motum corporis, cum nõ sit pars eius. alio modo sicut pars mouetur ad motũ totius. Et, quia impartibile dicitur multipliciter, sicut et partibile, ostẽdit quomodo accipiat hic impartibile: & dicit, ꝙ impartibile hic dr illud, quod est indiuisibile secundum quantitatem. Dicitur. n. & aliquid impartibile ſm speciem, sicut si dicamus, ignem impartibilem, aut aerem: quia non potest resolui in plura corpora specie diuersa. sed tale impartibile nihil prohibet mo-


Moueri p accidens ad motũ alterius cõtingit dupliciter.

ueri. Intendit ergo excludere motū ab impartibili fm quātitatem. Et, cum fixerat q̄ pars mouet ad motū totius: & aliquis posset dicere q̄ pars nullo modo mouetur, subiungit, q̄ sunt aliqui motus partiū, inquātum sunt partes, qui sunt diuersi a motu totius, inquantum est motus totius. Et hanc differentiam aliquis maxime potest considerare in motu sphærico: quia non est eadem velocitas partium, quæ mouentur circa centrum, & partium [quæ sunt extra].i. versus superficiem exteriorem sphæræ: & quæ est etiā velocitas totius, ac si motus iste non sit vnius, sed diuersorū. Manifestum est enim q̄ velocius est quod in æquali tēpore p̄transit maiorem magnitudinē. Dum autem sphæra mouetur, manifestum est q̄ maiorem circulū pertrāsit pars exterior sphæræ, cuius pars interior: vnde maior est velocitas partis exterioris, q̄ interioris. tū velocitas totius est eadem cū velocitate interioris & exterioris partis. Ista autem diuersitas motuum intelligenda est fm q̄ partibus continui conuenit moueri, scilicet in potētia. Vnde actu est vnus motus totius & partium, sed potētia sunt diuersi motus partiū, & ad inuicem, & a motu totius. Et sic, cū dicitur pars moueri per accidens ad motū totius, est tale per accidēs, quod est in potētia per se, quod non est de motu per accidens, fm q̄ dicunt accidentia, vel formæ per accidens moueri. Posita igit distinctione eius, quod mouetur, explicat suam intētionē: & dicit, q̄ id, quod est impartibile fm quantitatem, potest moueri quidem ad motum corporis per accidens non tanquam pars: quia nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus, vt ostensum est: sed sicut mouetur aliquid ad motū alterius, quod non est pars eius: sicut sedens in naui mouetur ad motum nauis. sed per se non contingit impartibile moueri. Hoc autem idem supra probauit non ex principali intentione, sed incidēter. Vnde p̄ter rationem supra positam, hic magis explicat veritatem, & rationes addit efficaces ad propositum ostendendum. Secundo ibi.

Motū per accidēs duplex.

ARGV. *Moueturn.ex* A B, *m* B C, *siue in magnitudine ex magnitudine, siue in forma ex forma, siue ex termino in oppositum cōtradictoriæ terminum, tēpus autem in quo primo mutatur sit* D: *igitur ipsum eo in tēpore quo mutatur, aut in* A B, *aut in* B C, *aut partim in hoc, partim in altero esse necesse est. omne nanq; quod mutatur sic se habet. Aliquid ipsius in utroq; non erit: fuit enim partibile. neq; erit in* B C, *erit enim mutatū: supponitur uero mutari. Restat igitur ipsum in* A B *esse eo tempore, quo mutatur, quiescit ergo. Quod enim est in eodem tēpore quodlam, id quiescere dicebamus. Quare non fit, ut id quod uacat partibus moueatur, aut omnino mutetur. Hoc tatum pacto motus ipsius erit: si tēpus suis ex punctis cōstaret. Semper.n.in ipso nunc motū esset, atq; mutatum, ut moueatur quidem nunquam: semper uero sit motum. at hoc esse non posse, prius est demōstratum. Neq; enim tempus ex nunc ipsis, neque linea ex punctis, neque motus ex suis momentis constat. Nam nihil aliud asserit qui id dicit, quàm motum, ex his esse quæ partibus uacant constare: perinde atq; si tēpus ex nunc ipsis assereret, aut magnitudinē ex punctis constare.*

Demonstratio, quòd impossibile est Impartibile per se moueri.



Mobile indiuisibile.

Ve.cō.89. Mutetur.n.ex A B, in B C, siue ex magnitudine E in magnitudinē, siue ex specie in speciē, siue fm contradictionem. tps aut sit, in quo primo mutatur D: ergo necesse est vt in tēpore, in quo mutatū aut in A B esse, aut in B C, aut aliquid quidē huius in hoc, aliud vero in altero. omne.n.quod mutatur sic se habuit. in vtroq; igitur. non erit aliquid ipsius: partibile.n.vtiq; esset. At vero neq; in B C, mutatū enim erit: concessum est aūt mutari. Relinquitur igitur ipsum in A B esse, eo quo mutatur tēpore: quiescet ergo. In eodē enim esse per tps quoddam, quiescere est. Quare non cōtingit impartibile moueri, neq; oīno mutari. Solū enim sic esset ipsius motus, si tēpus esset ex ipsis nunc. Semper enim in ipso nunc motum esset, & mutatum: quare moueri quidē nequaq; est, motum autem esse semper. hoc autem q̄ impossibile sit ostensum est. neq; enim ex ipsis nūc tempus, neq; linea ex ipsis punctis, neq; motus ex momentis est. Nihil enim aliud facit hoc dicens, q̄ motum ex indiuisibilibus. sicut si tempus ex ipsis nūc, aut magnitudinem ex punctis.


Ve.cō.88.

Probat propositum tribus rationibus. Quarū prima talis est. Si ponatur q̄ impartibile mouetur, moueatur ex A B in B C. Nec differt quantum ad hāc rōnem, utrū ista duo, s. A B, & B C sint duæ magnitudines, siue duo loca, vt in motu locali, & augmenti & decrementi, vel duæ species].i. duæ qualitates, sicut in motu alterationis, vel sicut duo contradictorie opposita, vt in generatione & corruptione. & sit tēpus E D, in quo aliquid mutatur de vno termino in alterū primo, i. non ratione partis. In hoc ergo tempore necesse est q̄ id, quod mutatur, aut sit in A B, s. in termino a quo, aut in B C, i. in termino ad quem: aut aliquid eius est in vno termino, alia vero pars eius est in altero. omne.n.quod mutatur, oportet q̄ aliquo horū triū modorū se habeat, sicut supra dictū est. Non aūt potest dari tertium membrum, s. q̄ sit in vtroq; fm diuersas partes sui: quia sic sequerēt, q̄ esset partibile, & positū erat, q̄ esset impartibile. Sed similiter non potest dari fm membrū, s. q̄ sit in B C, i. in termino ad quē, quia qū est in termino ad quem, tunc iam est mutatum, vt ex superioribus patet. ponebatur tū q̄ in hoc tempore mutaretur. Relinquitur ergo q̄ in hoc toto tēpore, in quo mutatur indiuisibile, sit in A B, & in termino a quo. ex quo sequitur, q̄ quiescat. nihil enim est aliud quiescere, q̄ q̄ aliquid sit in vno & eodem per totum aliquod tempus. cum enim in quolibet tpe sit prius & posterius, si tēpus est diuisibile, quicquid per aliquod tempus est in vno & eodem, sic militer se habet nūc & prius, quod est quiescere: sed hoc est impossibile, q̄ aliquid dum mutatur quiescat. relinquitur ergo q̄ non contingit impartibile moueri, neq; aliquo modo mutari. Hoc enim solo modo posset motus aliquis esse rei indiuisibilis, si tēpus componeretur ex ipsis nunc, quia in nūc est semper motum esse, vel mutatum, & quia quod motum est, inquantum huiusmodi non mouetur, sequitur q̄ in nūc, nihil mouetur, sed sit motum. Sic igitur posset poni indiuisibile moueri in aliquo tempore, si tempus ex ipsis nunc componeretur, quia posset dari, q̄ in quolibet ipsorum nunc, ex quibus cōponitur tempus, esset in vno, & in toto tempore].i. in omnibus nunc esset in multis: & sic in toto tempore moueretur, non autem in aliquo nunc. Sed q̄ hoc sit impossibile, s. tempus componi ex ipsis nunc: ostensum est prius. ostensum est.n. supra, q̄ neq; tempus componitur ex ipsis nunc, neq; linea ex ipsis punctis, neq; motus componitur ex momentis, vt per momētum intelligamus hoc quod est mutatum esse. Qui enim hoc dicit, q̄ indiuisibile mouetur, aut q̄ motus cōponatur ex indiuisibilibus, nihil aliud facit q̄ q̄ tempus componatur ex nunc, aut magnitudo

gnitudo ex pūctis, quod est impossibile. ergo & impossibile est impartibile moueri. Secundam rationē ponit ibi.

Demonstratio, quòd impossibile est impartibile per se moueri.

Duæ magnitudines.



ARGV. *Præterea neq; punctum, neq; indiuisibile quicquā moueri ex his etiā patet. fieri nanq; nō potest, ut id quod motu cietur, maius seipso transeat prius, quàm aut per æquale, aut minus se moueatur. Quod si ita sit, patet & punctum seipso minus, aut æquale prius transire. At cum indiuisibile sit, fieri nō potest, ut per minus antea moueatur. per æquale ergo sibi mouebitur. quo fit, ut ex punctis linea constet. punctum enim transeundo sibi semper æquale, totam quam transit lineam metietur. Quod si id esse non potest, fieri quoque nequit, ut indiuisibile moueatur.*

Ve.cō.89. Amplius aūt ex his manifestū est, q̄ neq; punctum, neq; aliud indiuisibile vllum cōtingit moueri. Omne enim quod mouetur, impossibile est prius per maius moueri seipso, q̄ aut p æquale, aut p minus. Si igit hoc manifestū est, quia & pūctum per minus, aut æquale mouebitur primū. Qm autē indiuisibile est, impossibile est minus moueri prius. p æquale ergo sibiipsi. quare erit linea ex pūctis. semper.n. per æqualem motū, omnem lineam pūctū mēsurabit, si autē hoc impossibile est, & moueri indiuisibile impossibile est.

Secūda ratio ad idem.

Et dicit, q̄ ex his, quæ sequuntur, potest esse manifestū, q̄ neq; punctum, neq; aliud quodcunq; indiuisibile potest moueri. Et ista ratio specialis est de motu locali. Omne enī quod mouetur fm locum, impossibile est, q̄ prius pertranseat maiorem magnitudinem ipso mobili, q̄s æqualem, vel minorem, sed semper mobile prius pertransit magnitudinem æqualem sibi aut minorem, q̄s maiorē. Si ergo hoc ita se habet manifestum est, quia & pūctum si mouetur, prius pertransibit aliquid minus se, aut æquale sibi, q̄ longitudinem maiorem se: sed impossibile est q̄ pertranseat aliquid minus se: quia est indiuisibile. relinquitur ergo q̄ pertransibit æquale sibi. & ita oportet q̄ numeret omnia puncta: quæ sunt in linea: quia semper punctum, cū moueatur motu æquali lineæ, propter hoc q̄ mouetur per totam lineam, sequitur quòd totam lineam mensuret. hoc autem facit numerando omnia puncta. sequitur ergo quòd linea sit ex pūctis. si ergo hoc est impossibile, impossibile est quòd indiuisibile moueatur. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Insuper, si omne motu cietur in tempore, & nihil in ipso nunc mouetur: omneq; tēpus sit diuisibile, erit utiq; tempus eo tempore minus, in quo transit id quod mouetur æquale spatium sibi. Id. n. in quo mouetur tēpus erit plane, propterea quòd omne quod mouetur, in tempore motu cie-*

tur, tēpus autē oē diuisibile esse, prius est demōstratū. Si igitur punctū mouetur, erit aliquod tempus eo tēpore minus, in quo motū est ipsum per æquale spatium sibi. at esse non potest: in minore nanq; trāseat minus necesse est. quo continuo sit ut indiuisibile, in se minus sit diuisibile: quemadmodum & tempus in tēpus. Enimuero unice id quod partibus uacat atq; indiuisibile moueretur, si fieri posset ut in ipso nūc indiuiduo quippiam moueatur. Eiusdē enim est rationis in ipso nunc moueri, & indiuisibile quid moueri.

Amplius autem, si omne in tempore mouetur, & in ipso aūt nunc nihil: oē autē tempus diuisibile, erit vtiq; aliquod tēpus minus quolibet eorum, quę mouentur, in quo mouetur per tantum, quātum ipsum motum est. Hoc igitur erit tempus in quo mouetur, propter id q̄ mouetur omne in tempore. tempus autē omne, diuisibile esse ostensum est prius. Si igit punctum mouetur, erit aliquod tēpus minus, in quo ipsum motum est, sed impossibile est: in minori.n. necesse minus moueri. quare erit diuisibile id quod indiuisibile est in minus, sicut & tempus in tempus. Solummodo enim mouebitur impartibile & indiuisibile: si erit in ipso nunc possibile moueri atomo. Eiusdem enim rationis est in ipso nunc moueri, & indiuiduum aliquod moueri.

Tex.cō.90.

Tertia ad idem cō.

Quæ talis est. Omne quod mouetur, mouetur in tempore, & nihil mouetur in ipso nunc, vt supra probatū est: ostensum est autem supra, q̄ omne tempus est diuisibile: ergo in quolibet tēpore, in quo aliquod mouetur, erit accipere minus tempus, in quo mouetur aliquod minus mobile. quia manifestum est q̄ suppositā eadem velocitate, in minori tēpore pertranseat minus mobile aliquod signum datum, q̄s mobile maius, sicut in minori tempore pars q̄ totum: vt ex superioribus patet. Si ergo punctum mouetur, erit accipere aliquod tempus minus tpe, in quo ipsum mouetur. sed hoc est impossibile, quia sequeret q̄ in illo minori tēpore moueretur aliquid minus q̄ punctum. & sic indiuisibile esset diuisibile in aliquod minus, sicut tēpus diuiditur in tēpus. Hoc enim solo modo posset moueri indiuisibile, si esset possibile aliquid moueri in nunc indiuisibili: quia sicut non esset accipere aliquod minus ipso nunc, in quo mouetur, ita nō oporteret accipere aliquod minus mobile. Et sic patet q̄ eiusdē rationis est, q̄ fiat motus in nunc, & q̄ indiuisibile aliquod moueat: hoc aūt est impossibile, q̄ scilicet in nunc fiat motus: ergo impossibile est q̄ indiuisibile moueat.

LECTIO XIII.

Nullā mutationem infinitam esse, multis rōnibus probatur.

Mutatio autem nulla est infinita. è quopiam. n. in quipiam est omnis, & ea, quæ in contrarijs, et ea, quæ in contrarijs est. Quare mutationum quidem earum, quæ in contrarijs sunt, affirmatio atq; negatio finis est. generationis quidē id quod est, corruptionis autem id, quod nō est. Mutationum uero, quæ inter contraria sunt, ipsa contraria sunt extrema: hæc.n. ultima sunt mutationis. quare & alterationis omnis (alteratio nanq; ex cōtrario est quibusdā) Similiter & accretionis decretionisue. Nā accretionis quidem, id est extremum, quod est magnitudinis perfectæ, quæ accommodatur naturæ finis. decretionis uero casus ab hoc ipso remotione. ARGV.

MVtatio aūt non est, neq; vna infinita. omnis.n. erat ex quodā in quiddā, & quæ est in contradictione. et in cōtrarijs. Quare earum; cōtex. 61.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sunt ſm contradictionē. affirmatio & negatio terminus est. vt generationis quidē esse, corruptionis autem non esse. Earū autem, quæ sunt in contrarijs, contraria: hæc. n. vltima sunt mutationis. quare & alterationis omnis: ex contrarijs. n. quibuſdā est alteratio. Similiter autē augmenti & decrementi. augmenti quidem terminus est, qui est ſm propriā naturā perfectæ magnitudinis: decrementi, qui est ab hac remotio.

Postquam Philosophus ostendit cp impartibile non mouetur, hic intendit ostendere, cp nulla mutatio est infinita, quod est cōtra Heraclitum, qui posuit oīa moueri ſemper. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit cp nulla mutatio est infinita ſm propriam ſpeciem, ſecundo ostendit quomodo
Te.54. posſit esse infinita tempore. ibi. [Sed sic contingit.] Circa primum duo facit. Primo ostendit, cp mutatio non est infinita ſm ſpeciem in alijs mutationibus præter motum local-
Infra. lem, ſecundo ostendit idē in motu locali ibi [Loci aūt mutatio.] Prima ratio talis est. Supra dictum est, cp oīs mutatio est ex quodam in quiddam. Et in quibuſdā quidem mutationibus, quæ. ſ. sunt inter cōtradictorie oppoſita, vt generatio & corruptio, vel inter contraria, vt alteratio, & augmētum & decrementum, manifeſtū est cp hūt præfixos terminos. vñ in his mutationibus, quæ sunt inter contradictorie oppoſita, terminus est vel affirmatio, vel negatio. sicut terminus gñationis est esse, corruptionis vero nō esse. Silr illarum mutationū, quę sunt inter contraria, ipſa cōtraria sunt termini, ad quos, sicut ad quædā vltima mutationes hmōi terminant. Vnde ſequit, cp, cū oīs alteratio sit de contrario in contrarium, cp oīs alteratio habeat aliquē terminum. Et silr dicendū est in augmento et decremento, quia terminus augmenti est perfecta magnitudo. et dico perfectam ſm cōditionem proprię naturæ. alia enim perfectio magnitudinis competit homini, & equo. Terminus autem decrementi est id quod contingit esse in tali natura maxime remotū a perfecta magnitudine. Et sic patet cp quælibet prædictarum mutationum habet aliquid vltimum, in quod terminatur: nihil autem tale est infinitum, ergo nulla prædictarum mutationum potest esse infinita. Secundo ibi.

ARGV. *Latio autem hoc quidē modo non erit finita, non enim omnis est in contrarijs. Sed quoniam quod hoc pacto est, impoſsibile diuiſum fore, vt non contingat ipſum fore diuiſum, id ut diuidatur non potest. (multipliciter enim impoſsibile dicitur) atq; quod ita est impoſsibile secari nō posſit. Et omnino quod factum fore non potest: id fieri non contingit, & id profecto quod mutatum fore non potest in id mutari nequit, in quod mutatum fore non potest. Si igitur id quod fertur in quippiam mutatur, & in illud sanè fore mutatum potest. Quare motus non est infinitus, neque quicquam per infinitum feretur. fieri enim non potest, vt illud unquam pertranſeat. Patet igitur hoc pacto nullam infinitam esse mutationem, vt non ſit finibus terminata.*

Tex.cō.92. Loci autē mutatio, ſic quidem non erit finita. non enim omnis in cōtrarijs est. Sed qm impoſsibile est deciſum esse ſic ex eo, quia non contingit decidi (multipliciter enim dicitur impoſsibile): non cōtingit ſic impoſsibile decidi, neq; omnino impoſse factū esse fieri, neq; mutari impoſsibile contingit vtiq; mutari, in quod impoſsibile
Te.cō.93. est mutari. Si ergo quod fertur mutatur in aliquid, & poſsibile est mutari. quare nō erit infinitus motus, neq; feretur infinito: impoſsibile est enim trāſire ipſum. Quod igitur ſic nō ſit infinita mutatio, ut non finiat terminis, manifeſtū est.

Procedit ad loci mutationem. Et primo ostendit, cp non est ſimilis ratio de loci mutatione, & alijs mutationibus. non. n. potest ſic probari cp loci mutatio ſit finita, ſicut probatū est de alijs mutationibus per hoc, cp determinātur ad aliqua contraria, vel contradictorie oppoſita: quia non oīs loci mutatio est inter contraria ſimpl'r. Dicuntur. n. contraria quæ maxime distāt. Maxima autē distantia ſimpliciter, accipit quidem in motibus naturalibus grauium & leuiū. Locus. n. ignis a centro terræ habet maximam distantiā ſecundum distantias determinatas talibus corporibus in natura. Vnde tales mutationes sunt inter cōtrarie ſimpliciter. Vnde de hmōi mutationibus poſſet ostendi cp non sunt infinitæ, ſicut & de alijs. Sed maxima distantia in motibus violentis, aut voluntarijs, non accipitur ſimpliciter ſm aliquos terminos certos, ſed ſm propoſitum aut violentiam mouentis, qui aut non vult, aut non potest ad maiorem distantiam mouere. vnde est ibi ſm quid maxima distantia, & per conſequens contrarietas, non autem ſimpliciter. & ideo non poterat ostendi per terminos, cp nulla mutatio localis eſſet infinita. vnde conſequenter hoc ostendit alia ratione, quæ talis est. Illud quod impoſsibile est esse deciſum, nō contingit decidi. (Et, quia multipliciter dicitur aliquid impoſsibile, ſ. quod omnino non contingit esse: et quod nō de facili potest esse) ideo interponit de quo impoſsibili hic intelligat. intelligit enim de eo quod ſic est impoſsibile, cp nullo modo contingit esse. Et eadem ratione id quod est impoſsibile factum esse, impoſsibile est fieri. ſicut, ſi impoſsibile est contradictoria esse ſimul, impoſsibile est hoc fieri. Et pari ratione illud, quod impoſsibile est mutatum esse in aliquid, impoſsibile est cp mutetur in illud, quia nihil tendit ad impoſsibile. Sed omne quod mutatur ſecundum locum, mutatur in aliquid: ergo impoſsibile est per motum peruenire in illud. Sed infinitum non potest pertranſiri. Nō ergo fertur aliquid localiter per infinitum. Sic ergo nullus motus localis est infinitus. Et ita vniuerſaliter patet, cp nulla mutatio potest esse ſic infinita: vt non terminetur certis terminis, a quibus ſpeciem habet. Deinde cum dicit.

ARGV. *Verum conſyderandum est, ſi ſic esſe poſsit, ut una eademq; tempore ſit infinita. Nam, ſi nō fiat una, nihil forſitan prohibet, veluti ſi alteratio fiat poſt lationem, et accretio poſt alterationē, & generatio rurſus poſt illā. ſic enim ſemper quidem erit tempore motus, ſed nō unus: quia non est unus ex uniuerſis. Vt autem vnus infinitus tempore fiat, præter unum non potest: hic autem est ipſa conuerſio.*

Sed ſi ſic contingit, vt tpe ſit infinitus idem exiſtens & vnus conſyderandū est. Nō vno quidē. n. facto nihil forte phibet, vt ſi poſt loci mutationem alteratio ſit, et poſt alterationē augmētū, & iterū gñatio. ſic. n. ſemp quidē erit in tpe motus, ſed nō vnus, ppter id quod non est vnus ex oībus. Vt aūt fiat vnus nō contingit infinitū esse tēpore præter vnum. hic autē est circulatio.

Ostendit quomodo motus poſsit esse infinitus tpe: & dicit cp conſyderandum est vtrum contingat motum ſic esse Te.cō.94.
motū infinitum tpe, vt ſemper maneat vnus, & idē numero. Quōd. n. motus duret per infinitum tempus, non existēte vno ipſo motu nihil prohibet, quod ſub dubitatione dicit addēs [forte.] quia poſterius de hoc inquiret. Et ponit exēplū. ſicut ſi dicamus, cp poſt loci mutationem est alteratio: & poſt alterationē, est augmentum: & poſt augmentū iterū generatio, et ſic in infinitum. ſic. n. ſemp poſſet motus durare tempore infinito. ſed non eſſet vnus ſecundum numerum, quia ex huiuſmodi motibus, nō fit vnum numero, vt in Quinto oſtenſum est. Sed cp motus duret tempore infinito, ita cp ſemper vnus maneat numero, hoc non contingit niſi in vna ſpecie motus. Motus. n. circularis poſſet durare vnus & cōtinuus tpe infinito, vt in Octauo oſtēdetur.

Ariſto-

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV
LIBER SEPTIMVS,
Cum S. Thomæ expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Omne motum habere motorem, nec proceſſum in infinitum eſſe, ſed omnia ad primum reduci oſtenditur. Motum item ſimul eſſe cum eo, quod mouet, inductione probatur: & utrum omnis motus omni motui ſit comparabilis, & quomodo perquiritur.

LECTIO PRIMA.


Omne motum ab alio moueri proponitur.

ARGV. *Mne quod mouetur ab aliquo moueatur neceſſe eſt. Si igitur in ſe non habeat principium motus, ab alio patet ipſum moueri. ſi in ſe habeat accipiatur ipſum* AB, *quod quidem moueatur non ex eò, quia quid ſui cietur. Primum igitur* AB *putare a ſe moueri, quia & totum ab externo nullo mouetur: ſimile eſt atque ſiquis cum ipſum* DG *mouet ipſum* GF *ſimulq; cum eo moueretur ipſum* DGF *a ſeipſo moueri putaret, quia non perſpicit Vtrum ab Vtro moueatur, Vtrum* DGAGF, *an* GF *ab ipſo* DG.

Te.cōm.1. Mne autem quod mouetur, neceſſe est ab aliquo moueri. Si igitur in ſe ipſo non habet principium motus, manifeſtū est cp ab altero mouetur: aliud. n. erit mouens. ſi autem in ſeipſo, accipiatur AB, quod moueatur ſm ſe, & nō eò cp eorum, quæ huius sunt aliquid mouetur. Primum igitur opinari AB a ſeipſo moueri propter id quod totum mouetur, et a nullo exteriorum, ſimile est ſicut ſiquis ipſo DE mouente EZ, & ipſo moto, opinetur DEZ a ſeipſo moueri propter id quōd non videtur vtrum ab vtro moueatur: & vtrum DE ab EZ, aut EZ a DE.

Poſtquam Philoſophus in præcedentibus libris determinauit de motu ſm ſe, & de ſe conſequentibus ad ipſum, & de partibus eius, hic incipit determinare de motu per
Te.1. comparationem ad motores & mobilia. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit eſſe primum motum, & primum motorem. In ſecunda inquirit qualis ſit motus primus & primus motor. & hoc in Octauo libro ibi [Vtrum
Tex.11. autem motus aliquando etc.] Prima aūt pars diuiditur in partes duas. In prima parte oſtendit eſſe primum motum, & primum motorem. Et, quia ea, quæ sunt vnius ordinis habent aliquam comparationem adinuicem: ideo in ſecunda parte determinat de cōparatione motuum adinuicem
Te.1. Secunda.9. ibi. [Dubitabit autē aliquis &c.] Circa primum tria facit. Primo præmittit quoddam, quō indiget ad propoſitū oſtendendum. Secūdo oſtendit propoſitum ibi. [Qm autē omne quod mouetur.] Tertio manifeſtat quoddam quod ſuppoſuerat ibi. [Primum autem mouens &c.] Proponit ergo primo cp neceſſe eſt, omne quod mouetur, ab aliquo alio moueri. Quod quidē in aliquibus est manifeſtū. Sunt enim quædam, quæ non habent in ſeipſis principium ſui motus, ſed principium motus ipſorum est ab extrinſeco, ſicut in his quæ per violentiam mouentur. Si ergo aliquid ſit, quod non habeat in ſeipſo principium ſui motus, ſed principium ſui motus est ab extrinſeco, manifeſtū est cp ab alio mouetur. ſi vero ſit aliquod mobile, quod habeat in ſeipſo principium ſui motus, circa hoc potest esse dubium, an ab alio moueatur. & ideo circa hoc inſtat, ad oſtendendum cp ab alio moueat. Si ergo aliquid tale ponatur non moueri ab alio: accipiatur mobile AB, cui quidem moueri conueniat ſm ſe & primo, non autem ex eò cp aliqua pars eius mouetur: ſic enim non moueretur ſm ſe, ſed ſecundum partem. oportet autem, ſi aliquid mouet ſeipſum non motum ab altero. quod ſit primo & per ſe motum. ſicut ſi aliquid est calidum non ab alio, oportet cp ſit primo & per ſe calidum. Hoc ergo dato procedit ad propoſitum oſtendendum dupliciter. Primo quidē excludendo illud, vnde maxime vi- Te.2.
deri poſſet cp aliquid non ab alio moueatur, ſecundo direcē oſtēdēdo, cp nihil poteſt a ſeipſo moueri ibi. [Amplius autem quod a ſeipſo mouetur, &c.] Id autem, ex quo maxime videtur, cp aliquid non moueatur ab alio, est, quia nō mouet ab aliquo exteriori, ſed ab ipſo interiori principio. Dicit ergo primo, cp opinari quod AB moueatur a ſeipſo, propter hoc quōd totum mouetur, & non mouetur ab aliquo exteriori, ſimile est ac ſi aliquis diceret, quōd mobile, cuius vna pars mouetur, & alia mouet, moueat ſeipſum propter hoc, quōd non diſcernitur quæ pars ſit mouens, & quæ ſit mota. ſicut, ſi huiuſmodi mobilis, quod est DEZ, pars, quæ est DE, mouet partem quę est EZ, & non videatur quæ pars earum ſit mouens, & quæ ſit mota. Vult autē per primum mobile AB, quod totum mouetur, & a principio interiori mouente, intelligi aliquod corpus animatum, quod totum mouetur ab anima. Per mobile autem DEZ vult intelligi corpus aliquod, quod non totum mouetur, ſed vna pars eius corporalis est motūs, & alia mota, in quo quidem mobili manifeſtum est quod id quod mouetur ab alio mouetur: & ex hoc vult ſimile oſtēdere de corpore animato, quod videtur mouere ſeipſum. Hoc enim ei conuenit inquantum vna pars aliam mouet, ſcilicet anima corpus, vt in Octauo plenius oſtendetur. Secundo ibi.

C *Demonſtratio probans, omne quod mouetur ab alio moueri, quanuis non appæreat ipſum mouens.*



ARGV. *Deinde quod a ſeipſo mouetur, id nūquā ex eò moueri deſinet, quia aliquid aliud ſtetit, moueriq; ceſſauit. Igitur ſiquid ex eò moueri deſinit, quia quippiam aliud ſtetit, id ab alio moueatur neceſſe eſt. Hoc. n. patefacto, omne quod mouetur ab aliquo moueatur neceſſe eſt. Cum enim ipſum* AB *moueri ſit ſumptū, diuiſibile erit profectò. omne nanq; quod mouetur diuiſibile eſt. Sit igitur diuiſum in* C. *Igitur* BC *quieſcente, & ipſum* AB *quieſcat neceſſe eſt. Quod ſi non quieſcat mente ſumatur moueri. BC igitur quieſcente,* AC *mouetur. Non ergo per ſe mouetur ipſum* AB. *at per ſe primo moueri ſupponebatur. Patet igitur* BC *quieſcente, &* AB *quieſcere, ac tūc ceſſare moueri. At ſi quid ex eo moueri deſinit, quia quieſcit aliud, id ab alio plane mouetur. Patet igitur omne quod mouetur, ab aliquo motum cieri. Omne enim, quod mouetur eſt, vt patuit, diuiſibile, parteq; quieſcente, & totum ipſum quieſcet.*

Amplius quod a ſeipſo mouetur, nullo mo- Te.cō.1.
do pauſabit cum mouetur, in ſtando aliquid alterum, quod mouetur. Neceſſe est ergo, ſi aliquid pauſat quod mouetur in ſtādo aliquid alterum,


Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc ab altero moueri. Hoc autem manifesto facto, necesse est omne quod mouetur, moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptum est A B moueri diuisibile erit. omne enim, quod mouetur diuisibile est. Diuidatur igitur in C. necesse igitur B C quiescente, quiescere & A B. Si enim non, accipiatur moueri: B C igitur quiescente, mouebitur vtique A C non ergo mouetur per se A B, sed concessum est per seipsum moueri primum. Manifestum igitur quod B C quiescente, quiescet & A B, & tunc pausabit quod mouetur. Sed, si aliquid in quiescendo aliud stat, & pausat moueri, hoc ab altero mouetur. Manifestum est igitur, quòd omne, quod mouetur ab aliquo mouetur, & non a se. Diuisibile enim est omne quod mouetur, & parte quiescente, quiescet motum.

Quod egelit ad alteri' getē, ab alio moueri necesse ē

Ostendit directe, ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur, tali ratione. Omne quod mouetur a seipso, non quiescit a suo motu, per quietem cuiuscunque alterius mobilis. & hoc accidit quasi per se notum. Ex hoc autem vlterius concludit, ꝙ, si aliquod mobile quiescit ad quietem alterius, ꝙ hoc mouetur ab altero. Hoc autem supposito, concludit ꝙ necesse, est omne quod mouetur, ab aliquo alio moueri. Et ꝙ hoc sequatur ex præmissis, sic probat. Illud mobile, quod supposuimus a seipso moueri, scilicet A B, oportet diuisibile esse, quia omne quod mouetur est diuisibile, vt supra probatum est. &, quia diuisibile est, nullū inconueniens sequitur, si diuidatur. Diuidatur ergo in punctō C; ita ꝙ vna pars eius sit B C, & alia A C. si ergo B C est pars eius, quod est A B, necesse est quòd quiescente B C parte, quiescat totum A B. Si ergo non quiescat totum quiescente parte accipiatur quòd totum moueatur, & vna pars quiescat: sed, quia pars ponitur quiescere, non poterit poni totum moueri nisi ratione alterius partis, sic ergo B C quiescente. quod est vna pars, mouetur A C, quod est alia pars: sed nullum totum. cuius vna sola pars mouetur, mouetur primo & per se: non ergo mouebitur A B primo & per se: quod erat suppositum. Ergo oportet quòd B C quiescente, quiescat totum A B. Et sic illud quod mouetur pausābit] id est desinet moueri ad quietem alterius. Sed supra habitum est, quòd, si aliquid quiescit & desinit moueri ad quietem alterius, hoc ab altero mouetur: ergo A B ab altero mouetur. Et eadem ratio est de quolibet alio mobili, quia omne quod mouetur est diuisibile. & eadem ratione oportet ꝙ quiescente parte quiescat totum. Manifestum est ergo, ꝙ omne, quod mouetur, ab aliquo alio mouetur.

Demonstratio probans, quòd cessans a motu per cessationem alterius, ab alio mouetur.



Obiit Galenus cōtra Aristo. demōstrationem.

Contra istam autem Aristot. probationem multipliciter obijcitur. Obijcit enim Galenus contra hoc quod dicit Aristot. ꝙ, si vna tantum pars eius mobilis moueatur, & reliqua quiescat, ꝙ totum non per se mouetur. dicens hoc esse falsum, quia ea quæ mouentur fm partem, per se mouētur. Sed deceptus est Galenus ex æquiuocatione eius quod est per se. Per se enim quandoque sumitur secundum ꝙ opponitur ei tantum quod est per accidens, & sic quod mouetur secundum partem mouetur per se, vt Gal. intellexit. Quandoq; vero sumitur secundum quòd opponitur

E simul ei, quod est per accidens, & ei quod est fm partem. & hoc dicitur non solum per se, sed etiam primo. Et sic accipit per se Aristo. hic. quod patet. quia, cum conclusisset [non ergo mouetur per se A B] subiungit. [Sed concessum est ꝙ per seipsum moueri primum.] Sed magis vrget obiectio Auicennæ, qui obijcit contra hanc rationem, dicens eam procedere ex suppositione impossibilis, ex quo sequitur impossibile, & non ex eo ꝙ ponitur aliquid a seipso moueri. Si enim ponamus aliquod mobile a seipso moueri primo & per se, naturale est ei ꝙ moueatur & secundum totum & secundum partes. Si ergo ponatur ꝙ aliqua pars eius quiescat erit positio impossibilis. & ex hac positione sequitur impossibile, ad quod Arist. inducit, s. ꝙ totum moueatur non primo & per se, vt positum est. Huic aūt obiectioni posset aliquis obuiare dicendo, ꝙ licet impossibile sit partem quiescere fm determinatam naturam, inquantum est corpus talis speciei, vt puta cœlum vel ignis: nō est tñ impossibile, si ratio cōis corporis consyderetur: quia corpus, inquantum corpus, non prohibet quiescere vel moueri. Sed hanc rationem excludit Auic. dupliciter. Primo quidem, quia pari rōne posset dici de toto corpore, quod non prohibetur quiescere. ex hoc ꝙ corpus est, sicut dr de parte. & ita superfluum fuit assumere ad probationem propositi diuisionem mobilis & quietem partis. Secūdo quia aliqua propositio simpliciter redditur impossibilis, si prædicatum repugnet subiecto ratione dr̄iæ specificæ, quāuis nō repugnet ei ratione generis. Est enim impossibile ꝙ homo sit irrōnalis, quāuis nō impediatur, irrationalē esse ex hoc, ꝙ est animal. Sic igit simpliciter impossibile est, ꝙ pars corporis, mouētis seipsum qescat, qa hoc est contra rōnem talis corporis, licet nō sit contra rōnem cōem corporis. Hac igit responsione remota, Auerrois aliter soluit, et dicit, ꝙ aliqua conditionalis potest esse vera, cuius antecedens est impossibile, et cōsequens est impossibile, sicut ista, si homo est asinus, est asal irrationale. Concedendū est ergo, ꝙ impossibile est, ꝙ, si aliquod mobile ponit mouere seipsum, ꝙ vel totum vel pars eius quiescat: sicut impossibile est ignem non esse calidum, propter hoc ꝙ est sibijpsi causa caloris. Vnde hæc conditionalis est vera, si mobilis mouentis seipsum pars quiescit, totum quiescit. Aristo. aūt, si verba eius diligenter consyderentur, nunq; vtitur quiete partis, nisi p locutionem habentē vim conditionalis propositionis. Nō .n. dicit ꝙ quiescat B C. [Sed necesse est B C quiescente quiescere & A B.] Et iterum [quiescente parte, quietur totum.] & ex hac cōditionali vera, Aristo. propositum demonstrat.

Obiectio Auic cen.

Exclusio rōnis ad rōnem Auicennæ.

Propō rūc redit impossibilis cū prædicatū: repugnat subiecto rōne dr̄iæ specificę, cui non repugnet ei rōne generis.

Sed dicit Auerrois, quòd ista demonstratio non est de genere demonstrationum simpliciter, sed de genere demonstrationū, quæ dicuntur demonstrationes signi, vel demonstrationes quia, in quibus est vius talium conditionalium.

Opō Auerro. Quam approbās, ra melioren. & magis propriā assignat.

Est autem hæc solutio conueniens quantū ad hoc quod dicit de veritate conditionalis. Sed videtur dicendum, ꝙ non sit demonstratio quia, sed propter quid. continet. n. causam, quare impossibile est aliquod mobile mouere seipsum. Ad cuius euidentiam sciēdum est, ꝙ aliquid mouere seipsum nihil aliud est, q̄ esse sibi causa motus. quod autem est sibi causa alicuius, oportet ꝙ primo ei conueniat, quia quod est primum in quolibet genere est causa eorum quæ sunt post. vnde ignis, qui sibi & alijs est causa caloris, est primū calidum. Ostendit aūt Aristo. in Sexto, ꝙ in motu non inuenitur primū, neq; ex parte tpis, neq; ex parte magnitudinis, neq; etiam ex parte mobilis, propter horum diuisibilitatem. nō ergo potest inueniri primum, cuius motus non dependeat ab aliquo priori. motus. n. totius dependet a motibus partium, & diuidit in eas, vt in Sexto probatum est. Sic ergo ostendit Aristo. causam quare nullum mobile mouet seipsum: quia non pōt esse primū mobile, cuius motus non dependeat a partibus, sicut si ostenderē, ꝙ nullū diuisibile potest esse primum ens, quia esse cuiuslibet diuisibilis dependet a partibus, vt sic hęc conditionalis sit vera, si pars non mouetur, totum non mouet, sicut hæc conditionalis est vera, si pars non est, totum non est. Vnde & Platonici, qui posuerunt aliqua mouere seipsa, dixerunt ꝙ nullū

corporeum,

A corporeum, aut diuisibile mouet seipsum: sed mouere seipsum est tantūmodo substātiæ spiritualis, quæ intelligit seipsam, & amat seipsam (vniuersaliter oēs operationes motus appellādo) quia & huiusmodi operationes, s. sentire, & Te.28. intelligere etiam Aristo. in Tertio de Anima nominat motum, secundum ꝙ motus est actus perfecti. Sed hic loquitur de motu secundum ꝙ est actus imperfecti. id est existentis in potentia, secundum quem motū indiuisibile non mouetur, vt in Sexto probatum est, & hic assumitur. Et sic patet, ꝙ Aristoteles ponens, omne quod mouetur ab alio moueri. a Platone, qui posuit aliquid mouere seipsum, non dissentit in sententia, sed solum in verbis.

LECTIO II.

In mouentibus ac motis in infinitū nō procedi, sed primū motū ac motorem dari, tum suppositō, tum simpliciter probatur.

ARGV. *Cum autem omne quod mouetur ab aliquo moueatur, necesse est, & id quod in loco mouetur ab alio moueatur: & id igitur quod mouet ab alio moueatur necesse est, cū moueatur & ipsum, & hoc ab alio rursus: at non in infinitum hoc proficiscitur, sed stabit tandem alicubi, atque erit quippiam, quod primo causa erit ut omnia moueātur.*

Te.26.3. QVoniam autem omne, quod mouetur, ab aliquo mouet, necesse est & omne, quod mouetur in loco, moueri ab altero. & mouens igitur ab altero, quoniam & ipsum mouetur, & iterum hoc ab altero: non autem in infinitum abibit, sed stabit alicubi, & erit aliquid, quod primo causa erit motus.

Postq̄ ostendit Philosophus, ꝙ omne quod mouet, mouetur ab alio, hic accedit ad principale propositū ostendendum, s. ꝙ sit primus motus, & primus motor. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum ibi. [Si .n. nō est, sed in infinitū procedet &c.]

Te.4. Dicit ergo primo, ꝙ, cum ostensum sit vniuersaliter ꝙ oē qđ mouetur, ab aliquo alio mouetur, necesse est hoc ēt verum esse in motu locali, s. vt oē quod mouetur in loco, ab altero moueatur. Applicat aūt specialiter ad motum localē, quod supra vniuersaliter demonstratū est: quia motus localis est primus motuum, vt in Octauo ostendet. & ideo fm hunc motum procedit hic ad demonstrādum primū motorem. Accipiat igitur aliquid quod mouetur fm locum, hoc mouetur ab altero: aut ergo illud alterū mouet, aut non. si non mouetur, habet propositum, s. ꝙ aliquid sit mouens immobile, quod est proprietas primi mouētis. si aūt & ipsum mouens mouet, oportet ꝙ moueat ab altero mouēte, & hoc iterum mouēs si ēt ipsum mouet, ab altero. sed hoc non potest procedere in infinitū, sed oportet in aliquo stare. erit ergo aliquod primū mouēs, quod erit prima causa motus: ita scilicet, ꝙ ipsum non mouetur, sed mouet alia. Secundo ibi.

ARGV. *Quod, si non sit ita, sed sit in infinitū profectio, moueatur A quidem a B, ipsum autem B moueatur a C, & C rursus a D, & hoc in infinitum hoc modo proficiscatur. Cum igitur simul moueatur & id quod mouet, simul A & B mouebuntur. nam, cùm B mouetur, mouebitur & ipsum A: & item cùm B mouetur, ipsum C sanè mouebitur: & similiter, cùm C mouetur, mouebitur ipsum D. Motus igitur ipsius A simul erit cum motu ipsius B, & cæterorum cuiusq; : & unumquodque igitur ipsorum, & motum cuiusq; poterimus sumere. Nam et si a singulis, singula simul mouentur, nō minus tamē unusquisq; motus unus est numero, & non infinitus extremis, cum omne quod mouetur è quodam ad quoddam proficiscatur. Fit enim ut aut numero, aut genere, aut specie sit idē motus. Numero igitur eum motū dico cūdem esse, qui in eodem numero tēpore, ex eodem in idē numero fit, ut hisce, qui hac ex albe*

B dine, quæ est una numero, hanc in nigredinem, hoc in tempore, quod sit unum numero fit. nam, si in alio atque alio fiat, unus specie non numero motus erit. Genere autem idem est motus, qui eodem in prædicamento, aut in substātia, aut in alio genere fit. Specie uero est unus, quo ex eodem specie ad idem specie pergitur, vt motus, qui est ex albo in nigrum, aut in medium e bono. Hæc autem & in superioribus dicta sunt. Accipiatur igitur motus ipsius A, & sit E, & motus ipsius B, & sit F, et motus item ipsius C atq; D, & sint C atq; H. Sumatur præterea tempus in quo A mouetur, & sit K. Atq; cum definitus sit motus ipsius A definitum erit & K tempus, & non infinitum. at A & B, & cæterorum unumquodq; eodem in tēpore mouebatur. Accidit igitur ut motus E F G H infinitus, in K definito tempore fiat. Eo enim in tempore, quo A mouebatur, & ea omnia infinita, quæ post ipsum A collocata deinceps sunt mouebantur. quare tempore in eodem mouentur. etenim motus ipsius A æqualis aut erit motui ipsius, A aut maior, nihil autem refert. accidit enim omnino, ut infinitus motus tempore fiat finito: hoc autem fieri nequit.

Te.cō. 4. Si enim non est, sed in infinitum procedet, sit A quidem, quod ab ipso B moueatur: B vero ab ipso C: C autem ab ipso D, & hoc igitur modo in infinitum ascendat. Qm̄ ergo simul mouens mouet & ipsum quod mouetur, manifestū est, qm̄ simul mouetur et A & B. cùm .n. mouetur A, mouebitur B, & cū mouetur B, & ipsum C, & cū C, ipsum D. erit igitur simul motus, q est A, & B, & C reliquorū vniuscuiusq;. & accipere igitur vnūquodque istorum poterimus. et nanq; si vnumquodq; ab vnoquoq; mouet, nihilminus vnus numero vniuscuiusq; est motus, & non infiniti in vltimis, quoniā quod mouetur omne, ex quo dam in quiddam mouetur, aut numero accidit eundem esse motum aut genere, aut specie. Nu Te.cō.5. mero quidem igitur dico eundem motum, qui ex eodē in idem numero, & in tempore eodem fit, vt ex hoc albo, quod est vnū numero, in hoc nigrum, fm hoc tempus, quod est vnum numero. si enim fm aliud, non adhuc vnus erit numero, sed specie. Genere autem motus vnus est, qui in eodem prædicamento substantiæ vel alterius generis est. Specie autem, qui ex eadem specie in idem specie, vt ex albo in nigrum, aut ex bono in malum. hęc autem dicta sunt & in Prioribus. Te.cō.6.

Accipiatur igitur, qui est motus ipsius A, & sit in quo est B, & qui est ipsius B, sit in quo Z, & qui est C D, in quo G T. & tempus, in quo moueatur A sit K. Determinato autem motu ipsius A determinatum erit & tempus, & non infinitum erit, quod est K. sed in eodem tempore motum est A B, & reliquorum vnumquodque. Accidit ergo motum, qui est B Z G T, cùm sit infinitus, in tempore finito moueri, quod est K: in quo .n. A motum est, & quæ sunt ipsius consequenter omnia mota sunt infinita. quare in eodem mouetur. Etenim aut æqualis motus erit, qui est ipsius A

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsi, qui B, aut maior. differt autem nihil. penitus enim infinitum motum in finito tempore accidit moueri: hoc autem impossibile est.

Probat quod supposuerat. Et circa hoc tria facit. Primo inducit probationē, Secundo ostendit probationem esse insufficientē ibi. [Sic igit videtur &c.] Tertio supplet quoddam p quod ratio fortificatur ibi. [Sed si quod mouetur.]

Tex. 7.
Tex. 8.

Dicit ergo primo, quod, si hoc non concedatur, q̄ sit aliqua prima causa motus (cum omne quod mouetur ab alio moueatur) sequitur quòd procedatur in infinitum in mouentibus & motis. & hoc ostendit esse impossibile. Sit enim A quoddam, quod mouetur fm locum, & moueatur ab ipso B: B vero a C: C vero a D, & sic procedatur in infinitum ascendendo: manifestum est autem, q̄, cum aliquid mouet, ex eō quod mouetur, simul mouetur mouens & ipsum mobile: sicut, si manus suo motu mouet baculum, simul mouetur manus & baculus. Sic ergo simul mouetur B, quando mouetur A, & eadem ratione quando mouetur B, simul mouetur C, & cum mouetur C simul mouetur D. Sic ergo simul, & in eodem tempore est motus ipsius A, et omnium aliorū & poterit seorsum accipi motus vniuscuiusque horum infinitorum. Et quauis vnumquodq̄ horum mobilium moueatur ab vnoquoque mouentium, non ita q̄ vnū ab omnibus, sed singula a singulis: nihilominus tamen, licet sint infinita mouentia & mobilia, tū vniuscuiusq̄ mobilium motus est vnus numero. Et licet omnes motus sint infiniti numero: non tamen sunt infiniti [in vltimis,] idest per priationē vltimorum, sed vniuscuiusq̄ motus est finitus habens determinata vltima. Et q̄ vniuscuiusque infinitorū mobilium motus si vnus numero & finitus probat. Quia, cum omne quod mouetur, moueatur inter duos terminos, ex quodam scilicet in quiddam, necesse est, q̄ fm diuersum modum idētitatis terminorum, etiam ipse motus sit diuersimode vnus, scilicet aut numero, aut specie, aut genere.


Motus ídē. genere, specie, et numero dicitur.

Numero quidem est idem motus, qui est ex eodem termino a quo in idem numero, sicut in terminum ad quem: ita tamen q̄ sit etiam in eodem numero tempore: & cum hoc oportet, q̄ sit eiusdem mobilis numero. Et ad exponēdum quod dixerat, subiungit q̄ motus numero vnus est ex eodem in idem, sicut ex hoc albo, quod significat vnum numero, in hoc nigrum. quod etiam nominat aliquid idem numero, & fm hoc tempus determinatum, quod etiam est vnum numero: quia, si esset motus secūdum aliud tempus, licet æquale, non esset numero vnus, sed specie tantum. Sed motus est vnus genere, qui est in eodem prædicamento, vel substantiæ, vel cuiuscunque alterius generis, sicut omnis generatio substantiæ est eadem genere, & omnis alteratio similiter. Sed motus est specie vnus, qui est ex eodem secundum speciem, in idem secundum speciem, sicut omnis denigratio, quæ est ex albo in nigrum, est eadem specie, & omnis deprauatio, quæ est ex bono in malum. Et hæc etiā in Quinto dicta sunt. His igitur duobus suppositis, scilicet quòd simul mouetur & mouens & motum: & q̄ potest accipi motus vniuscuiusque mobilium tanquam finitus & vnus, accipiatur motus huius mobilis quod est A. & sit E: & motus ipsius B sit Z, & motus C D, & omnium consequētium sit G T. Tempus autem in quo mouetur A, sit R. Sed, quia motus ipsius A est determinatus, idest finitus, etiam tempus in quo est iste motus, scilicet est determinatum & non infinitum: quia sicut in Sexto ostensum est, finitum & infinitum simul inuenitur in tempore & motu. Ex dictis autem patet, quòd in eodem tempore, in quo mouetur A, mouetur & B. & omnia alia: ergo motus omnium qui est E Z G T, est in tēpore finito. sed iste motus est infinitus. cum sit infinitorum. ergo sequetur q̄ motus infinitus sit in tempore finito, quod est impossibile. Hoc autem ideo sequitur, quia in quo tēpore mouetur A, mouentur omnia alia, quæ sunt infinita numero. Nec differt quantum ad propositum pertinet, vtrum motus omnium mobilium sit æqualis velocitatis: aut inferiora mobilia tardius moueātur, & in maiori tempore: quia omnino sequetur q̄ motus infinitus sit in tempore finito. quia vnumquodq̄ mobilium necesse est q̄ habeat velocitatem & tarditatem finitam. Hoc autem est impossibile, scilicet motum infinitum esse in tempore finito: ergo & primum est impossibile, scilicet q̄ procedatur in mobilibus & mouentibus in infinitum. Secundo ibi.

Demonstratio, ostendens per deductionem ad impossibile quòd non proceditur in infinitum in mouentibus, & motis, scilicet quia infinitum moueretur in finito tempore.

Figura hæc deseruit etiam textui octauo.

K. G. Tempus.



Hoc igitur pacto quod proposuimus videbitur demonstrari. non tamen demonstratur, quia nullum absurdum emergit. Fiert enim potest vt finito in tempore motus sit infinitus, non tamen idem, sed alius atque alius, si multa sint ea, quæ mouentur ac infinita. Quod & in hisce quæ nunc sumpsimus accidit. ARGY.

Sic igitur videtur demonstrari id quod est a principio: nō tamen demōstratur propter hoc, quòd nullum inconueniens accidit. Contingit enim in finito tempore infinitum motum esse, non eundem autem, sed alterum & alterum multis, & infinitis motis. Quod quidem accidit & in his, quæ nunc diximus. Tex. cō. 7.

Ostendit q̄ prēcedens ratio non efficaciter concludit. & dicit, q̄ prædicto modo videtur demōstrari principale propositum, scilicet quòd non in infinitum procedatur in mouentibus et motis, non tamen efficaciter demōstratur: quia nullum inconueniens accidit ex præmissis. Contingens est enim & possibile, quòd in tempore finito sit motus infinitus: ita tamen q̄ non sit vnus & idem, sed alius & alius, inquantum scilicet infinita sunt quæ mouentur. nihil enim prohibet infinita in tēpore finito moueri simul. Et hoc concludebat ratio prædicta. erāt enim mobilia īfinita diuersa, & sic motus eorum erant diuersi, quia ad vnitatem motus non solum requiritur vnitas temporis & termini, sed etiā vnitas mobilis, vt in quinto dictum est. Tertio ibi.

At si id, quod primo mouet in loco, motuque corpori accommodato, tangere necesse est id quod mouetur, aut cōtinuum esse (vt in vniuersis fieri cernimus) totum ipsum unum ex omnibus, aut continuum erit. Id igitur, quod fieri potest, esse sumatur, & sit magnitudo quidem aut continuum ipsum A B C D, motus autem huius sit E F G H. Nihil autem interest infinitum sit, an finitum: similiter enim finito in tempore K aut infinitum, aut finitum infinito mouebitur motu: horum autem utrunque est impossibile. Stabit igitur tandem, ut patet id ipsum & non in infinitum proficiscetur, ab alio, inquā, semper moueri: sed erit quippiam quod primum motu cietur. Nihil autē interest aliquo supposito id ostendi. eo namque posito, quod esse potest, nullum absurdum accidere oportebit. ARGY.

Sed

Tex. cō. 8. Sed, si id, quod mouetur primo fm locum, & corporalem motum, necesse est tangi, aut continuū esse mouēti, sicut videtur hoc in omnibus contingere, erit. n. ex omnibus vnum ipsum totum, aut continuum. Hoc igitur cōtingens accipiatur, & sit magnitudo quidē, aut continuum, in quo sunt A B C D, huius autē motus est E F G H. Differt aūt nihil magnitudinem finitam, aut infinitā esse: similiter. n. in finito tēpore, quod est K, mouebit aut finita, aut īfinita. Horū aūt vtrūque impossibile est. Manifestū igit q̄ stabit aliqñ, & nō infinitū abibit, quod semper ab altero, sed erit aliquid quod primū mouebit. Nihil aūt differat cōcesso quodā hoc demōstrari. Cōtingē ti. n. cōcesso nullū inconueniens poterit accidere. A

Cōtingēti: cō cesso, nullum inconueniēs, sequitur.

Ostendit quomodo prædicta ratio efficaciā habere possit. Et primo quomodo habeat efficaciā ex suppositione facta. Secundo quomodo habeat efficaciam simpliciter ibi. [Nihil aūt differt, &c.] Dicit ergo primo, q̄ id, quod localiter & corporaliter mouetur primo & immediate ab aliquo mobili mouente, necesse est & tāgatur ab eo, sicut baculus tangitur a manu: vel q̄ cōtinuetur ei, sicut continuatur vna pars aeris alteri, & sicut pars continuatur animali. Et hoc videtur contingere in omnibus quod mouens fem per coniungitur mobili altero istorum modorum. Accipiatur ergo alter istorum modorum, s. q̄ ex omnibus infinitis mobilibus & mouentibus efficiatur vnum, s. ipsum totum vniuersum per continuationē quandam: hoc ergo, quia cōtingens est supponatur: & istud totum, quod est quædam magnitudo & continuū vocetur A B C D: & motus eius vocetur E F G H. Et, quia posset aliquis dicere q̄ E F G H erat motus finitorum mobilium, & ita nō potest esse motus totius infiniti subiungit, q̄ nihil differt quantū ad propositū pertinet vtrū accipiatur finita magnitudo quæ mouetur, aut infinita. Sicut. n. simul qñ mouebatur A, in tempore. s. finito, quod est K, mouetur quodlibet finitorū mobiliū, quæ sunt numero infinita, ita etiam simul in eodē tempore mouetur tota magnitudo infinita. Sequitur ergo impossibile quodcunq; horū detur, siue q̄ sit magnitudo finita constās ex magnitudinibus numero infinitis, siue q̄ sit magnitudo infinita, & motus eius in tempore finito: cum sit ostensum supra, q̄ mobile infinitum non potest moueri tēpore finito. ergo impossibile est hoc, ex quo sequebatur, s. q̄ procedatur in infinitum in mouentibus et motis. Manifestum est ergo, q̄ hoc, q̄ vnum moueatur ab altero, non procedit in infinitum. sed stabit alicubi, & erit aliquod primū mobile, quod. s. moueatur ab altero immobili. Et, quia prædicta probatio procedit supposito quodam, s. q̄ omnia infinita mouentia & mota continuentur adinuicem, & constituant vnam magnitudinem, & sic posset alicui videri q̄ non simpliciter cōcludat, ideo subiungit q̄ non differt hāc demonstrationem processisse quodā supposito: quia ex cōtingenti supposito, etiam si sit falsum, non potest sequi aliquod impossibile. Cum ergo prædicta ratio ducat ad impossibile, illud impossibile non sequitur ex isto contingenti supposito: sed ex alio, quod oportet esse impossibile, cum ex eo impossibile sequatur. Et sic patet q̄ in demonstrationibus ad impossibile ducentibus, nil refert vtrum accipiat falsum contingens adiunctum impossibili, vel verum. ostenditur. n. impossibile illud, ex quo cum adiunctione contingentis falsi, sequitur impossibile, sicut ex eo impossibile sequeretur adiuncto quodam vero: quia sicut ex vero nō potest sequi impossibile, ita nec ex contingenti. Sed potest aliquis dicere, q̄ non est contingens, oīa mobilia continuari, sed impossibile est continuari elemēta adinuicem, & cū cęlestibus corporibus. Sed dicendum, q̄ alio modo accipitur contingens & impossibile cum demonstratur aliquid de genere, & cum demonstratur aliquid de specie: quia, cū agitur de specie, oportet accipi vt impossibile esse illud cui repugnat, vel genus, vel differentia speciei, ex quibus ratio speciei constituitur. Cum vero agitur de genere, accipitur vt contingens omne illud, cui non repugnat ratio generis, licet ei repugnet ratio cōstituens speciem. ficut, si loquerer de animali, possem accipere vt cōtingens q̄ omne animal esset alatum: sed, si descenderē ad consyderationē hominis, impossibile esset hoc animal esse alatū. Quia igitur Arist. hic loquitur de mobilibus & mouentibus in cōmuni, nōdū applicando ad determinata mobilia: esse aūt contiguū, vel continuum indifferenter se habet ad rationē mouentis & mobilis, ideo accepit vt contingens, q̄ omnia mobilia sint continua adinuicem. Quod tū est impossibile, si mobilia consyderentur secundum suas naturas determinatas.

Supertori figura huius li cetæ paret intellectus.

Sicut ex vero non sequitur impossibile, ita nec ex cōtingenti.

B

C

D

LECTIO III.

In motu locali mouens simul esse cum eo, quod mouetur monstratur.

Id autem, quod primum mouet, non vt id gratia cuius cætera sunt uel fiunt, sed ut id, unde est principium motus, simul cum eo est quod mouetur... Atq; simul dico, quia nihil est inter ipsa. Hoc enim omnibus mouentibus communiter competit, & subeuntibus motum. ARGY.

PRimum autē mouens, non sicut cuius causa, sed vnde est principium motus, est simul cum eo quod mouetur. Simul autem dico, quia nihil ipsorum medium est. hoc. n. commune est in omni, quod mouetur, & quod mouet.

Quia Philosophus in demonstratione præcedente supposuerat, q̄ mouens est contiguum vel continuum mobili, hoc intendit nūc probare. Et primo ostendit propositum, Secundo probat quoddam, quod in hac probatione suppo nit ibi. [Quoniam autē quæ alterantur, &c.] Circa primū duo facit. Primo proponit intentum: Secundo probat propositum ibi [Quoniam aūt tres sunt motus] Dicit ergo primo q̄ mouens & motū sunt simul. Sed aliquid dicitur mouere dupliciter. vno modo sicut finis mouet agentē, & tale mouens aliquādo distans est ab agente, quem mouet: alio modo sicut mouet id quod est principium motus, & de tali mouente hic intelligit. Et propter hoc addidit [non sicut cuius causa, sed vnde est principium motus.] Item mouēs sicut principium motus, quoddam est immediatū, et quoddam remotum. Intelligit autem hic de immediate mouente, & ideo dixit [Primum mouens] vt per primum significetur immediatum mobili, non autē id quod est primū in ordine mouentiū. Et, quia in Quinto dixerat, ea esse simul, quæ sunt in eodē loco, posset aliquis credere ex hoc quod dicit, q̄ mouens & motum, simul sunt, q̄, qñ vnum corpus mouetur ab altero, q̄ oporteat ambo esse in eodē loco: & ideo ad hoc excludendum subiungit, q̄ simul dicit hic non quidē esse in eodem loco, sed quia nihil est medium inter mouens & motum: fm q̄ cōtacta vel continua sunt simul, quia termini eorū sunt simul, vel quia sunt vnum. Et, quia in præcedenti demonstratione processerat solum de motu locali, posset aliquis credere quòd hoc haberet veritatem solum in huiusmodi motu. Et ideo ad hoc remouendum subiungit hoc quòd dictum est communiter, q̄ mouens & motum sunt simul, & nō specialiter de motu locali, quia hoc est commune in omni specie motus, q̄ mouens & motum sunt simul modo exposito. Secundo ibi.

Tex. 14.
Tex. 10.

Cum autem tres sint motus, is, inquam, qui ad locum is qui ad qualitatem, & is qui ad quantitatem accommodatur: quorum primus est Latio, secundus Alteratio, tertius Accretio atq; Decretio, & ea sanè, quæ mouentur, tria esse necesse est. Atq; primo de latione dicamus hæc enim primus motuum est. ARGY.

Quoniam aūt tres sunt motus, & qui secundum locum, & qui secundum qualitatem, et qui

secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundũm quãtitatem necesse est & ea quę mo- E
uentur tria esse. Qui quidem igitur secundum
locum, Loci mutatio: qui vero secundum quali
tatem, Alteratio: qui vero secundum quantita-
tem, Augmentum vel Decrementum. Primum
quidem igitur de loci mutatione dicamus. hæc
enim primus motuum est.

Loci mutatio primus motuũ est.

Probat propositũ. Et circa hoc duo facit. Primo enume-
rat species motus, Secundo in singulis probat propositum
ibi. [Omne igiẽ quod fertur.] Ostendit ergo primo ꝙ tres
sunt motus, vnus fm locum, qui dicitur loci mutatio: alius
fm qualitatem, qui dicitur alteratio: alius secundum quan
titatem, qui dicitur augmentum & decrementum. Non fa
cit autem mentionẽ de generatione, & corruptione, quia
non sunt motus, vt in Quinto probatum est. Sed, cum sint
termini motus, s. alterationis: vt habitũ est in Sexto ꝙ hoc,
ꝙ probatur propositum in alteratione, sequitur etiam idẽ
de generatione & corruptione. Sicut igitur tres sunt spe-
cies motus, ita tres sunt species mobilium, & etiam moven
tium, & in omnibus est verum quod dictũ est, s. ꝙ mouens
& motum sint simul, vt ostenditur in singulis. Sed primo
hoc est ostendendum in motu locali, qui est primus mo-
tuum, vt in Octauo probabitur. Secundo ibi.

Infra.

ARGY. *Omne itaq; quod fertur, aut à seipso mouetur, aut ab*
alio. Si igitur à seipso mouetur, patet cũ in ipso sit id quod
mouet, simul esse, & id quod mouet, et id quod mouetur:
& nihil inter ipsa medium esse.

Omne igitur, quod fertur, aut ipsum a seipso,
mouetur, aut ab altero. Si igitur a seipso, manife
stum est, ꝙ cum in ipso mouens sit, simul mouẽs
& quod mouetur erit, et nullum illius medium.

Ostendit propositum in singulis triũ prædictorum mo
tuum. Et primo in motu locali, Secundo in motu alteratio
nis ibi [At verò neq; alterati etc. Tertio in motu augmenti
& decrementi, ibi. [Et quod augeẽ & augens &c.] Circa
primum duo facit. Primo ostendit propositum, in quibus
magis est manifestum, Secundo in quibus magis latet ibi.
[Quod autẽ ab alio mouetur.] Dicit ergo primo, ꝙ neces-
se est dicere, ꝙ omne quod mouetur fm locum, aut move-
tur à seipso, aut ab altero. Quòd aũt dicit a seipso aliquid
moueri, potest intelligi dupliciter. vno modo ratione par-
tium, sicut ostendet in Octauo ꝙ mouentium seipsa, vna
pars mouet, & alia mouetur. Alio primo mõ & per se, vt. s.
aliquid fm se totum moueat se totum, sicut supra probauit
ꝙ hoc mõ nihil mouet seipsum. Si autẽ concedatur vtroq;
modo aliquid moueri a seipso, manifestum erit, ꝙ mouens
erit in seipso quod mouetur, vel sicut idẽ est in seipso quod
mouetur, vel sicut pars est in toto, vt anima in animali. Et
sic sequetur, ꝙ simul sit mouens, & quod mouetur, ita ꝙ ni
hil erit ipsorum medium. Secundo ibi.

Te. cõ. 11.

Secũda. 15.

Infra.

ARGY. *Sin ab alio mouetur, quatuor modis mouetur. Motus* H
enim qui ab alio offeruntur quatuor sunt, Pulsus, Tractio,
Volutio, Vectio. Etenim fit ut oẽs alij ad hoc reducantur.

Te. cõ. 10.

Quod autem ab alio mouetur, quadrifariam
mouetur. Qui enim sunt ab altero motus, qua-
tuor sunt Pulsio, Tractio, Vectio, Vertigo. Et
nanq; omnes alios in hos reduci accidit.

Ostendit idem in ijs, quæ mouentur fm locum ab alio,
de quibus minus est manifestũ. Et circa hoc tria facit. Pri-
mo distinguit modos, quibus aliquid contingit ab altero
moueri, Secundo reducit eos ad duos ibi. [Manifestum est
igitur.] Tertio in illis duobus probat propositũ ibi. [Hoc
autẽ manifestũ est.] Circa primũ duo facit. Primo diuidit
modos quibus aliquid mouetur ab altero, & dicit ꝙ sunt
quatuor, s. Pulsio, Tractio, Vectio, & Vertigo, Omnes. n. mo
tus, qui sunt ab alio, reducuntur in istos. Secundo ibi.

Octaua tex. eo. 1 o.

Nona.

Pulsio igitur, alia est impulsio, alia expulsio. Atq; im- ARGY.
pulsio quidem est, cùm id quod mouet, non deserit id quod
mouetur: expulsio uero cùm deserit.

Pulsionis igitur, alia impulsio, alia expulsio, te. cõ. 12.
Impulsio quidem est cum mouens ei, quod mo
uetur non deficit: Expulsio, cũ expellẽs deficit.

Manifestat præmissos quatuor modos. Et primo mani-
festat pulsionem, quæ est cum mouens facit aliquod mobi
le a se distare mouendo. Diuidit autem pulsionem in duo,
scilicet in impulsionem, & expulsionem. Dicitur autem im
pulsio, quando mouens sic pellit aliquod mobile, quod nõ
deficit ipsi deserendo ipsum, sed simul cum eo tendit quo
ducit. Expulsio autem est, quãdo mouens sic mouet, quod
tamen deficit deserendo ipsum, nec comitatur ipsum vsq;
ad finem motus. Secundo ibi.

Vectio autem in tribus est motibus. Non enim per se, ARGY.
sed per accidens mouetur, quod uehitur. Ex eo nanq; mo- F
uetur, quia est in eo, uel super id quod mouetur. At id quod
uehit, aut pellitur: aut trahitur, aut uoluitur. Patet igitur
uectionem tribus in motibus esse.

Vectio autem in tribus erit motibus. Quod te. cõ. 10.
quidem vehitur non secundum se mouetur, sed
secundum accidens. In eo. n. quod est in eo quod
mouetur, aut super id quod mouetur, mouetur
ipsum. Vehẽs autem mouetur, aut pulsum, aut
tractum, aut vertigine ductum. Manifestum igi
tur, quoniam vectio in tribus motibus erit.

Manifestat de vectione & dicit, ꝙ vectio fundatur in
tribus alijs motibus, scilicet pulsione, tractione, & vertigi-
ne, sicut quod est per accidens fundatur in eo quod est per
se. Illud autem, quod vehitur, non mouetur per se, sed per
accidens: inquantum scilicet aliquid alterum mouetur, in G
quo ipsum est, sicut cum aliquis vehitur a naui in qua est:
vel super quod est, sicut cum aliquis vehitur equo. Illud
autem quod vehitur mouetur per se, eo ꝙ non est procedere
in ijs, quæ mouentur per accidens in infinitum. & sic opor
tet ꝙ primum vehens moueatur aliquo motu per se, vel
pulsu, vel tractu, vel vertigine. Ex quo manifestum, est ꝙ
vectio in tribus alijs motibus continetur. Tertio ibi.

Tractio uero est cum motus trahentis, aut ad se, aut ARGY.
ad aliud celerior eius est motu quod trahitur, neq; secun-
gitur ab eodem. etenim & ad seipsum est tractio, & ad
aliud. Ad has & cæteras tractiones eædem specie reduc-
centur: Vt inspiratio, & spiratio, & sputatio. & hæ qui-
bus aut emittuntur corpora aut accipiuntur. Quarum
aliæ sunt congregationes, aliæ segregationes. Et omnis igi-
tur ad locum accommodata motio, congregatio est nimi-
rum & segregatio. H

Tractio autem est, cùm etiam ad ipsum, vel
ad alterum velocior sit motus trahentis non se-
paratus ab eo qui trahitur. & nanq; ad ipsum est
tractio, & ad alterum. Et reliqui tractus idem
specie in hos reducuntur: vt inspiratio, & expi-
ratio, & spuitio, & quicunq; corporum emissi-
ui, aut receptiui sunt: & Spathesis & * cercisis. *a. l. Radiatus
Aliud est quidem ipsorum cõgregatio, aliud di-
sgregatio. Et omnis igitur motus qui est secun-
dum locum, aggregatio & disgregatio est.

Manifestat tertium motum, s. tractum. Et sciendum est,
ꝙ tractio a pulsione differt, quia in pulsione mouens se ha
bet ad mobile vt terminus a quo est motus eius: in tractu
vero se habet vt terminus ad quem, illud ergo trahere di-
citur,

citur, quod mouet alterum ad seipsum. Mouere autem ali- A
quid fm locum ad seipsum contingit tripliciter. vno modo
sicut finis mouet, vnde & finis dr trahere, fm illud Poetæ,
Trahit sua quẽq; voluptas: & hoc modo potest dici, ꝙ lo-
cus trahit id, quod naturaliter mouetur ad locum. Alio mo
do potest dici aliquid trahere, quia mouet id ad seipsum al
terando aliqualiter, ex qua alteratione contingit ꝙ altera-
tum moueatur fm locum: & hoc modo magnes dicitur tra
here ferrum. Sicut. n. generãs mouet grauia & leuia, inquã
tum dat eis formam, per quam mouentur ad locum, ita &
magnes dat aliquam qualitatẽ ferro, per quã mouetur ad
ipsum. Et ꝙ hoc sit verum, patet ex trib⁹. Primo quidem,
quia magnes non trahit ferrum ex quacunq; distantia, sed
ex propinquo. si aũt ferrum mouetur ad magnetem solum
sicut ad finẽ, sicut graue ad suum locum, ex qualibet distan
tia tẽderet ad ipsum. Secundo quia, si magnes allijs perũga
tur, ferrum attrahere nõ potest: quasi, allijs vim alteratiuã
ipsius impedientibus, aut etiã in contrarium alterantibus.
Tertio, quia ad hoc ꝙ magnes attrahat ferrũ, oportet prius B
ferrum liniri cum magnete, maxime si magnes sit paruus,
quasi ex magnete aliquam virtutem ferrum accipiat, vt ad
eum moueatur. Sic igitur magnes attrahit ferrum non so-
lum sicut finis, sed etiam sicut mouens & alterans. Tertio
modo dicitur aliquid attrahere, ꝙa hoc mouet ad seipsum
motu locali tantum. & sic definitur hic tractio, prout vnũ
corpus trahit alterũ, ita ꝙ trahens simul moueatur cum eo
quod trahitur. Hoc est ergo quod dicit, ꝙ tractio est cum
motus trahentis ad seipsum vel ad alterum sit velocior, nõ
separatus ab eo quod trahitur. Dicit autem [ad ipsum vel
ad alterum] quia mouens voluntariũ pptest vti altero, vt
seipso. Vnde potest ab alio pellere sicut a seipso, & ad aliud
trahere sicut ad seipsum. sed hoc in motu naturali non con-
tigit. Immo semper pulsio naturalis est a pellẽte, & tractio
naturalis ad trahentẽ. Addit aũt [cum velocior sit motus]
quia cõtingit qñq; quid quod trahit, etiã per se mouet illuc
quo trahitur: sed a trahente velociori motu cõpellitur mo-
ueri. Et, quia trahens mouet suo motu, oportet ꝙ motus tra C
hentis sit velocior, ꝙm motus naturalis eius quod trahitur.
Adiungit autẽ [non separatus ab eo quod trahitur] ad dif-
ferentiam pulsionis. Nam in pulsione pellens quandoq; se
paratur ab eo quod pellit, quandoq; vero non, sed trahens
nunquã separatur ab eo quod trahitur, quinimmo simul
mouetur trahẽs cum eo quod trahitur. Exponit aũt quod
dixerat [Ad ipsum vel ad alterũ.] quia contingit esse trac-
tionem ad ipsum attrahentem, & ad alterum in motibus
voluntarijs, vt dictum est. Et, quia sunt quidam motus, in
quibus nõ ita manifeste saluatur ratio tractionis, cõsequen
ter ostẽdit eos etiam reduci ad hos modos tractionis, quos
posuerat, s. ad seipsum, & ad alterum. Et hoc est quod dicit,
ꝙ omnes alij tractus, qui nõ nominantur tractus, reducun
tur in hos duos modos tractionis, quia sunt idem specie cũ
eis quantum ad hoc, ꝙ motus accipiunt speciem a termi-
nis, quia & illi tractus sunt ad seipsum vel ad alterum, sicut
patet in inspiratione & expiratione. Inspiratio. n. est attra-
ctio aeris, expiratio vero est aeris expulsio. & similiter spui D
tio est expulsio sputi. Et similiter dicẽdum est de omnibus
alijs motibus per quoscunq; aliqua corpora extra mittun-
tur, vel intra recipiuntur: quia emissio reducitur ad pulsio
nem, receptio autẽ ad attractionem. Et similiter spathesis
est pulsio, & cercisis est attractio. Spati enim in Græco dici
tur ensis, vel spatha. vnde spathesis, idem est quod spatha-
tio. i. percussio per ensem, quæ fit pellendo. Et ideo alia lite
ra quæ dicit [speculatio] videtur esse vitio scriptoris corru
pta quia pro spathatione, posuit speculationem. Cercisis au
tem est attractio. Est autem cercis in Græco quoddam in-
strumentũ, quo vtuntur textores, quod ad se trahunt texen
do, quod latine dicitur radius. Vnde alia litera habet [ra-
datio.] horum. n. duorum & quorumcunq; motuum emis
siuorum & receptiuorum, aliud est congregatio, quod per-
tinet ad attractionem, quia congregans mouet aliquid ad
alterum: Aliud est disgregatio, quæ pertinet ad pulsionem:
quia pulsio est motus alicuius ab alio. Sic ergo patet, ꝙ om

Magnes quo ferrum ad se trahat, ipsi virtutẽ altera tiuam impri mendo.

nis motus localis est aggregatio vel disgregatio, ꝙa motus
localis est ab aliquo, vel ad aliquid. Et ꝙ cõsequẽs patet, ꝙ
ois motus localis est pullio vel tractio. Deinde cum dicit.

Volutio uero ex tractione pulsioneq; componitur. ARGY.
Mouens enim partim pellit, partim trahit id quod motu
hoc agitatur.

Vertigo autem componitur quidem ex tra-
ctu et pulsione. hoc quidem pellit mouens, illud
autem trahit.

Manifestat quid sit vertigo, & dicit ꝙ vertigo est quidã
motus cõpositus ex tractu & pulsu. Cum. n. aliquid vertit,
ex vna parte pellitur, & ex alia trahitur. Deinde cum dicit.

Perspicuum igitur est, si pellens ac trahens est simul cũ ARGY.
eo quod pellitur atq; trahitur, nihil esse inter ea, quorum
alterum mouetur, alterum mouet.

Manifestũ igitur est ꝙ, si simul pellens & tra-
hens est cum eo quod pellitur & trahitur, nullũ
medium eius quod mouetur, & mouentis est.

Ostendit ꝙ omnes quatuor motus prædicti ad pulsum
& tractum reducunt: & ꝙ idem est iudicium de omnibus,
& de istis duobus. Quia. n. vectio consistit in tribus alijs, &
vertigo componitur ex pulsu & tractu, relinquitur ꝙ om-
nis motus localis, qui est ab alio, reducitur ad pulsum et tra
ctum. Vnde manifestum est, ꝙ in pulsu & tractu, mouẽs &
motum sint simul: ideo est ita ꝙ pellens sit simul cum eo quod
pellitur, & trahens cum eo quod trahitur: consequens erit
vniuersaliter verum esse, ꝙ nullum sit medium inter mo-
uens secundum locum, & motum. Deinde cum dicit.

Hoc & ex definitionibus patet. Nam pulsio quidẽ, est ARGY.
aut ex se, aut ex alio in aliud motus. Tractio autẽ ex alio,
uel ad se, uel ad aliud. Insuper compulsio atq; dispulsio.

Hoc autem manifestum *{ex dictis.} Pulsio *a. l. ex defini
quidem aut a seipso, aut ab alio ad aliud motus tionibus.
est. Tractus autem, ab alio ad ipsum, aut ad aliud
est. Adhuc autem synosis & diosis.

Probat propositum in his duobus motibus. Et primo
ponit duas rationes ad propositum ostẽdendum, Secundo
excludit obiectionem, ibi [Proiectio autẽ &c.] Prima au- Infra.
tem ratio sumitur ex definitione vtriusq; motus, quia pul-
sio est motus ab ipso mouẽte, vel ab aliquo alio in aliquid
aliud, & sic oportet ꝙ saltem in principio motus pellens
sit simul cum eo quod pellitur, dum pellens id quod pelli-
tur remouet a se, vel ab alio. Sed tractus est motus ad ipsum
vel ad alterum, vt dictum est, & ꝙ non separatur trahens
ab eo quod trahitur. Ex quo manifestum est in his duob⁹
motibus, ꝙ mouens & motũ sint simul. Secunda ratio su-
mitur ex congregatione & disgregatione. Dictum est. n.
ꝙ pulsio est disgregatio & tractio est congregatio. Et hoc
est quod dicit. [Adhuc autem synosis] id est congregatio,
& [diosis] id est diuisio. Non autem posset aliquid congre
gare vel disgregare, nisi adesset his quæ congregantur di-
sgregantur. Et sic patet ꝙ in pulsione & tractu mouens &
motum sunt simul. Secundo ibi.

Proiectio uero est, cum motus celerior sit naturali mo ARGY.
tu corporis eius quod fertur, pulsione uehementiore nimi-
rum facta. Quod quidem eousq; fertur, quousq; motus is
uehementior sit illo motu. Quæ, cum ita sint, patet esse si-
mul id quod mouetur, & id quod mouet, & nihil inter
ipsa medium esse.

Proiectio autem quando velocior motus fiat
ꝙm qui fm naturam lati fortiori facta pulsione: et
hoc facto tandiu accidit ferri, quousque fortior
sit motus eius quod fert. Manifestũ igitur, quo-

niam

niam quod mouetur, & mouens simul sunt, & nullum medium est ipsorum.

Excludit quandā obiectionem, quæ accidere potest circa pullionem. De Tractione.n. dictum est, ꝙ motus trahentis non separatur ab eo quod trahitur: sed in pulsione dictū est, ꝙ aliquando deficit pellens ab eo quod pellitur, & talis pulsio vocatur expulsio, cuius species est proiectio, quæ est quando pellitur cum quadam violētia in remotum. & sic in proiectione videtur, ꝙ id quod proꝼcitur sit simul cum proꝼciente. Et ideo ad hoc excludēdum dicit, ꝙ proiectio est quando motus eius quod fertur fit velocior q̄ motus naturalis. et hoc propter aliquā fortem impulsionem factam. Cū.n. aliquid proꝼcitur, ex forti impulsione mouetur aer velociori motu q̄ sit motus eius naturalis, & ad motum aeris defertur corpus proiectum. Et quādiu durat aer impulsus, tandiu proiectum mouetur. Et hoc est quod dicit ꝙ facta tali impulsione, tandiu accidit aliquid ferri proiectum, quandiu in aere fit fortior motus, q̄ eius motus naturalis. Sic ergo remota hac dubitatione, concludit ꝙ mouens & motum sint simul, & ꝙ inter ea nihil est medium.

LECTIO. IIII.

Alterans & alteratum simul esse probatur.

ARGY. *At vero nec inter alterans, & id quod alteratur, medium quicquā cadit, quod quidem ita esse per inductionē patere potest. In vniuersis enim sit ut id, quod vltimum alterat, & id quod primum alteratur sint simul.*

Tc.c.11. AT vero neq; alterati neq; alterantis vllum medium est. hoc autem manifestum est ex inductione. In omnibus enim simul esse accidit alterans vltimum & primum quod alteratur.

Postquam ostendit in motu locali, ꝙ mouens et motum sunt simul, ostendit idem in alteratione, quòd scilicet nihil est medium alterantis & alterati. Et hoc probat primo per inductionem. In omnibus enim, quæ alterantur, manifestum est, ꝙ simul sunt vltimum alterans, & primum alteratum. Videtur autem hoc habere instantiam in quibusdam alterationibus. Sicut cum Sol calefecit aerē sine hoc ꝙ calefaciat orbes medios planetarum, & piscis quidā in rete detētus stupefacit manus trahentis rete, absq; hoc ꝙ stupefaciat rete. Sed dicēdum est, ꝙ passiua recipiunt actiuorum secundum proprium modum, & ideo media, quę sunt inter primum alterans, & vltimum alteratum, aliquid patiuntur a primo alterante: sed forte non eodem modo sicut vltimū alteratū. Aliquid igitur patitur rete, a pisce stupefaciente, sed non stupefactionem: quia eius non est capax. Et orbes medij planetarum aliquid recipiunt a Sole, scilicet lumen, non autem colorem. Secundo ibi.

Obiectio. An in alteratione, alterās & alteratum sint simul.

Aurea respō-sio.

ARGY. *Omne enim quale ex eo alteratur, quia sensibile est. Sensibilia vero sunt ea, quibus inter sese corpora differūt, vt grauitas, leuitas, duities, mollities, sonus, huius acutas, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & ea quæ inter hæc sunt. Similiter & cætera, quæ sensui subiiciuntur, caliditas, inquam, & frigiditas, & lenitas, & asperitas. Hæc.n. affectus sunt qualitatis subiectæ, & his inter se differunt sensibilia corpora, aut horum gradibus, atque, quia aliquod horum patiuntur, alterare dicimus tam animata corpora, quàm inanimata, & animantium partes, quæ animæ sunt expertes (calefiūt enim aut frigefiunt, aut dulcia fiunt, aut amara, aut aliquo alio prædictorum afficiuntur. Ipsi quoque sensus alterantur. patiuntur enim. Nam ipsorum actio motus est per corpus, patiente aliquid sensu. Atque quibus alterantur inanimata, his vniuersis animantia etiam alterantur. at quibus animantia alterantur, hisce non alterantur inanimata. Per sensus enim non alterantur, neq; sentiunt inanimata, cùm alterantur. Nihil tamen prohibet, vt & animantia cùm alterantur non sentiant, quando non per sensus ipsis accidit alteratio. Si igitur affectus quidem sensibiles sunt, per hos autem fit alteratio, patet tam simul esse patiens ipsum, atq; affectum, & nihil inter ipsa medium esse.*

Quale enim alteratur, ex eo quod sensibile est. Sensibilia autē sunt, quibus differunt corpora ad se inuicē, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, non sonus, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & horum media. similiter autē, & alia quæ sub sensu sunt, quorum est & calor & frigus, & lenitas, & asperitas. hæc enim sunt passiones subiectæ qualitatis. His enim differunt sensibilia corporum, aut ſm aliquod horum magis & minus, & in patiendo aliquid horum (calefacta.n. aut frigefacta, aut dulcefacta, aut amaricata, aut ſm aliquid aliud prædictorum (Similiter & animata corporum, & inanimata, & animatorum, quæcūq; partes sunt inanimatæ. Et ipsi sensus Tc.c.12. alterantur: patiuntur.n. actio.n. ipsorū motus est per corpus patiente sensu aliquid. Secūdum quæ igitur inanimata alterantur & animata, ſm omnia hæc alterantur. ſm autem quæcunq; animata alterantur, non ſm hoc alterātur inanimata: ſm.n. sensus non alterantur, & latet cum alterantur inanimata. Nihil aūt prohibet & animata latere cum alterantur, cum non ſm sensus accidit ipsis alteratio. Si igitur sensibiles passiones sunt: omnis autem per has alteratio est, ex hoc ergo manifestum est, ꝙ passio & patiens simul sunt, & horum nullum medium est.

Probat idem per rationē, quæ talis est. Omnis alteratio est similis alterationi, quæ fit secundū sensum: sed in alteratione, quæ est ſm sensum alterans & alteratum sunt simul: ergo & in qualiber alteratione. Primā sic probat. Omnis alteratio fit secundum qualitatē sensibilem, quæ est tertia species qualitatis, Secundum illa.n. alterantur corpora, quibus corpora abinuicē differunt: quæ sunt sensibiles qualitates, vt grauitas & leuitas, durities, & mollities, quę percipiuntur tactu: sonus & non sonus qui percipiuntur auditu. (Sed tamen, si sonus in actu accipiatur, est qualitas in aere, consequens aliquem motū localem, vnde non videtur secūdum huiusmodi qualitatem esse primo & per se alteratio. si vero sonus in aptitudine accipiat̄, sic per aliquā alterationem fit aliquid sonabile vel non sonabile] albedo & nigredo, quę pertinēt ad visum: dulcedo & amaritudo, quæ pertinent ad gustum: humiditas & siccitas, dēsitas & raritas, quæ pertinent ad tactum. & eadem ratio est de his contrarijs, & de medijs horum. Et similiter etiam sunt alia, quæ sub sensu cadūt sicut calor & frigus, & lenitas & asperitas, quæ etiam tactu comprehenduntur. huiusmodi. n. sunt quædam passiones sub genere qualitatis contentæ. & dicuntur passiones, quia passionem ingerunt sensibus, vel quia ab aliquibus passionibus causantur, vt in Prędicamētis dicitur. Dicuntur aūt passiones sensibilium corporum, Capitulo de Qualitate. quia sensibilia corpora ſm huiusmodi differunt, inquantum, ſ. aut vnum est calidum & aliud frigidum, vnum grue & aliud leue, & sic de alijs: aut inquantum aliquod vnū de præmissis inest duobus ſm magis & minus. ignis.n. differt ab aqua ſm differentiam calidi & frigidi: ab aere vero ſm magis & minus calidum. Et etiam ſm hoc attenditur sensi-

sensibilium corporum differentia, inquantum patiuntur aliquod horū, licet non fit in eis naturaliter. sicut dicimus differre calefacta ab infrigidatis, & ea quæ fiunt dulcia ab his quæ fiunt amara, per aliquam passionē, & non ex natura. Alterari autem ſm huiusmodi qualitates est omnium corporum sensibiliū tam animatorum q̄m inanimatorum. [Et quia in corporibus animatis quædam partes sunt animatæ,]id est sensitiuæ, vt oculus & manus, [quædam aūt inanimatæ,]id est non sensitiuæ, vt capilli & ossa, vtræq; partes ſm huiusmodi qualitates alterantur: quia sensus sentiendo patiunt̄, actiones enim sensuum, vt auditio & visio sunt quidā motus per corpus cum aliqua sensus passione. Non.n. sensus habēt aliquam actionē, nisi per organū corporeum: corpori autem conuenit moueri & alterari. vnde passio & alteratio magis proprie dicitur in sensu q̄m in intellectu, cui⁹ operatio nō est per aliquod organum corporeū. Sic igitur patet, ꝙ ſm quascunq; qualitates, & secundum quoscunq; motus alterantur corpora inanimata, ſm eosdē motus, & easdem qualitates alterantur corpora animata: sed non cōuertitur quia in corporibus animatis inuenitur alteratio ſm sensum, quæ non inuenit̄ in corporibus inanimatis. non.n. corpora inanimata cognoscunt suā alterationē, sed latet ea. quod non accideret si ſm sensum alterarentur. Et ne aliquis hoc reputaret īpossibile, ꝙ aliquid alteretur ſm sensibilem qualitatem absq; sensu alterationis, subiungit ꝙ non solum hoc est verum in rebus inanimatis, sed hoc contingit etiam in rebus animatis. Nihil.n. prohibet, ꝙ etiam animata corpora lateat cum alterantur. sicut cū aliqua alteratio accidit in ipsis absq; alteratione sensus, vt cum alterantur ſm partes non sensitiuas. Ex hoc igitur patet ꝙ, si passiones sensus sunt tales, ꝙ nihil est medium inter agens & patiens, & omnis alteratio est per huiusmodi passiones, quibus alterantur sensus: sequitur ꝙ alterans inserens passiones, & alteratum patiens sint simul, & nullū sit ipsorum medium. Deinde cum dicit.

ARGY. *Nam huic quidem aer continuus est, aeri uero coniungitur corpus. & superficies quidem lumini, visui vero lumen cohæret. similiter & auditus, ac odoratus primo moueuti coniungitur. Sapor etiam simul est modo eodem & gustus. Simili modo fit & in hisce, quæ sunt expertia animæ, atq; sensus id etiam.*

tc.c6.13. Huic autem aer est continuus, aeri vero continuatur corpus. & superficies quidē terminatur ad lumen, lumen autē ad visum. Similiter & auditus, & odoratus, & mouens ipsos primū. Eodem autem modo simul, & gustus & sapor est. Simil'r aūt & in inanimatis, & in insensibilibus

Probat secundam, ꝙ in alteratione sensus alterans & alteratū sint simul, quia [huic] ſ. sensui, puta visui [aer continuus est] ideſt absq; medio coniunctus. aeri vero corpus visibile, & superficies quidem visibilis corporis quæ est subiectum coloris [terminatur ad lumen] ideſt ad aerem illuminatum, qui terminatur ad visum. Et sic patet ꝙ aer alteratus, & alterans ipsum sunt simul. & similiter visus alteratus cum aere alterāte. & similiter est in auditu & in odoratu, si comparentur ad id quod primum mouet, ſ. ad sensibile corpus, quia hi sensus sunt per medium extrinsecum. Gustus autem & sapor sunt̄ simul: non.n. cōiunguntur per aliquod medium extrinsecum. & simile est de tactu. Et eodē modo se habet in rebus inanimatis, & insensibilibus, ſ. ꝙ alterans & alteratum sunt simul. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quod augetur, & id quod auget eodem modo se habent. Accretio nanq; quædam additio est: quæ simul sunt quod auget, & quod augetur. & in diminutione eodem modo. Causa nanq; decretionis ablatio quædam est. Patet igitur nihil esse medium inter id, quod vltimum mouet. & id quod primo mouetur.*

Et quod augetur, & augens. appositio enim quædam est augmentum. quare simul sunt, & quod augetur & augens, & Decrementum. decrementi enim causa est ablatio quædam. Manifestum igitur est, ꝙ mouentis vltimi & moti primi nullum est medium.

Probat idem in motu augmenti & decremēti. Et primo in motu augmenti. Oportet.n. quod augetur & auget esse simul, quia augmentatio est quædam appositio: per appositionem.n. alicuius quanti aliquid augetur. Et similiter est in decremēto, quia causa decrementi est quædā subtractio alicuius quāti. Et potest intelligi hæc probatio dupliciter. vno modo, ſm ꝙ ipsum quātū appositum vel subtractum est proximum mouens illis motibus. Nam & Aristo. dicit Secundo de Anima, ꝙ caro auget prout est quāta: & sic manifeste simul cum mouente motum est. non enim potest aliquid apponi vel subtrahi alicui, si nō fit simul cum eo. Procedit etiam hæc ratio de principali agēte. Appositio enim omnis congregatio quædam est: subtractio vero disgregatio quædam. Supra autem ostensum est, ꝙ in motu congregationis & disgregationis mouens & motum sunt simul. vnde relinquitur, ꝙ etiam in motu augmenti & decrementi. Et sic vlterius concludit vniuersaliter, ꝙ inter vltimum mouens & primum motum nihil est medium.

LECTIO. V.

Quæcunq; alterantur, ꝙ non secundum primæ, vel quartæ speciei qualitates, sed secundum sensibiles tantum alterentur: ostenditur.

ARGY. *Deinceps autem vniuersa, quæ alterantur, a sensibilibus alterari: & eorum alterationem esse duntaxat, quæ per se ab hisce pati dicuntur, per hæc cōtēplemur oportet.*

tc. c6.14. QVod autem ea, quæ alterantur, alterantur omnia a sensibilibus: & solum horum alteratio est, quęcunque secundum se dicuntur pati ab his, ex his consyderabimus.

Quia in præcedenti ratione Philosophus supposuerat ꝙ omnis alteratio fit secundum sensibilia hoc intēdit hic probare. Et primo proponit quod intendit, Secundo probat propositum. ibi [Aliorum.n. maxime.] Dicit ergo primo, tc.c6.15 ꝙ ex sequentibus consyderandum est, ꝙ omnia quæ alterantur, alterantur secundū qualitates sensibiles: & per consequens illis solum competit alterari, quæ per se patiuntur ab huiusmodi qualitatibus. Secundo ibi.

ARGY. *Maxime nanq; quispiam in figuris, formis, atq; habitibus, & horum deiectionibus, acquisitionibus alterationem esse existimabit. Videtur enim in his alteratio esse. Verum non est: sed cum quædam alterantur hæc fiunt. cùm densatur, inquam, aut rarefit, aut calefit, aut frigefit materies ipsa: sed alteratio non est.*

Aliorum.n. maxime vtiq; quis existimabit, Tc.c6.15. in figuris & formis et habitibus, et horum remotionibus & acceptionibus alterationē esse. Non est autem neq; in his, sed fiunt hæc, cū quædam alterantur. densata.n. aut rarefacta, aut cum fiat calida, aut frigida materia: alteratio aūt non est.

Probat propositum arguendo a maiori. Quod quidem primo ponit, Secundo quædam quæ supponit probat. ibi infra. [Ex quo quidē enim &c.] Dicit ergo primo, ꝙ prēter qualitates sensibiles maxime videtur esse alteratio in quarta specie qualitatis, quæ est qualitas circa quantitatem, ſ. forma & figura: & in prima specie qualitatis, quæ cōtinet sub se habitus & dispositiones. videtur enim ꝙ alteratio quædā fit per hæc, ꝙ huiusmodi qualitates de nouo remouentē aut de nouo acquiruntē. non.n. videtur hoc sine mutatione posse contingere. mutatio autē secundum qualitatem alteratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.loc.4.te.68. ratio est, vt supra dictum est. Sed in prædictis qualitatibus primæ, & quartæ speciei, non est alteratio primo & principaliter, sed secundario: quia huiusmodi qualitates consequuntur quasdam alterationes primarum qualitatum, sicut patet, cp cum materia subiecta dēfatur, aut rarescit, sequitur mutatio secundū figuram. & similiter cum calefiat, aut infrigidet, sequitur mutatio secundum sanitatē & ægritudinem, quæ pertinent ad primam spēm qualitatis. rarū autē & densum, calidum & frigidū sunt sensibiles qualitates, & sic patet, cp nō est alteratio in prima & quarta specie qualitatis primo & per se. Sed remotio & acceptio huiusmodi qualitatum cōsequuntur ad aliquam alterationem quæ est secundum sensibiles qualitates. Ex quo etiā patet, quare nō facit mentionē de secunda specie qualitatis, q̄ est potentia vel impotentia naturalis. Manifestum est. n. cp potentia vel impotentia naturalis non accipitur aut remouetur, nisi transmutata natura, quod fit per alterationem. & ideo hoc quasi manifestum prætermisit. Secundo ibi.

ARGV. *Non enim statuæ formam nomine dicimus eius, ex quo forma est orta: nec eius etiam ex quo est pyramidis, aut lectic æ figura, pyramidem aut lecticam: sed denominantes, aliud æneum, aliud terreum, aliud ligneum. Quod aut alteratur appellamus. ipsum enim æs humidum esse dicimus, aut calidum, aut durum. Et non solum hoc pacto, sed etiam ipsum humidum, atq; calidum esse dicimus æs, affectus nomine materiam nuncupantes. Cum igitur id quidem ex quo est forma & figura, & id quod est ortum figurarum nomine non dicatur. id vero quod alteratur nomine dicatur affectum: patet alterationem in solis sensibilibus esse.*

Ex quo quidem. n. est forma statuæ. non dicimus formam, neq; ex quo figura pyramidis est, aut lecti: sed denominantes hoc quidē æneum, illud vero cereum, aliud aūt ligneum. quod aūt alteratur dicimus. æs quidem. n. humidū esse dicimus, aut forte, aut calidum. & nō solum sic, sed humidum & calidum æs, æquiuoce dicentes cū passione materiā. Quoniam igitur ex quo quidem forma & figura, et quod factū est, equiuoce non dicuntur cum figuris. quæ ex illo sunt: quę aūt alterantur cum passionibus æquiuoce dīr: manifestum cp in solis sensibilibus alteratio est.

Secūda. 17. Probat quod supposuerat. Et primo cp non fit alteratio in quarta specie qualitatis, Secundo cp non sit in prima. ibi [Neq; n. in habitibus &c.] Circa primū ponit duas rationes. quarum prima sumitur ex modo loquendi. Vbi considerandum est, cp forma & figura in hoc abinuicem differunt, cp figura importat terminationē quātitatis. Est enim figura quæ termino vel terminis comprehenditur. Forma vero dicitur quæ dat esse specificum artificiato. Formæ. n. artificiatorum sunt accidentia. Dicit ergo cp illud, ex quo fit forma statuæ, non dicimus formā, idest materia statuæ non prædicatur de statua in principali & recto, & similiter est in figura pyramidis vel lecti: sed in talibus materia prædicat denotatiue. dicimus. n. triangulū æneū aut cereū, aut ligneum. & simile est in alijs: Sed in his, quæ alterantur, & passionē prædicamus de subiecto: quia dicimus æs esse humidū, aut forte, aut calidū: & econuerso humidum, vel calidum dicimus esse æs, æqualiter prædicātes materiā de passione, & econuerso: & dicimus hominē esse albū, & album esse hominem. Quia ergo in formis & figuris materia non æqualiter dī cum ipsa figura, ita cp alterum de altero dicatur in principali & recto, sed solum denominatiue materia prędicatur de figura & forma: in his aūt, quæ alterantur subiectum & passio equaliter de inuicem prędicantur, sequitur ergo cp in formis & figuris non fit alteratio, sed solū in sensibilibus qualitatibus. Secundam rationē ponit ibi.

Præterea absurdum est, & alio modo dicere. Dicere nanq; hominem alteratum esse, vel domum sumpto fine, ridiculum est. Si perfectionem domus aut parietes, aut tegulam, alterationem esse dixerimus: & si cum parietibus domus clauditur, aut tegitur, ipsam dixerimus alterari. Patet autem alterationem in hisce non esse quæ generantur: atqui nec in habitibus alteratio est. ARGV.

Amplius & aliter dicere inconueniens est. Dicere. n. hominem alteratum esse, aut domum accipientem finem, ridiculum est. Si perfectionem domus tectionē, aut lateratione dicimus alterationem esse, domo aūt laterata aut cooperta alterari domū. Manifestum aūt est, quia quod est alterationis, non est in his quæ fiunt. Tex. cō. 16. Te. cō. 17. Secūda 16.

Et sumitur a proprietate rei. Ridiculū. n. est dicere, cp homo, vel domus, vel quicquid aliud alteretur ex hoc ipso cp accipit finem suæ perfectionis. puta si domus perficitur per hoc cp tegitur, vel per hoc cp lateribus ornatur, aut cooperitur, ridiculum est dicere, cp domus alteretur qñ cooperitur, aut lateratur. Est etiā manifestum cp alterario non est eorū, q̄ fiunt inquantum fiunt: sed vnūquodq; perficitur, & fit, inquantū accipit formam propriam & figuram. non est ergo alteratio in acceptione figuræ & formæ. Ad euidentiā autem harum rationum consyderandū est, cp inter omnes qualitates, figuræ maxime consequuntur & demonstrant speciem rerum Quod maxime in plātis & aīalibus patet, in qbus nullo certiori iudicio diuersitas spērum dīudicari potest, q̄m diuersitate figurarū. Et hoc ideo, quia sicut quantitas propinquissime se habet ad substantiam inter alia accidentia: ita figura, quæ est qualitas circa quantitatem, propinquissime se habet ad formam substantiæ. Vnde sicut posuerunt aliqui dimensiones esse substātiam rerū, ita posuerunt aliqui figuras esse substantiales formas. Et ex hoc contingit, cp imago, quæ est expressa rei representatio, fm figuram potissime attēdatur magis, q̄m fm colorem, vel aliquid aliud. Et, quia ars est imitatrix naturæ, & artificiatum est quædā rei naturalis imago: formæ artificialiū sunt figuræ vel aliquid propinquum. & ideo propter similitudinem huiusmodi formarum & figurarum ad formas substantiales, dicit Philosophus, cp fm acceptionem formæ & figuræ non est alteratio, sed perfectio. Et exinde etiam est, cp materia de huiusmodi nō prædicat nisi denominatiue, sicut etiā est in substantijs naturalibus. nō enim dicimus hominem terram, sed terrenum. Deinde cum dicit.

Atqui nec in habitibus alteratio est. Habitus enim virtutes ac vitia sunt. Virtus autem omnis & vitium ad aliquid est, quemadmodum sanitas temperatio quædam est calidorum ac humidorum, aut internorum, aut ad continens. Similiter & pulchritudo et robur ad aliquid sunt. sunt enim dispositiones quædam eius quod præstantissimum est, ad id quod est optimum. Atq; id præstantissimum dico quod conseruat, ac circa ipsam naturam disponit. Cum igitur virtutes quidem ac vitia sint ex hisce quæ sunt ad aliquid: Hæc autem generationes non sunt, nec ipsorum sit generatio nec alteratio ommino: patet circa habitus alterationes non esse. ARGV.

Neque enim in habitibus. habitus enim virtutes & malitiæ sunt. Virtus autē omnis & malitia ad aliquid sunt, sicut sanitas quidem calidorum & frigidorum mensuratio quædam est, aut eorum quæ sunt infra, & ad continens. Similiter autē

autē & pulchritudo & macies ad aliquid sunt: dispositiones enim quędam perfecti ad optimū sunt. Dico autem perfecti quod sanat & dispositum est circa naturam. Quoniam ergo virtutes & malitiæ sunt ad aliquid: hæc autem neq; generationes sunt, neq; generatio est ipsorum, neque alteratio omnino: manifestum est, cp nō est omnino, quod est alterationis circa habitus.

Ostendit cp non est alteratio in prima specie qualitatis. Et primo quantū ad habitus, & dispositiones corporis, Secundo quantum ad habitus, & dispositiones animæ. ibi Infra. [Neq; itaq; circa animæ virtutes &c.] Circa primū ponit talem rōnem. Habitus, qui sunt in prima specie qualitatis, Virtꝰ qd sit. etiam corporei, sunt quædam virtutes & malitiæ. Virtus enim vniuersaliter cuiuslibet rei est, quæ bonum facit habentē, & opus eius bonum reddit. vnde virtus corporis dicitur, fm quam bene se habet & bene operatur, vt sanitas, econtrario aūt de malitia, vt de ægritudine. Omnis autem virtus & malitia dicūtur ad aliquid. & hoc manifestat per exempla. Sanitas. n. quæ est quædam virtus corporis, est quędā commensuratio calidorū & frigidorū. Et dico hanc cōmēsurationem fieri fm debitam proportionem [eorum quæ sunt infra]. i. humorū ex quibus componitur corpus adinuicem [& ad continēs]. i. ad totum corpus. Aliqua. n. contemperatio humorū est sanitas in leone, quæ non esset sanitas in homine, sed eius extinctio: quia eam humana natura ferre non posset. Commentator aūt exponit [ad continens], s. ad aerem continentem. Sed primū melius est, quia sanitas animalis nō attenditur per comparationem ad aerem, sed potius econuerso, dispositio aeris dicitur sana per comparationē ad animal. Similiter pulchritudo & macies dicuntur ad aliquid. & sumitur macies pro dispositione: qua aliquis est expedię ad motū & actionē. huiusmodi. n. sunt quędam dispositiones eius, quod est perfectū in sua natura per cōparationem ad optimū, i. ad finem, qui est operatio. Sicut. n. dictū est, ex hoc huiusmodi dispositiones virtutes dicuntur, cp bonū faciunt habentem, & opus eius bonū reddunt. dicuntur. n. huiusmodi dispositiones per relationē ad debitū opus, quod est optimum rei. Nec oportet exponere [optimū] aliquid extrinsecū, sicut quod est pulcherrimū aut sanissimū, vt Commentator exponit. accidit enim pulchritudini & sanitati relatio quæ est ad extrinsecū optime dispositū: sed per se competit eis relatio, quę est ad bonū opus. Et ne aliquis accipiat perfectū, quod iā adeptū est finē, dicit, cp perfectū hic accipitur hoc, quod est sanatiuū & dispositū fm naturā. Non aūt ē hic intelligendū, cp hmōi habitus & dispositiones hoc ipsum cp sunt, ad aliquid sint quia sic non essent in genere qualitatis, sed relationis. sed qa eorū ratio ex aliqua relatione depēdet. Quia ergo huiusmodi habitus ad aliquid sunt: & in aliquid non est motus, neq; generatio, neq; alteratio, vt in Quinto phatū est: manifestū est, cp ad huiusmodi habitꝰ nō est alteratio primo & pse, sed eorū trāsmutatio cōsequitur aliquā priorē alterationem calidi & frigidi, aut alicuius huiusmodi: sicut etiā relationes esse incipiūt p cōsequētiā ad aliquos motꝰ.

LECTIO VI.

Circa animæ habitus ac dispositiones, tum morales, tum intellectuales cp alterationes non sint, ostenditur.

ARGV. *At vero neq; circa virtutes anim, vitiaq; alterationes esse uidentur. Virtus nanque perfectio quædam est. unumquodq; enim maxime tum est perfectum, cum propriam virtutem est consecutum, & maxime secundum naturam. sicut circulus tunc maxime secūdum naturam est, quando maxime circulus est. Vitium vero corruptio est horum, atq; remotio.*

Te. cō. 18. NEq; itaq; circa animæ virtutes & malitias. Virtus. n. quædam perfectio est, vnumquodq; enim tunc maxime perfectum est, cum attingit propriū virtuti, & tunc est maxime secundum naturam. vt circulus tunc maxime fm naturam est, cū maxime circulus sit. Malitia autem corruptio horum, & remotio est.

Postq; Philosophus ostēdit cp non est alteratio in prima specie qualitatis quantū ad dispositiones corporis hic ostēdit idem de habitibus animæ. Et primo quātū ad partem appetitiuam, secundo quantū ad partem intellectiuam. ibi [At vero neq; in intellectiua parte.] Circa primum duo facit. Primo ostēdit cp nō est alteratio primo & per se in trāsmutatione virtutis & malitię, secundo quòd transmutatio virtutis & malitiæ consequitur ad quandam alterationem. ibi [Fit quidem igitur.] Concludit ergo ex præmissis primo, cp circa animæ virtutes & malitias, quæ pertinent ad partem appetitiuam, non est primo & per se alteratio. Ideo autem hoc concludendo inducit, quia eisdem rationibus procedit ad probandū sequentia, quibus & priora. Ad hoc aūt probandum assumit quādam propōnem, s. cp virtus sit perfectio quædam, quod quidem sic probat, quia vnumquodq; tunc est perfectum: quando pertingere potest ad propriam virtutem. sicut naturale corpus tunc perfectum est, quando potest aliud sibi simile facere: quod virtus naturæ. Quod etiā probat per hoc, quia tunc est aliquid maxime fm naturā, quando naturæ virtutem habet. virtus. n. naturæ est signū completionis naturæ. Cum aūt aliquid habet complete suā naturam, tunc dicitur esse perfectū. quod non solū in rebus naturalibus verū est, sed etiā in mathematicis, vt eorū forma accipiatur pro eorū natura. Tūc. n. maxime circulus est, idest pfectus circulus, quando maxime est fm naturam [. i. quando habet perfectionē suæ formæ. Sic ergo patet cp ad perfectionem formę cuiuslibet rei consequatur virtus eius, quia tūc vnumquodq; perfectum est, quando habet suam formam] idest suam virtutem. & ita sequitur cp virtus sit perfectio quædā. Ex hac autē propositione sic probata. Commentator sic argumentandum dicit. Omnis perfectio est simplex & indiuisibilis: sed simplici aut & indiuisibili non est alteratio, neque alius motus, vt probatū est in quinto huius ergo fm virtutem non est alteratio. Sed iste processus non competit in eo quod subditur de malitia: quæ scilicet est corruptio & remotio perfectionis. Et si enim perfectio sit simplex & indiuisibilis. recedere tamen a perfectione nō est simplex & indiuisibile, sed multipliciter contingens. Neq; est etiā consuetudo Aristo. vt prętermittat illud, ex quo principaliter conclusio depēdet, nisi ex iuxta positis intelligi possit. Et ideo melius dicendum est cp arguendum est hic de virtute, sicut supra argumētatū est de forma & figura. Nihil enim dicitur alterari, quando perficitur, & eadem ratione, neq; quādo corrumpitur. si igitur virtus est perfectio quędam, malitia vero corruptio: fm virtutem & malitiam non est alteratio, sicut neq; fm formas & figuras. Secundo ibi.

Fit igitur cum aliquid alteratur virtutis acceptio, vitiq; deiectio: neutrum tamen horum est alteratio. ARGV.

Fit igitur cùm quoddam alteratur, & acceptio virtutis, & remotio malitiæ: alteratio tamē horum neutrum est. Tex. cō. 19.

Ostendit cp transmutatio virtutis & malitiæ cōsequitur aliquam alterationem. Et primo proponit quod intendit. & dicit cp acceptio virtutis & remotio malitiæ: aut ecōtrario, fit cū aliquid alteratur, ad cuius alterationem consequitur acceptio & remotio virtutis & malitiæ: sed tamen neutrum horum est alteratio primo & per se. Secundo ibi.

Alterari autem aliquid inde patet, nam virtus quidem aut affectuum est vacuitas, aut eorundem mediocritas quædam. Vitium autem, aut est omnis affectuum concitatio, aut est perturbatio virtuti contraria. ARGV.

Quòd autem alteretur aliquid manifestum est. virtus quidem enim, aut impassibilitas quædam

dam est, aut passiuum est sic. malitia autem passibilis, aut contraria passio virtuti est.

Probat propositum, & dicit manifestū esse ex sequentibus, cp oporteat aliquid alterari ad hoc cp accipiatur & remoueatur virtus vel malitia. Et hoc videtur probare dupliciter. primo quidem secundū duas opiniones hominū de virtute & malitia. Stoici. n. dixerunt virtutes esse impassibilitates quasdam, nec posse esse virtutem in anima, nisi remotis omnibus passionib⁹ animę, quę sunt timor, spes, & huiusmodi. huiusmodi. n. passiones dicebant esse quasdam animę perturbationes, siue egritudines. virtutem aūt esse dicebant quandam quasi tranquillitatem animę & sanitatem. Vnde econtrario malitiam dicebant esse omnem animę passibilitatem. Opinio vero Peripateticorum ab Aristo. deriuata est cp virtus consistat in aliqua determinata moderatione passionum. Cōstituit. n. virt⁹ moralis medium in passionibus, vt dicitur in Secundo Ethico. Et sm hoc etiā malitia virtuti oppolita non erit qualiscūq; passibilitas, sed quędam habilitas ad passiones contrarias virtuti, quę scilicet sunt secundum superabundantiam & defectum. Cum vtrumlibet autem verum sit, oportet ad acceptionem virtutis, cp fiat aliqua transmutatio secundum passiones, scilicet vel cp passiones totaliter remoueātur, vel cp modificent. passiones autem, cum sint t appetitu sensitiuo, secundū eas contingit alteratio. Relinquitur ergo cp acceptio & remotio virtutis & malitię, fit secundum aliquā alterationem. Secundo ibi.

ARGV. *Atq; omnino fit vt virtus morū in voluptatibus doloribusue consistat. Voluptas. n. aut cùm agimus aut cū recordamur, aut cum speramus effici solet. Atq; si cum agimus prouenit. sensus est causa. Si cū recordamur, aut speramus, ab ipso rursus efficitur. Afficimur enim voluptate, aut recordantes ea, quæ nos delectarunt, aut sperantes euenire ea, quæ nos afficient voluptate.*

Et totam moralem virtutem in voluptatibus & tristitijs accidit esse. Aut. n. sm actum cp voluptatis, aut per memoriam, aut spem. Siquidem igitur sm aptum, sensus est causa: si vero per memoriam, aut per spem, ab ipso est. Aut enim insunt qualia passi sumus reminiscentibus voluptatis aut qualia patiemur sperantibus.

Probat idem sic, Omnis virtus moralis consistit in aliqua delectatione & tristitia. non. n. est iustus, qui non gauderet iustis operationibus, & tristatur de contrarijs. & simile est in alijs virtutibus moralibus. & hoc ideo, quia omnis appetitiuæ virtutis, in qua est virtus moralis, operatio terminatur ad delectationem & tristitiam, cum delectatio cō sequatur ex adeptione eius, in quod appetitus fertur: tristitia vero ex superuentione eius quod appetitus refugit. Vnde concupiscens vel sperans delectatur, quādo cōsequitur quod concupiscit vel sperat: & similiter iratus quando punit. timens vero & odiens tristatur, quando superuenit malū quod refugit. Omnis aūt tristitia & delectatio, vel est secundū actum de re prę senti, vel per memoriam de re prę terita, vel per spem de futuro. Si ergo sit delectatio sm actū, huiusmodi delectationis causa est sensus. non. n. conueniēs coniunctum delectationem faceret, si non sentiretur. Similiter autem, si sit delectatio per memoriam vel per spem, hoc a sensu procedit, dū vel reminiscit quales voluptates passi sumus sm sensum in præterito, vel dum speramus quales patiemur in futuro. Ex quo patet, cp delectatio & tristitia sm partem sensitiuam est in qua alteratio accidit, vt supra dictū est. Si ergo virtus moralis & malitia opposita, in delectatione & tristitia est: secundum delectationem autem & tristitiam alterari cōtingit: sequitur cp acceptio & remotio virtutis & malitiæ sit consequenter ad aliquam alterationem. Sed notandum cp signanter dicit totam virtutem moralem in delectationibus & tristitijs esse, ad differentiā intellectualis virtutis, quæ etiam suam delectationem habet. sed illa delectatio non est secundum sensum. vnde nec contrarium habet, nec secundum eam alterari contingit, nisi metaphorice. Deinde cum dicit,

Atqui neq; ad partem intellectiuam animæ alteratio accommodatur. Sciens enim maxime ad aliquid dicitur. hoc autem ita esse perspicuum inde fieri potest. Per nullā nanq; potentiā motus sit in nobis scientia sed prius aliquo orto. Experientia nanq; particularium scientiam vniuersalem consequimur. ARGV.

At vero neq; in intellectiua parte animæ est alteratio. Sciens. n. ad aliquid maxime dicitur. Hoc autem manifestum est. Secundum. n. nullam potentiam motis sit in nobis scientia, sed cū extiterit quiddam. Ex ea enim, quæ est sm partem experientia, accipimus vniuersalē sciētiam. 10. cō. 10.

Ostendit cp alteratio non est in parte animę intellectiua. Et primo, phat hoc in generali, secūdo i specialibi [Neq; igitur actus,] Circa primū inducit talem rationem. Sciens maxime dicitur ad aliquid, sed scibile, cuius assimilatio in sciente, scientia est. Hoc aūt sic probat. In nullo alio genere cōtingit, cp aliquid de nouo adueniat alicui absq; eius mutatione nisi in ad aliquid. sit. n. aliquid æquale alicui, ipso nō mutato, sed altero. Videmus autem cp nulla mutatione facta in potētia intellectiua, fit scientia, sed solum existēte quodam in sensitiua parte: quia scilicet ex experientia particularium, quæ pertinent ad sensitiuam partem accipimus scientiā vniuersalis in intellectu, vt probat in Procemio Metaphy. & in Secundo Posteriorum. Cum igitur in ad aliquid non sit motus, vt supra probatum est sequitur cp non sit alteratio in acceptione scientiæ. Secundo ibi. Lectio. 1. Lectio. 10.

At neq; ipsa operatio generatio est: nisi uisionē tactūue generationes quispiā dixerit: tale est. n. ipsa generatio. ARGV.

Neque igitur actus generatio est: nisi aliquis respectionem, & tactum generationes dicat. Huiusmodi enim actus.

Ostendit cp nō sit in parte intellectiua alteratio in specia li. Et primo quantū ad consyderationē iam habentis scientiā, quæ est scientiæ vsus. Secundo quantū ad primā scientiæ acceptionē. ibi [Quæ aūt ex principio &c.] Dicit ergo primo, cp ex quo in parte intellectiua non est alteratio, non potest dici cp ipse actus scientiæ, qui est consyderatio sit generatio, nisi etiā aliquis dicat cp exterior inspectio oculi, & ipsum tangere sint generationes quædā. Sicut. n. visus est actus visiuæ potentiæ, & tangere est actus tactiuæ potētię, ita & cōsyderatio est actus potentiæ intellectiuæ. actus aūt non dicit generationē alicuius principij, sed magis processum a principio actiuo. vnde ipsum intelligere non est generatio vel alteratio. Tamen nihil prohibet aliquē actum consequi generationē vel alterationē, sicut ad generationē ignis sequitur cp calefiat. Et similiter ad immutationē sensus a sensibili, sequitur ipsum videre vel tāgere. Secūdo ibi. Iasia.

Acceptio autem a principio scientiæ non est generatio nec alteratio. Ex eo nanq; quia perturbationes sedantur atq; tranquilla fit anima, sciens quispiam atq; prudens euadit. Quemadmodum igitur cum expergectus est quispiam dormiens, aut cùm ab ebrietate sese recepit, aut cùm à morbo conualuit non factus est tunc sciens, quanquā antea nō uti scientia poterat operariq; per eam, sed extincta perturbatione, menteq; iam inde ad tranquillitatem redacta, aptus ac idoneus ad scientiæ vsum euasit, sic etiam cùm a principio oritur in nobis scientia, simile quid sanè fieri solet. fit enim perturbationis sedatio, quies atq; tranquillitas quædam accidit eodem, & id quod in ARGV.

pueris

pueris natura fieri solet. Non enim discere pueri, neq; perinde sensibus atq; hi, qui sunt prouecti magis ætate discernere possunt. est enim vehemens in eis turbatio atq; motus. Sedantur autem nonnunquam à natura, nonnunquā ab alijs, desinuntq; turbari, atq; in vtrisq; fit vt aliquid alteretur, perinde atq; cùm aliquis expergectus factusq; sobrius, aptus ad operationem euadit. Patet igitur alterationem in sensibilibus, & in parte animæ sensitiua, et nullis in alijs nisi per accidens esse.

Quæ aūt ex principio acceptio scientiæ, non est generatio neq; alteratio. in quietari. n. & residere anima sciens sit & prudēs. Sicut igitur neq; cū dormiens excitetur aliquis, aut ebrius pauset, aut infirmans ordinetur, factus est sciēs, quanuis prius non poterat vti, & sm scientiam agere, sed mutata perturbatione, & in statum reueniente mente inerat potentia ad scientiæ cōgruitatem. Hoc igitur huiusmodi aliquid fit ex principio in scientiæ existentia. turbationis. n. quies quędā & residentia. Neq; igitur infantes possunt addiscere, neq; iudicare sen libus, similiter vt presbyteri. multa. n. perturbatio circa ipsos, & motus. Statur autē & pulsatur turbatio, aliquando quidem a natura, aliquādo aūt ab alijs. in vtrisq; autē his alterari aliquid accidit, si cum surgat & fiat vigilans ad actum. Manifestū igitur cp huius ipsum alterationis in sensibilibus est, & in sensibili parte animæ. in alio aūt nullo, nisi sm accidens. In quiescēdo sedando, & sedando, alia sit prudens.

Ostendit cp in acceptione scientiæ nō est generatio vel alteratio. Quicquid. n. aduenit alicui per solam quietationem & residentiā aliquarum perturbationum vel motionum, non aduenit per generationē & alterationē: sed scientia, quę est cognitio speculatiua, & prudentia, quæ est ratio practica aduenunt animæ per quietationem & residentiā corporalium motionum & sensibilium passionum: non ergo scientia & prudētia aduenunt in anima per generationem vel alterationem. Ad huius aūt rationis manifestationem subiūgit exemplum. Ponatur cp aliquis habens scientiam dormiat vel inebrietur, aut infirmetur, manifestū est cp non potest vti scientia, & operari sm eam. sed manifestū est, cp, quando perturbatio prædicta quiescit, & mens redit ad statum suum, tunc potest vti scientia, & sm eam. & tamen non dicimus cp cum dormiens excitatur, aut ebrius quiescit, aut animus infirmantis ad debitū ordinem per sanitatem reducitur, cp tunc factus sit sciens, quasi scientia de nouo gnata sit in ipso, quia inerat ei, potētia habitualis ad congruitatem scientiæ, i. vt reduceretur ad cōgruum statū, quo vt scientia posset. Dicit aūt cp tale aliquid cōtingit, cū aliquis a principio acquirit sciētiā. Videtur. n. hoc fieri per hoc cp fit quædam quietatio & residentia turbationis, i. in ordinatarū motionum, quæ pueris insunt, tum sm corpus, quia natura tota est in mutatione propter augmentū: tum etiam sm partem sensitiuā, quia in eis passiones dominantur. Vnde hoc quod dicit [quies] potest referri ad turbationem corporalis motus, quæ quiescit natura veniēte ad statum. Quod aūt dicit [residētia] potest referri ad passiones partis sensitiuæ, quæ non totaliter quiescunt, sed residēt ex hoc, f. cp deprimūtur ex ratione, non aūt vsq; ad perturbandam rationem ascendunt. sicut dicimus residentiā in liquoribus, quando id quod est fæculentum descendit infertus, & id quod est superius remanet purum. Hæc est igitur causa, quare iuuenes nō possunt addiscere capiēdo ea quæ ab alijs dicūtur, neq; per interiores sensus possunt iudicare de auditis, aut de quibuscunq; eorum cognitioni occurrentibus, ita bene, sicut seniores vel præsbyteri, quod idem est. In quiescēdo &c. Cur iuuenes discēdo & iudicando: inperiores senibus esse dicūtur.

Nam presbyter in græco, est idē cp senior in latino. Et hoc ideo, quia multa perturbatio & multus motus est circa ipsos iuuenes, vt dictū est. Sed huiusmodi turbatio totaliter tollitur, vel etiā mitigatur, aliquando quidē a natura, sicut quādo peruenitur ad statum senectutis, in quo huiusmodi motus quiescunt: aliquando aūt ab aliquibus alijs causis, sicut ab exercitio & cōsuetudine, & tunc possunt bene addiscere & iudicare. Et inde est cp exercitium virtutum moralium, per quas huiusmodi passiones refrenantur, multū valet ad scientiam acquirendam. Siue ergo per naturam, siue per exercitium virtutis turbatio passionum quiescat, attenditur in hoc quædam alteratio: cum passiones huiusmodi fiant secundum partem sensitiuam. Sicut etiam est aliqua alteratio corporalis, cum dormiens surgit & fit vigilans, procedens ad actum. Ex quo patet cp acceptio scientiæ, non est alteratio, sed sequitur alterationem. Ex hoc autem vlterius vniuersaliter concludit, cp alteratio est in sensibus exterioribus, & in sensibilib⁹, & in tota parte animæ sensitiua, quod dicit propter passiones interiores. sed in nulla alia parte animæ est alteratio, nisi per accidens. Quod autem Arist. hic de acceptione scientiæ dicit, videtur esse secundum Platonicam opinionem. Posuit enim Plato cp sicut formæ separatæ sunt causę generationis & existentiæ rerum naturaliū per hoc cp materia corporalis participat aliqualiter huiusmodi formas separatas, ita sunt etiam causa scientiæ in nobis per hoc, cp anima nostra eas aliqualiter participat, ita cp ipsa participatio formarum separatarum in anima nostra est scientia. Sic enim verum erit cp accipitur scientia a principio non per generationem alicuius scientiæ in anima, sed solum per quietationem corporalium & sensibilium passionum, quibus impediebatur anima scientia vti: sic etiam verum erit cp nulla mutatione facta in intellectu, ad solam præsentiam sensibilium, quorum experientiam accipimus, fit homo sciēs sicut de relatiuis accidit: quia sensibilia secundum hoc non sunt necessaria ad scientiam, nisi vt ab eis quodammodo anima excitetur. Aristo. autem opinio est, cp scientia fit in anima per hoc cp species intelligibiles abstractæ per intellectum agentem, recipiuntur in intellectu possibili, vt dicitur in Tertio de Anima. Vnde & ibidem dicitur cp intelligere est quoddam pati. licet alia sit passibilitas sensus & intellectus. Nec est inconueniēs quòd Arist. hac opinione Platonis vtatur. Est enim suæ consuetudinis: cp anteq; probet suam sentētiam, vtatur sentētia aliorum, sicut in Tertio vsus est, cp omne corpus sensibile habet grauitatem vel leuitatem sm opinionē Platonis. cuius contrarium ipse ostender in Primo de Cœlo. Saluantur tamen & hæ rationes sm opinionem Arist. Ad cuius euidentiam consyderandum est, cp susceptiuum aliquod tripliciter potest se habere ad formam suscipiendam. Quando cp enim est in vltima dispositione ad susceptionem formę, nullo impedimento existente nec in ipso, nec t alio, & tunc statim ad præsentiam actiui susceptiuum recipit formā absq; aliqua alteratione, sicut patet in aere illuminato ad præsentiam solis. Aliquando autem susceptiuum non est in vltima dispositione ad susceptionem formæ, & tunc per se requiritur alteratio secundum quam materia dispositionem acquirat, vt fit propria huic formæ, cum de aere fit ignis. Aliquando vero susceptiuū est in vltima dispositione ad formam, sed adest aliquod impedimentum sicut cum aer impeditur ad susceptionem luminis, vel per clausionem fenestræ, vel per nebulas, & tunc requiritur alteratio vel mutatio per accidens, quæ remoueat prohibens. Intellectus ergo possibilis secundū se consyderatus, semper est in vltima dispositione ad recipiendam speciem intelligibilem. Si ergo non fit impedimentum, statim ad præsentiam obiectorum, per experimentum acceptorum, aduenit ei species intelligibilis, sicut speculo forma specularis ad præsentiā corporis. & secūdum hoc procedit prima eius ratio, qua dixit scientiam esse ad aliquid. Si vero sit impedimentū: sicut iuuenibus accidit oportet huiusmodi impedimenta auferri ad hoc cp species intelligibilis in intellectu recipiatur, & sic per accidens necessaria est alteratio. Secundum Aris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO. VII.

Quæstione proposita, vtrum omnis motus omni motui comparabilis sit, bonæ comparationis conditiones declarat.

ARGV. *Dubitabit autem quispiam: si sit omnis motus omni motui comparabilis necne? Nam si sit, atq; id celeritas sit, æque quod in tempore æquali spatium transit æquale, erit eliqua circunferentia æqualis lineæ rectæ, & maior etiam atq; minor. Præterea alicui lationi alteratio erit æqualis, cùm in æquali tempore aliud fuerit alteratum, aliud latum. affectus ergo longitudini erit æqualis: at esse non potest.*

6.cõ.11. DVbitabit autem vtiq; aliquis, vtrum omnis motus omni comparabilis sit aut non? Si igitur omnis cõparabilis est, & æqualiter velox est, quod in æquali tempore per æquale mouetur, erit circularis aliquis æqualis recto, & maior, etiã & minor. Amplius alteratio, & loci mutatio quædam æqualis, cũ in æquali tempore, aliquid quidẽ alteretur aliud vero ducat. erit ergo passio æqualis longitudini: sed impossibile est.

Postquam Philosophus ostendit q̃ in mobilibus & motoribus necesse est ponere aliquod primũ, quia ea, quę sunt vnius ordinis videtur cõparabilia esse, & hoc ipsum quod est prius & posterius comparationẽ importat: vult ex consequẽti inquirere de motuum comparatione. Et circa hoc duo facit. Primo, n. ostendit, qui motus sint comparabiles adinuicem. Secũdo, qualiter motus adinuicem comparentur. ibi [Quoniam aũt mouens mouet &c.] Circa primũ tria facit, primo mouet dubitationem, secundo obĩcit ad partes dubitationis. ibi [Si ergo cum inæquali &c.] Tertio dubitationẽ soluit. ibi [Sed quæcunq; non æquiuoca &c.] Mouet aũt dubitationem, primo quidem in cõmuni quęrens, vtrum omnis motus sit comparabilis cuilibet motui, vel non: deinde vero in speciali dubitationem inferens, primo quidẽ de motibus vnius generis, quia, si omnis motus cuilibet motui sit comparabilis fm velocitatem & tarditatem: dictum est autẽ in Sexto q̃ æqualiter velox est, quod mouetur in æquali tempore per æquale spatium: sequetur q̃ motus circularis sit æqualis recto, & maior & minor in velocitate. & vlterius, q̃ linea circularis sit æqualis lineę rectæ in quantitate, aut maior & minor: ex quo æque velox est, quod per æquale mouetur in æquali tempore. Deinde infert dubitationem de motibus diuersorum generum. Si enim omnes motus comparabiles sunt in velocitate, sequetur q̃ si in æquali tempore hoc quidem alteretur, illud vero moueatur fm locum, q̃ sit æqualis in velocitate alteratio loci mutationi. Et vlterius per definitionem æque velocis, sequetur q̃ [passio]. i. passibilis qualitas, fm quam est alteratio, sit æqualis longitudini spatij, pertransitur per motum localem, quod est impossibile manifeste: quia non conueniunt in eadem ratione quantitatis. Secundo ibi.

ARGV. *At enim cum in æquali tempore quippiã per æqualem mouetur: tũ illud æque celere est: effectus uero nullus longitudini est æqualis. quare non erit alteratio lationi æqualis nec minor. Quo fit ut non omnis motus sit cõparãdus.*

Si ergo cum in æquali tempore, secũdũ æquale moueatur, tũc æqualiter velox est: æqualis autem non est passio omnis longitudini: quare non erit alteratio loci mutationi æqualis neq; minor quare non omnis comparabilis.

Obĩcit ad propositam dubitationem, & primo quantũ ad comparationem alterationis, & loci mutationis. Secundo quantum ad comparationem motus circularis & recti. ibi [In circulo autem & recto &c.] Concludit ergo primo ex præmissa ratione ad impossibile ducente, contrarium posito, quasi dicat. dictum est q̃ inconueniẽs est passionem esse æqualem longitudini: sed tunc aliquid est æqualiter velox cum in æquali tempore mouetur per æquale: ergo, cum nulla passio sit æqualis lõgitudini, sequitur q̃ loci mutatio non est æqualis in velocitate alterationi, neq; maior aut minor. Ex quo vlterius concludi poterit, q̃ non omnes motus sint comparabiles. Secundo ibi.

Sed in circulo rectaq; linea: quonam accidet modo? Nam absurdum est, si non sit, ut hoc similiter super circulo, & hoc super recta linea moueatur. Sed continuo celerius alterum, aut tardius moueri necesse est, quasi hoc sit decliue illud accliue. ARGV.

In circulo autem, & recto, quomodo continget? Inconueniens enim est, nisi sit circulo similiter hoc aliqd moueri, & hoc in recto. Sed mox necesse est, aut velocius aut tardius, sicut hoc deorsum, hoc autem sursum. Tex.cõ.22.

Prosequitur quantũ ad aliã partem dubitationis scilicet de motu circulari & recto. Et primo obĩcit ad hoc, q̃ motus circularis sit æque velox motui recto. Secundo obĩcit in contrarium. ibi [At vero si sunt comparabilia &c.] Circa primum duo facit. Primo obĩcit ad propositum. Secundo excludit cauillosam rationẽ. ibi [Amplius nihil differt. &c.] Obĩcit autem primo sic. Motus circularis & rectus sunt differẽtię motus localis, sicut & motus sursum & deorsum: sed statim necesse est: q̃ aliquid velocius aut tardius moueatur, si vnũ mouetur sursum, aliud deorsum. Vel etiã si idem quãdoq; mouetur sursum, quando deorsum. Videtur ergo q̃ similiter oporteat dicere, q̃ motus rectus sit velocior aut tardior circulari: siue idem sit quod mouetur circulariter & recte, siue aliud & aliud. Est autem consyderandum q̃ in hac ratione non facit mentionem de graui & leui, sed de velociori & tardiori: quia hæc ratio sumitur ex similitudine motus, qui est sursum, cuius principium est leuitas, & motus, qui est deorsum, cuius principium est grauitas. Quidam aũt existimauerũt grauitatẽ & leuitatẽ idẽ esse velocitati & tarditati: quod in Quinto remouit. Secundo ibi. Secũda.23. Te.23.

Præterea, nihil refert ad rationem, si quispiam necessitate dixerit esse celerius continuo, aut tardius moueri. erit enim circunferentia maior & minor linea recta, quare et æqualis: nam si in eodẽ A tempore, hoc quidẽ B, illud uero C lineam pertrãsiunt, maior erit B linea profectò ipsa linea C: hoc enim pacto celerius mobile definiebatur. Et si in minore, igitur æqualẽ transierit, celerius erit: quare pars quædam erit temporis, A in qua celerius mobile partẽ aliquam transit ipsius circunferentiæ B, toto in tempore, mobili tardiore transeunte totam lineam C. ARGV.


Amplius nihil differt in ratione, si aliquis dicat necessariũ esse velocius mox aut tardius moueri. erit aũt maior & minor circularis recta, quare & æqualis. Si. n. in A tẽpore, hoc ipsum B transit, aliud aũt ipsum C, maius erit B ipso C: sic. n. velocius esse dicitũ est: ergo, si & in minori equale, velocius est. Quare erit aliqua pars ipsius A, in quo ipsius B circuli trãsibit, cũ in toto A ipsum C. te.cõ.23.

Excludit quandã cauillosam obiuationem. Posset enim aliquis propter rationem præmissam concedere, q̃ motus circularis esset, aut velocior, aut tardior q̃m rectus, non autẽ æque uelox. Et hoc excludit dicens, q̃ nihil differt quantũ ad præsentem rationem, si aliquis dicat q̃ necessariũ est q̃ id, quod mouetur circulariter, moueaẽ velocius, aut tardiꝰ, q̃m id quod mouetur recte: quia fm hoc motꝰ circularis erit maior vel minor in velocitate q̃m rectus. vnde sequitur q̃ etiam esse possit æqualis. Et q̃ hoc sequatur manifestat sic.

Sit

Sit A tẽpus, in quo aliquid velocius motum pertranseat ipsum B qui est circulus: aliud aũt tardius in eodẽ tpe pertrãseat ipsum C, quod est recta linea. quia ergo velocius in eodẽ tẽpore pertrãsit maius, sequetur q̃ B circulus sit aliquid maius q̃m C, linea recta (sic enim supra in Sexto definiuimus velocius.) Sed ibidẽ etiã diximus, q̃ uelocius in minori tpe pertransit æquale: ergo erit accipere aliquã partẽ huius tẽporis, quod est A, in qua corpꝰ, quod circulariter mouetur, pertransibit aliquam partẽ huius circuli, quod est B, & in eadẽ parte tẽporis pertransibit ipsum C, cum tñ corpus tardius in toto A tẽpore pertransiret totũ C. Sequetur ergo q̃ illa pars circuli sit æqualis toti C, quia idẽ pertransit æquale in æquali tpe. Et sic linea circularis erit æqualis rectę: & motꝰ circularis p cõsequẽs æque velox recto. Deinde cũ dicit. 6.tex.11.

Ostensio quòd, si motus circularis sit maior uel minor in uelocitate quàm rectus, quòd possit etiam æqualis esse.



ARGV. *At vero, si comparabilia sunt, accidit id quod nuper est dictum, lineam (inquã) rectam æqualem circunferentiæ esse: at comparabilia non sunt: nec igitur motus ipsi comparabiles sunt.*

6.cõ.14. At vero si sunt comparabilia, accidit modo dictum, æquale esse rectum circulo. sed comparabilia non sunt neq; ergo motus.

Obĩcit in contrariũ. quia, si motus circularis & rectus sunt comparabiles in velocitate, sequitur quod modo dictum est, scilicet q̃ linea recta sit æqualis circulo propter hoc q̃ æque velox est, quod per æquale mouetur. sed linea circularis, & linea recta non sunt comparabiles, vt possint dici æquales: ergo neq; motus circularis & rectus possunt dici æque veloces. Deinde cum dicit.

ARGV. *Sed ut uidetur ea cuncta comparabilia sunt, quæ non æquiuoca sunt. Veluti cur comparabilia non sunt, stilus et vinum, aut vltima fidium, vtrum acutius sit. quia nanq; æquiuoca sunt, ideo conferenda non sunt. Sed vltima fidium, et penultima comparabiles sunt: quia acutum idem significat in vtrisq; non igitur idem est celere hic & ibi. multo etiam minus in alteratione, ac latione.*

Sed quæcunq; non æquiuoca omnia comparabilia sunt. veluti cur non comparabile est, vtrũ acutius stilus, aut vinum, aut vltima. quia enim æquiuoca sunt, non comparantur. sed vltima ei, quæ iuxta vltimam comparabilis est: quoniam idem significat acutum in vtrisq;, ergo nõ idem velox, hic & ibi. multo autem adhuc minus in alteratione, & loci mutatione.

Soluit propositam dubitationem. Et primo inquirit in communi quid, & cui sit aliquid comparabile. Secundo adaptat ad propositum. ibi [Sic & circa motũ &c.] Circa primum tria facit. Primo ponit vnum quod requiritur ad comparationẽ. Secũdo fm. ibi [Aut quia sunt in alio &c.] Tertio concludit tertium. ibi [Sic ergo non solum oportet &c.] Circa primũ tria facit. Primo ponit quid requiritur ad comparationem. Secundo obĩcit in contrariũ. ibi [Aut primum quidem &c.] Tertio soluit ibi [Aut & in his eadem ratio.] Dicit ergo primo, q̃ quæcunq; nõ sunt æquiuoca, videntur esse comparabilia, ita. s. q̃ secundũ ea, quę non æquiuoce prædicantur, possint ea de quibus prædicantur adinuicem comparari, sicut acutũ æquiuoce sumitur. vno enim modo dicitur in magnitudinibus secundum quem modum angulus dicitur acutus, & stilus acutus. alio modo dicitur in saporibus, secundum quem modum vinum dicitur acutum. tertio modo dicitur in vocibus, secundũ quem modum vox vltima [ideſt suprema in melodijs, vel corda in cythara dicitur acuta. Ideo ergo non potest fieri comparatio, vt dicatur quid sit acutius, vtrum stilus, aut vinum, aut vox vltima, quia acutum de eis æquiuoce prædicatur. sed vox vltima posset comparari secundum acuitatem ei, quæ est iuxta ipsam in ordine melodiæ propter hoc, q̃ acutum non æquiuoce, sed secundum eandem rationem prędicatur de vtraq;. Secundum hoc ergo poterit dici ad propositam quæstionem, q̃ ideo motus rectus & circularis non comparantur in velocitate: quia velox æquiuoce dicitur hic, & ibi. Et multo minus est eadem ratio velocis in alteratione, & loci mutatione. vnde etiã hæc multo minus comparabilia sunt. Secundo ibi. Tertia.29. Tertia.27. Secũda.29. Te.25. tex.26. Quæ nam cõparabilia sint & comparabilitũ cõditiõn.

An id uerum non est. si non æquiuoca sint, comparabilia esse. Multum enim idem in aere atq; aqua significat. comparabilia tamen non sunt. Quod si hoc non sit, at duplum est vnũ (est enim id quod rationem duorum habet ad vnum) non tamen comparabilia sunt. ARGV.

Aut primum quidem hoc non verum est, q̃, si non sint æquiuoca, comparabilia sunt. multũ enim idem significat in aqua & in aere, & non sunt comparabilia. Si aũt non, duplum quidem idem (duo. n. ad vnum) & non cõparabilia sunt. te.cõ.25.

Obĩcit contra id quod dictum est: & dicit q̃ quantum ad primum aspectum hoc non videtur esse verum, q̃, si aliqua non sunt æquiuoca, q̃ sint comparabilia. inueniuntur enim aliqua non æquiuoca, quæ tamen non sunt comparabilia. sicut hoc ipsum, quod est multum, secũdum eandem rationẽ dicitur de aqua, & de aere: & tamen non sunt comparabilia aer & aqua secundum multitudinem. Si autem non velit aliquis hoc cõcedere, q̃ multum idem significet propter eius communitatem, saltem concedet: q̃ duplum: quod est species multiplicis, idẽ significat in aere & aqua: vtrobiq; enim significat proportionem duorũ ad vnum: & tamen non sunt comparabilia aer & aqua secũdum duplum & dimidiũ, vt dicatur q̃ aqua est duplum aeris, aut econuerso. Tertio ibi.

An & in his eadem est ratio. Nam et ipsum multum æquiuocum est. sed sunt quorum & rationes æquiuocæ sunt, ceu si quispiam dicat multum id esse, quod est tan- ARGV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ac vltrà, & æquale æquiuocum. Et si forte fuerit & ipsum continuo unum. quod si hoc est æquiuocum, & ipsa etiam duo æquiuoca sunt.

Te. cō. 26. An & in his eadem ratio. Et nanq; multum æquiuocum est. sed quorundā & rationes æquiuocæ sunt, vt si dicat aliquis, q̄ multum est tantum, & adhuc aliud tantum, & æquale æquiuocum esset. Et vnum etiam si contingit, statim æquiuocum. si autem hoc, & duo.

Soluit propositam obiectionem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit solutionē, secundo confirmat eam, quandam quæstionem mouendo. ibi [Quoniā propter quid.] Dicit ergo primo, q̄ potest dici q̄ in multo & duplo est eadē ratio quare non sunt comparabilia fm q̄ dicuntur de aqua & aere, quæ dicta est de acuto fm q̄ dicitur de stilo, vino, et voce: quia etiā hoc ipsum, quod est multū, æquiuocū est. Et, quia posset aliquis contra hoc obiicere ex hoc, q̄ est eadē ratio multi fm quod dicitur de vtroq; ad hoc excludendum subiungit, q̄ etiam [rationes] idest definitiones quorundā sunt æquiuocæ. sicut si dicat aliquis q̄ definitio multi est, quod est tantum & adhuc amplius: hoc ipsum quod est tantū, & æquale, quod idem est, æquiuocū est: quia æquale est, quod habet vnam quātitatem. non est aūt eadē ratio vnius quātitatis in omnibus. Ponitur autem hic ratio multi fm q̄ multum importat comparationem, prout opponitur pauco, & non fm q̄ accipitur absolute prout opponitur vni. Et quod dixerat de multo, dicit cōsequēter de duplo. Quamuis enim ratio dupli sit q̄ est proportio duorū ad vnum: tamen ista etiam ratio continet æquiuocationē: qæ forte pōt dici, q̄ ipsum vnū est æquiuocum, et si vnum æquiuoce dicitur, sequitur q̄ duo: quia duo nihil aliud est q̄ bis vnum. Est autem consyderandum, q̄ multa quidem secundū abstractam consyderationem vel Logici vel Mathematici nō sunt æquiuoca, quę tamen fm concretam rationem Naturalis ad materiā applicantis, æquiuoce quodammodo dicuntur: quia non fm eandem rationē in qualibet materia recipiuntur. Sicut quantitatem & vnitatem, quę est principium numeri non secundum eandem rationē contingit inuenire in corporibus cœlestibus, & in igne, & aere, & aqua. Secundo ibi.

Multa vniuoca sunt abstracta consydera tione, q̄ æquiuoca contingit esse p Naturalium consyderationem.

ARGY. *Nam cur alia comparabilia, alia non comparabilia sunt, si natura est vna?*

Te. c. 27. Verum propter quid alia comparabilia sunt, alia vero non, siquidem erat vna natura?

Confirmat quod dictum est mouendo quandā quæstionē. Si enim dicatur q̄ sit vna natura multi & dupli & aliorum huiusmodi, quæ non sunt comparabilia, sicut eorum quæ vniuoce prædicantur, remanet quæstio, quare quędā, quæ habent vnam naturam, sunt comparabilia, quædam vero non sunt comparabilia. Videtur enim q̄ de similibus debeat esse idem iudicium. Deinde cum dicit.

ARGY. *An, quia in alio primo sunt susceptiuo. Equus igitur & canis comparabilia sunt, utrum ipsorum albius sit. Est enim ipsa superficies idem, in qua primo est ipsa albedo: et de magnitudine modo eodem. At uox & aqua comparanda non sunt: in alio nanq; est susceptiuo.*

Aut, qa sunt in alio primo susceptiuo. Equus quidem igitur & canis cōparabilia sunt, vtrum albius. In quo enim primo idem est, superficies: & magnitudo similiter. A qua autē & vox non: in alio nanq; subiecto sunt.

Respondet ad quæstionem motam ponendo secundum, quod ad comparationē requiritur. Et circa hoc duo facit. Primo ponit secūdum, quod requiritur ad comparationē. Secundo ostendit q̄ nec istud sufficit. ibi [Aut manifestum

Te. 28. est.] Dicit ergo primo, q̄ ista potest esse ratio quare quędā, quorum est vna natura, sunt comparabilia, quædam vero nō: quia, si vna natura recipiatur in diuersis fm vnum primum subiectum, erunt illa adinuicem comparabilia, sicut equus & canis comparari possunt fm albedinem, vt dicatur quod eorum sit albius, quia non solum est eadem natura albedinis in vtroq;, sed etiam est vnum primum subiectum, in quo recipitur albedo, s. superficies. & similiter magnitudo est comparabilis in vtroq;, vt dicatur quod eorū sit maius: quia idem est subiectū magnitudinis in vtroq;, scilicet substantia corporis mixti. Sed aqua & vox non sunt comparabilia secūdum magnitudinem, vt dicatur q̄ vox est maior q̄ aqua, aut econuerso: quia licet magnitudo secundum se sit eadem, non tamē est idem receptiuum: quia secundum q̄ dicitur de aqua, subiectum eius est substantia: secundum autem quod dicitur de voce subiectum eius est sonus qui est qualitas. Secundo ibi.

Cur non alia vniuoca cōparabilia sunt.

ARGY. *An hoc pacto omnia quispiam faciet vnum. Vnumquodq; autem in alio dicet esse, atq; erit idem æquale, & dulce, & album, sed in alio susceptiuo.*

Aut manifestum est, q̄ erit omnia sic vnū facere. in alio autē vnumquodq; est dicere esse, q̄ erit idem æquale, & dulce, & album, sed in alio.

te. cō. 28.

Ostendit q̄ nec hoc sufficit duabus rationibus. Quarum prima est, Si propter hoc solum aliqua essent comparabilia, quia est subiectum indifferens: sequeretur q̄ omnia haberēt vnam naturam. quia de quibuscunq; diuersis posset dici, q̄ non differunt, nisi quia sunt in alio & alio subiecto primo. & secundum hoc sequeretur, q̄ hoc ipsum, quod est æquale, & quod est dulce, & quod est album, esset vna & eadem natura, sed differrent solum per hoc, q̄ est in alio & alio receptiuo. & hoc videtur inconueniens, q̄ omnia habeant vnam naturam. Est autem consyderandum, q̄ ponere diuersitatē rerum propter diuersitatem susceptiui tantum, est opinio Platonica, quæ posuit vnum ex parte formæ, & dualitatem ex parte materiæ: vt tota diuersitatis ratio ex materiali principio proueniret. Vnde, & vnū, & ens posuit vniuoce dici, et vnam significare naturam: sed secundum diuersitatem susceptiuorum rerum species diuersificari. Secundam rationem ponit ibi.

Ponere rerū diuersitatē ex diuersa susceptiuorū natura, platonicū, est.

ARGY. *Præterea, susceptiuum non est quoduis, sed vnum vniuss primum.*

Amplius susceptiuum cuiuslibet accidentis nō contingens est, sed vnum vnius est primum.

Te. cō. 29.

Secunda rō.

Et est, q̄ non quodlibet est susceptiuum cuiusliber, sed vnum est primo susceptiuum vnius. & sic forma & susceptiuum adinuicem dicuntur. Si ergo sunt plura prima susceptiua, necesse est q̄ sint plures naturæ susceptæ. aut, si est vna natura susceptā, necesse est q̄ sit vnum primum susceptiuum. Deinde cum dicit.

ARGY. *At videtur non solum ea quæ comparantur non æquiuoca esse, sed etiam nec id quod inest. nec id, in quo inest, differentiam habere oportet. Dico autem hoc modo, color habet diuisionem. non igitur hoc ipso sit comparatio, velut utrum magis sit coloratum non aliquo colore, sed colore, vt colore est. sed albedine sit.*

Sic ergo nō solum oportet comparabilia nō æquiuoca esse, sed nō habere differentiam. neq; quod neq; in quo. Dico autem, sicut color habet diuisionem: non ergo comparabile secundum hoc, vt vtrum coloratum magis sit album, q̄ nigrum. hæc enim comparantur non secundum aliquem colorem, sed inquātum color est: sed secundum albedinem.

Concludit, q̄ requiritur tertium, ad hoc q̄ aliqua sint comparabilia. & dicit q̄ oportet ea, quæ sunt comparabilia, non solum non esse æquiuoca (quod erat primum:) sed etiam non habere differentiā, neq; ex parte subiecti primi, in quo aliquid recipitur (quod erat secūdum:) neq; ex parte eius, quod recipitur, quod est forma (& hoc est tertium.) Et exēplificat de hoc tertio, quia color diuiditur in diuersas species coloris. vnde non est comparabile secundum q̄ de eis prædicatur, licet nō dicatur æquiuoce. & licet etiam habeat vnum primū subiectum, quod est superficies, quod est primum subiectum generis, non autem alicuius speciei coloris. Non enim possumus dicere quid sit magis coloratum, vtrum album vel nigrum: hæc enim comparatio non esset secūdum aliquam determinatam speciem coloris, sed secundum ipsum colorem communem, secundum vero album, quod non diuiditur in diuersas species, potest fieri comparatio omnium alborum, vt dicatur, quid sit albius.

LECTIO VIII.

Motus tam genere diuersi, quàm idem ad inuicem quomodo comparentur: deq; generis pluralitate, ac speciei vnitate plura dicuntur.

ARGY. *Sic igitur & circa motum, id est æque celer quod in æquali tempore per æquale est motum, tantum inquam longitudinis huius.*

Sic & circa motū, æque velox quod in æquali tempore mouetur per æquale tantum longitudinis, in hac.

Te. 30. Secunda.

Postq̄ Philosophus ostendit in communi, quid requiratur ad hoc q̄ aliqua sint comparabilia, applicat inuentam veritatem ad comparationē motuum, de qua hic intendit. Et primo in cōmuni, Secundo comparando motus diuersorum generum. ibi [Si autem aliud.] Tertio comparando motus vnius generis adinuicē. ibi [Quare si qua in æquali.] Dicit ergo primo, q̄ sicut in alijs requirit ad hoc q̄ sint comparabilia, q̄ non sunt æquiuoca, & q̄ sit idem primū susceptiuum, & q̄ sit eadem species, sic & circa motū, æque velox dicitur illud quod mouetur in æquali tempore, per tantum & æquale alterius longitudinis [in hac] idest secundum mutationem eiusdem speciei. Secundo ibi.

ARGY. *Sed si aliquid fuit alteratum, aliud latum, erit ne æqualis hæc alteratio lationi, atq; eiusdem celeritatis? At absurdum est sanè. & causa est, species motum habere.*

Te. 06. 30.

Si autem aliud quidem alteratum est, aliud vero ducatur. æqualis ne erit hæc alteratio, et æque velox loci mutationi: sed incōueniens. causa autem, quia motus habet species.

Agit de comparatione motuum diuersorum generū. & dicit secundum præmissa, q̄ si vnū mobile alteretur, aliud vero ducatur, i. secundum locum moueatur: nunquid potest dici q̄ alteratio sit æque velox loci mutationi. sed hoc dicere est inconueniens. Cuius causa est, quia motus habet diuersas species: & iam dictum est, q̄ ea, quæ nō sunt vnius speciei, non sunt comparabilia, quia ergo loci mutatio non est eiusdem speciei cum alteratione, nō sunt comparabiles velocitates alterationis & loci mutationis. Tertio ibi.

ARGY. *Quare, si ea, quæ in æquali tempore per æqualem longitudinem lata æqualis celeritatis sint, recta linea circumferentiæ erit æqualis.*

Quare, si quæ in æquali tempore ducta æquali longitudine æque velocia, erit æqualis rectus & circularis.

Agit de comparatione motuum vnius generis in eodē genere. Et primo quantum ad loci mutationem, secundo quantum ad alterationem ibi [De alteratione aūt quomodo.] Tertio quantum ad generationem & corruptionem. ibi [Et in generationem autem.] De augmento autem & diminutione mentionem non facit, quia eadem ratio est in his, & in loci mutatione, cum sint & ipli fm aliquā magnitudinē. Circa primū tria facit. Primo ostendit quid requiritur ad hoc q̄ duo motus locales sint adinuicē cōparabiles,

te. 31. tex. 34.

secundo excludit quoddam quod videbatur ad hoc requiri ibi [Aliquādo aūt in quo.] Tertio concludit principalē intentū. ibi. [Quare quæ in æquali tēpore &c.] Circa primū duo facit. Primo concludit in inconueniēs quod sequeretur, si oēs loci mutationes essent cōparabiles, secūdo assignat causam, quare nō sint cōparabiles. ibi [Vtrū ergo causa.] Dicit ergo primo, q̄ si æque velocia sunt, quæ mouent localiter per æqualē magnitudinē in æquali tēpore: & oēs loci mutationes contingit esse æque veloces: sequitur q̄ sit æqualis rectus & circularis. Quod potest intelligi duplicīter, vno modo de motu recto, & circulari, alio modo de linea recta & circulari. & hoc melius est. Hoc enim sequitur ex eo quòd præmisit. Si enim omnis motus rectus & circularis sunt æque veloces: sunt autem æque veloces motus, quando æquales magnitudines pertranseunt in æquali tē pore, sequitur q̄ magnitudo recta & circularis sint æquales. Quod relinquitur pro inconuenienti. Secundo ibi.

Quarta 3. t. Quinta parte

Infra.

ARGY. *Vtrum igitur huius est causa, utrum latione an lineam genus esse? Tempus enim semper est idem, ac indiuiduum specie. An simul illa specie differunt? Et enim latio species habet, si id super quo fit motus, species habet.*

Vtrū ergo causa sit, quia loci mutatio genus, aut quia linea genus? Tempus. n. semper idem atomon specie. Aut quia simul illa specie differunt. Etenim loci mutatio species habet, si illud super quod mouetur, species habeat.

Inquirit de causa incōparabilitatis motus recti & circularis. Quia. n. concluserat, q̄, si sunt æque veloces, sequitur etiā magnitudines esse æquales, quod incōueniēs videtur: posset aliquis dubitare, vtrū causa huiusmodi incōparabilitatis sit ex parte motūs vel ex parte magnitudinū. Et hoc est quod q̄rit, vtrū causa, quare motus rectus æque velox motui circulari sit, quia loci mutatio est genus cōtinēs sub se diuersas species. Dictū est aūt supra, q̄ ea, quæ sunt diuersa fm speciē, non cōparant. aut causa eius est, quia linea est genus cōtinēs sub se rectū & circulare, sicut diuersas species. Ex parte aūt tēporis nō potest esse causa huius incōparabilitatis: quia omne tempus est atomon, i. indiuisibile fm speciem. Huic aūt quæstioni respondet, q̄ vtrunq; simul coniungitur: quia ex vtraq; parte inuenitur differētia specieī ita tamē q̄ diuersitas speciei in loci mutatione causatur ex diuersitate speciei in magnitudine, super quā est motus. Et hoc est quod dicit, q̄ si illud, super quod mouet, habet species, sequit q̄ loci mutatio species habeat. Deinde cū dicit,

Infra.

ARGY. *Præterea, si id, in quo fit motus specie differat, latio quoq; erit diuersa. ueluti si pedes sint, ambulatio est. si alæ uolatio. At non hoc, sed figuris alia est latio.*

Aliquando autem in quo, vt si pedes ambulatio, si alæ volatio. At non, sed figuris loci mutatio alia.

Excludit quoddā, quod posset videri esse requirendum ad identitatē speciei, & comparabilitatē in motibus: & dicit, q̄ aliquando loci mutationes diuersificantur fm illud [in quo], i. per quod, sicut per instrumētum est loci mutatio. sicut si pedes sint, quibus aliquid mouetur, dicitur ambulatio: si autem sint alæ, dicitur volatio. Sed hoc non facit diuersitatem speciei in motibus localibus [sed figuris loci mutatio alia] idest ista diuersitas mutationum non est fm speciem, sed solum fm quandam figuram motus, vt Commentator exponit. Sed melius potest dici, q̄ hic intendit dicere, q̄ loci mutatio specie non diuersificatur per instrumenta motus, sed per figuras magnitudinis, super quam transit motus. sic enim rectū & circulare differunt. & ratio huius est: quia motus non recipiunt speciem a mobilibus, sed potius a rebus, secundum quas mobilia mouentur. instrumenta autem se tenent ex parte mobilium. figuræ autem ex parte rei, in qua est motus. Deinde cum dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare quæ in æquali tempore magnitudinem eandem transeunt, ea celeritatis æqualis sunt (eadem autem non differentem specie.) Quæ si est, & motus non diuersus specie erit. Quare consyderandum est, & quænam si differentia motus.

Quare, quæ in æquali tempore mouentur secundum eandem magnitudinem, æque velocia sunt (sed idem indifferens specie) & moueri indifferens specie. Quare hic consyderandum est, quæ differentia motus sit. Te.cõ.31.

Concludit propositũ. Et circa hoc tria facit. Primo concludit principale propositum, secundo elicit quoddã consyderatione dignũ ex conclusione præmissa, ibi [Et si significat ratio hęc.] Tertio inquirit de diuersitate speciei ibi. [Quando igitur altera est species.] Concludit ergo primo, q̃ ex quo motus non sunt comparabiles nisi sint vnius speciei: & motus locales non sint vnius speciei, nisi sit eadẽ magnitudo fm speciem: sequitur q̃ illa sint æque velocia, quę mouentur in ęquali tempore fm magnitudinem eandem. sed ita tñ, q̃ idem accipiatur quod est indifferens specie. Sic enim & motui cõueniet, q̃ sit indifferẽs specie. Et ideo hoc consyderãdum est præcipue in comparatione motuũ, quæ sit differentia motus. Quia si est differentia genere vel specie, non sunt comparabiles: si autem est differentia secundum accidens, comparabiles sunt. Secundo ibi. Secũda. 31. Tertia.

ARGY. *Atq; hic sermo significat genus ipsum non esse quid unum, sed ob hoc multa latere. Aequiuocationum autem, aliæ nimirum distant, aliæ similitudinem quandã habent, aliæ sunt propinquæ, aut genere, aut similitudine rationis. quapropter etsi æquiuocationes sunt nõ esse tamẽ videtur.*

Et significat ratio hæc, q̃ genus non vnũ aliquid est, sed iuxta hoc latent multa. Suntq; ęquiuocationum aliæ quidẽ multũ distantes, aliæ vero habentes quandam similitudinem, aliæ vero proximę, aut genere, aut similitudine. Vndẽ nõ videntur æquiuocationes esse cum sint.

Elicit ex præmissis quoddam cõsyderatione dignũ, s. q̃ gen⁹ non est aliquid vnũ simpliciter, species aũt est aliquid vnũ simpliciter. Et hoc significatur ex ratione præcedenti: qua ostẽsum est, q̃ ea, quæ sunt vnius generis, nõ sunt comparabilia: quæ vero sunt vnius speciei, comparabilia sunt, cum tamen supra dictum sit, q̃ eadem natura cõparabiliũ est. Ex quo videtur q̃ genus non sit vna natura, sed species sit vna natura. & hui⁹ ratio est: quia spẽs sumitur a forma vltima, quæ simpliciter vna est in rerũ natura, genus autẽ non sumitur a forma aliqua, quæ sit vna in rerũ natura, sed fm rationẽ, tantum. non est. n. aliqua forma, ex qua homo sit animal, præter illã, ex qua homo est homo. Omnes igitur homines, qui sunt vnius speciei, conueniunt in forma, quæ constituit speciẽ, quia quilibet habet animã rationalem. Sed non est in homine, equo aut asino aliqua anima cõmunis, quæ constituat animal, præter illã animam, quæ constituit hominẽ, vel equum, aut asinũ, q̃ si esset, tunc genus esset vnũ, & cõparabile, sicut & species. Sed in sola consyderatione accipit forma generis per abstractionẽ intellectus a differẽtijs. Sic igit̃ species est vnũ quid a forma vna in rerũ natura existente: genus aũt non est vnum, quia fm diuersas formas in rerũ natura existẽtes, diuersæ species generis prędicationẽ suscipiunt. Et sic genus est vnum logice sed nõ physice. Quia ergo genus quodammodo est vnum, & nõ simpliciter [iuxta genera latent multa]. i. per similitudinẽ & propinquitatẽ ad vnitatẽ gñis, multorũ ęquiuocatio latet. Sunt aũt quædã æquiuocationũ multũ distantes, in quibus sola cõmunitas nominũ attenditur, sicut si canis dicatur cœleste sydus, & animal latrabile. Quædã vero sunt, quæ habent quandã similitudinẽ, sicut si hoc nomen Æquiuocationis modi.

hõ dicatur de vero homine, & de homine dicto, inquantũ habet similitudinẽ quandã veri hominis. Quædam vero æquiuocationes sunt proximæ. Aut propter cõueniẽtiã in genere, sicut si corpus dicat de corpore cœlesti, & de corpore corruptibili, æquiuoce dicitur naturaliter loquẽdo, quia eorũ nõ est materia vna, conueniunt tñ in genere logico, & propter hãc generis cõuenientiã videnẽ omnino non ęquiuoca esse. Aut etiã sunt propinqua fm aliquã similitudinẽ. sicut ille, qui docet in scholis, dicitur magister: & similiter ille, qui præest domui, dicitur magister domus æquiuocet & tñ propinqua æquiuocatione propter similitudinem. vterq; n. est rector, hic quidẽ scholariũ, ille vero domus. Vnde, propter hãc ꝓpinquitatẽ vel generis vel similitudinis, nõ videnẽ esse æquiuocationes, cũ tñ sint. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Quando igitur diuersa est species, vtrum cum idem in alio, an cum aliud in alio est? Et quænam est definitio, aut quonam dijudicabimus idem album vel dulce, aut aliud esse, ex eo ne, quia in alio diuersum apparet, an ex eo, quia omnino non idem est?*

Quando igitur altera est species, si idem in alio, aut si aliud in alio? Aut quis terminus, aut quo discernimus quod idem est album et dulce, aut aliud, ex eo ne, quia in alio videtur alterum, aut quia omnino non idem?

Quia dixerat, q̃ consyderandũ est quæ sit differẽtia motus vtrum, s. motus differant specie, hic inquirit quomodo differentia speciei accipi possit tam in motibus q̃m in alijs. Et quia essentiam speciei significat definitio, quærit duas quæstiones: vnã de specie, & aliam de definitione. Quærit ergo primo de specie, quando sit iudicanda altera species, vtrum ex hoc solo q̃ eadẽ natura sit in alio & alio susceptibili, sicut Platonici posuerunt. Sed hoc fm præmissa nõ potest esse verũ. dictũ est. n. q̃ genus nõ est simpliciter vnũ. & ideo dria spẽi nõ attendit per hoc, q̃ aliquid idẽ sit in alio, & alio, nisi fm Platonicos, qui posuerũt genus esse simpliciter vnũ. Et propter hoc quasi quæstionẽ soluẽs subiũgit [Aut si aliud in alio.] quasi dicat, nõ propter hoc est alia species, quia est idẽ in alio, sed quia est alia natura in alio susceptibili. Secundã quæstionẽ mouet de definitione, & est quæstio, quid sit terminus, idest quæ sit definitio declarans speciem. Et quia ea, quæ sunt idem definitione, sunt idem simpliciter, ideo quasi soluẽs subiungit, q̃ illud est propria definitio rei, quo possum⁹ discernere vtrũ sit idem aut aliud: puta album vel dulce. Et hoc quod dico [aliud] potest duobus modis accipi, sicut prius: vno scilicet modo, vt albũ dicatur aliud a dulci, quia in albo inuenit alia natura subiecta quã in dulci. alio modo, quia non solum secundum naturã subiectam differunt, sed omnino non sunt idem. Quæ quidem duo sunt eadem cum his quæ supra posuit. [si idem in alio, aut si aliud in alio.] Manifestum est enim q̃ eadem est ratio identitatis & diuersitatis, & in specie, & in definitione. Deinde cum dicit.

ARGY. *At uero quonam modo alterationes æque celeres sint? Si igitur sanari est alterari: fit autẽ vt alius celerius, alius tardius sanetur, & aliqui simul: sunt alterationes profecto celeritatis æqualis, in tẽpore nãq; æquali sunt alterati.*

De alteratione autẽ quomodo est æqualiter velox altera alteri. Si itaq; est sanari alterari: est autem hunc quidem velociter, aliũ tarde sanatũ esse, & simul quosdam: quare erit alteratio ęqualiter velox: in æquali enim tempore alteratũ est. Te.cõ.32.

Agit de comparatione alterationum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̃ vna alteratio est æque velox alteri, Secundo inquirit secundum quid æqualitas velocitatis attendatur in alteratione. ibi [Sed quid alteratum est &c.] Quærit ergo primo de alteratione, quomodo sit vna alteratio æqualiter velox alteri alterationi. Et q̃ duæ alterationes Infra.

nes sint æque veloces probat. Sanari enim est alterari: contingit autem vnum cito sanari, & aliud tarde, & cõtingit etiam quosdam simul sanari: ergo vna alteratio est æque velox alteri. Illud enim dicit̃ æque velociter moueri, quod in æquali tempore mouetur. Secundo ibi.

ARGY. *Sed quid est id quod ad alterationem accommodatur? non enim dicitur hic æquale. sed ut æqualitas in quantitate, sic similitudo dicitur hic.*

Sicut in quãtitate æqualitas ita i q̃lita te similitudo. Secundũ quã ipsa alteratio alteri æque velox dicitur.

Sed quid alteratum est? æquale enim hic non dicitur. Sed sicut in quantitate æqualitas ita hic similitudo.

Quia in motu locali ad hoc q̃ sit ęqualis velocitas requirit non solũ æqualitas tẽporis, sed etiã æqualitas magnitudinis quę pertransitur: suppositio q̃ in alteratione æqualitas tẽporis requiratur ad æqualẽ velocitatẽ, inquirit quid aliud requiratur. Et hoc est quod dicit. [Sed quid alteratũ est.] i. quid est illud ad quod, cũ puenerit alteratio in ęqua li tẽpore, possit dici æque velox? Et ratio dubitationis est: quia in qualitate, circa quã est alteratio, nõ inuenit̃ æquale: vt possimus dicere, q̃, qũ peruenit ad æqualẽ quãtitatẽ in æquali tẽpore, sit æque velox alteratio: sicut dicebatur in motu locali, & etiã dici potest ī augmẽto, & diminutione. Sed sicut ī quãtitate inuenit̃ æqualitas, ita & in qualita te ſuenit̃ similitudo. Huic ergo q̃stioni respõdet cũ subdit. B

ARGY. *Verum sit cum æqualitate temporis idem, in quo celeritas alterationis æqua consistit.*

Sed sit idem, quod mutatum est in ęquali tem pore, æque velox,

Et primo ponit respõsionem ad quęstionem, & dicit q̃ alteratio debet dici æque velox, si in æquali tempore muta tum sit idem, i. illud quod est alteratum. Secundo ibi.

ARGY. *Vtrum igitur eo in quo est affectus an ipso affectu cõparare alterationis oporteat.*

Vtrũ ergo in quo passio, aut passione oporteat comparare? C

Mouet quęstionem circa positam solutionem. Et est quęstio quam primo mouet talis. Cum. n. dictum sit, q̃ æque velox alteratio est, si fit idem quod alteratum est in æquali tẽpore in eo aũt, quod est alteratũ, duo est cõsyderare, s. passionem, fm quã fit alteratio, & subiectum, in quo est passio est ergo quæstio, vtrum huiusmodi comparationem oporteat accipere fm identitatem passionis an secundum identitatem subiecti in quo est passio. Secundo ibi.

ARGY. *Atq; hic quidem eandem sanitatem esse, quæ neq; magis neq; minus, sed similiter inest. sumere licet. Sed si affectus alius sit, ut si hoc dealbetur, illud sanetur, his nihil est idem, uel æquale, uel simile, aut hæc alterationis species faciunt, nec una est alteratio, sicut nec ibi latio. Quare sumendum est, quot alterationis, & quot item lationis species sunt. Si igitur ea, quæ mouentur, specie differunt: quorum motus per se sunt, & non per accidens, & motus sanè specie different, si genere, genere: si numero, numero.* D

Hic igitur q̃ sanitas eadẽ sit, est accipere, aut neq; magis, neq; minus, sed similiter existit. Si aũt altera passio sit, qua alteratur quod fit albũ, & quod sanatur, his nihil idẽ, neq; ęquale, neq; simile, aut iam hæc species faciũt alterationis, & non est vna, sicut neq; loci mutatio. Quare consyderandũ, quot sint species alterationis, et quot loci mutationis. Si igitur quæ mouentur, specie differunt, quorum sunt motus fm ipsa, et non secundum accidens, & motus specie differunt: si vero genere, genere, si autem numero, numero. Comparãdorum motuũ, regula.

Soluit quæstionem quantum ad vnam partem. & dicit, q̃ in alteratione ex parte passionis, duplex identitas attendi deberet ad hoc q̃ sit ęque velox alteratio. Primo quidem q̃ sit eadẽ qualitas fm speciem. puta vt accipiatur eadem sanitas, vt oculi, aut alicuius huiusmodi. Secundum est, q̃ vt eadem qualitas accepta similiter insit, neq; magis, neq; minus. [Sed, si passio] idest passibilis qualitas est altera fm speciem, puta si vnũ alteratum fiat albũ, & aliud sanetur, in his duabus passionibus nihil est idẽ, neq; æquale, neq; simile. Vnde fm diuersitatẽ harum passionum fiunt diuersæ species alterationis, & non est vna alteratio, sicut etiam supra dictũ est: q̃ motus rectus & circularis non sunt vna loci mutatio. Et ideo ad cõparãdum tam loci mutationes, q̃m alterationes consyderandũ est quot sint species alteratio nis, vel loci mutationis vtrũ, s. eędẽ vel plures. Et hoc quidem potest cõsyderari ex rebus, in quibus est motus. quia si illa quæ mouentur], i. fm quæ est motus per se & non secundũ accidens differunt specie, & motus specie differunt: si vero differũt genere, & motus. si numero, & motus differunt numero, vt in Quinto dictum est. Tertio ibi. A

At, si alterationes sint æque celeres, utrũ ad affectum si sit idẽ, vel similis, an ad id, quod alteratur respicere oporteat, ueluti si huius quidem tantum, huius autem tantum sit dealbatũ, an ad utrunq;. At eadem est aut alia, si idem aut alius sit affectus: æqualis uero aut inæqualis, si æquale aut inæquale sit illud. ARGY.

Sed vtrum oporteat ad passionem respicere, si eadem sit, aut similis aut æqualiter veloces alterationes, aut in id, quod alterat̃, vt si huius quidem tantum albatum sit, huius autem tantum? Aut ad vtrunq;. Et eadem quidem aut alia, passione, secundum q̃ eadem: æqualis autem aut inæqualis, secundum q̃ illa inæqualis. Te.cõ.33.

Determinata vna parte quæstionis, quam mouerat, quærit de alia. Et est quęstio, vtrum ad hoc q̃ iudicentur alterationes esse similes vel æque veloces oporteat respicere solũ ad passionem si sit eadem, aut etiam oporteat respicere ad subiectum, quod alteratur, ita. s. q̃ si huius corporis tanta pars sit albata in hoc tempore, & alterius corporis ęqualis pars sit albata in eodem, vel æquali tempore, dicatur alteratio æque velox. Et soluit, q̃ oportet ad vtrunq; respicere, ad passionem, s. & subiectum: diuersimode tamen. Quia iudicamus alterationem esse eandem vel aliam ex parte passionis fm q̃ est eadem vel alia: sed iudicamus alterationem æqualem vel inæqualẽ, fm q̃ pars subiecti alterati est æqualis vel inæqualis. si enim huius corporis albetur magna pars, alterius autem parua, erit quidem alteratio eadẽ specie, sed non æqualis. Deinde cum dicit.

In generatione etiam & corruptione idem consyderandum est. quonam modo est æque celeris atq; celerior generatio. an æque celeris est si in æquali tẽpore generetur idem ac individuum, ut homo. sed non animal: celerior autem si in æquali diuersum. Non enim habemus quænam sint ea duo, in quibus est ipsa diuersitas: quemadmodum habemus ea, in quibus est dissimilitudo. ARGY.

Et in generatione autẽ & corruptione idem consyderandum est: quomodo æque velox generatio est, si in æquali tempore generetur idem individuum, vt homo, sed non animal. velocior autem est, si in ęquali tempore alterum est. Non enim habemus aliqua duo, in quibus alteritas simul dissimilitudo. Te.cõ.34.

Ostendit quomodo debeat fieri comparatio in generatione, & corruptione. Et primo secundum opinionem propriam, secundo secundum opi. Plato. [Et si numerus sub- Infra.

stantia.] Dicit ergo primo, cp in generatione & corruptione ad hoc cp generatio dicatur æque velox, consyderandū est si in æquali tempore sit idem quod generatur, & indiuisibile secundum speciem. puta si in vtraq; generatione generetur homo, in æquali tempore, est æque velox generatio: sed non est æque velox generatio ex hoc solo cp in æquali tempore generatur animal: quia quædam animalia propter sui perfectionem indigent maiori tpe ad generationē. Sed velocior dicitur esse generatio si in æquali tempore generetur alterum. puta si tanto tēpore, in quo ex vna parte generatur canis, ex alia parte equus generetur, esset qui velocior generatio. Et quia in alteratione ex parte passionis dixerat duo consyderanda, s. si est eadem sanitas: & iterum si similiter existit, & neq; magis neq; minus: hic autem in generatione vnum tantū dixit consyderādum, s. si sit idem quod generatur, huius modo causam assignat dicens [Non enim habemus aliqua duo in quibus alteritas sicut dissimilitudo.] quasi dicat: ideo in generatione hoc solum consyderandum, vtrum sit idem quod generatur: quia in generatione non habemus aliquid quod possit variari per duo, secundum quæ attendatur aliqua alteritas: sicut in alteratione accidit dissimilitudo, p hoc cp vna et eadem qualitas variatur secundum magis & minus, substantia enim, cuius est generatio, non recipit magis & minus. Secundo ibi.

ARGY. *Quod si substantia numerus est, plus erit & minus numeri speciei eiusdem. Sed ipsum commune nomine caret, atq; utrūque quale est in qualitate quidem plus affectus, aut excedens magis in quantitate autem maius.*

Et, si est numerus substantia, maior & minor numerus similis speciei. Sed est innominatum quod commune est, & vtrunq;, sicut quæ plus passio, aut excellēs magis, quantum aūt maius.

Agit de comparatione generationis secundum opinionem Platonis, qui ponebat numerum esse substantiam rei propter hoc, cp vnum, quod est principium numeri, putabat esse idem cum vno, quod conuertitur cum ente, & rei substantiam significat. Ipsum autem, quod est vnum, est omnino vnius naturæ & speciei. Si ergo numerus, qui nihil est aliud cp aggregatio vnitatum, sit substātia rerū secūdum Platonicos, sequitur cp dicetur quidem maior numerus secundum diuersam speciem quātitatis, sed tamē quantum ad substantiam erit similis speciei. Et inde est cp Plato posuit speciem, vnum, contraria vero, per quæ diuersificatur res, magnum & parvum, quę sunt ex parte materiæ. & sic sequetur, cp sicut vna & eadem sanitas habet duo inquātum recipit magis & minus, sic etiam & substantia, quæ est numerus, cum sit vnius speciei ex parte vnitatis, habebit aliqua duo, inquantum est maior & minor numerus. Sed in substantia non est commune nomen positum quod significet vtrunq;, i. diuersitatem, quæ accidit maioritate et minoritate numeri: sicut in passionibus, cum passio plus inest, aut qualitercunq; est excellens, dicitur maius: vt puta magis album, vel magis sanum. in quantitate autem, cum fuerit excellens dicitur maius vel minus corpus, aut maior superficies. Sic autem non habemus nomen positum, quo communiter significetur excellentia substantiæ, quæ est ex maioritate numeri secundum Platonicos.

LECTIO. IX.

Regulis nonnullis, motum omnem comparari docet.

ARGY. *Cum autem omne quod mouet & aliquid semper moueat: & in aliquo, & vsq; ad aliquod, (atque in aliquo dico, quia in tempore: vsque ad aliquid, quia per quantitatem aliqua mouet. semper enim simul mouet ac mouit. quare quantitas quædam erit, per quam est motum, atq; in quanto.)*

Te.cō.35. QVoniam autem mouens, mouet semper aliquid, & in aliquo, & vsq; ad aliquid, (dico autem in aliquo, quia in tempore: vsque autem ad aliquid, quia quantam aliquam longitudinem. semper enim simul mouet et mouit: quare quantum aliquid erit quod motum est, & in quanto.)

Posquam Philosophus ostendit cp motus sunt comparabiles adinuicem, hic docet quomodo comparentur. Et primo in motu locali, secūdo in alijs motibus. ibi [si igitur alteratione.] Circa primum duo facit. Primo ponit ea, secūdum quæ oportet comparari motus locales adinuicem, secundo accipit regulas comparationis secundum prædicta. ibi [Sit igitur A quod est mouens.] Dicit ergo primo, quòd mouens localiter semper mouet aliquod mobile, & iterum in aliquo tempore, & vsque ad aliquam quantitatem spatij, per aliquam partem temporis. Quod iam oportet esse. quia, sicut in Sexto probatum est, semper simul aliquod mouet & mouit. Probatum est enim ibi quod omne quod mouetur, iam est motum per aliquam partem spatij, & per aliquam partem temporis. vnde sequitur, quòd & illud quod mouetur est aliquod quantum & diuisibile, & etiam illud, per quod mouetur: & tempus in quo mouetur. Mouens autem non omne est quantum, vt in Octauo probabitur. Sed tamen manifestum est aliquod quantum esse, mouens. & de hoc mouente hic proponit regulas comparationis. Secundo ibi.

Te.39. Infra. Te.52.

ARGY. *Hæc (inquam) cùm ita sint, si A quidem sit id quod mouet, B vero id quod mouetur, & C, sit longitudo per quam, & D tempus in quo est motum: In tempore nimirum æquali, potentia æqualis A dimidium ipsius B, per duplum mouebit ipsius D: per ipsum autem C, in dimidio tēporis D. Sic enim erit rationis similitudo.*

Si igitur A quod est mouēs, B autem quod mouetur, quantumcunq; aūt longitudo mota C, in quantocūq; est in tpe, in quo est D. In æquali igitur tpe æqualis potentia ei, in qua est A medietatem ipsius B duplicem ipsius C transibit: ipsum autē C in medietate ipsius D. sic.n. erit analogia.

Ponit regulas comparationis. Et primo secundum diuisionem mobilis, secundo quando mouens diuiditur. ibi [Et si eadem potentia &c.] Dicit ergo primo, accipiatur aliquando mouens, quod sit A & aliquod mobile quod sit B, & longitudo spatij pertransiit, quæ sit C, & tempus, in quo A mouet B per C, sit D. Si ergo accipiatur aliqua alia potentia mouens æqualis potentiæ ipsi A, sequetur quòd illa potentia mouebit medietatem mobilis, quod est B in eodem tempore per longitudinem, quæ sit dupla cjs C, sed medietatem mobilis mouebit per totam longitudinem C in medietate temporis, quod est D. Ex his igitur verbis Philosophi duæ regulæ generales accipi possunt: quarum prima est, quòd, si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore medietatem illius mobilis per duplum spatium mouebit: vel æqualis potentia in eodem tempore, vel eadem in alio æquali. Alia regula est quòd medietatem mobilis mouebit per idem spatium, æqualis potentia in medietate temporis. Et horum ratio est, quia sic conseruabitur [eadem analogia] idest eadem proportio. Manifestum est enim, quòd velocitas motus est ex victoria potentiæ mouentis super mobile. quanto autē mobile fuerit minus, tanto potentia mouentis magis excedit ipsum. vnde velocius mouebit. Velocitas autem motus diminuit tempus, & auget longitudinem spatij: quia velocius est quod in æquali tempore pertransiit maiorem magnitudinem, & æqualem magnitudinem in minori tēpore. vt in Sexto probatum est, ergo secundum proportionem qua subtrahitur a mobili, oportet subtrahi de tempore, vel addi ad longitudinem spatij, dummodo mouens sit idem vel æquale. Deinde cum dicit.

Ter.36. Te.14.

Demonstratio

Demonstratio, ostēdens quòd si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatium, in aliquo tempore, medietatem illius mobilis mouebit eadem, vel æqualis potentia per duplum spatium in eodem tempore: vel per idem spatium in medietate temporis.






ARGY. *Et si potentia eadem hoc in tempore per tantum spatium moueat, per ipsius etiam dimidium idem in dimidio sane mouebit. Et dimidium potentiæ dimidium per æquale spatium in tempore mouebit æquali. ipsius enim potentiæ A, sit dimidium F, & ipsius B sit dimidium C. Vires igitur ad pondera similiter sese habent, ut patet. quare per æquale, in tempore mouebit æquali.*

Te.cō.56. Et si eadem potentia idem in hoc tēpore per tantum mouet & medietatem in medietate mouebit: & media virtus, mediū mouebit in æquali tēpore. Vt ipsius A potentiæ, sit et medietas, quæ est ipsum E: & ipsius B F sit mediū. Similiter igitur se habet & sm analogiam, virtus ad graue. quare æquale, & inæquali tempore mouebit.

Docet comparare motus ex parte mouentis. Et primo secundum diuisionē mouentis. Secundo secundum oppositam congregationem. ibi [Si vero duo & vtrunq; &c.] Circa primum tria facit. Primo ponit comparationē veram, Secundo remouet comparationes falsas. ibi [Et si. E ipsum F:] Tertio ex hoc soluit rationem Zenonis. ibi [Propter hoc Zenonis ratio &c.] Dicit ergo primo, cp si aliqua potentia idem mobile mouet in eodem tempore, per tantum spatiū, ipsamet mouet medietatem mobilis in medietate temporis, per idem spatium: vel in eodem tempore mouet mediū mobilis, per duplum spatium, sicut & de æquali potentia dictum est. Et vlterius, si diuidatur potentia, media potentia mouebit medietatem mobilis per idē spatium in æquali tēpore. Sed hoc intelligendum est, quando potentia est talis, cp per diuisionem non corrumpitur. Loquitur enim sm consyderationem communem, nondum applicando ad aliquam specialem naturam, sicut & in omnibus quę præmittit. Et ponit exemplum. Si. n. accipiatur medietas huius potentiæ quæ est A, & dicatur F, & accipiatur medietas mobilis quod est B, & dicatur F, sicut A mouebat B per C in tempore D, ita E mouebit, F per idem spatiū in æquali tempore quia & hic etiā seruatur eadem proportio virtutis motiuæ ad corpus pōderosum quod mouetur. Vnde sequitur quòd

Te.37. Tertia. 37.



At si F moueat ipsum C in tempore D per longitudinem C, non necessario sit ut F in æquali tempore duplum ipsius C moueat per dimidium spatij C. ARGY.

Et si E ipsum F mouet in ipso D secundum C, non necessarium est in æquali tēpore E duplum ipso E mouere secundum medietatem ipsius C.

Excludit duas falsas comparationes: quarum prima est, quod addatur ad mobile, & non addatur ad potētiā mouētem. Vnde dicit, cp si E, quod est medietas motiuę potentiæ moueat F quod est medietas mobilis. tempore D iecūdum spatium C, non est necessarium quòd ipsa potentia dimidiata, quę est E, moueat mobile, quod sit in duplo maius quam F in æquali tempore sm medietatem spatij quod est C: quia poterit esse cp dimidia potētia duplum mobile nullo modo mouere poterit. Sed, si posset mouere teneret hęc comparatio. Secunda falsa comparatio est, quando diuiditur mouens, & nō diuiditur mobile. Et hanc excludit ibi.

Si igitur A per C spatium totum in D tempore B mouebit, dimidium ipsius A, quod est F, non mouebit B totum in D tempore: aut in eius aliqua parte per aliquam C, spatij partem: quæ rationem eandem ad totum habebit C, quam F pars vel quæuis alia ad totam A potentiam habet. Omnino enim si forte fuerit, nullam partem mouebit. Non enim si totæ vires quippiam per tantum mouerunt spatium, dimidium ipsarum per quantumuis spatij quouis in tempore idem mouebit. Nam unus eam trahet profecto nauim, quam centum traxere: si vires eorum tam in ipsorum numerum, quam in spatij, diuidantur partes, quod nauim omnes simul traxere. ARGY.

Si vero A, mouebit B in ipso D quantum est ipsum C, medietas ipsius A quæ est, in quo est E, ipsum B nō mouebit in tempore, in quo est D neq; in aliquo ipsis D, per aliquam partem quæ est ipsius C sm quod est analogia ad totum C, sicut est A ad E. Omnino enim si contingit, non mouebit aliquid. Si enim tota virtus totum mouit, medietas non mouebit, neque quantam, n e p in quocunque. Vnus enim moueret nauem. Si nauem trahentium diuiditur potentia in numerum & longitudinem, quam omnes mouerunt.

Dicens, cp si potentia mouens, quæ est A, moueat mobile quod est B, in tempore D, per spatium quod est C, non oportet cp medietas mouētis moueat totū mobile, quod est B, in


tempore

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempore D. neq; etiam per quamcunq; partem ſpatij C, cuius partis ſit proportio ad totum ſpatium C, ſicut ecõuerſo erat quando comparabamus A ad E. i. totam potẽtiam motiuam ad partem mobilis. Illa. n. erat conueniens comparatio: ſed hic non, quia poteſt contingere, quod medietas mouentis, non mouebit totum mobile per aliquod ſpatium. Si. n. aliqua tota virtus mouet totum mobile, neq; mouebit per quodcunq; ſpatium, neq; in quocunq; tpe: quia ſequeretur cp ſolus vnus hõ poſſet mouere nauẽ p aliquod ſpatium, ſi potentia trahentium diuidatur ſecundum numerum trahentium, & ſecundum longitudinem ſpatij, per quod omnes ſimul trahunt nauem. Deinde cum dicit.

Demonſtratio, probans quòd, ſi aliqua potentia mouet aliquod mobile, per aliquod ſpatium, in aliquo tempore, dimidium illius potentiæ non mouebit duplum illius mobilis, per medietatem illius ſpatij, in eodem tempore, neq; in aliqua parte illius tẽporis, per aliquam partem illius ſpatij.

Figura hæc, ambas deſignat diſproportiones.



ARGV. *Quapropter Zenonis ratio non eſt uera, qua concludit, quamuis partem milij facere ſonum. nihil enim prohibet vt nullo in tempore eum moueat aerem, quem totus modius mouit cùm cecidiſſet. Neq; pars ſi per ſe fuerit id mouebit, quod vnà cum toto mouere poteſt: neq; eſt. n. pars vlla, niſi potentia in toto.*

Propter hoc Zenonis ratio non eſt vera, cp ſonet milij quælibet pars. nihil. n. prohibet non mouere aerem, in vllo tpe tm̃ quantum moueret cadens totus modius. neq; itaque tanta pars, tm̃ quantum mouebit cũ toto, ſi ſit p ſe,* hoc mouet. neque enim vlla eſt, ſed potentia in toto.

* a. l. hoc non mouit.

Secundum præmiſſa ſoluit rationẽ Zenonis, qui volebat probare cp quodlibet granum milij faciat aliquem ſonum proiectum in terra: quia totus modius milij, quando in terram effunditur, facit aliquem ſonum. Sed Ariſt. dicit, cp hæc Zenonis rõ non eſt vera, ſ. cp [quælibet pars milij ſonet] id eſt quodlibet granum milij ſonum faciat cum cadat in terram: quia nihil prohibet dicere, cp granum milij in nullo tpe mouet aerem in tm̃ vt faciat ſonum, quem aerem mouet ad ſonum faciendum totus modius cadẽs. Et ex hoc poſſumus concludere, cp non eſt neceſſarium cp, ſi aliqua quantacunq; pars exiſtens in toto mouet, cp ſeparatim per ſe exiſtens mouere poſsit: quia pars in toto non eſt in actu, ſed in potentia, maxime in continuis. Sic enim aliquis eſt ens, ſicut & vnum. vnum autem eſt, quod eſt in ſe indiuiſum, & ab aliis diuiſum: pars autem prout eſt in toto, non eſt diuiſa in actu, ſed in potentia tantum, vnde non eſt actu ens neq; vna, ſed in potentia tantum, & propter hoc non agit pars, ſed totum. Deinde cum dicit.

ARGV. *Si vero duo quædam ſeorſum per tantum ſpatium, tanto in tempore duo ſeorſum ponderà mouent, & compoſita per longitudinem æqualẽ, æqualiue in tẽpore compoſitũ ex põderibus utriſq; mouebunt: eſt enim in eis eadẽ ratio.*

E **Si vero duo, & vtrunq; horum vtrunq; mouet per tantum in tanto, & compoſitæ potentiæ compoſitum ex grauibus æquali mouebunt lõgitudine, & in æquali tẽpore: analogũ nãq; eſt.** Te. cõ. 38.

Ponit comparationem ſecundum congregationem mouentium: & dicit, cp, ſi ſint duo, & vtrunq; eorum moueat, quorum vtrunque per ſe moueat tantum mobile, in tanto tempore, per tantum ſpatium, quando coniunguntur iſtæ duæ potentiæ mouentium, mouebunt illud quod eſt coniunctum ex põderibus motis per æquale ſpatium, in equali tpe: qa in hoc ẽt ſeruat̃ eadẽ analogia. Deide cũ dicit.

Sunt ne igitur eadem & in alteratione atq; accretione? Eſt. n. aliquid id, quod auget: & id ẽt, quod augetur: atq; in tempore tanto & tantum, aliud auget, aliud augetur. Et id quod alterat, & quod alteratur, ſimiliter eſt & aliquid, & quantum intenſione remiſſioneue eſt alteratum, & in tempore tanto. ARGV.

F **Num igitur ſic eſt in alteratione, & in augmẽto: aliquid quidem enim eſt augẽs, aliquid autẽ & id quod augetur: in quanto autem tempore, et quantum, aliud quidem auget, aliud autem augetur. Et alterans, & quod alteratur, ſimiliter & aliquid & quantum ſecundum maius & minus alterata ſunt, & in quanto tempore.** Te. cõ. 35.

Ponit eaſdem comparationis regulas in aliis motibus, & circa hæc tria facit. Primo oſtendit diuiſibilitatem eorũ ſm quę attenduntur cõparationes motuũ, ſecũdo ponit cõparationes veras. ibi [In duplo duplũ &c.] tertio remouet cõparationes falſas. ibi [Sic autẽ alterans.] Dicit ergo primo quantum ad augmentum, cp ſunt tria, ſ. augens, & id quod augetur, & tempus: & hęc tria habent aliquam quãtitatem, ſecũdum quam augens auget, & auctum augetur. & hæc etiam quatuor eſt accipere in alteratione, ſcilicet alterans, et quod alteratur. & quantitas paſſionis, ſecundum quam fit alteratio, quæ ineſt ſecundum magis & minus: & iterum quantitas temporis, in quo fit alteratio, ſicut & hęc quatuor in motu locali inueniebantur. Secundo ibi. Secunda. 38. Tertia. 39.

In duplo duplum, & duplum in duplo: dimidium autem in dimidio temporis, aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum. ARGV.

In duplo duplum, Aut duplum in duplo: medium autem in medio tẽpore, aut in medio medium, aut in æquali duplum.

Ponit comparationes veras: & dicit cp, ſi aliqua potentia ſecundum hos motus moueat tantum in tanto tempore, in duplo tempore mouebit duplum: & ſi moueat duplum, hoc erit in duplo tempore. Et ſimiliter mouebit eadem potentia medium in medio tempore: aut, ſi moueat in medio tempore, erit dimidium, quod eſt motũ: aut ſi ſit dupla potentia, in æquali tpe mouebit duplum. Tertio ibi.

Si uero id quod alterat, aut auget, tantũ in tanto auget: aut alterat, non neceſſe eſt, & dimidiũ in dimidio: & in dimidio dimidiũ alterare, vel augere. Sed nihil (ſi forte fuerit) alterabit uel augebit, quẽadmodum & in pondere. ARGV.

H **Si aũt alterans. aut augens, tm̃ in tanto tpe auget, aut alteret, non neceſſe eſt, & medium in medio, et in medio medium. Sed, ſi contigerit, nihil augmentabit, aut alterabit, ſicut & in graui.**

Excludit falſam comparationem: & dicit cp, ſi aliqua potentia moueat in motu alterationis & augmenti tantum in tanto tẽpore, non neceſſe eſt cp medietas potentiæ moueat medietatem in eodem tẽpore, aut in medio tpe tãtundem: ſed forte contingit cp nihil augmẽtabit vel alterabit [ſicut & in graui] ideſt ſicut dictum eſt, cp dimidiata potentia nõ poteſt

poteſt mouere totũ põdus: neq; per totũ ſpatium, neq; per aliquam eius partem. Eſt enim intelligẽdum, cp hoc quod dicit [In medio medium, aut in æquali duplum] ly duplũ & medium (quod in accuſatiuo ponitur) nõ accipitur pro dimidio vel duplo ipſius mobilis, ſed pro dimidio & duplo ex parte rei, in qua eſt [motus] ideſt qualitatis. aut quãtitatis: quæ ita ſe habent in iſtis duobus motibus, ſicut longitudo ſpatij in motu locali, alioquin non ſimiliter eſſet in his motibus, & in motu locali. In motu enim locali dictum eſt, cp ſi tanta potentia mouet tãtum mobile, medietas mouebit medietatem mobilis. Hic autem dicitur, cp medietas forte nihil mouebit. Sed intelligẽdũ eſt de toro mobili integro: qa virtus motiua dimidiata, non mouebit ipſum, neq; per tantam quantitatẽ, aut qualitatẽ, neq; per eius mediũ.

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV
LIBER OCTAVVS,
Cum S. Thomæ expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Ad totum ipſum ex omni parte ſempiternum fore cum oſtenſum fuerit, primum motorem penitus immobilem, perpetuum & vnum eſſe demonſtratur. An ẽt continuus detur motus, & quis nam primus ſit inquiritur. Primum denique motorem indiuiſibilem, & impartibilem, omnique prorſus magnitudine carere concluditur.

LECTIO PRIMA.

De ſempiternitate motus in communi Queſtionem mouet, eiuſque partes proſequens, quantę vtilitatis ſit oſtendit.

ARGV. *ATortus ne aliquãdo eſt motus, anteaquã non erat, rurſuſq; adeo corrumpitur, ut nihil penitus moueatur, an neque factus eſt, neq; corrumpitur, ſed ſemper erat & ſemper erit? Atq; hoc hiſce quæ ſunt immortale ac inceſſabile ineſt, quaſi ſit vita quædam his uniuerſis, quæ natura conſtant.*

Te. cõm. 1. VTrum autẽ factus ſit aliquando motus, cùm non eſſet prius, & corrumpitur iterum, ſic cp moueri nihil ſit: aut neq; factus eſt neq; corrumpitur, ſed erat ſemper et erit. Et hoc immortale, & ſine quiete exiſtit in his quæ ſunt, ut vita quædam ens natura oĩbus ſubſiſtentibus.

POſtquam Philoſophus in præcedenti libro oſtendit, cp neceſſe eſt ponere primum mobile, & primum motũ, & primum motorem. In hoc libro intendit inquirere qualis ſit primus motor, & primus motus, & primum mobile. Et diuidit̃ in partes duas. In prima ſmittit quoddã, quod eſt neceſſariũ ad ſequentem inueſtigationem, ſ. motum eſſe ſempiternum. In ſecunda procedit ad inueſtigationem propoſiti, ibi [Principium autem conſyderationis &c.] Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem, Secundo oſtendit veritatem ſm ſuam opinionem, ibi [Incipiemus autem primum &c.] Tertio ſoluit ea, quæ incontrariũ obiici poſſunt. ibi [Contraria autem his &c.] Circa primum tria facit. Primo proponit dubitationẽ, Secundo ponit opiniones ad vtranq; partem. ibi [Sed quanti quidem.] Tertio oſtendit vtilitatem huius conſyderationis, ibi [Conſyderandum igitur de hoc &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit dubitationem, de qua inueſtigare intẽdit, Secundo reſponder racitæ quæſtioni, ibi [Eſſe quidem igitur &c.] Circa primum ſciendum eſt cp Auerrois dicit, cp Ariſtoteles in hoc capitulo non intẽdit inquirere in vniuerſali de motu, vtrum ſit ſempiternus, ſed de primo motu. Sed, ſiquis conſyderet & verba, & proceſſum Philoſophi, hoc eſt omnino falſum. Verba. n. Philoſophi vniuerſaliter de motu loquuntur: quia dicit [Vtrum factus ſit aliquando motus cũ non eſſet prius, & corrumpitur iterum, ſic cp moueri nihil ſit.] Ex quo manifeſte apparet, cp non de aliquo motu determinato quærit, ſed vniuerſaliter, vtrum aliquãdo nihil fuerit motus. Ex ipſo etiam Ariſt. proceſſu apparet hoc eſſe falſum. Primo quidem, quia cõſuetudo ſua eſt ſem per ad propoſitum ex propriis argumentari. ſiquis autem ſequẽtes rationes conſyderet, quas inducit, in nulla earum ſimitur aliquid pro medio, quod, ppriæ ad primum motũ pertineat, ſed ad motum in communi. Vnde ex hoc ſatis apparet, cp intendit hic inquirere de ſempiternitate motus in cõmuni. Secundo, quia ſi iam probatum eſſet, cp eſt aliquis motus vnus vel plures ſempiterni, fruſtra inquireret inferius, vtrũ aliqua mouentur ſemper, cum hoc iam eſſet probatum. Ridiculum eſt etiã dicere, cp Ariſt. inferius reiteret ſuam cõſyderationem a principio, quaſi aliquid omiſiſſet, vt Cõmentator fingit. Erat enim copia Ariſt. corrigendi librum ſuum, & ſupplendi in loco debito quod fuerat omiſſum, vt non inordinate procederet. Si enim hoc capitulum exponatur ſm prędicti Cõmentatoris intentionem, omnia ſequentia confuſa & inordinata apparebunt. Nec eſt mirũ quia vno inconuenienti poſito alia ſequuntur. Adhuc autẽ manifeſtius hoc apparet per hoc, cp Ariſt. inferius inquirere intẽdens de ſempiternitate primi motus, vtitur eo, quod hic demonſtratur, quaſi principio. Quod nullo modo faceret, ſi hic probaſſet primum motum eſſe æternũ. Ratio autẽ, ex qua Auer. motus fuit, omnino friuola eſt. Dicit enim cp, ſi dicatur cp Ariſt. hic intẽdit inquirere de ſempiternitate motus in communi, ſequitur cp cõſyderatio Ariſt. hic fit diminuta: quia nõ apparet per id quod hic determinatur, qũo motus ſemper poſsint continuari adinuicẽ. Sed hoc nihil eſt: quia Ariſt. ſufficit in hoc ea. probare, cp motus ſemp fuerit. Qualiter autem ſempiternitas motus continuetur, vtrum per hoc cp omnia ſemper moueantur, vel quandoq; quieſcãt: vel per hoc cp quædã ſemper mouenẽ, quædã vero quandoq; mouentur, & quandoq; quieſcunt, ſtatim immediate inquirit. Sic igitur ſm hanc intentionem, exponẽdum eſt præſens capitulum, cp intẽdit hic inquirere de motu in communi. Quæritur ergo ſm hoc, Vtrum motus in cõmuni aliquando eſſe inceperit, ita cp prius nihil vnq; motum fuerit & quandoq; ſic deficiat, cp nihil poſtmodũ moueatur. Aut econtrario, neq; vnq; inceperit, neq; vnq; deficiet, ſed ſemper erat, & ſemp erit. Et ponit exemplũ in animalibus, propter hoc cp quidã dixerũt mũdum eſſe quoddã animal magnum. videmus. n. cp animalia viuunt, quãdiu apparet in eis aliquis motus. ceſſante autem omni motu, dicuntur animalia mori. Sic igitur in tota vniuerſitate naturalium corporũ, motus cõſideratur, vt vita quædã. Si ergo motus ſemper fuit & ſemp erit, iſta quaſi uita naturaliũ corporũ erit immortalis ſine ceſſatione. Secundo ibi.

Intentio Ari. in hoc textu eſt loq de motu in cõi.

Motum igitur omnes inquiunt eſſe, qui de natura aliquid dicunt, tum quia mundum faciũt, tum quia contemplatio ipſis omnis eſt de generatione corruptioneue, quam impoſſibile eſt eſſe ſi non ſit motus. ARGV.

Eſſe quidem igitur motum omnes affirmãt, de natura aliquid dicentes, propter hoc cp mundum faciunt, & de generatione & corruptione eſt conſyderatio omnibus ipſis: quam impoſſibile eſt eſſe, niſi ſit motus. Te. cõ. 1.

Reſpondet tacitæ quæſtioni. In præcedentibus enim libris Ariſto. locutus fuerat de motu in communi non applicando ad res. nunc autem inquirens an motus ſemper fuerit, applicat communem conſyderationem motus ad eſſe, quod habet in rebus. Poſſet ergo aliquis dicere, cp in hac cõſyderatione, prius erat quærẽdum de motu, an habeat eſſe in rebus, q̃ quæratur, an ſit ſempiternus. & præcipue cum quidã negauerint eſſe motum, ad hoc reſponder dicens, cp omnes,

omnes, qui locuti sunt de natura rerum, affirmant q̃ motus sit. Et hoc patet per hoc quod dicunt mũdum esse factum: & q̃ omnes cõsyderant de generatione & corruptione rerum, quæ non potest esse sine motu. Est igitur communis suppositio in Scientia Naturali, q̃ motus habeat esse in rebus. Vnde de hoc non est quærendum in Scientia Naturali, sicut nec in aliqua scientia mouetur quæstio de suppositionibus illius scientiæ. Deinde cum dicit.

ARGY. *Verum qui mundos infinitos esse, & alios ipsorum fieri, alios corrumpi dicunt, hi motum inquiunt semper esse. Sint enim generationes & corruptiones ipsorum cum motu necesse est.*

Tex.cõ.1. Sed quotquot quidem infinitos mundos dicunt esse, & quosdam quidem fieri, quosdam autem corrumpi semper dicunt esse motum. Necessarium enim est generationes & corruptiones ipsorum cum motu esse.

Ponit opiniones ad vtranq; partem quæstionis motæ. Et primo ponit opiniones dicentium motũ semper esse, secundo opiniones ponentium motum non semper esse. ibi

Te. 59. [Quicunq; aũt.] Ad euidentiam ergo primæ partis, sciendũ est, q̃ Democritus posuit prima rerũ principia corpora indiuisibilia, & semper mobiliaex quarum cõgregatione dicebat mundum casualiter factum. & non solum istum in quo nos sumus, sed infinitos alios, ſm q̃ accidit in diuersis partibus infiniti vacui, prædicta corpora congregata mundos fecisse. Nec tamen hos mundos ponebat in perpetuum duraturos, sed quosdam eorũ fieri per aggregationem atomorum, quosdam vero corrumpi per eorum segregationẽ. Quotcunq; igitur Philosophi hoc ponunt cum Democrito, dicunt semper esse motum: quia semper dicunt esse generationes & corruptiones aliquorum mũdorum, quas necessarium est esse cum motu. Secundo ibi.

ARGY. *Qui vero mundum, aut unum, & semper eundem esse dicunt, aut unum quidẽ, sed non semper, hi de motu quoq; similiter opinantur. Si igitur contingit aliquãdo nihil moueri, dupliciter id accidere necesse est. aut enim vt Anaxagoras censet. dicit enim, cùm omnia simul essent atq; quiescerent tempore infinito, mentem mouisse atq; segregasse. Aut, ut Empedocles dicit interdum res moueri, interdum quiescere, moueri quidem, cum aut vnum ex multis concordia, aut ex uno multa discordia facit. quiescere vero in hisce temporibus, quæ inter hæc media cadunt. Dicit enim hoc modo.*

Nam quo de multis nasci consueuerit vnum,
Atq; iterum ex vno generato, plura renasci,
Hoc fiunt, fixumq; sibi non permanet æuum:
At quo mutantur, nunquam cessante recursu.
Hoc si perpetuo stabilem uersantur in orbem.

Cùm enim dicit, at quo mutantur nunquàm cessante recursu, id. Empedoclem arbitrandum est intelligere, hinc (inquam) illuc, & illinc huc fieri motum.

Quicunq; autem vnum, & non esse semper & de motu apponunt rationem.

Tex.cõ.2. Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter necesse est hoc accidere. aut enim sicut Anaxagoras dicit. Inquit enim ille, simul omnibus existentibus, & quiescentibus infinito tẽpore, motũ fecisse intellectum et disgregasse. Aut sicut Empedocles, in parte moueri, & iterũ quiescere, moueri quidem, cùm amicitia ex multis faciat vnum: aut discordia, multa ex vno, quiescere autem, in medijs temporibus dicens sic.

Anaxagoræ opio de mũdi cõstitutione.

Snia Emped.

Inquantum quidem ex pluribus vnum didicit nasci. ,,
Inquantum iterum ex vno geminato, plurima perficiuntur, ,,
Sic fiunt res: & nullo modo ipsius est seculum vnum, ,,
Sic autẽ permutant, neq; simul perficiuntur. ,,
Sic aũt semper sunt immobiles ſm circulum. ,,

Hoc enim quod sic permutantur, ab hinc inde dicere ipsum opinandum est.

Ponit opiniones ad partem contrariam: & dicit, q̃ quicunq; ponunt vnum solum mundum, & non esse eum sempiternum, etiam de motu ponunt. quia consequitur ſm rationem, vt scilicet non semper sit. Si ergo ponatur q̃ sit aliquod tempus, in quo nihil mouebatur, oportet q̃ hoc accidat duobus modis. Ponitur enim duobus modis hic mũdum non semper fuisse. vno modo q̃ mundus iste sic incepit, q̃ nunq̃ antea fuerat, sicut posuit Anaxagoras. alio modo q̃ mundus sic incepit q̃ aliquo tempore non fuit, sed ante illud tempus iterum fuerit, ut posuit Empedo. & similiter circa motum. Anax. autẽ dixit, q̃ quodam tempore omnia simul erant vnum cum alio cõmistum, & nihil erat ab alio segregatum. In qua quidẽ rerum mistura, necesse fuit ponere q̃ omnia quiescerent. motus enim non est absq; disgregatione. omne enim quod mouetur, ab aliquo recedit, vt in aliud tendat. hanc ergo rerum misturam & quietem posuit præextitisse in tempore infinito, infra quod nunc̃ antea fuerat aliquis motus, & q̃ intellectus, qui solus non erat permistus, incepit de nouo facere motum, & disgregare res abinuicem. Empe. vero dixit q̃ in aliqua parte temporis est aliquid moueri, & iterum in alia parte tẽporis est omnia quiescere. Ponebat enim Empedo. q̃ amicitia & discordia sunt prima rerum mouentia. Amicitiæ autem proprium est, q̃ ex multis faciat vnum, discordiæ vero ex vno faciat multa. Quia vero ad esse corporis misti requiritur q̃ elementa sint in vnũ commista: ad esse vero mundi requiritur, q̃ elementa sint in locis suis per ordinem distributa: ponebat q̃ amicitia est causa generationis corporũ mistorum, discordia vero causa corruptionis, sed contrario in toto mũdo, amicitia causa corruptiõis, & discordia generationis. Sic ergo ponebat moueri totum mũdum, cum vel amicitia ex multis facit vnũ: vel discordia, multa facit ex vno. Sed quietem ponebat esse in medijs temporibus, nõ quidẽ ita q̃ nihil mouetur, sed quantum ad generalem mũdi mutationem. Et, quia posuit sententiam Empedo. ponit etiam eius verba, quæ difficultatem habent: quia metrice scripsit. Sic ergo suam sententiã expressit, Emp. his verbis, quæ sic construẽda sunt. [Didicit nasci] ideſt sic consuetũ est aliquid generari [inquantum ex pluribus fit vnum] [& iterum] ideſt alio modo. [Ex vno geminato] ideſt cõpositio. [perficiuntur plurima] ideſt multa fiũt per disgregationẽ. Quædam enim sunt, quæ generantur per compositionem, quædam vero per disgregationem. Et sicut hic videmus in particularibus generationibus. [Sic fiũt res] ideſt sic est intelligendum in vniuersali rerum generatione: quantum ad totum mundum. [Et nullo modo est ipsius seculũ vnũ] ideſt non est vnus status durationis rerum, sed q̃nq; generatur mundus, q̃nq; corrumpitur, quandoq; medio modo se habet. Seculũ enim dicitur mẽsura durationis alicuius rei. Distinctionem autẽ horum seculorum exprimit subdens. [Sic autẽ permutantur] quasi dicat, vnum seculum est, in quo res permutantur per congregationẽ, vel segregationẽ. Et, ne aliquis opinaretur q̃ ad generationem mundi nõ requiritur seculum, ideſt tempus aliquod, sed mundus sit in instanti, ad hoc excludendum subiungit. [Neq; simul perficiuntur.] sed per multãm morã temporis. Deinde de alio seculo subdens dicit [Si autem semper sunt immobiles.] quia scilicet in medio tẽpore generationis & corruptionis posuit

Snia Emped. in carmi. q̃ posuit.

Quid seculũ.

posuit res quiescere. Et ne aliquis crederet q̃ semper antea fuerit permutatio, & postea semper futura sit quies: & ad hoc excludendũ dicit [Secundum circulum] quæ dicit circulariter hoc contingit, q̃ permutantur res & postea quiescunt: & iterum permutantur & sic in infinitum. Deinde subduntur verba Arist. exponentis prædicta verba Empedo. maxime quantum ad hoc quod dixit [Sic autẽ permutatur.] Dicit ergo q̃ opinandum est in hoc quod dixit [sic permutantur] intellexisse [ab hinc inde] ideſt a quodam principio vsq; nunc, non q̃ semp fuerit motus, vel q̃ postq̃ incepit sit interruptus. Deinde cum dicit.

ARGY. *Consyderandum est igitur de hoc quonam modo se habet. Est enim operæ pretium hanc perspicere ueritatem: & non solum ad Naturalem contemplationem, sed et ad eam doctrinam, quæ circa principium primum versatur uehementer conducit.*

Tex.cõ.3. Consyderandum igitur de hoc, quomodo se habet. Præopere enim non solum ad Naturę cõsyderationem scire veritatem, sed ad scientiam de principio primo.

Ostendit vtilitatem huius consyderationis: & dicit, q̃ consyderandum est quomodo se habeat veritas circa hanc quæstionem: quia scire veritatẽ huius quæstionis, est prę opere] ideſt prænecessarium nõ solum ad consyderationẽ Scientiæ naturalis, sed etiam ad scientiam de primo principio. quia in hoc Octauo & Duodecimo Meta. ad probandum vnum principiũ vtitur æternitate motus. Hæc enim via probãdi primum principium esse, est efficacissima, cui resisti non potest. Si enim mundo et motu existente sempiterno necesse est ponere vnum primum principium, multo magis sempiternitate eorum sublata: quia manifestum est, q̃ omne nouum indiget aliquo principio innouante. Hoc ergo solo modo poterat videri, q̃ non est necessarium ponere primum principium, si res sunt ab æterno. vnde etiam, si hoc posito sequitur, primum principium esse, ostenditur omnino necessarium primum principium esse.

LECTIO II.

Sententiam de Motus sempiternitate ratiocinatur: visq; rationum suarum ex Philosophis discutitur.

ARGY. *Ex his autẽ ordiemur, quæ prius a nobis in libris Naturalis scientiæ sunt definita. Dicimus itaq; motum ipsius mobilis hoc actum esse, quo mobile est. necesse est ergo res esse, quæ unoquoq; motu moueri possunt. Et sine definitione etiam motus, quius profecto fatebitur necessarium esse id moueri, quod singulis motibus moueri potest, ceu alterari quidem id, quod est alterabile: ferri autem id quod loco mutabile est. Quare sit antea combustibile quàm comburatur, & combustiuum antea quàm comburat, oportet.*

Tex.cõ.4. INcipiemus autem primum ex definitis a nobis in Physicis prius. Dicimus motum esse actum mobilis secundum q̃ est mobile. necesse ergo est existere res possibiles moueri secũdum vnumquemq; motum. Et sine motus definitione, omnis vtique confitebitur necessarium esse motum possibile moueri secundum vnumquemq; motum, vt alterari alterabile, ferri autẽ secundum locum mutabile. Quare prius oportet esse combustibile, quàm comburatur, & combustiuum, quàm comburere.

Postquam mouit dubitationem de sempiternitate motus, hic ostendit motum esse sempiternum. Et diuiditur in partes duas: in prima ostendit propositum, in secũda soluit ea quæ in contrarium obñci possent. ibi [Contraria autem

Te. 16. his &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendum sempiternitatẽ motus, Secundo ponit rõnes cõtra opiniones Phylosophorum contrarium opinantiũ. ibi [Sed non aliquando &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit q̃ motus semper fuit, Secundo q̃ semper erit. ibi [Eadem autem ratio est &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit propositũ ratione accepta ex parte motus, Secundo ratione accepta ex parte temporis. ibi [Adhuc autem prius & posterius &c.] Circa primũ tria facit. Primo præmittit quoddam, quod est necessarium ad probationẽ sequentem, Secundo inducit probationem ad propositum ostendendum. ibi [Ergo & hoc necessarium est &c.] Tertio ostendit necessitatem rationis inductæ. ibi [Alia quidẽ mouent singulariter.] Dicit ergo primo, q̃ ad propositum ostendendum debemus incipe ab his, quæ primo determinata sunt in Physicis, vt eis quasi principijs vtamur. Per quod dat intelligere præcedẽtes libros, in quibus de motu in communi determinauit. et propter hoc appellantur vniuersaliter de Naturalibus. habent enim quandã distinctionem ad hũc librum Octauum, in quo iam incipit motum ad res applicare. Assumit ergo id quod dictũ est in Tertio Phy. scilicet q̃ motus est actus mobilis inquantũ huiusmodi. Ex quo apparet, q̃ ad hoc q̃ sit motus, necesse est existere res, quę possint moueri quocunq; motu: quia non potest esse actus sine eo cuius est actus. Sic ergo ex definitione motus apparet, q̃ necesse est esse subiectum mobile, ad hoc q̃ sit motus. Sed etiam absq; definitione motus per se manifestum est hoc, vt patet ex communi sentẽtia omnium. Quilibet enim confitetur hoc esse necessarium, q̃ non mouetur nisi quod est possibile moueri, & hoc secundum vnũquęq; motũ. sicut q̃ non cõtingit alterari nisi quod est alterabile: neq; mutari secundum locum, nisi quod est secundum locũ mutabile. Et, quia subiectum naturaliter prius est eo quod est in subiecto, possumus concludere in singulis mutationibus, & ex parte mobilis, & ex parte mouẽtis, q̃ prius est ipsum subiectum combustibile q̃ comburatur. [& combustiuum] ideſt subiectum potens comburere, q̃ comburat: prius inquam non semper tempore, sed natura. Ex hac autem Arist. probatione, Auer. occasionem sumpsit loquendi contra id quod secundum fidem de creatione tenemus. Si enim fieri quoddam mutari est: omnis autem mutatio requirit subiectum, vt hic Aristo. probat necesse est, q̃ omne quod fit, fiat ex aliquo subiecto. nõ ergo possibile est q̃ fiat aliquid ex nihilo. Adducit etiam ad hoc secundam rationem. quia, cum dicitur nigrum fieri ex albo, hoc nõ dicitur per se, ita q̃ ipsum album cõuertatur in nigrum, sed hoc dicitur per accidens, quia scilicet recedente albo succedit nigrum. omne autem, quod est per accidens, reducitur ad id quod est per se. hoc autẽ ex quo aliquid fit per se, est subiectum quod intrat substantiam rei factæ. omne ergo, quod dicitur fieri ex oppositio, fit quidem ex oppositio per accidens, per se autem ex subiecto. non ergo est possibile, quod ens fiat ex non ente simpliciter. Adducit autem ad hoc tertio communem opinionem omnium Antiquorum Physicorum ponentium, nihil ex nihilo fieri. Assignat autem duas causas, ex quibus reputat hanc positionem exortam, quòd aliquid ex nihilo fiat. Quarum prima est, q̃ vulgus non reputat existentia, nisi ea quæ sunt comprehensibilia visu: quia ergo vulgus videt aliquod factum visibile, quod prius visibile non erat, reputat impossibile aliquid ex nihilo fieri. Secunda causa est, quia apud vulgus reputatur esse ex diminutione virtutis agẽtis q̃ indigeat materia ad agẽdum: quod tamen non est ex impotentia agentis, sed ex ipsa ratione motus. quia ergo primum agens nõ habet potẽtiam aliquo modo defectiuam, sequitur, q̃ nõ agat absq; subiecto. Sed, si quis rectæ consideret, ex simili causa ipse deceptus fuit, ex qua causa nos deceptos arbitratur. Ex consyderatione particularium entium. Manifestũ est enim q̃ potentia actiua particularis, præsupponit materiã, quã agens vsus operatur: sicut artifex vtitur materia, quã natura facit. ex hoc ergo, q̃ omne particulare agens præsupponit materiam quam non agit. nõ oportet opinari q̃ primũ agẽs vniuersale, quod est actiuum totius entis aliquid, præsupponat,

Secũda.13.

Te.12.

Te.10.

Te.5.

Te.68.

Auer. sensum cõtra creationem.

Deceptus fuit Auer. eadem cã, qua nos deceptos arbitratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

supponat, quasi non creatum, ab ipso. Nec hoc etiam est secundum intentionem Arist. probat enim in secundo Meta. quod id, quod est maxime verum, & maxime ens, est causa essendi omnibus existentibus, vnde hoc ipsum esse in potẽtia, quod habet materia prima, sequitur deriuatum esse a primo essendi principio, quod est maxime ens. non igitur necesse est præsupponi aliquid eius actioni, quod nõ sit ab eo productum. Et, quia omnis motus indiget subiecto, vt hic Aristote. probat, & rei veritas habet, sequitur, ꝙ productio vniuersalis entis a Deo non sit motus nec mutatio, sed sit quædam simplex emanatio. Et sic fieri & facere æquiuoce dicuntur in vniuersali rerum productione, & in alijs productionibus. Sicut ergo, si intelligamus rerũ productionẽ esse a Deo ab æterno, (sicut Arist. posuit, & plures Platonicorum,) non est necessariũ, immo impossibile, ꝙ huic vniuersali productioni aliquod subiectum non productũ præintelligatur ita etiam, si ponamus ſm nostræ fidei sententiam, ꝙ non ab æterno produxerit res, sed produxerit eas postquam non fuerant, non est necessarium ꝙ ponatur aliquod subiectũ huic vniuersali productioni. Patet ergo, ꝙ hoc quod Aristo. hic probat, ꝙ omnis motus indiget subiecto mobili, nõ est contra ſm̃ nostræ fidei: quia iam dictũ est, ꝙ vlis rerum productio, siue ponatur ab æterno, siue nõ ab æterno, non est motus nec mutatio. Ad hoc enim ꝙ sit motus vel mutatio, requiritur ꝙ aliter se habeat nunc et prius, & sic aliquid esset prius existens, & per consequens hæc non esset vniuersalis rerum productio, & de qua nunc loquimur. Similiter quod dicit, ꝙ aliquid dicit fieri ex opposito per accidens, & ex subiecto ꝙ se, veritatem habet in particularibus factionibus, ſm quas fit hoc aut illud ens, vt homo aut canis, non autem habet veritatem in vniuersali entis productione. Quod patet ex hoc ꝙ Philosophus dixit in primo Physicorum. Dixit enim ibi, ꝙ, si fiat hoc animal, inquantum est hoc animal, non oportet ꝙ fiat ex non animali, sed ex nõ hoc animali: puta si fiat homo ex nõ homine, aut equus ex non equo, si autem fiat animal inquantum est animal, oportet ꝙ fiat nõ ex animali. Sic ergo, si fiat aliquod particulare ens, non fit ex omnino non ente: sed si fit totum ens, quod est fieri ens inquantum est ens, oportet ꝙ fiat ex penitus nõ ente. si tñ & hoc debeat dici fieri, equiuoce enim dicitur, vt dictum est. Quod etiã introducit de Antiquis Philosophorum opinionibus, efficaciam non habet: quia Antiqui naturales nõ potuerũt peruenire ad causam primam totius esse: sed considerabant causas particularium mutationum. Quorum Primi cõsyderauerunt causas solum mutationum accidẽtalium, ponentes fieri esse alterari: sequentes vero peruenerunt ad cognitionem mutationum substantialium. postremi vero, vt Plato & Aristo. peruenerunt ad cognoscendum principium totius esse. Sic igitur patet, ꝙ non mouemur ad ponendũ aliquid fieri ex nihilo, quia reputemus ea esse solum entia, quæ sunt visibilia, sed magis e contrario: quia non consyderamus solas productiones particulares a causis particularibus, sed productionẽ vlem totius esse a primo essendi principio. Nec etiã ponimus, ꝙ indigere materia ad agendum sit potentiæ diminutæ, quasi deficiẽtis a virtute naturali: sed dicimus hoc esse potentiæ particularis, quæ nõ potest super totũ ens, sed facit aliquod ens. Et potest sic dici esse potentiæ diminutæ facere aliquid ex aliquo, sicut si dicamus potẽtiam particularem esse minorem potentia vniuersali. Secundo ibi.

Te. 4.

Vlis rerũ productio, siue ab æterno, siue nõ ab æterno, nõ est motus nec mutatio.

Lect. 14. Te.cõ. 78.

ARGV. *Ergo & hæc ipsa necesse est, aut si non erant, aliquando facta esse, aut perpetua esse. Si igitur unumquodq; mobilium ac motiuorum est factum, necesse est ante motum acceptum, aliam mutationem motumq; fuisse: quod quidem ortum, id est, quod aut moueri aut mouere potest. Sin semper erant motus, tamen erat absurdum, & ex sese quidem si animaduertatur uidetur. Magis tamen si proficiscemur vlterius, hoc necesse est euenire. Nam si quædã sunt mobilia, quædam motiua, & interdũ est actu primum mouens, et aliquid quod mouetur, interdum nihil, sed quiescit, hoc prius mutetur oportet. erat enim aliquid causa profecto quietis: quies enim est priuatio motus. quare ante primam mutationem mutatio prior erit.*

Te.cõ. 5.

Ergo & hæc necessarium est, aut facta aliquãdo esse, cùm non essent, aut perpetua esse. Si igitur factum est mobilium vnumquodq;, necessarium est prius accepta aliam mutationẽ factam esse, & motum, secundum quem factum est possibile motum esse, aut moueri. Si autem quæ sunt præerant semper motu non existente, irrationabile quidem videtur, & ab inscientibus. At vero magis ingredientibus, hoc necessarium est accidere. Si enim, alijs quidem mobilibus existẽtibus, alijs autem motiuis, aliquando quidẽ erit aliquod primum mouens, aliquid autem quod mouetur, aliquando quidem nihil, sed quiescit. oportet hoc mutari prius. erat enim aliqd causa quietis, quies enim priuatio motus est. quare ante primam mutationem erit mutatio prior.

Te.cõ. 6.

Te.cõ. 7.

Suppositio, ꝙ ad hoc ꝙ sit motus requiratur mobile & motiuum, sic argumentatur. Si motus non semper fuit, necesse est dicere aut ꝙ mouentia et motiua sint aliquando facta cum prius nõ essent, aut ꝙ sint perpetua. si ergo dicatur ꝙ vnũquodq; mobile est factum, necesse est dicere, ꝙ antè mutationẽ, quæ accipitur vt prima, sit alia mutatio, & motus secundum quem factum est ipsum mobile, quod potest moueri, & motum esse. Quæ quidem illatio dependet ex præcedentibus. si enim detur ꝙ motus non semper fuerit, sed aliqua mutatio sit antequam nulla fuerit, sequetur, ꝙ illa mutatio habeat aliquod mobile: & ꝙ illud mobile sit factum, cum prius non fuerit, cum ponantur omnia mobilia esse facta. Omne autem, quod fit, cum prius non fuerit, fit ꝑ aliquem motum vel mutationem: motus autem vel mutatio, per quam fit mobile, est prior cẽ mutatio, qua mobile mouebatur: ergo ante mutationem, quæ dicebatur esse prima, est alia mutatio, & sic in infinitum. Si autem dicatur ꝙ ea quæ sunt mobilia semper præexistebant, etiã motu nullo existente: hoc videtur irrationabile, & dictum a nescientibus. statim enim apparet, ꝙ, si mobilia sint, oportet esse motum. mobilia enim naturalia ſmul etiam sunt mouentia, vt ex Tertio patet. Mouentibus autem & mobilibus naturalibus existentibus, necesse est esse motum. Sed, vt profundius ingrediamur ad veritatis inquisitionẽ, necessariũ est hoc idem accidere si ponãtur mobilia & mouentia præexistentia semper ante motum, quod sequebatur si ponantur hæc esse facta, s. ꝙ ante mutationem, quæ ponitur prima, sit alia mutatio in infinitum. Quod sic patet, quia si pónatur, ꝙ sint aliqua mobilia & aliqua motiua, & tamẽ aliquando primum mouens incipiat mouere, & aliquid moueri ab ipso, & ante hoc nihil moueat, sed quiescat: oportebit dicere ꝙ sit alia mutatio prius facta in mouente vel mõbili, quam id quod ponebatur primo mouens incipiat mõuere. quod sic patet. quies enim est priuatio motus: priuatio autem non inest susceptiuo habitus & formæ nisi propter aliquam causam: erat ergo aliqua causa vel ex parte motiui vel ex parte mobilis: quare quies erat: ergo eã durãte semper quies remanebat. Si ergo aliquando mouens incipiat mouere, oportet ꝙ illa causa quietis remoueatur. sed non potest remoueri nisi per aliquem motum vel mutationem: ergo sequitur ꝙ ante illam mutationem, quæ dicebatur esse prima. fit alia mutatio prior, qua remouetur causa quietis. Secundo ibi.

ARGV. *Nam quædam unice, quædam & motibus contrarijs mouẽt. ignis namque calefacit, sed non frigefacit. At scientia unà contrariorum esse uidetur, illic etiam simile quid esse uidetur. nam frigidum uersum quodammodo, atq; abiens calefacit, sicut & hisce, qui scit, peccat sua sponte, cùm econtra scientia utitur.*

Te.cõ. 8.

Alia quidem n. mouent singulariter, alia autem et secundum contrarios motus, vt ignis quidem calefacit, frigefacit autem non. Scientia autem videtur contrariorum esse vna. Videtur igitur & ibi esse aliquid simili modo. frigidũ enim calefacit, conuersum quodammodo & abscedens, sicut & peccat voluntarius sciens: quoniam econtrario vtitur scientia.

Scientia videtur contrariorum esse vna.

Probat necessitatem præmissæ rationis. Posset enim aliquis dicere, ꝙ contingit quandoq; quiescere, & quandoq; moueri, absq; hoc ꝙ præextiterit aliqua causa quietis, quæ remoueatur. Vnde hoc vult excludere. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quoddam, quod est necessariũ ad propositum. Secũdo inducit propositam probationem. ibi [Si igitur quæcunq; possibilia sunt &c.] Dicit ergo primo ꝙ eorum, quæ mouent, quædam mouent singulariter] ideſt vno modo tantũm, quædam vero mouent ſm contrarios motus. Quæ mouent tantum vno modo sunt Naturalia, sicut ignis semper calefacit, & nunq; frigefacit. Sed agentia per intellectum, mouent secundum contrarios motus, quia vna scientia videtur esse contrariorum, sicut medicina est scientia sani, et ægri. vnde videtur ꝙ Medicus per suam scitẽtiam possit mouere secundum contrarios motus. posuit autem hanc distinctionem mouentium: quia in ijs, quę agunt per intellectum, videtur nõ esse verum, quod ipse dixerat, scilicet ꝙ, si aliquid mouetur cum prius quieuerit, oporteat prius remoueri causam quietis. Agẽtia. n. per intellectum videntur se ad opposita habere absq; aliqua sui mutatione. vnde videtur ꝙ possint mouere & nõ mouere absq; aliqua mutatione. Ne ergo per hoc sua ratio impediatur, subiungit ꝙ ratio sua similiter tenet in ijs quæ agũt per intellectũ, & in ijs quæ agunt per naturam: quia ea quæ agunt per naturam, per se quidem semper mouent ad vnum, sed per accidens quandoq; mouent ad contrarium. & ad hoc ꝙ illud accidẽs eueniat, necesse est esse aliquam mutationem. sicut frigidum per se semper frigefacit, sed per accidens calefacit. sed ꝙ per accidens calefaciat, hoc est per aliquam eius mutationem, vel inquantum vertitur ad alium situm, vt alio modo respiciat id quod nunc calefit ab eo quod prius frigebat: vel inquantum totaliter absc̃edit. Dicimus. n. frigus esse causam caloris abscedendo, sicut gubernator per sui absentiam est causa submersionis nauis. Similiter etiã frigus per accidens fit causa caloris, vel per maiorem elõgationẽ, vel etiam per maiorem appropinquationem, sicut in hyeme interiora animalium sunt calidiora calore ad interius recurrente, propter frigus circunstans. Sic etiam est in agente secundum intellectum. scientia enim licet sit vna contrariorum, tamen non æqualiter vtrorunq;, sed vnius principaliter, sicut medicina ad hoc est per se ordinata, ꝙ faciat sanitatem. Si ergo contingat ꝙ Medicus vtatur sua sciẽtia in contrarium, ad inducendũ ægritudinem, peccat. & hoc nõ erit ex scientia per se, sed per accidẽs, propter aliquid aliud. Et ad hoc quòd illud aliud adueniat, eum prius non esset, necesse est esse aliquam mutationem. Secundo ibi.

Frigus cẽ caloris qũq; sit, siquidem facta, vna contrariorũ esse dicatur.

Infra.

Duplex agentium, genus eorũ per naturã, alterũ per intellectum. Quod per naturã ꝙ idẽ facit: qui vero per intellectum, ad contraria aliquã mouent.

ARGV. *Verum ea quæ agere, aut mouere: & ea quæ pati: aut moueri possunt, non omnino hoc possunt: sed si sic se habent, atq; ad propinqua sibi euadunt: quæ, cum id fuerit, aliud mouet, aliud mouetur, & cũ id euenerit, vt aliud sit mobile, aliud motuum. Si igitur non semper mouebatur, non ita se se habebant, ut alterum mouere alterum moueri possit, vt patet. sed alterum ipsorum mutari oportebat. In ijs enim quæ sunt ad aliquid id accidere necesse est. Veluti si duplum non erat, & nunc duplum euasit. si non utrunq;, alterum saltem mutatum esse necesse est. Erit ergo quædam mutatio prior prima.*

Si igitur quæcunq; possibilia sunt facere, aut pati aut mouere, aut moueri: hęc autem moueri non penitus possibilia sunt, sed sic se habentia & proxima alterutris sunt. Quare, cùm proximatur, aliud mouet, aliud autem mouetur, cùm sint vt sit hoc quidem motiuum, illud vero mobile. Si igitur non semper mouebatur, manifestum est, ꝙ non se habebant sicut nunc possibilia, hoc quidem mouere, illud autem moueri, sed oportuit mutari alterum illorũ. necesse. n. in ijs, quę sunt ad aliquid, hoc accidere. vt si non est duplum, nunc autem est duplum, mutari, si non vtrunq; alterum. Erit ergo quædam mutatio prior prima.

Te.cõ. 9.

Inducit probationem ad propositum ostendendum. Dicit ergo, ꝙ ex quo ita est, ꝙ simili modo se habet in ijs, quæ agunt secundum naturam, & ſm intellectum, possumus vniuersaliter de omnibus loquẽtes dicere, ꝙ quæcũq; sunt possibilia facere, aut pati, aut mouere, vel moueri [non penitus possibilia sunt] ideſt non possunt mouere aut moueri in quacunq; dispositione se habeant: sed prout se habent in aliqua determinata habitudine, & propinquitate adinuicem. Et hoc concludit ex præmissis, quia iam dictum est, ꝙ tam in agentibus ſm naturam, cũj; in agentibus secundũ voluntatẽ, non est aliquid causa diuersorum, nisi in aliqua alia habitudine se habens, & sic oportet, ꝙ, quando appropinquant adinuicem mouens et motum conuenienti propinquitate, et similiter, cum sunt in quacunq; dispositione, quæ requiritur ad hoc ꝙ vnum moueat, & aliud moueatur, necesse sit hoc moueri, & aliud mouere. Si ergo nõ semper erat motus, manifestum est ꝙ non se habebant in ista habitudine, vt tũc vnum moueret, & aliud moueretur, sed se habebãt sicut nõ possibilia tunc mouere & moueri, postmodum autẽ se habent in ista habitudine, vt vnũ moueat & aliud moueatur. Ergo necesse est, ꝙ alterum eorum mutetur: hoc enim videmus accidere in omnibus, quæ dicuntẽ ad aliquid, ꝙ nunquã aduenit noua habitudo, nisi per mutationem vtriusq; vel alterius, sicut si aliquid cũ prius non esset duplum, nunc factum est duplum: &, si non mutetur vtrunq; extremorum, saltem oportet ꝙ alterum mutetur. Et sic, si de nouo adueniat habitudo, per quã aliud moueat et aliud moueatur, oportet vel vtrunq; vel alterum moueri prius. Et sic sequitur ꝙ sit mutatio quædam prior mutatione, quę dicebatur esse prima. Deinde cum dicit.

In his quę sũt ad aliqd non aduenit noua habitudo seu relatio, nisi per vtriusq; aut alterius eorũ mutationem.

ARGV. *Insuper quonam modo prius, atq; posterius erit, si non sit tempus: aut tempus si non sit motus?*

Te.cõ. 10.

Adhuc autem prius & posterius quomodo erũt tẽpore nõ existente: aut tps nisi sit motus?

Ostendit propositum ratione sumpta ex parte temporis. Et primo præmittit duo, quæ sunt necessaria ad sequẽtem probationem, quorum Primum est, quòd prius & posterius esse non possunt nisi tempus sit, cum tempus nil sit aliud quàm prius & posterius secundum ꝙ sunt numerata. Secundum est, quòd tempus non potest esse nisi sit motus. & hoc etiam patet ex definitione temporis, quam supra in Quarto posuit dicẽs, quòd tempus est numerus motus secundum prius & posterius. Secundo ibi.

ARGV.

Quod si tempus numerus motus, aut quidam sit motus, si tẽpus est semper, et motum perpetuũ esse necesse est.

Si igitur tempus numerus motus est, aut motus quidam: si quidem tempus semper erit, & motum necesse est perpetuum esse.

Concludit quandam conditionalem ex ijs quæ in Quarto dicta

to dicta sunt. Possunt enim ibi secundum suam sententiam, quòd tempus est numerus motus: secundum vero aliorũ Philosophorum sententiam, tempus est motus quidam, vt ibi dixit. Quodcunq; autem horum sit verum, sequitur hanc conditionalem esse veram: si tempus semper est, necesse est motum esse perpetuum. Tertio ibi.

Si ipis semper est, motũ esse perpetuũ necesse est.

ARGV. *At de tempore uniuersi (præter unum) consentire uidentur. Omnes enim tempus inquiunt ingenitum esse. Atq; per hoc Democritus, impossibile esse demõstrat omnia esse facta: tempus enim dicit non esse ortum. Plato vero solus ipsum ortum esse ait. Etenim una cum cœlo dicit ipsum ortum fuisse: cœlumque factum asserit esse.*

te. cõ. 1. At vero de tempore præter vnum concorditer intelligi videntur omnes. Ingenitum enim esse dicunt. Et propter hoc Democritus demonstrat, impossibile omnia esse facta: impossibile enim est tempus factum esse. Plato autem tempus generat solus. simul enim cum cœlo factum esse, cœlum autem factum esse dicit.

Probat autem antecedens prædictæ conditionalis dupliciter. Primo quidem secũdum opiniones aliorum: & dicit, q̃ omnes Philosophi prætẽr vnum, ideſt Platonem, concorditer videntur sentire de tempore q̃ sit [ingenitum] ideſt, q̃ non inceperit esse postquam prius non fuit. Vnde & Democritus probat impossibile esse quòd omnia sint facta, quasi de nouo inceperint: quia impossibile est sic tempus esse factum, quòd de nouo inceperit. Sed solus Plato [generat tempus] ideſt dicit tempus de nouo factum. Dicit enim Plato, quòd tempus est simul factum cum Cœlo. ponebat autem cœlum esse factum, ideſt habere durationis principium, vt hic Aristo. ei imponit secundum q̃ ejus verba superficietenus sonare videntur. Quamuis Platonici dicant Platonem sic dixisse cœlum esse factum, inquantum habet principium actiuum sui esse, non autem ita quòd habeat durationis principium. Sic igitur solus Plato intellexisse videtur, quòd tempus non potest esse sine motu: quia non potuit tempus esse ante motum cœli. Secundo ibi.

ARGV. *Quod si impossibile quidem est tempus esse, ac intelligere sine nunc ipso: nunc autem ipsum medium quoddam principij simul finisue subiens rationem, principij quidem futuri, finis uero transacti: tempus sit semper profecto necesse est. Vltimum nanq; temporis eius, quod sumptum extremum est, in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim in tempore præter nunc ipsum accipi potest. Quare, cum ipsum nunc principium sit, atq; finis, extra ipsum ac ultra, tempus sit semper necesse, est. At si tempus semper esse necesse est, patet & motum necessario semper esse quippe cum tẽpus affectus sit quidam ipsius motus, ut patuit.*

te. cõ. 11. Si igitur impossibile est & esse & intelligere tempus sine ipso nunc: nũc autem est medium quoddam & principium & finem habẽs simul, principium autem futuri temporis, finem vero præteriti: necesse est semper esse tempus. vltimũ enim finiti accepti temporis, in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim est accipere in tempore prẽter nunc. Quare, quoniam est finis & principium ipsum nũc, necesse est ipsius in vtraq; parte semper esse tempus. at vero, si tempus, manifestum est quia necesse est, & motum esse. si quidem tempus est passio quædam motus est.

Probat idem per rationem. quia impossibile est quòd dicatur aut intelligatur tempus esse absq; ipso nunc: sicut impossibile est q̃ sit linea sine puncto. Nũc autem est quoddã medium, habens de sui ratione quod sit simul & principiũ & finis. principium quidem futuri temporis, finis aũt præteriti. ex quo apparet, q̃ necesse est semp esse tẽpus. Quodcunque enim tempus accipiatur, eius extremũ est aliquod nũc ex vtraque parte. Et hoc patet per hoc, q̃ nihil est accipere in actu de tempore nisi nunc: quia quod præteritum est iam abiit, quod autem futurum est, nondum est. Nũc autem, quod accipitur in extremo tẽporis, est principium & finis, vt dictum est. ergo necesse est q̃ ex vtraq; parte cuiuscunq; temporis accepti, semper sit tempus. alioquin primũ nunc non esset finis, & vltimum nunc non esset principiũ. Ex hoc autem, q̃ tempus est sempiternum, concludit, q̃ necesse est motum semper esse. & rationem consequentię assignat: quia tẽpus est quædam proprietas motus: est enim numerus eius, vt dictum est. Videtur autẽ q̃ Arist. ratio non sit efficax. Sic.n. se habet nunc ad tẽpus, sicut punctum ad lineam, vt in Sexto habitum est: non est aũt de ratione puncti, q̃ sit medium. sed aliquod punctum est quod est tãtum principium lineæ, aliquod autem, quod est tantum finis. accideret autẽ omne punctum esse principium & finẽ, inquantum est lineæ infinitę. Non ergo posset probari q̃ linea sit in finita ex hoc q̃ omne punctum sit principium & finis: sed potius econuerso ex hoc, q̃ linea est infinita, probãdum esset, q̃ omne punctum esset principium & finis. Sic ergo videtur, q̃ omne nunc esse principium & finẽ, non sic sit verum, nisi ex eo q̃ tempus ponitur sempiternum. Videtur ergo Arist. in assumptione huius medij supponere sempiternitatem temporis, quam debet probare. Auer. autẽ volens saluare Aristo. rationem, dicit q̃ nũc semper sit principium & finis. Conuenit enim, inquantum tempus non est ſtãs sicut linea, sed fluens. quod manifestum est nihil ad propositum pertinere. Ex hoc enim q̃ tempus est fluens & non stans, sequitur q̃ vnum nunc non possit bis sumi, sicut bis sumitur vnum punctum. sed fluxus tẽporis nihil facit ad hoc q̃ sit principium & finis simul. Eiusdem enim rationis est inceptio & terminatio in omnibus continuis, siue sit permanentia siue fluentia, vt ex Sexto patet. Et ideo aliter dicendum est secundum intentionem Aristo. q̃ hoc, q̃ omne nũc sit principium & finis, vult accipere ex eo quod primo suppoſuit, scilicet q̃ prius & posterius non sit tẽpore non existente: hoc.n. principio suppoſito ad nihil aliud vsus est. sed ex hoc concluditur, q̃ omne nũc sit principiũ & finis. Detur.n. quòd aliquod nunc sit principium alicuius temporis, manifestum est autẽ ex definitione principij, q̃ principium tẽporis est ante quod nihil eius existit: est ergo accipere aliquid ante vel prius q̃ ipsum nunc, quod ponitur principium temporis. prius autẽ non est sine tẽpore: ergo nunc, quod ponitur principium temporis, est etiã tẽporis finis. Et eodem modo, si ponatur nunc esse finis tẽporis, sequitur q̃ sit etiã principium: quia de ratione finis est q̃ post ipsum nihil sit eius. Posterius autem non est sine tempore: sequitur ergo, quòd nunc, quod ponitur finis, sit etiam principium temporis. Deinde cum dicit.

An rõ. Arist. tpis æternitatẽ probãs ex Nunc in tpe accepto, q̃ finis & principij hẽt fidem huius assimat negnę, cum nunc vnũ in tẽpore sumẽte contingat, quod tñ pcipium sit, vt in puncto lineę videre licet sentẽs Auerro.

Improbatio.

Robur tõnis Aristo.

Eadem autem erit ratio, & qua motum corrũpi non posse probabitur. Nam, vt si motus ortus esse dicatur, sit ut prima mutatione sit aliqua prior, sic hic fiet, vt vltima mutatione posterior aliqua sit, non enim moueri desinet, & esse mobile simul, ceu comburi, & combustibile esse. Esse nanq; combustibile potest, & non comburi, nec item desinet simul mutatiuum, & mouens esse. Et ipsum autem corruptibile, corruptum fore oportebit, cum corrumpitur, & post hoc rursus id quod huius est corruptiuum. corruptio nanque mutatio quædam est. Quod si hæc fieri non possunt, patet motum perpetuum esse. ARGV.

Eadem autẽ ratio est, & de eo, quod incorruptibilis sit motus, sicut.n. defieri motum, accidit priorem quandam esse mutationẽ prima, sic hic posterior est posteriori. non enim simul quiescit quod te. cõ. 12.

quod mouetur: & quod mobile est, & quod cõburitur, & quod combustibile. Contingit enim combustibile esse quod non cõburitur, neq; motum et mouens. Et corruptibile igitur indigebit corrumpi, cum corrumpatur, & huiusmodi corruptiuum iterum posterius. corruptio enim mutatio quædam est. Si igitur hoc impossibile, manifestum est quòd est perpetuus motus.

Ostendit q̃ motus semper sit futurus. Et ostendit hoc ex parte motus: quia ratio supra ex parte motus accepta, non concludebat nisi, quòd motus nunquam incipiat: ratio vero sumpta ex parte temporis, concludebat vtrunque, & quòd nunquam inceperit, & quod nunquam deficiat. Dicit ergo, quòd eadem ratione potest probari quòd motus sit incorruptibilis, ideſt quòd nunquam deficiat, per quam probatur q̃ motus nunquam incepit. Sicut enim ex hoc, quod est motum incipere, sequitur quod sit quædam mutatio prior mutatione quæ ponitur prima, sic, si ponatur quòd motus quandoque deficiat, sequitur, quòd sit aliqua mutatio posterior ea, quæ ponitur postrema. Et quomodo hoc sequatur, manifestat abbreuiando quod supra diffusius dixerat circa inceptionem motus. posuerat enim quòd, si motus incepit, aut mobilia aut mouentia inceperunt, aut semper fuerunt. Et similis diuisio posset hic fieri, quia si motus deficiat, aut mobilia & mouentia remanebunt, aut non. sed, quia similiter ostenderat, quòd idem sequitur secundum vtrunque, ideo hic non vtitur nisi altera via, scilicet quòd ponatur sic motus deficere, q̃ mobilia & mouentia deficiant. Hoc ergo suppoſito, dicit quòd non simul quieſcit, ideſt deficit motus in actu, & ipsum mobile. sed sicut prior est generatio mobilis quàm motus eius, ita posterior est corruptio mobilis, q̃ cessatio motus. Quod sic patet. quia contingit q̃ remaneat aliquid cõbustibile, postquam definit comburi. Et sicut dictũ est de mobili, ita dicendum est de motiuo: quia non simul desinit esse mouens in actu, & esse motiuum in potentia. Sic igitur patet, q̃, si etiam ipsum mobile corrumpitur post cessationem motus, necessarium erit esse quandam corruptionem ipsius mobilis. Et iterum, quia omnia mouentia & mota desinunt, necessarium erit posterius, q̃ etiam ipsum corruptiuũ corrumpatur. Cum ergo corruptio sit mutatio quædam, sequetur q̃ post vltimã mutationem sint aliquæ mutationes. cum ergo hoc sit impossibile, sequitur q̃ motus in perpetuũ duret. Hæ igitur rationes sunt, ex quibus Aris. probare intendit motum semper fuisse, & nunquam deficere. Quod quidem quantum ad vnam partẽ fidei nostræ repugnat, scilicet q̃ ponat motus semper fuisse. Nihil.n. secundum fidem nostrã ponit semper fuisse, nisi, solus Deus, qui est omnino immobilis. nisi forte, quis ipsum diuinum intelligere velit nominare motũ, quod æquiuoce intelligeretur. non enim de tali motu Arist. hic intelligit, sed de motu proprie dicto. Quantum vero ad aliam partem non omnino est contrariũ fidei: quia, vt supra dictum est, non agit Aris. de motu cœli, sed vniuersaliter de motu. ponimus aũt secundum fidem nostram substantiam Mundi sic quãdoq; incepisse, q̃ tamen nunquam desinat esse. ponimus etiam q̃ aliqui motus semper erũt, præsertim in hominibus, qui semper remanebunt incorruptibilẽ vitam agentes vel miseram, vel beatam. Quidam vero frustra conantes Arist. ostendere nõ contra fidem locutum esse, dixerunt q̃ Arist. non intendit hic probare quasi verum, q̃ motus sit perpetuus: sed inducere rationem ad vtranque partem quasi ad rem dubiam. quod ex ipso modo procedendi friuolũ apparet. Et prẽterea perpetuitate tpis & motus quasi principio vtitur ad ꝓbandũ primũ principiũ esse, et in hoc Octauo, & Vndecimo Meta. vnde manifestum est, q̃ supponit hoc tanquam probatum. Sed, siquis recte rationes hic positas cõsyderet, huiusmodi rationibus veritas fidei efficaciter impugnari non potest. Sunt enim huiusmodi rationes efficaces ad probãdum, quòd motus nõ inceperit per

Quo nã modo sententia de Mũdi æternitate, fidei principijs repugnet.

viã naturæ, sicut ab aliquibus ponebatur: sed q̃ non inceperit quali rebus de nouo productis a primo rerũ principio, vt fides nostra ponit, hoc ijs rationibus probari non potest. quod patet per singulas illationes hic positas cõsyderanti. Cum enim quærit si motus non fuit vtrum mouentia & mobilia semper fuerunt vel non, Respondendum est, q̃ primum mouens semper fuit: omnia vero alia, siue sint mouẽtia, siue mobilia non semper fuerunt, sed inceperunt esse a causa vniuersali totius esse. Ostensum est autem supra, q̃ productio totius esse a causa prima essendi, non est motus, siue ponatur q̃ hęc rerum emanatio sit ab æterno, siue non. Sic ergo non sequitur, q̃ ante primam mutationem sit aliqua mutatio. sequeretur autem si mouentia & mobilia essent de nouo producta in esse ab aliquo agente particulari: quod ageret aliquo subiecto præsuppoſito, quod transmutaretur de non esse, siue de priuatione ad formam. de hoc.n. modo incipiendi procedit ratio Aristo. Sed quia ponimus saltem primum motorem semper fuisse, Respondendum restat sequẽti eius deductioni: qua cõcludit q̃, si præexistentibus mouentibus & mobilibus, incipiat de nouo esse motus, oportet q̃ mouentia vel mobilia prius non essent in hac dispõne, in qua sunt, dum est motus. & sic oportet q̃ primam mutationem præcedat aliqua mutatio. Et siquidem de ipso motu loquamur, facilis est responſio. non enim mobilia prius erant in hac dispoſitione, in qua nunc sunt: quia prius non erant, vnde moueri non poterant. sed sicut dictum est, ipsum esse non acquisiuerunt per mutationem vel motum, sed per emanationẽ a primo rerum principio. & sic non sequitur, q̃ ante primam mutationem sit aliqua mutatio. Sed vlterius remanet quæstio de prima rerum productione. Si.n. primum principiũ, quod est Deus, non aliter se habet nunc q̃ prius, non magis nũc res producit, q̃ prius. si vero aliter se habet, saltem mutatio, quæ est ex parte eius, erit prior mutatione, quæ ponitur prima. Et quidem si esset agens per naturã tantum, & nõ per volũtatem & intellectũ, ex necessitate concluderet ratio. sed, quia agit per voluntatem, põt, per voluntatem æternã producere effectum non æternũ, sicut intellectu æterno potest intelligere rem non æternã. res enim intellecta est quodã modo principium actionis in agentibus per voluntatem, sicut forma naturalis in agentibus per naturã. Sed adhuc magis instat. Nõ enim videmus q̃ volũtas ponat facere quod vult, nisi propter hoc q̃ aliquid expectatur in futurũ, quod nondũ est in præsenti. sicut si volo facere ignẽ non nunc sed postea, expectatur in futurũ frigus, cuius causa facio ignẽ: vel ad minus expectatur præsentia tpis. quod autem tẽpus succedat post tempus, hoc non est absq; motu. non ergo potest esse, q̃ voluntas, etiam si ponatur immutabilis, ponat facere id quod vult, nisi aliquo motu interueniente. Et sic non potest esse q̃ noua productio rerum proueniat a voluntate æterna, nisi mediãtibus motibus succedentibus sibi in infinitum. Latet autem sic obijciẽtes, q̃ hęc obiectio procedit de agente in tpe: quod, scilicet agit tpe præsuppoſito: in huiusmodi enim actione, quæ fit in tempore, oportet cõsyderare aliquam determinatam habitudinẽ ad hoc tempus, vel ad aliquid eorũ, quæ sunt in hoc tẽpore, vt fiat magis in hoc tempore q̃ in alio. Sed hæc ratio locũ nõ habet in agente vniuersali, quod & ipsum tempus simul cum cæteris producit. cum enim dicimus res non semper fuisse a Deo productas, non intelligimus, q̃ infinitũ tempus prę cesserit, in quo Deus ab agendo cessauerit, & post modum tempore determinato agere ceperit: sed q̃ Deus tẽpus & res simul in esse produxerit, postquam nõ fuerat. Et sic nõ restat in diuina voluntate consyderandũ, q̃ voluerit facere res non tũc sed postea, quasi tempore iam existente: sed consyderandum solum est hoc, q̃ voluit q̃ res, & tempus durationis earum inceperit esse postquam non fuerunt. Si autẽ quæratur, quare hoc voluit. sine dubio dicendum, q̃ propter seipsum. Sicut enim propter seipsum res fecit, vt in eis suæ bonitatis similitudo manifestaretur, ita voluit eas non semper esse, vt sua sufficientia manifestaretur in hoc q̃ omnibus alijs non existentibus, ipse in seipso omnem sufficiẽ-

Cur Deus voluit. Mũdum non semper esse.

tiam beatitudinis habuit, & virtutis ad rerum productionem. Et hoc quidem dici potest quantum humana ratio capere potest de diuinis: saluo tamen secreto diuinæ sapientiæ, quod a nobis cõprehendi nõ potest. Quia igitur huius rationis solutio procedit supponendo cp tempus non fuerit semper, restat soluere rationem, per quam ostendi videtur, tempus semper fuisse. & ideo forte Arist. post rationem de motu posuit rationem de tempore: quia cõsyderauit cp præmissa ratio de motu efficaciam non haberet, nisi poneretur tempus æternum. Quod ergo ponit, cp quandocunque est tempus, necesse est ponere aliquod nunc esse, indubitanter concedendum est, omne autem Nunc, esse principium et finem temporis concedi non oportet, nisi ponatur etiam motum semper esse: vt, scilicet cp quodlibet indiuisibile in motu acceptum, quod momentum dicitur, sit principium & finis motus. sic enim habet se nunc ad momentum, sicut tẽpus ad motum. Si ergo ponimus motum non semper fuisse, sed est accipere aliquod primum indiuisibile in motu, ante quod nihil fuit motus: erit etiã accipere aliquod nunc in tempore, ante quod non fuit aliquod tempus. iam autẽ ostendimus exponendo literam, cp id quod Auer. dicit ad hanc rationem confirmandam, efficaciam non habet. Sed nec illud quod Arist. ad hoc ponit, scilicet cp prius et posterius non sunt sine tempore, efficax esse potest. Cum enim dicimus cp principium temporis est, ante quod nihil eius est: non propter hoc oportet cp ipsum nunc, quod est principium temporis, præcedat tempus: quod significatur cũ dicitur, ante. sicut, si in magnitudine dicam, cp principiũ magnitudinis est, extra quod nihil est eius, non oportet cp illud extra quod significet aliquem locum in rerum natura existentem, sed imaginabilem tantum: alioquin esset ponere locum extra cœlum cuius est magnitudo finita, habens principium & finẽ. Similiter etiam & primũ nunc, quod est principium temporis, non præcedit tempus in rerum natura existens: sed secundum imaginationem nostram tãtum. Et hoc tempus designatur cum dicitur, cp primum nunc est principium temporis, ante quod nihil est temporis. Vel potest dici, cp, cum dicitur principium temporis est, ante quod nihil est temporis, ly ante, non remanet affirmatum, sed negatur. & sic non oportet ponere tẽpus ante principium temporis. In ijs enim, quæ sunt in tempore, accidit cp in eorum principio tempus aliquod præexistat. Sicut cũ dicitur, cp principium iuuentutis est, ante quod nihil est de iuuentute: potest intelligi ante etiã affirmatiue, quia iuuentus tempore mensuratur: tempus autem non mensuratur tempore: vnde eius principio tempus non præexistit: & sic ly ante quod ponitur in definitione principij temporis, & non oportet cp remaneat affirmatũ, sed negatum. Est autẽ ante tempus aliqua duratio, scilicet, Æternitas Dei, quę nõ habet extensionem, aut prius et posterius, sicut tempus, sed est tota simul: et nõ est eiusdem rationis cum tempore, sicut nec magnitudo diuina cum magnitudine corporali. Sicut, ergo cum dicimus extra mundum non esse nisi Deum, non ponimus aliquam dimensionem extra mundum: ita cum dicimus, ante mundum nihil fuisse, non ponimus aliquam successiuam durationem ante mundum.

LECTIO III.

Disputat contra Anaxago. & Empedo. negantes motus ęternitatem.

ARGV. *Et non aliquando esse, aliquando non esse. etenim ita dicere, potius simile est figmento.*

SEd non aliquando quidem erat, aliquando autem non. & nanque assimilatur sic dicere, figmento magis.

Posteą Philosophus posuit rationes ad ostendẽdum motum semper esse, hic ponit rationes contra Anaxag. & Empe. qui cõtrarium ponebant. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem contra eorum positionem, secundo contra Tex.14 rationem, quam supponebant. ibi [Similiter autem et dicere, &c.] Dicit ergo primo, cp, cum ostẽsum sit cp motus semper est, non erit dicendum, cp aliquando sit motus, & aliquando non, sicut dixerunt Empe. & Anax. sic enim dicere, sicut ipsi posuerunt, assimilatur cuidam figmento, quia scilicet absq; ratione hoc ponebant. Omne enim, quod ponitur absq; ratione vel authoritate diuina fictitium esse videtur. Authoritas autem diuina præualet etiam rationi humanæ, multo magis, quàm authoritas alicuius Philosophi præualeret alicui debili rationi, quam aliquis puer induceret. Non ergo assimilantur figmento, quę per fidẽ tenentur, licet absq; ratione credantur. credimus enim diuinæ authoritati miraculis approbatę, ideſt illis operibus, quæ solus Deus facere potest. Secundo ibi.

Vt exposuit Alexan.

Oẽ quod absque ratione, aut diuina authoritate assumat fictitium esse videtur.

Et item dicere sic esse aptum, atq; hoc oportere principium esse putare. Quod quidem Empedo. dixisse uidetur, rebus (inquam) competere necessario, ut nunc concordia, nunc discordia uincat, ac eas moueat, in medio uero tempore quiescant. Fortasse etiam et hi qui principium unum faciunt, ut Anaxagoras, hoc dixerunt modo.

ARGV.

Similiter autem & dicere, quia aptum natum sic est. & hoc oportet opinari esse principium. Et hoc videtur vtiq; Emped. dicere, cp tenere & mouere in parte amicitiam & discordiam ineſt rebus ex necessitate, quiescere autem inter tempus. Fortassis autem & vnum principium facientes, sicut Anaxagoras, sic vtiq; dicerent.

Tex.co.14

Obficit contra rationem, cui innitebantur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit istam rationem esse inconuenientẽ, secundo ostendit, cp inconuenientior erat fm positionem Anax. cp fm positionem Emp. ibi [At vero nihil inordinatum, &c.] Tertio ostendit, quòd nec secundum opinionem Empedo. cõuenienter se habet. ibi [Sed & oportet hoc dicẽtem.] Dicit ergo primo, quòd similiter etiã hoc videtur esse fictitium, quòd aliquis ponens motũ qñq; esse, et qñq; nõ esse, dicat hoc pro ratione, quòd hoc ideo est, quia natũ est sic esse. & hoc oportet accipere tanq; principium sicut Empe. videtur dicere, quòd hoc, quod res in parte tẽporis teneant amicitiã, & in parte temporis teneãt discordiã, & moueanẽ, & quòd in medio tẽpore quiescant, ineſt rebus ex necessitate. sicut si aliquis diceret, quare calidũ calefacit, quia sic necesse est esse: et hoc accipiatur quasi principium, quòd calidum calefaciat. Similiter accipiebat Empe. quasi principium, quòd necesse est sic esse, quandoq; res moueri per amicitiam, quandoque per discordiam, & quandoq; quiescere. Et forte etiam eodem modo diceret Anaxago. et alij ponentes vnum principium actiuum. quia oportet hoc accipere quasi principium, quòd motus inceperit postquam in infinito tempore non fuit. Secundo ibi.

Secũda. 15.

Tertia.

ARGV.

At uero nihil eorum, quæ natura, secundumq; naturã fiunt ordine uacat. Natura nãq; uniuersis est ordinis causa: at infinitum nullam rationem habet ad infinitum. Omnis uero ordo ratio est. Infinito autem quiescere tẽpore, deinde aliquando moueri, huius q; differentiam nullam, eiũ nunc magis quàm prius, nec ullum ordinem esse, non est profecto ipsius opus naturæ. Nam id quod natura fit, aut simpliciter sese habet: (ut ignis sursum natura fertur, & non interdum sursum, interdum non sursum:) aut rationem habet, si nõ simpliciter se habet eodemq; modo. Quocirca præstabilius est rem ita sese habere, vt Empedocles, & siquis alius ita dixit: interdum (inquã) quiescere, interdum moueri. talem enim ordinẽ quendam habere uidetur.

At vero nihil inordinatum, eorum quæ natura & fm naturam sunt. natura. n. oĩbus causa ordinationis est. Infinitum autem ad infinitum nullam rationem habet, ordinatio autem omnis ratio est. Infinito autem tempore quiescere, postea

stea motum esse aliqñ: huius autem neq; vnam dfiam esse, quare nunc magis cẽ prius, neq; iterum aliquam ordinationem habere, non iã naturæ est opus. Aut. n. simpliciter se habet quod est naturæ, & non aliqñ quidem sic, aliquando vero aliter: (vt ignis natura sursum fertur, & nõ aliquando quidem sic, aliquando vero non,) aut rationem habet, quod non est simpliciter. Quare dignius est, sicut Emped. & siquis aliter dixit sic habere, in parte quiescere oẽ, et moueri iterũ. ordinationem. n. iam habet quandam hmõi.

Natura, ordinis eũ eã sit, inordinata in naturalia esse videntur.

Ostendit cp hac rõne inconuenientius vtebatur Anax. cẽ Emped. Manifestum est. n. cp, cum ponitur aliquid esse quasi principium, oportet accipere, cp hoc sit fm rei naturã, hoc est vt natura rei sit talis, cp hoc ei conueniat. Sic. n. accipimus quasi principiũ, cp oẽ totũ maius est sua parte, quia hoc est de rõne & natura totius, quod excedit partis quantitatẽ. vnde Emped, dicebat [Sic aptum natum est esse.] dans intelligere, cp hoc est accipiendũ quasi principium. Et sist Anax. diceret, licet non exprimeret. Sed manifestum est, cp nulla res naturalis nec aliquid eorum, quæ naturaliter rebus conueniunt, põt esse absq; ordine, quia natura est causa ordinationis. Videmus. n. naturam in suis operibus ordinate de vno in aliud procedere, quod ergo nõ habet aliquẽ ordinẽ, non est fm naturã, nec põt accipi vt principiũ. sed duo infinita non hñt ordinẽ adinuicẽ, qa infiniti ad infinitũ nulla est proportio: oĩs aũt ordo proportio quædam est. Sic ergo patet, cp quiescere res tpe infinito, et postea incipere moueri p infinitũ tps, sine hoc cp sit aliqua dfia inter hoc tempus & illud, quare nunc magis q̃ prius motus fiat, neq; iterum assignare aliquam aliam ordinationẽ inter aliqua duo, quorũ vno deficiente, alterum incipiat & fiat motus, vt Anax. ponebat, hoc non est opus naturæ, quia quicquid est natura, aut semp [simpliciter]. i. eodẽ modo se habet, & non aliquando sic, aliqñ autem aliter, sicut ignis semper sursum fertur. Aut aliqua rõ est, quare non semper est eodem mõ, sicut non semper aĩalia crescunt, sed qñq; diminuuntur. & hoc habet aliquam rationẽ. Sic ergo non videtur fm naturam procedere, cp infinito tempore res quieuerint, & postmodũ moueri incœperint, vt Anax. posuit. Vn de melius est, cp dicatur sicut Emp. dixit, vel quicunq; alius similiter opinatus est, cp totum vniuersum in quadam parte tpis quieuerit, & iterũ mouetur in alia parte tpis, quia iã hoc põt hre aliquam ordinationẽ: finiti. n. ad finitũ potest esse proportio. Est autẽ consyderandũ, cp sñia fidei nostræ non est similis positioni. Anaxa. Non enim ponimus ante mundum infinita spatia temporis, cuius sit necesse accipere proportionem ad tempus sequens. sed antequam mundus inciperet sola Dei simplex æternitas fuit, sicut dictum est, quæ est omnino extra genus temporis. Tertio ibi.

Nota.

ARGV.

Verum & eum, qui ita dicit, non solum id dicere, sed ipsius causam etiam afferre, et non ponere neq; censere ullam sine ratione sententiam. sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre oportet. Ipsa enim, quæ sunt suppositа, non sanè causæ sunt. Neq; hoc erat concordiæ vel discordiæ esse: sed illius quidem congregare, huius disgregare officium est. Quod si insuper assignauerit: ipsum interdum dicendum est, et in quibus sic fit, ceu esse apud nos aliquid quod congregat homines (amicitiam inquam) & esse etiam aliquid, quod inimicos seiungit (inimicitiam inquam) Hæc enim & in ipso toto esse supponit. in quibusdam enim sic esse videtur. Per æqualia uero ita fieri tempora, alicuius indiget rationis.

Sed & oportet hoc dicentem non affirmare solum, sed causam ipsius dicere, & non apponere nihil, neque velle dignitatem irrationabile: sed aut inductionem, aut demõstrationem afferre. hæc enim non causæ positæ sunt. Neque in hoc erat amicitiæ vel inimicitiæ esse, sed huius quidem congregare, illius vero disgregare. Si vero determinetur quod est in parte, dicendum est in quibus sic sunt: sicut quia est aliquid quod congregat homines amicitia, & fugiunt inimici abinuicem. Hoc enim supponitur, & in toto esse: videtur enim in quibusdam esse, sic. cp aũt & fm æqualia tempora, indiget aliqua ratione.

Infra.

Ostendit cp nec etiam Empe. conuenit predicta ratio. Et primo ostendit propositum, secundo excludit quandam falsam existimationẽ. ibi [Omnino enim existimare, &c.] Dicit ergo primo, cp etiam qui hoc dicit, cp Empe. dixit, nõ oportet cp solum affirmet quod dicit, sed etiã quod assignet causam sui dicti, et cp nihil ex se apponat, vltra id, quod causa assignata requirit, neque etiam aliquid velit accipere vt dignitatem, i. vt principium absq; ratione. Sed oportet, cp adducat ad manifestationem eius quod accepit quasi principium, aut inductionem, sicut in principijs naturalibus, quæ ex sensibilium experimento accipiuntur: aut demonstrationem, sicut in principijs, quę per principia priora demonstrantur. Sed hoc Empedo. non seruat. Esto enim cp ipse ponat amicitiam & item esse causas, tamen non est de ratione amicitiæ vel inimicitiæ, cp vnum eorum post alterũ moueat. Non est enim de ratione amicitiæ, cp in inimicitiam conuertatur, nec econuerso, sed de ratione amicitiæ est, cp congreget, de ratione vero inimicitię est, cp disgreget. Sed, si vlterius determinetur, cp in quadam parte temporis hæc congreget, & iterum in quadã parte temporis, illã disgreget, est vlterius manifestandum in aliquibus particularibus, in quibus hoc contingat. Sicut, cp amicitia congreget, & inimicitia disgreget, manifestatur in hominibus. quia amicitia homines adunantur adinuicem, inimicitia vero fugiunt ab inuicem. & ideo hoc ab Emp. supponitur esse in toto vniuerso, quia videtur esse in aliquibus sic. Sed cp fm æqualia tempora moueant successiue amicitia & inimicitia, hoc indiget aliqua ratione manifestante: non enim videtur hoc in hominibus contingere. Secundo ibi.

ARGV.

Omnino autem hoc principium sufficiens esse putare: semper (inquam) esse sic, aut fieri, non recte sese habet, ad quod Democritus causas naturales reducit, sic inquiens, & prius fiebat, ipsius autem semper non quærere principium censet. In quibusdam hoc recte dicens, in omnibus autem non recte. Etenim triangulus suos angulos duobus rectis semper æquales habet. Attamen æternitatis huius est alia causa. Principiorum tamen, quæ quidem sunt perpetua, non est alia causa. Tot igitur a nobis sint dicta, quibus iam patet nullum unquam fuisse, vel fore tempus, quando non erat, aut non erit motus.

Idem in. 3. lib. de Ge. Aſalium.

Omnino enim existimare principium hoc esse sufficiens, quod semp aut est sic, aut fit, non recte se habet opinari. In quo Democritus reducit de natura causas cp sic, & quod prius factũ est: ipsius aũt semper noluit principiũ quęrere, in quibusdam dicens recte, quod autẽ in omnibus, nõ recte. Etenim triangulus semper habet duobus rectis equales angulos: sed tamẽ est perpetuitatis huiusmodi altera causa. Principiorum igitur nõ est altera causa, sed perpetua sunt. Quòd quidem igitur nullum tempus erit, neq; erat quando motus non erit, siue nõ erat, tanta dicta sunt.

Excludit quandam falsam existimationem. Posset.n. aliquis credere, quòd quicquid semper est non habet causam, propter hoc ꝙ videmus ea, quæ apud nos causantur, de nouo incipere: et ideo videbatur aliquibus, ꝙ ꝗñ reducebatur aliqua quæstio in aliquid quod est semp, nõ oporteret vlterius causam, seu rationem quærere. Sic ergo posset Empedo. dicere, ꝙ amicitia & lis semper fm æqualia tempora mouerunt: et ideo non est quærenda huius alia ratio. Hoc ergo Aristo. remouet dicens, ꝙ non recte se habet opinari, ꝙ aliquid existimetur esse principium, propter hoc ꝙ semper aut sic est, aut sic fit. Ad hoc enim Democritus reducebat omnes causas naturales, assignãs principium ijs, quæ de nouo fiũt: sed eius quod est semper nolebat aliquod principium quærere. Quod quidem in aliquibus recte dicitur, sed non in omnibus. Manifestum est enim ꝙ triangulus semper habet tres angulos æquales duobus rectis. Sed tamen huiusmodi perpetuæ passionis est altera causa. Sed aliqua perpetua sunt sicut principia, quorum non est alia causa. Est autem valde notandum quod hic dicitur, quia vt in Secundo Meta. habetur, eadem est dispositio rerum in esse, & in ueritate. sicut igitur aliqua sunt semper vera, & tamen habent causam suæ veritatis. nam Aristoteles intellexit, ꝙ essent aliqua semper entia, scilicet corpora cœlestia et substantiæ separatæ: & tamen haberent causam sui esse. ex quo patet, ꝙ quãuis Aristo. poneret mundum æternum, non tamen credidit, ꝙ Deus non sit causa essendi ipsi mundo: sed causa motus eius tantum, vt quidam dixerunt. Vltimo autem concludit principale propositum epilogando. & dicit tanta dicta esse de hoc, ꝙ nullum tempus erit in futuro, neq; erat in præterito, in quo aliquis motus non sit.

Non inconuenit aliquod æternum hic causam.

LECTIO IIII.

Trium rationum solunones, quæ apparenter concludunt motum quandoq; incœpisse, afferuntur.

ARGY. *Ea uero, quæ sunt hisce contraria, non est difficile soluere. Nam ex hisce uidebitur posse maxime motum esse ortum, & antea nunquam fuisse. Primo, quia nulla mutatio perpetua est, omnis nanq; mutatio suapte natura è quopiam ad quippiam est. Quare mutationis omnis finis sint ea contraria, inter quæ fit, & nihil in infinitum moueatur, necesse est.*

Tex.cõ.16. CONtraria autem his non difficile est soluere. Videbitur autem ex huiusmodi consyderantibus contingere maxime motus esse aliquãdo, cum non esset omnino. Primum quidẽ, quia neque una perpetua mutatio est. mutatio enim omnis apta nata est ex quodam in quiddam. Quare, necesse est omnis mutationis terminum esse contraria in quibus fit: in infinitum autem moueri nullum.

Posteꝙ Ppilosophus posuit rationes ad probandum motum semper esse, hic intendit soluere ea, quæ in contrarium obijci possunt. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationes, Secũdo soluit eas. ibi [Horum autem primum.] Circa

Te.18. primum ponit tres rationes præmittens suam intentionẽ: & dicit, ꝙ ea, quæ in contrarium obijci possunt, non est difficile soluere. Ex tribus enim rationibus videtur maxime sequi, ꝙ motus aliqñ incipiat esse cum prius omnino non fuerit. quarum Prima est, qua supra probauit in Sexto ꝙ nulla mutatio est infinita. eadem enim ratione probari potest, quòd nulla mutatio sit perpetua. Nulla enim mutatio terminata est ꝑpetua, sicut nec infinita: sed omnis mutatio est terminata. omnis enim mutatio naturaliter est ex quodam in quiddam, et ista duo sunt cõtraria: vnde necesse est, ꝙ terminus cuiuslibet mutationis sint ipsa cõtraria, in quibus fit transmutatio. Sed, quia non in omni motu locali manifesta est contrarietas terminorum, subiungit quod est cõmune omni motui, ꝙ nihil mouetur in infinitum, quia nihil mouetur ad id, ad quod pertingere non potest, vt in Sex

E to dictum est. Sic ergo patet, ꝙ nulla mutatio est perpetua. Videtur etiam possibile dari tempus, in quo nulla mutatio sit. Et hæc prima ratio accepta est ex parte motus. Secunda ratio accipitur ex parte mobilis, quam ponit ibi

Deinde uidemus id posse moueri, quod neq; mouetur, ARGY. *neq; motum in se ullum habet. Quod intueri licet in expertibus animæ, quorum neq; pars ulla, neq; totum mouetur. Sed quiescentia aliquando mouentur. at oportebat aut semper, aut nunquam moueri, si non oritur primo motus, sed semper erat.*

Amplius uidemus, qm̃ possibile est moueri, Te t.17. quod neq; mouetur, neq; habens in seipso, neq; unum motum. ut in inanimatis, quorum neq; pars ulla, neque totum mouetur, sed quiescens mouetur quandoque. Conuenit autem aut semper moueri aut nequaquam, si quidem non fit cum non sit existens.

Secũda rõ.

Quæ talis est. Si motus non potest fieri de nouo, cum prius non esset, videtur esse cõueniens dicere de vnoquoq; quòd vel semp mouetur, vel nequaquam moueatur. quia si in vno mobili potest quandoque motus esse, & quandoq; non esse, pari ratione in toto vniuerso: sed videmus: quòd possibile est aliquid moueri, quod prius non mouebatur secundum totum, neque aliquem motum in seipso habebat secundum aliquam sui partem. sicut apparet in rebus inanimatis, in quibus aliquod mobile quandoque moueri incipit, cum antea nulla pars eius moueretur, neq; ipsum totum, sed omnino quiesceret: relinquitur ergo, quòd in toto vniuerso potest esse motus cum prius non fuerit. Sed, quia in rebus inanimatis, licet appareat motus in aliquo de nouo incipere, nullo motu præexistente in illo eodem, apparet tamen motus præexistens in aliquo exteriori, a quo mouetur: ideo tertiam rationem ponit ex parte animalium, quæ non mouentur ab extrinseco, sed a seipsis. Et hoc ibi.

Multo autem magis hoc in ipsis animantibus patet. ARGY. *nullus enim interdum in nobis est motus, sed quiescimus: & tamen aliquando mouemur, & fit in nobis a nobisipsis principium motus, etiam si nihil prorsus extrinsecus mouerit. Hoc enim expertibus animæ fieri similiter nõ uidemus, sed semper aliquid aliud eorũ, quæ sunt extra ipsa nimirum mouet. animal autẽ ipsum dicimus se ipsum mouere. Quare, si aliquando omnino quiescat, fiet in ipso sanè immobili motus a seipso, & non ab ullo externo. Quod si id in animali fieri potest, quid prohibet ut in uniuerso etiam idem fiat? Nam, si in paruo fit mundo, et in magno etiam fiet, & si in isto, & in infinito etiam fiet: si modo fieri possit, ut infinitum totum moueatur, atque quiescat.* VTRA

Multo autem magis huiusmodi esse in animatis manifestum est. Neq; unus quidem in nobis, cùm sit motus aliquando, sed quiescentes, tamen mouemur aliquando, & si nihil extra moueat. Hoc enim in inanimatis esse non uidemus similiter, sed semper mouet ipsa aliquid exteriorum alterum. Animal autem dicimus, ipsum se mouere. Quare, si quieuerit aliquando penitus, in immobili motus utiq; fiet ex ipso, & non ab extra. Si autem in animali hoc possibile fieri, quid prohibet idem accidere & secundum omne? si nanq; in paruo mundo fit, & in magno: & si in mundo, & in infinito: si quidem contingit moueri infinitum, & quiescere totum.

Et

Tertia rõ. Et dicit, ꝙ incipere motum, cum prius non esset, multo magis est manifestum in rebus animatis, ꝙ inanimatis. Cũ enim nos quieuerimus aliquando, nullo motu in nobis existente, aliqñ moueri incipimus, & est ex nobis ipsis principium nostri motus, etiam si nihil extrinsecũ moueat. quod quidem in rebus inanimatis non contingit, sed semper aliquid extrinsecum mouet ipsa, vel generans, vel remouens prohibens, vel violentiam inferens. Ex quo sequitur, ꝙ, si animal quandoq; totaliter quiescat, ꝙ in aliquo immobili incipiat esse motus, cum prius non fuerit, nõ ex aliquo extrinseco mouente, sed ab ipsomet quod mouetur. Et, si hoc potest esse in animali, nihil prohibere vr̃, quin idem accidat in vniuerso. habet enim animal & maxime homo similitudinem quandam cum mundo. vnde dicitur a quibusdam, ꝙ homo sit paruus mundus. Et sic, si in paruo mundo incipit motus, cum prius nõ fuerit, vr̃ ꝙ etiam in magno mundo idem possit contingere. Et, si hoc contingit in mundo, potest etiam contingere in toto infinito, quod quidem posuerunt extra mundum. si tamen sit aliquod infinitum, quod possit quiescere & moueri. Deinde cum dicit.

ARGY. *Horum igitur id, quod primo est dictum eum (inquã) non eundem semper, unumque numero motum esse, quo ad oppositatur, recte admodum dicitur. Hoc enim fortasse necessarium est, si fieri nequeat, ut semper ijs unus, idemque sit motus, qui unius eiusdemque mobilis est. Dico autem utrum unus idemq; sit sonus unus chordæ, quæ similiter sese habet, atque mouetur: an alius atque alius semper. Verum tamen utrouis modo id sese habeat, nihil obstat, vt hic motus aliquis idem sit, quo continuus, atq; perpetuus est. Atque hoc per ea, quæ posterius dicentur, magis patebit.*

Tex.cõ.18. Horum autem primum quod dictum est, nõ eundem semper & vnum numero esse motum, qui est in contraria, recte dicitur. Hoc enim fortassis necessarium est, si quidem nõ semper vnũ & eundem esse possibile est eiusdem, & vnius motum. Dico autem, sicut vtrum vnius chordæ vnus & idem sonus, aut semper alter similiter se habente & mouente. Sed tamen qualitercunq; se habet nihil prohibet, et quendam eundem esse, quo perpetuus & continuus est. Manifestum vtiq; erit magis ex ijs, quæ posterius.

Soluit per ordinem rationes præmissas. In solutione ergo primæ rationis dicit, quòd istud recte dicitur, ꝙ motus, qui est inter contraria, non potest semper durare vnus & idem numero, quia forte hoc est necessarium (vt infra probabitur.) & ideo ponit sub dubitatione, quia nondum erat probatum. Sed, quia posset aliquis dicere, quòd etiam motus, qui est in contraria, potest esse semp vnus numero propter identitatem mobilis, quod iterato, de contrario in contrarium mouetur. sicut, si prius mouebatur de albo in nigrum, postea moueatur de nigro in album, & sic semper: ideo subiungit, quòd nõ est possibile, quòd semper motus, qui est vnius & eiusdẽ mobilis per reiterationem sit vnus & idem. Et hoc manifestat per exemplũ. ponatur enim ꝙ chorda citharæ similiter se habeat, & mouens, qui percutit chordam, similiter se habeat in mouendo, potest esse dubitatio, vtrum vnius chordæ bis percussæ sit vnus & idem motus, & sonus, aut similiter alius & alius. Sed tamen quicquid sit de alijs mobilibus, nihil tamen prohibet quin aliquis motus, qui non est inter contraria, sicut circularis motus, idem semper maneat continuus & perpetuus, quod magis ex sequentibus erit manifestum. Licet ergo omnis motus sit finitus secundum terminos, tamen per reiterationem aliquis motus potest esse continuus & perpetuus.

Secundo ibi.

ARGY. *Moueri autem quippiam quod prius non mouebatur, non est absurdum, si nunc adsit, nunc non adsit idẽ extremum, quod illud mouet, Hoc tamen quærẽdum est, quomã sit pacto idem (inquàm) ab eodem motuo nũc moueri, nũc non moueri. Nihil enim aliud dubitat, qui id dicit, quàm cur non semper aliæ rerum quiescunt, aliæ mouentur.*

Te. cõ. 19. Moueri autem quod non mouetur, nullum inconueniens est, si aliquando quidem sit extrinsecus mouens, aliquando autem non. Hoc autem quomodo vtiq; erit, inquirendum est. dico autem, vt idem ab eodem motuo existente, aliquando quidem moueatur, aliquando autem non. * Nihil.n. aliud dubitat hoc dicens, quam propter quid non semper alia quidem quiescũt eorum quæ sunt, alia vero mouentur.

* a.l. forte vtio interpte. corruptam. legit Auctor. vt patet eius expositionẽ legentibus.

Soluit secundam rationem: & dicit, ꝙ nullum inconueniens est, si aliquid inanimatum incipiat moueri, cũ prius non moueretur, si hoc accidat propter hoc, ꝙ mouẽs extrinsecus aliqñ sit præsens, aliquando non. Manifestum.n. est ꝙ oportet præexistere motum ex parte mouentis, quod aliquando fit prope, cum prius nõ esset. Sed istud videtur esse inquirendum quasi dubiũ, si existente mouente, idem ab eodem qñq; moueatur, & qñq; non. hoc.n. supra dixit non posse accidere, nisi præcedente mutatione vel ex parte mobilis, vel ex parte mouentis: & sic semper præexistit motus, siue præexistat mouens, siue non. * Ideo autem hoc videtur quærendum, quia ille, qui hanc rationem induxit, de nullo alio vr̃ dubitare, ꝙ propter quid quiescẽtia non semper quiescũt, & mobilia non semp mouentur. Tertio ibi.

ARGY. *Maxime uero Tertium illud dubitationem habere uidebitur, propterea quòd sit motus nullo alio præcedente, id (inquam) ipsum, quod in animantibus fieri solet. Nam animal prius quiescens postea mouetur, ac ambulat a nullo (ut uidetur) externo motu impresso. hoc autem est falsum. Cernimus.n. semper aliquid eorum, quæ natura insunt in animali moueri. Huius autem motus causa non animal est, sed ipsum fortasse cõtinens. At animal ipsum, seipsum mouere dicimus, non omni motu, sed eo, qui ad * locum accommodatur. Nihil igitur prohibet, quin potius fortasse necessarium est, complures a continenti in corpore fieri motiones, & harum nonnullis mentem vel appetitum moueri. Hæc uero totum iam animal ipsum mouere. quale accidit circa somnos. nam tamet si nullus tunc sensitiuus in animalibus inest motus, inest tamen aliquis motus, & animalia rursus expergiscuntur. at enim hæc per ea, quæ sequuntur patebunt.*

Maxime aũt videbitur Tertium habere dubi Te.cõ.20. tationem, ꝙ fit, cùm nõ insit prius, motus: quod accidens est in animatis. Quiescens.n. prius, post hoc vadit, mouente exteriorum nullo, sicut videtur. hoc autem falsum est. Conspicimus enim semper aliquid motum in animali naturalium. huius autem motus non animal causa est, sed cõtinens forsitã. Ipsum autem dicimus ipsum mouere se non fm omnem motum, sed fm locum. Nihil igitur prohibet, magis autẽ fortassis necessarium est, in corpore multos fieri motus a continẽte. Horum autem quosdam intellectum, aut appetitum mouere, Illum aut totum iam animal mouere, quale cõtingit circa somnos. Sensibilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem enim cùm neq; vnus insit motus, in exi E *per immobilia esse, alia semper moueri, alia utrunq; mo-*
stere tamen aliquo, surgũt animalia iterum. Sed *ueri (inquam) atq; quiescere posse, quod quidem a nobis di*
nanq; manifestum erit, & de his ex sequentibus. *cendum est. Hoc.n. eorum omnium, quæ dubitantur solu-*
tionem habet, & huiusce nostræ tractationis est finis.

Soluit tertiam rationem: & dicit, cp id quod tertio obiectũ est, maxime facit dubitare cp possit esse motus, cũ prius nõ fuerit, sicut videtur accidere in rebus animatis. videtur enim cp animal, quod prius quiescebat, postmodũ moueat processuo motu, nullo motu facto ab exteriori. Et sic videtur, cp illum motum animalis non præcedebat aliquis motus, neq; in ipso animali, neq; in alio, sicut in rebus inanimatis dicebatur. Sed hoc est falsum, scilicet cp motus animalis non fiat ab aliquo exteriori: videmus enim semper in animalibus aliquid naturaliter motum, quod scilicet non mouetur per voluntatem. Et huius, quod mouetur naturaliter, causa non est ipsum animal per suum appetitum, sed forsitan causa huius naturalis mutationis [est continens]. id-est aer, & vlterius corpus cœleste. Sicut manifeste apparet cum alteratur corpus animalis per calorem aeris, & frigus F
aeris. Et dicit [forsitan] quia in animali etiam aliquid naturaliter mouetur ab interiori principio, sicut patet in mutationibus, quæ sunt in anima vegetabili, vt apparet in digestione cibi, & in sequentibus trãsmutationibus, quæ dũr naturales, quia nõ sequũtur apprehensionẽ & appetitũ. Et hoc vr esse contra id quod est proprium aãlis, s. cp moueat seipsum. et ideo subiungit, cp, cum dicimus animal mouere seipsum, non intelligimus hoc de quolibet motu, sed de motu locali, fm quem animal mouet seipsum per apprehensionem & appetitum. Sic igitur nihil prohibet, imo necessarium est, cp in corpore animalis fiant multæ transmutationes a continenti, s. aere & corpore cœlesti: quarum quædã mouent intellectum aut appetitum, ex quo vlterius iam totum animal mouetur. Est autem cõsyderandum, cp hic declarat, modũ quo corpora cœlestia in nos agunt, nõ. n. agũt directe in animas nostras, sed in corpora. Motis autẽ corporibus, per accidens fit motus in viribus animæ, quæ sunt actus corporalium organorum. nõ autem ex necessitate in intellectu, et in intellectiuo appetitu, qui non vtuntur organis corporeis. Aliqñ tamen intellectus & voluntas sequuntur aliquas prædictarum mutationũ. Sicut cum aliquis p rationem eligit, vel sequi, vel repellere, vel aliquid agere propter passionẽ, vel in corpore, vel in parte sensitiua exortam. Et ideo non dicit, cp omnes motus, qui fiunt a continẽte moueant intellectũ aut appetitum [sed quidam] vt omnino necessitatem ab intellectiua parte excludat. Ponit autem exemplũ eorum, qui dixerant in dormientibus, in quibus maxime quies esse videtur quantum ad animales motus: cum tamen in eis nullus motus sit sensibilis, s. a sensibili apprehensione procedens. iterum surgunt animalia euigilata, propter aliquẽ motum interius existentem, uel ex opere animæ nutritiuæ. sicut cum digesto cibo, deficiũt evaporationes, quæ somnum causabant, & animal excitatur: siue cum alteratur corpus a continente per calorem, aut frigus. Et sic diligẽter cõsyderãti apparet, cp nũq; in nobis aliquis motus apparet de nouo, nisi precedente aliquo alio motu. Et H
hoc promittit se in sequentibus magis manifestaturum.

De actione corporũ cœlestiũ in hæc inferiora.

LECTIO. V.

Proposita diuisione rerum omnium quo ad motum & quietem, non omnia semper quiescere, aut semper moueri ratiocinatur.

ARGY. *Principium autem consyderationis id erit, quod fuit & dubitationis, cur nam aliqua eorum, quæ sunt, interdum mouentur, interdum quiescunt. Necesse est itaque aut uniuersa semper quiescere, aut uniuersa semper moueri, ut Heraclitus, aut quædam moueri, quædam quiescere. Et horum rursus aut ea, quæ mouẽtur semper moueri, & ea, quæ quiescunt, semper quiescere, aut uniuersa esse apta simul, aut moueantur atq; quiescant, aut id esse quod restat atq; tertium est: eorum (inquam) quæ sunt alia sem-*

Tex. cõ. 11.

PRincipium aũt consyderationis est, quod quidem & dictæ dubitationis, quare quædam eorum, quæ sunt, aliquando quidẽ mouentur, aliquando autem quiescunt iterum. Necesse aũt, aut omnia quiescere semper, aut omnia semper moueri: aut alia quidem moueri, alia autem quiescere. Et iterum horum, aut quæ mouentur moueri semper, quæ vero quiescunt quiescere semper, aut omnia apta nata sunt similiter mouere & quiescere, aut reliquum amplius, et tertium est. contingit enim alia quidem semper immobilia esse eorũ, quæ sunt, alia vero semper moueri, alia aũt cũ vtriscq; accipere. quod quidẽ nobis dicendum est. Hoc enim habet solutiones oĩum dubitatorum, et finis nobis est huius negocij.

Le. 2. a principio in fi.

Postq; Philosophus in Septimo ostenderat cp in motoribus & in mobilibus nõ est procedere in infinitum, sed est deuenire ad aliquod primum: & etiam iam ostendit cp motus semper fuit, & semper erit, vlterius procedit ad inquirẽdum conditionem primi motus, & primi motoris. Et diuiditur in partes duas. In prima ostẽdit, cp motus primus est sempiternus, & cp primum mouens est omnino immobile. Secundo ex hoc procedit ad ostendendũ qualis sit primus motus, & qualis sit primus motor. ibi [At vero aliud faciẽtibus principiũ, &c.] Prima aũt pars diuiditur in tres partes. In prima ponit sub quæstione quãdam diuisionẽ quinque membrorũ, In secunda excludit tres partes propositæ G
diuisionis ibi. [Omnia igitur quiescere &c.] Tertio inquirit de duobus residuis membris, quod eorũ sit uerius, quia ex hoc dependet veritas, quam inquirere intẽdit. ibi [Omnia autem velle aliquando quidem &c.] Dicit ergo primo, cp principium sequentis consyderationis, quam inquirere intẽdimus de primo motu, & primo motore est, quod pertinet ad dubitationem prædictam, quam scilicet mouit soluendo secundam rationem. Vnde cõcludit, cp quædã aliqũ mouentur, & aliqñ quiescunt iterum, & nõ semper vel mouentur, vel quiescunt, ex quo ponit motus sempiternus in cõi. Et dicit, cp necesse est dispõnem rerũ, quãtum ad motum vel quietẽ, tripliciter se habere. Quorum vnus modus est, vt oĩa semper quiescant, & nihil aliquando moueat. Secũdus modus est, vt omnia semper moueant, & nihil quiescat. Tertius modus est, cp quædam moueantur, & quædã quiescant. Sed iste tertius modus iterum diuiditur in tres modos: quorum primus est, cp quædam mouentur, et quædam quiescunt, ita tamen, cp ea, quæ mouentur, semper moueantur, & ea, quæ quiescunt, semper quiescant, & nihil fit. quod quandoq; moueatur, et quandoq; quiescat. secundus modus est econtrario, cp omnia sunt nata & moueri et quiescere, & nihil est quod semper moueatur, vel semper quiescat. tertius modus huius secundæ diuisionis est, cp alia semper sint immobilia, & nunquam moueantur, alia semper mobilia & nunquam quiescant: alia vero possunt accipi cum vtroq;, scilicet cum motu & quiete, ita cp quãdoq; moueantur quandoq; quiescãt. & istud vltimum membrum est nobis determinandum pro veritate, quia in hoc habentur solutiones oĩum obiectorum. Et quando hoc ostendemus, habebimus finem quem intendimus in isto opere, scilicet peruenire ad primum motum sempiternũ, et ad primum mouens immobile. Sic ergo tertium membrum primæ diuisionis diuiditur in tria membra, & fiunt in vniuerso quinque membra huius diuisionis. Est autem consyderandum cp in tribus horum mẽbrorum, omnia entia ponuntur vnius dispõnis, sicut patet in primo membro, quod

Te. 54.

Te. 12.

Secunda. 1 9.

quod dicitur omnia quiescere, & in secũdo, quo dicitur oĩa semper moueri, & in quarto, quo dicitur omnia qñq; quiescere, & qñq; moueri. In vno autem membro, s. in tertio, diuiduntur entia in duas dispositiones, s. cp quædam semper moueantur, & quædam semper quiescant. In vno etiam membro, s. in quinto, diuiduntur entia in tres dispõnes, s. cp quædam semper moueantur, quædam nunc̃ moueantur, quædam qñq; moueantur, & qñq; non moueantur. Et consyderandum est, cp in hoc vltimo membro non facit mẽtionem de quiete, sed de immobilitate: quia primus motor, qui nunc̃ mouetur, nõ potest dici proprie quiescere: quia, Te. 10.
vt in Quinto dictum est, illud proprie quiescit, quod natũ est moueri, & non mouetur. Secundo ibi.

ARGY. *Vniuersa itaq; censere quiescere, & huius quærere rationem ipsum post habendo sensum, imbecillitas est profecto mentis ac hebetudo. & de toto quodam, sed nõ de parte quadam, est controuersia. Neque solum est aduersus philosophum Naturalem, sed aduersus etiam omnes scientias (vt simpliciter dicam) opinionesq; omnes, propterea quòd omnes motu utuntur. Præterea ut inficiationes principiorum in rationibus mathematicis nõ ad ipsum mathematicum pertinent, in cæterisq; simili modo, sic neq; idipsum refellere, quod nunc est dictum, ad Naturalem philosophum attinet. Est enim apud ipsum hoc suppositio, naturam principium motus esse.*

Te. cõ. 22. Quærere rõnẽ & dimittere sensum, infirmitas est q̃dã intellectus.

Omnia igitur quiescere, & huius rationem quærere dimittẽtes sensum, infirmitas quædam est intellectus. & de toto aliquo, sed non de parte ambiguitas est. Neque solum ad Physicum, sed ad omnes scientias (vt ita dicam) & omnes opiniones, propter id, quòd motu vtuntur omnes. Amplius autem de principijs importunitates, sicut in rationibus circa doctrinas, nihil sunt ad Mathematicum: similiter autem in alijs, sic neque de eo, quod nunc dicitur, ad Physicum. Suppõ enim est, cp natura principiũ motus sit.

Excludit tria membra prædictæ diuisionis. & primo ponit, quòd non omnia quiescunt semper, secundo, cp non
Infra. omnia mouentur semper ibi [Fere autem adhuc &c.] Tertio excludit tertium membrum quo dicebatur, quòd quæ mouentur, mouentur semper, & quæ quiescunt, quiescunt
Tertia pars. Te. 24. semper ibi [At vero neq; alia quidem.] Circa primum tria ponit. Quorum primum est, cp ex quadam intellectus infirmitate procedit, cp aliquid dicãt omnia quiescere, & quòd inquirant ad hoc aliquam sophisticam rationẽ dimisso sensu. procedit enim ex hoc, quòd intellectus non est sufficiens
Cap. 9. ad dissoluendũ sophisticas rationes, quę repugnant ijs, quę sunt manifesta fm sensum. Dictum est autem in Primo Topicorum, cp non est curandum disputare contra quascunq; positiones, vel problemata, de quibus aliquis indigens sensu vel pœna. vnde contra istam positionem nõ oportet dubitare, propter stultitiam dicentis. Secundum quod dicit est, cp ista dubitatio non est de aliquo particulari ente, sed vniuersaliter de toto ente. neq; etiam pertinet solum ad Naturalem philosophum, sed quodammodo pertinet ad omnes scientias demonstratiuas, & [ad omnes opiniones], id-est ad omnes artes, quæ vtuntur quibusdam opinionibus, sicut Rhetorica, & Dialectica. quia omnes artes & scientiæ vtuntur motu. Practice quidem quasi dirigentes aliquos motus. Naturalis autem philosophia speculãdo naturã motus & mobilium. Mathematici etiam vtuntur motu imaginato, dicentes, cp pũctus motus facit lineã. Metaphysicus autẽ consyderat de primis principijs. Sic igitur patet, quod destruere motum repugnat omnibus scientijs. Error autẽ qui pertinet ad omnia entia, & ad omnes scientias, non est reprobandus a Naturali, sed a Metaphysico, non ergo pertinet ad Naturalem contra istum errorem disputare. Tertiũ quod dicit est, quòd irrationabiles & importunæ dubitationes de principijs in doctrinis mathematicis, non pertinẽt ad Mathematicum, vt eas remoueat. & similiter est in alijs scientijs. Et similiter nec ad Physicum pertinet destruere huiusmodi positionem, quæ repugnat suis principijs. In qualibet enim scientia supponitur pro principio definitio subiecti. Vnde & in scientia, quæ est de Natura, supponitur quasi principium, quòd natura sit principium motus. Sic ergo per tria media apparet, quòd ad Naturalem non pertinet contra hanc positionem disputare. Secundo ibi.

Asserere autem cuncta moueri, est quidem fere fal- ARGY.
sum: at minus Scitiæ Naturalis fines egreditur. Quamquam in naturalibus posita est natura motus principiũ, & quietis, tamen motus naturale magis esse videtur.

Fere autem adhuc & omnia dicere moueri, Te. cõ. 23.
falsum quidem, minus autem hoc præter artem. Positũ quidem enim est, quòd natura in physicis, principium sit motus & quietis. Similiter autem physicum est motus.

Excludit secũm membrũ, quo ponebatur ab Heraclito, omnia semper moueri. Et primo comparat hanc opinionẽ præcedenti opinioni, quæ ponebat omnia semper quiescere: & dicit, cp dicere omnia moueri semper, vt Heraclitus dixit, est quidem falsum, & contra principia scientiæ Naturalis, sed tamen minus repugnat arti hæc positio, cũ sit prima. Et quòd quidem repugnet arti manifestum est, quia tollit suppositionem scientiæ Naturalis, in qua ponitur, cp natura nõ solum est principium motus, sed etiam quietis. & sic patet, cp similiter naturale est quies, sicut & motus. Vnde sicut prima opinio, quæ destruebat motum, erat contra scientiam Naturalem, ita & hæc positio, quæ destruit quietem. Ideo autem dixit hãc opinionem esse minus præter artem, quia quies nihil est aliud quàm priuatio motus: cp autem nõ sit priuatio motus, magis potest latere, cũ cp non sit motus. Sũt enim quidam motus parui & debiles, qui vix possunt sentiri: & sic potest videri quòd aliquid quiescat, quod non quiescit, sed motus magni & fortes latere non possunt. Vnde non dici potest cp decipiatur sensus in perceptione motus, sicut in perceptione quietis. Et ideo secundo ibi.

Atq; inquiunt quidam non eorum, quæ sunt, alia non moueri: sed uniuersa semperq; moueri, non tamen uideri, sed latere id nostrum sensum. Quibus et si non distinguãt quonam motu, an omnibus dicant, non esset difficile occurrere, falsamq; hanc sententiam esse ostendere.

Et dicunt quidam moueri eorum, quæ sunt, non alia quidem, alia vero nõ, sed omnia & semper, sed latere hoc nostrũ sensum. Ad quos etiã quidem non determinantes qualem motum dicunt, aut omnes, non difficile est contradicere.

Ostendit quomodo hanc secundam positionem aliqui posuerũt: & dicit, cp quidam, s. Heraclitus & eius sequaces, dixerunt cp omnia, quæ sunt, semper mouentur, non solum quædam, aut aliquando. sed motus latet sensum nostrum. Qui si loquerentur de aliquibus motibus, eorum dictum sustineri posset. sunt enim aliqui motus qui nos latent. sed, quia non determinant de quali motu loquantur, sed dicũt de omnibus motibus, ideo non est difficile contra illes obiicere: quia multi motus sunt, de quibus manifestum est, cp non possunt semper esse. Tertio ibi.

Fieri enim non potest, ut incrementa continue, vel de- ARGY.
crementa suscipiantur, sed est & medium ipsum. Est autẽ hæc sententia persimilis ei, quæ est de consumptione lapidis a gutta: & de diuisione saxorum cum a plantis, quæ inde pullulant, discinduntur. Non enim si tantum pepulit planta, aut abstulit gutta, & dimidium in dimidio tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

poris pepulit, aut abstulit prius: sed ut in nauis fit tractu, E *sic & tantum tot grauia mouent. pars autem ipsarum nullo in tempore tantum mouet. Atq; diuiditur quidem id, quod est ablatum plures in partes: attamen illarum nulla seorsum est mota, sed totum simul est motum. Patet igitur non necessarium esse semper aliquid abire, quia diuiditur in infinita decyrtio, sed totum interdum abire.*

Neq; enim augeri, neq; minui possibile est cõtinue, sed est & medium. Est autem similis ratio huic de eo, quod est, guttam cõterere, et enascẽtia lapides scindere. Non enim si tãtum effodit, aut remouit gutta, & medium in medio tempore prius. sed sicut nauis tractus est, & guttæ tot tãtum mouent, pars autem illarum in nullo tempore tãtum. Diuiditur enim quod remotum est in plura, sed nihil eorum motũ est seorsum, sed simul. Manifestum igitur quòd non est necessarium semper aliquid abire, quia diuiditur diminutio in infinita, sed totum aliquando abire.

Infra. Ponit rationes contra opinionem prædictam. Et primo quantum ad motum augmenti, Secundo quantum ad alte
Tg. 14. rationis motum ibi [Similiter autẽ & in alteratione.] Tertio quantum ad motum localem ibi [Et fm ꝙ fertur &c.] Ideo autem ab augmento incipit, quia Heraclitus maxime inducebatur ad suam positionem, ex consyderatione augmenti. videbat enim aliquem augeri fm aliquam modicã quantitatem in vno anno, & supponens augmentum esse continuum, credebat ꝙ in qualibet parte illius temporis, fm aliquid illius quantitatis augeretur, & tamen non sentitur illud augmentũ, quia fit in modica temporis parte, et sic arbitrabatur esse in alijs, quæ videntur quiescere. Dicit ergo contrà hoc Arist. ꝙ non est possibile continue aliquid
G augeri vel minui: ita scilicet ꝙ quantitas aucta diuidatur fm tempus, ita ꝙ in qualibet parte aliquid eius augeatur, sed interponitur medium tempus post augmentum vnius partis, in quo nihil augetur, sed fit dispositio ad augmentũ sequentis partis. Et hoc manifestat per similia. quorum primum est, quia videmus ꝙ gutta pluuiæ multiplicata, conterit lapidem. Secundũ exemplum est, quia videmus quod nascentia, ideſt plantæ in lapidibus nascentes, lapides diuidunt. sed non possumus dicere, quòd, si gutta multiplicata tãtum fodit, vel remouet de lapide in tanto tempore, quòd medietas guttarum prius in medio tempore remouerit medietatẽ illius quantitatis: sed ita contingit hic, sicut in trahentibus nauem. non enim, si centum homines trahunt nauem per tantum spacium in tanto tempore, sequitur quòd
Tex. 36. media pars illorum moueat per medietatem spatij in eodẽ tempore, vel per idem spatium in duplo tempore, vt in Septimo dictum est. Ita etiam non sequitur, si multæ guttæ effodiunt lapidem, quòd aliqua pars illarum guttarum
H prius remouerit medietatem in aliquo tempore. & huius ratio est, quia illud, quod remouetur a lapide per multas guttas, est quoddam diuisibile in plura, sed tamen non seorsum aliquid illorum plurium a lapide remouetur, sed simul omnes partes prout sunt in potẽtia in toto remoto. Et loquitur hic de primo quod remouetur. nihil enim prohibet per longinquum tempus aliquam tam magnam quantitatẽ remoueri a lapide per guttas, quòd aliqua pars remota est prius per partem guttarum. est tamẽ deuenire ad aliquod quantum remotum, quod totum simul remouetur, et non pars post partem. In remotione ergo illius totius nulla guttarum præcedentium aliquid remouebat: sed disponebat tantum ad remotionem. vltima autem agit in virtute omnium remouẽdo id ad cuius remotionem cæteræ disponebant. Et similiter etiam est in motu diminutionis. Non est enim necessarium, quòd si aliquod decrescit tm̃ in tanto tempore, licet illa quãtitas in infinitum diuidatur, quòd semper in qualibet parte temporis ali quid illius quãtitatis subtractum abeat, sed totum simul aliquando abibit. & similiter etiã est in augmento. Et sic non oportet, quòd continue aliquid augeatur, vel minuatur. Deinde cum dicit.

Similiter & in quauis alteratione dicendum est. non ARGY.
enim si id quod alteratur in infinitum est diuisibile, ideo et alteratio sit simul per partes: sed persæpe fit, ut congelatio.

Similiter autem et in alteratione qualibet. nõ enim si partibile in infinitũ est quod alteratur, propter hoc et alteratio: sed velox fit multoties, sicut congelatio.

Contradicit prædictæ positioni quantum ad alteratio- Prima rõ.
nem, & hoc tribus rõnibus. Primo. n. dicit, quòd sibi dicendum est in qualibet alteratione, sicut dictum est in augmẽto. Quãuis. n. corpus, quod alteraf, sit partibile in infinitũ, non tñ oportet, quòd propter hoc alteratio in infinitum diuidaf, ita quòd in qualibet parte tpis, aliquid alterationis fiat. sed multoties fit velox alteratio, ita. f. quòd multę partes corporis alterati simul alteraf. sicut accidit in densatione, siue congelatione aquę: tota. n. aliqua aqua simul cõgelaf, non pars post partẽ. si tamen accipiatur multũ de aqua nihil prohibet partem post partem congelari. Est autem Obiectio.
consyderãdũ ꝙ hoc, quod hic dicitur de alteratione & augmento, videtur contrariari ijs, quæ dicta sunt in Sexto, vbi Lect. 6.a principio in fi.
ostensum est, ꝙ motus diuiditur fm diuisionem tẽporis, & mobilis, & rei, fm quam est motus. Sed sciendum est, ꝙ Solutio.
Arist. in Sexto determinabat de motu in communi, nõ applicando ad aliqua mobilia. et ideo ea, quæ ibi de motu tractauit, accipiẽda sunt fm exigentiã cõtinuitatis motus: hic autem loquitur de motu applicãdo ad determinata mobilia, in quibus contingit aliquem motum interrumpi, & nõ continuari, qui secundum rationem communem motus, posset esse continuus. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea, cum quispiam ægrotauerit, necesse est tem- ARGY.
pus, in quo sanabitur fieri, & non in temporis fine mutari. atque ad sanitatem, & ad nihil aliud mutetur necesse est. Quare, alterari cõtinue dicere rebus est perspicuis admodum aduersari. Alteratio. n. ad contrariũ est transitio.

Amplius, cùm infirmetur aliquis, necesse est tempus fieri, in quo sanabitur, & non in termino temporis mutari, necesse autem in sanitatem mutari, & in aliud nullum. Quare dicere continue alterari, multum in manifestis est ambigere. In contrarium enim alteratio.

Et dicit, ꝙ, si aliquis, qui infirmatur debeat sanari, neces- Secunda rõ.
se est ꝙ sanetur in aliquo tempore, & non in termino temporis. Et necesse est vlterius, ꝙ ipsa mutatio sanationis, tendat in determinatum terminum, scilicet in sanitatem, & in nihil aliud. Si ergo omnis alteratio requirit determinatum tempus, & determinatum terminum, quia omnis alteratio
Lect. 4. t.c. 18 est in contrarium, vt in Quinto dictum est: nulla autem talis mutatio est semper continua: dicere ergo quòd aliquid semper, & continue alteretur, est dubitare de manifestis.
Tertiam rationem ponit ibi.

Lapis etiam, neq; durior fit, neque mollior. ARGY.

Atq; lapis, neq; durior fit, neq; mollior. Tertia rõ.

Dicit, ꝙ lapis non fit, neq; durior, neq; mollior, etiam per temporis longinquitatem. Et sic stultum est dicere, ꝙ omnia semper alterentur. Deinde cum dicit.

Atque de latione mirabile est profecto, si lapis latuit ARGY.
deorsum ferri, aut in terra manere.

Et de ipso ferri mirabile est, si latuit lapis deorsum, aut manens in terra. tc cõ. 24.

Contradicit prædictæ opinioni quantum ad motum localem, dupliciter. Primo quidem, quia aliqui motus locales &

les & quietes ita sunt manifesti, quòd latere non possunt. A
Mirabile enim. videtur, si lateat quãdo lapis fertur sursum, aut quando quiescit in terra. Et sic non potest dici, ꝙ propter latentiam motus localis, ponantur omnia semper moueri localiter. Secundo ibi.

ARGY. *Præterea terra cæteraq; singula corpora, necessario suis in locis manent, ex his aũt violenter mouentur. Quod si quædam ipsorum sunt suis in locis, neq; loco omnia moueri necesse est. ex his igitur atq; similibus alijs crediderit quispiam fieri non posse, ut aut omnia semper moueãtur, aut omnia semper quiescant.*

Amplius aũt terra & aliorum vnumquodq; ex necessitate permanent quidem in propijs locis, mouentur autem violenter ex his. Si igitur quædam ipsorum sunt in propijs locis necesse neq; secundum locũ omnia moueri. Quòd igitur impossibile sit, aut semper omnia moueri, B
aut semper omnia quiescere, ex his & alijs huiusmodi sciet vtiq; aliquis.

Ratiocinatur sic. Terra & quodlibet aliud corpus naturale, quando sunt in propijs locis, ex necessitate naturæ quiescunt, & non mouẽtur ex propijs locis, nisi per violentiam: sed manifestum est quædam corporum naturalium esse in propijs locis: necesse est ergo dicere, ꝙ quædã quiescant fm locum, & ꝙ non omnia localiter mouentur. Vltimo autem epilogando cõcludit, ꝙ ex præmissis & alijs similibus, potest quis scire, ꝙ impossibile est, aut semper omnia moueri, sicut dixit Heraclitus, aut semper omnia quiescere, sicut dixit Zeno & Parmenides & Melliſſus.

LECTIO VI.

Entia quædam esse, quæ nec semper quiescunt, nec semper mouentur, sed quandoq; mouentur, & quandoq; quiescunt, docetur.

ARGY. *At vero neq; fieri potest, vt alia semper moueantur,* C
alia semper quiescant: & nihil interdum moueatur, interdum quiescat. Atq; dicendum est, ut antea dicta esse non possunt, sic & hæc esse non posse, videmus enim dictas mutationes fieri in eisdem.

At vero neq; alia quidem semper contingit quiescere, alia vero semper moueri: ali quando autem quiescere, & aliquando moueri nullum. Dicendum est autem, ꝙ impossibile sit, sicut & in dictis prius & in his. videmus enim in eisdem fieri dictas mutationes.

Reprobatis duobus membris præmissæ diuisionis, hic reprobat tertiũ, quo, f. poni posset, entia diuidi ĩ duas dispositiones tãtum, ita ꝙ quædam semper quiescerent, alia sem per mouerent, & non fit tertium genus entium, quæ quan D
doq; moueantur, quandoq; quiescant. Hoc autẽ reprobat dupliciter. Primo quidem sicut & prædictas duas positiones, ex eo ꝙ repugnat sensui. Non solum. n. videmus ad sensum, ꝙ quædam mouentur, per quod destruitur prima positio ponẽtium omnia queiescere semper, & ꝙ quędã quiescunt, per quod destruitur secunda positio ponẽtiũ omnia moueri semper, sed etiã videmus, ꝙ in eisdem rebus fiunt prędictæ mutationes seu variationes de motu in quietem, & de quiete in motũ per quod apparet ꝙ aliqua sunt, quæ quandoq; mouẽtur, & quãdoq; quiescunt. Secundo ibi.

ARGY. *Et insuper is, qui contendit, rebus profecto manifestissimis aduersatur. Neq; enim accretio, neq; violentus motus erit profecto, si non præter naturam mouebitur prius quiescẽs. Præterea generationem hæc sententia, corruptionem tollit. Penè autem & ipsum moueri fieri quoddam vniuersis & corrumpi videtur. at quod enim quippiam mut. atur, id fit, aut in hoc. Ex quo vero mutatur in id corrumpitur, aut hinc. Quæ perspicuum est verum esse non nullas, quæ mouentur interdum, atq; quiescunt.*

Et adhuc, quia oppugnat manifestis dubitãs. Neq; enim augmentum neq; violentus erit motus, nisi mouebitur extra naturã, quiescẽs prius. Generationem igitur remouet, & corruptionẽ hæc ratio. Ferè autem & moueri, fieri quiddam et corrumpi videtur omnibus. In quod quidem enim mutatur fit hoc, aut in hoc: ex quo autem mutatur corrũpitur hoc, aut ab hinc. Quare, Tex. 26. 25.
manifestum est ꝙ alia quidem mouentur, alia vero quiescunt aliquando.

Reprobat idem per hoc, quòd qui hãc dubitationem inducerent, repugnaret ijs, quæ sunt manifesta in natura. Primo enim tolleretur motꝰ augmẽti. videmus enim motum augmẽti esse in ijs, quæ non semper augebantur. alioquin, si semper augerentur, non esset augmentum ad determinatam quantitatem, sed in infinitũ. Secundo tollitur motus localis violẽtus. Non. n. est motus violẽtus, nisi sit aliquid, quod extra naturam moueatur, quod prius quieuerit fm naturam, cum motus violẽtus non sit nisi recessus a quiete naturali. Si ergo nullum quiescens posset moueri, sequetur quòd id, quod quieſcit naturaliter, nõ possit possimodum per violentiã moueri. Tertio excluditur generatio & corruptio per hanc positionẽ. Generatio. n. est mutatio de non esse, in esse: corruptio vero de esse in non esse. Ad hoc ergo ꝙ aliquid corrumpatur, oportet ꝙ prius fuerit ens per aliquod tẽpus, & ad hoc ꝙ generef, oportet ꝙ prius fuerit nõ ens p tẽpus aliquod. Quod aũt per tempus, aliquod ens est uel nõ ens, quieſcit: (ut large de quiete loquamur.) Si igitur nullũ quiescẽs põt moueri, sequitur ꝙ nihil quod nõ est p aliquod tẽpus, possit generari, & nihil quod est in aliquo tẽpore, possit omnẽ motum, quia in omni motu est quædam generatio & corruptio, vel simpliciter, vel fm quid. Quod. n. in aliquid mouetur sicut in terminum [generatur hoc] quãtum ad motum alterationis & augmẽti: [Aut in hoc] quãtũ ad motum localem, sicut quod mouetur de nigro in albũ, aut de paruo in magnum, fit albũ, aut magnũ, quod autẽ mouetur ad aliquẽ locũ fit existens in loco illo. Sed ex quo aliquid mutatur, sicut a termino a quo [corrũpitur hoc.] In motu alterationis & augmenti, vt nigrũ aut paruum. [Aut ab hinc.] quantum ad motũ localẽ. Quia ergo omni motu est generatio & corruptio (dum prędicta positio tollit generationem & corruptionem) per cõsequẽs tollit omnem motum. Quia ergo hæc, quæ dicta sunt, sunt impossibilia, manifestũ fit, ꝙ quædam mouentur, non quidem semper, sed aliquando: & quædam quiescũt, non semper sed aliquando. Deinde cum dicit.

Omnia autem interdum moueri, interdum quiescere ARGY.
censere, iam ad olim dictas rationes est adiungendum.

Omnia autem velle aliquando quiescere, aliquando autem moueri, hoc iam copulãdum ad antiquas rationes.

Inquirit de alijs duobus membris præmissæ diuisionis. Et primo manifestat suam intentionẽ. Secundo exequitur Secunda. 27
ipsam. ibi [Mouentiũ igitur & eorum, quæ mouẽtur &c.] Circa primum tria facit. Primo ostendit ad quã positionẽ pertineat quartũ membrum. secundo ea, quæ dicta sunt in Infra.
isto capitulo recolit ibi. [Principium autem iterum faciendum, &c.] Tertio ostendit quid restat dicendum ibi [Reliquum aũt consyderandum, &c.] Dicit ergo primo, ꝙ ponere, ꝙ omnia quãdoq; quieſcũt, & quandoq; mouentur, hoc iam pertinet ad antiquas rationes, quas tetigimus disputantes de motus sempiternitate. Hoc enim posuisse vr præcipue Empe. ꝙ ota qñq; mouentur sub dñio amicitiæ & lis, & qñq; quiescant intermedijs tpibus. Secundo ibi. tc 27.

Principium

ARGV. *Principium autem idem rursus, quod prius fecimus, post hæc est sumendum, quæ modo determinauimus. Aut enim vniuersa quiescunt, aut vniuersa mouentur, aut quædam quiescunt, quædã mouentur. Et, si quædam eorũ, quæ sunt, quiescunt, quædam mouentur, aut cuncta nunc quiescant, nunc moueantur, aut alia semper quiescant, alia semper moueantur, alia interdum moueantur, interdum quiescant necesse est.*

Principium autem iterum faciendum a nunc determinatis, a quo quidem incœpimus prius.

Te.co.16. Aut enim omnia quiescũt, aut omnia mouentur, aut hæc quidem quiescunt, hæc autem mouentur eorum, quæ sunt. Et, si alia quidem quiescunt, alia vero mouentur eorum quæ sunt, necesse est, aut omnia aliquãdo quidem quiescere, aut omnia aliquando moueri, aut quædam semper quiescere, alia vero moueri ipsorum.

Resumit ea, quæ dicta sunt in isto capitulo. Et primo resumit ea, quæ dicta sunt in diuisione iupraposita. secundo reprobationẽ primæ partis, qua ponitur omnia quiescere semper ibi [Quod quidẽ igitur non possibile &c.] Tertio
Insta. reprobationẽ aliorum duorũ membrorum ibi. [Similiter
Tertia.16. autem impossẽ: &c.] Dicit ergo primo, cp ad manifestandũ magis intentionem sequentium, debemus incipere ab ijs, quæ nuper determinauimus, sumentes idem principium, quod prius, s. cp entia oportet primo, cp se habeãt in aliqua harum trium dispositionum, s. cp vel omnia quiescant, vel omnia moueantur, vel cp quædam quiescant, & quædam moueantur. Et hoc tertium iterum in tria diuiditur: quia, si eorum, quæ sunt quædam quiescunt, & quædam mouentur, necesse est, cp vel omnia sic se habeant, cp quãdocp quiescant, & quandocp moueantur, vel cp quędam semper quiescant, quædã autem semper moueantur. vel cp cum ijs duobus apponatur tertium membrum, s. cp alia sint, quæ quiescant aliquando, & non semper aliꝭ quandocp motis & non semper. Deinde cum dicit.

ARGV. *Impossibile igitur esse cuncta quiescere, dictum quidẽ & prius est: dicamus autem & nunc idipsum, atq; probemus. Nam, & si vereres ita se habet, vt quidam inquiunt, id quod est infinitum esse, atq; immobile, non tantum sensu sic esse uidetur: sed eorum, quæ sunt complura mouentur. Si igitur sit opinio falsa, uel omnino opinio, & motus etiam est. & si imaginatio etiam sit: & si interdũ sit de quibusdam, interdum aliter uideatur. Imaginatio enim & opinio motus quidam esse videntur. Sed de ijs quidem considerare, et eorum quærere rationem, quæ melius habemus, quàm si rationis indigeremus hominis est profecto male, id quod est melius, & id quod est deterius, id quod est credibile, & id quod non est credibile, principium deniq; & non principium discernentis.*

Quod quidem igitur nõ possibile sit omnia quiescere, dictũ est prius: dicamus autẽ & nunc. si. n. fm veritatem sic se habet, (sicut quidam dicunt) esse id quod est infinitum & immobile, sed non videtur aliquid fm sensum, sed mouentur multa eorũ quæ sunt. Si igitur opinio est falsa, aut omnino opinio, & motus est: & vtiq; si phãtasia sit, & si aliquãdo quidẽ sic videatur esse, aliquando autem aliter. Phantasia quidem & opinio motus quidam esse vidẽtur. Sed de hoc quidem intendere & quærere rationem, quorum digE nius habemus, cꝭ rationem indigere, male iudicare est id quod melius & peius, & credibile & nõ credibile, & principium & non principium.

Reprobat primũ membrũ: & dicit, cp supra dictum est, quòd non sit possibile omnia quiescere semper, sed & nunc etiam aliquid est addendum. Et duo dicit contra hanc positionem. Primo quidem, quòd necesse est ponere aliquem motũ saltem in anima. Quia, si aliquis velit dicere, quòd secundum veritatẽ sic se habet, quòd nihil mouetur, sicut dixerunt sequentes Melissum, qui posuit quòd ens est infinitum & immobile. sed tamen nõ videtur ita fm sensum, sed multa entium mouentur, vt sensus iudicat. Si ergo aliquis dicat, quòd ista opinio est falsa, qua opinamur quædã moueri, adhuc sequitur cp motus sit. Quia si opinio falsa est, motus est. & vniuersaliter, si opinio est, motus est. & similiter, si phãtasia est motus est. Et hoc ideo, quia phantasia est quidã motus sensitiuꝰ partis factus a sensu fm actum. Opinio etiam quidam motus est rationis ex aliquibus ratiocinationibus procedens. Sed adhuc manifestius sequitur: cp motus sit in opinione vel phantasia, si aliquando videatur nobis sic esse, aliquando aliter. quòd contingit, cum quandocp videntur nobis aliqua quiescere, quandocp vero non quiescere. sic ergo omnino sequitur, cp motus sit. Secundo cõtra hanc opinionem dicit quòd apponere intentionem ad destruẽdum hanc opinionem, & quærere rationem ad probandũ illas res, quas debem⁹ habere in maiori dignitate, cꝭ quòd ratione indigeant, quia, s. habentur vt per se manifesta, hoc (inquam) facere nihil est aliud cꝭ male iudicando discernere inter melius & peius in moralibus, & inter credibile & incredibile in logicis, & inter principiũ et non principium in demonstratiuis. Qui enim quærit rationem ad probandum ea, quæ per se sunt manifesta, & sic habentur vt principia, nõ cognoscit ea esse principia, dum ea per alia principia probare intendit. Similiter videt, quòd non sciat cognoscere quid sit credibile & incredibile: quia id quod est per se credibile per aliud probare intẽdit, ac si nõ esset per se credibile. Nec etiam inter melius & peius posse discernere videtur, qui magis manifesta per minus manifesta probat. est autem per se manifestum, aliqua moueri. Non ergo ad hoc debet esse nostra intentio, vt hæc probare rationibus nitamur. Tertio ibi.

Similiter autem est impossibile & omnia moueri, aut alia moueri semper, alia quiescere semper. Ad hæc enim omnia una est sufficiẽs fides. uidemus enim quædam interdum moueri, interdum quiescere. Quare patet, impossibile esse similiter cuncta quiescere, & omnia continue moueri, ac alia moueri semper, alia quiescere semper.

Similiter aũt & impossibile est, & omnia moueri, alia vero semper quiescere. Ad omnia. n. hæc sufficiẽs est vna fides. videmus. n. quædã aliquando quidem moueri, ali quãdo quidẽ quiescere. Quare manifestum est, cp impossibile sit similiter oĩa quiescere, & omnia moueri continue, eo cp alia quidem semper mouentur, alia vero quiescunt semper.

Excludit alia duo membra præmissæ diuisionis. & dicit, quòd sicut impossibile est omnia quiescere semper, ita etiam impossibile est omnia moueri semper, aut etiã quòd alia semper moueantur, & alia semper quiescant, ita cp nihil fit quod quandocp moueatur, & quandocp quiescat. Contra omnia hæc sufficit fidem facere per vnũ medium, quia, s. videmus cp quædã quandocp mouentꝰ, & quandocp iterũ quiescunt. vnde manifestũ est, quòd impossibile est dicere quòd omnia cõtinue quiescant, quod erat primum membrũ: & quòd omnia continue moueantur, quod erat secundũ membrum: vel cp quædã semper moueantꝰ, & quędã semper quiescãt, & nihil fit mediũ. Deinde cum dicit:

Restat

ARGV. *Restat igitur contemplandum esse, utrum uniuersa talia sint, ut moueantur atq; quiescant: an alia quidem talia sint: alia uero semper quiescant, & alia continue moueantur. hoc enim iam à nobis est demonstrandum.*

Te.26.27. Reliquum ergo consyderandum est, vtrum omnia sint huiusmodi possibilia moueri et quiescere: aut quædam quidem sic, aliqua vero semper quiescant. aliqua vero semper moueantur. hoc enim demonstrandum est a nobis.

Ostendit quid restat dicendũ: & concludit ex premissis, cp, cũ tria membra præmissæ diuisionis stare nõ possint, relinquitur consyderandũ, quod membrum aliorũ duorum sit verius, vtrum, s. cp omnia sint possibilia moueri & quiescere, aut quædam sint possibilia moueri & quiescere, ita tamen cp aliqua sint, quæ semper quiescant, & aliqua quæ semper moueantur. Hoc. n. vltimum est quod demõstrare intendimus. Sic enim ostendetur primum motum esse sempiternum, & primum motorem esse immobilem.

LECTIO. VII.

Quodcunque motum ab alio moueri multipliciter ostenditur.

ARGV. *Eorum igitur, quæ mouent & quæ mouentur, alia per accidens, alia per se monent atq; mouentur. Per accidens quidem ea, quæ sunt in hisce, quæ mouent aut mouentur, & quæ per partem. Per se autem ea, quæ mouent aut mouentur, non ex eo, quia sunt in hisce, quæ mouent aut mouentur, neq; rursus ex eo, quia pars aliqua sua mouet aut mouetur. Eorum autem, quæ per se mouentur, quædam a seipsis, quædam ab alio motu cientur. atq; alia natura, alia violentia. præterq; naturam mouentur.*

MOuentium igitur, & eorum, quæ mouentur, alia quidem mouent et mouentur fm accidens, alia aũt per seipsa. Secundum accidens quidem, vt quæcunq; in eo cp sunt in mouentibus, aut in ijs, quæ mouẽtur, & quæ sunt fm partem. Alia autẽ per seipsa quæcunq; non in eo cp sint in mouente, aut in ijs, quæ mouentur, neq; in eo cp pars aliqua ipsorũ mouet, aut mouetur. Eorum autẽ, quæ mouentur per se, alia quidem a seipso, alia vero ab alio. & alia quidem natura, alia vero violentia, & extra naturam.

Postq; Philosophus suam intẽtionem manifestauit, hic incipit prosequi suam intentionem, s. non omnia quãdocp moueri, & quandocp quiescere, sed aliquid esse omnino immobile, aliquid autẽ quod semper mouetur. Diuiditur autem ista pars in duas. In prima ostendit primum mobile semper
Te.51. moueri ibi. [At vero si aliquod est.] Prima pars diuiditur in duas: In prima ostendit primum mouens esse immobile ex ordine mouentium & mobilium. In secũda ex sempi-
te.10. ternitate motus. ibi. [Et iterũ consyderãs &c.] Prima pars diuiditur in partes duas. In prima ostendit primũ mouens esse immobile, In secunda ostendit ipsum esse perpetuum ibi [Quoniam autem oportet.] Circa primum duo facit. Primo ostendit quoddam, quod est necessarium ad probationem sequentium, s. cp omne quod mouetur ab alio moueatur, secundo ostendit propositum ibi [Hoc aũt dupliciter.] Ostenderat siquidem supra in principio Septimi, omne quod mouetur ab alio moueri, ratione communi accepta ex parte ipsius motus: sed, quia incœpit applicare motum ad res mobiles, illud quod supra vniuersaliter est ostẽsum, hic ostendit vniuersaliter verificari in omnibus mobilibus & mouentibus. Vnde prima pars diuiditur in partes duas. In prima ponit diuisionem mouentiũ & mobilium,

A In secunda manifestat propositum in singulis ibi [Et maxime moueri] Circa primum duo facit. Primo diuidit mo- te. 18.
uentia & mobilia. secundo manifestat positam diuisionem ibi [Quòd enim ipsum a seipso.] Primo ergo ponit tres di- Insta.
uisiones mouẽtiũ & mobilium: quarũ prima est, cp mouentium & mobilium, quædam mouent, seu mouentur, per accidens, quædam autem per se. Et accipit hic per accidens large, fm cp comprehendit sub se etiam, cp est fm partem. vnde exponens quod dixerat. [Per accidens] subdit, cp per Quæsũ mo-
accidẽs moueri aut mouere, dicitur dupliciter. Primo quidem dñr mouere per accidens, quæcunque mouere dñr ex eo cp insunt aliquibus mouentibus, sicut cum dicitur, Musi cum sanare, quia is, cui inest musicum, sanat. & similiter dicuntur moueri per accidens, ex eo cp insunt ijs, quæ mouentur vel sicut locatum in loco, prout dicimus hominem moueri, quia nauis mouetur in qua est vel sicut accidens in subiecto, prout dicimus albũ moueri, quia corpus mouetur. Alio modo dicuntur aliqua mouere vel moueri per accidens, quia mouent aut mouentur fm partem, sicut homo dicitur percutere aut percuti, quia manus percutitur aut percutit. Per se autem dicuntur moueri aut mouere per remotionem duorum præiectorum: quia scilicet nec dicuntur mouere aut moueri ex eo cp sint ĩ aliꝭ, quæ mouent aut moueãtur, neq; ex eo cp aliqua pars ipsorum moueat aut moueatur. Omissis igitur ijs, quæ mouent & mouẽtur per accidens, subdiuidit ea, quę mouentꝰ per se. Primo quidem, quia eorum, quæ mouentur per se, alia mouentur a seipsis, sicut animalia: alia vero ab aliꝭ, sicut inanimata. Tertiam diuisionem ponit, quia alia mouentur secundum naturã, alia extra naturam. Secundo ibi.

Id enim, quod a seipso mouetur, natura sanè mouetur, vt animalium vnumquodq; : animal enim a seipso motu cietur. Ea vero natura moueri dicimus quorum principium motus in ipsis inest. Quamobrẽ totum quidem animal natura seipsum mouet: corpus tamen & natura, & præter naturam moueri potest. interest enim tali an tali moueatur motu, & ex quo magis elemento constet. eorum autem, quæ mouentur ab alio, quædam natura, quædam præter naturam mouentur: præter naturam, terra sursum ignis deorsum. Partes insuper animalium sepenumero præter naturam mouentur ob positiones motus cꝭ modos. ARGV.

Quod enim ipsum a seipso mouetur natura mouetur, vt quodlibet animalium: mouetur enim animal a seipso. Quorumcunq; autẽ principium motus in seipsis est, hoc natura dicimus moueri. vnde animal quidẽ totum natura ipsum seipsum mouet: corpus autẽ secũdum cp est corpus, contingit & natura, et extra naturã moueri. Differt enim fm qualem motũ quod mouetur eueniat, & ex quali elemẽto constet. Et eorum, quæ mouentur ab alio, alia quidem mouẽtur nãtura, alia vero extra naturã. extra naturam, quidẽ, vt terra sursum, & ignis deorsum. Amplius autẽ partes animalium multoties mouentur extra naturam iuxta positionem, et modos motus.

Manifestat qualiter inueniatur fm naturã & extra naturam in ijs, quæ mouentur a seipsis, & quę mouẽtur ab alio. Et primo dicit de ijs, quæ mouentur a seipsis, sicut sunt animalia, quæ mouent seipsa, cp mouentur fm naturam, quod probat per hoc, cp mouentur a principio intrinseco: Illa autem dicimus a natura moueri, quorum principium motus in ipsis est. vnde manifestũ est, cp motus aãlis, quo mouet seipsum, si cõparetur ad totũ animal, est naturalis: quia est ab anima, quæ est natura & forma animalis, sed, si comparetur ad corpus, cõtingit huiusmodi motũ esse naturalẽ, &

extra

Ascendentes magis labora mutiq; descendentes.

extra naturam.hoc enim consyderandum erit fm differen E tiam motus & elementi.ex quo constat animal. Si.n.ani ma constat ex elemento graui prædominanti, sicut corpus humanũ,& moueatur sursum,erit motus violẽtus quantũ ad corpus:si vero moueatur deorsum, erit motus corporis naturalis.Si autẽ essent animalia aliqua corpore aerea,(vt quidam Platonici posuerunt)de illis esset econtrario dicendum. Secũdo manifestat qualiter inueniatur motus violentus & naturalis in ijs, quæ mouentur ab alio:& dicit,q; horum quædam mouẽtur fm naturam,vt ignis sursum,terra deorsum:quædã vero extra naturam,vt terra sursum,ignis deorsum, qui est motus violentus. Tertio ponit alium modum innaturalis motus in animalibus,fm,s.q; multoties partes animaliũ mouentur extra naturam, si consyderentur rationes & modi naturalis motus in partibus animalium,sicut homo brachia flectit ad anterius,tibias autẽ ad posterius:canes vero & equi & huiusmodi animalia anteriores pedes ad posterius,posteriores vero ad anterius, si autem fiat motus in animalibus per contrarium, erit motus violentus,& extra naturam. Deinde cum dicit.

Secundo de Hist. Animali circa ptin eipium.

ARGY. *Atq; maxime quidem perspicitur id quod mouetur ab aliquo motu cieri in hisce, quæ præter naturam mouẽtur, propterea, quod ab alio moueri patet. Postea uero, quæ præter naturam mouentur,perspicitur in hisce, quæ natura quidem mouentur,a se autem ipsis motu cientur.in animalibus inquam.non est.n.obscurum,si animal ab aliquo moueatur: sed quonam pacto distinguere oportet id quod mouet ipsius,& id quod mouetur.nam vt in nauigijs,& in hisce, quæ non natura constant, sic & in animalibus quod mouet & quod mouetur diuisum esse uidetur.atque hoc pacto totum ipsum animal seipsum motu ciere.*

8.cõ.18. Et maxime moueri a quodã,quod mouetur, in ijs,quę extra naturã mouentur, est manifestũ, propter id quod manifestũ est ab alio moueri. Postea autẽ,quæ sunt extra naturã, eorũ autẽ, quæ sunt extra naturã ipsa a seipsis, vt animalia. hoc enim nõ immanifestum est si ab aliquo mouentur,sed quomodo, oportet accipere ipsum mouens & quod mouetur. Videtur enim quod ibi sit accipiendum,sicut in nauibus,& non natura subsistentibus,sic & in animalibus esse diuisum mouens, & quod mouetur, & sic omne ipsum seipsum mouet.

Probat omne quod mouetur ab alio moueri. & primo ostendit in quibus sit manifestum, secundo ostendit de ijs, Infra. in quibus est dubium, ibi[Maxime autẽ dubitatur &c.] Relictis autem ijs, quæ mouentur per accidens, quia ipsa non mouentur,sed dicuntur moueri ex eo q; quædam alia mouentur,inter ea,quæ per se mouẽtur maxime in ijs,quę H mouentur per violentiam & extra naturã,manifestum est, q; id quod mouetur, ab alio mouetur. Manifestũ est enim, q; ea,quæ per violentiam mouẽtur, ab alio mouẽtur ex ipsa violenti definitione. est enim violentum, vt dicitur in Te.2 Tertio Ethicorum,cuius principium est extra, nil cõferente vim passo. Post ista vero,quæ mouentur per violẽtiam manifestũ est q; id,quod mouetur, ab alio mouetur, in ijs, quæ mouentur secũdum naturam a seipsis, sicut animalia dicuntur seipsa mouere. In ijs enim manifestum est, q; aliquid ab alio mouetur. Sed dubium potest esse quo modo oporteat accipere in ipsis mouens,et quod mouetur. Quantum enim ex primo aspectu apparet & secundum q; multis vĩ,sicut in nauibus & in alijs artificialibus,quę nõ sunt secundum naturam,diuersum est quod mouet ab eo quod mouetur,sic & in animalibus. Videtur enim,q; hoc modo se habeat anima quæ mouet ad corpus quod mouetur sicut nauta ad nauim,vt dicitur in Secundo de Anima. Et q; tes.1. hunc modum videtur q; totum animal seipsum moueat, inquantũ vna pars eius aliã mouet. Vtrum autẽ se habeat anima ad corpus, sicut nauta ad nauim in libro de Anima, inquirendum relinquit. Quod autem sic aliquid dicatur seipsum mouere inquantum vna pars eius mouet, & alia mouetur,in sequentibus ostendetur. Secundo ibi.

Maxime uero dubitatur,reliquum dictæ diuisionis ultimo membrum. Eorum enim quæ motu cientur ab alio, ARGY. *quædam præter naturam moueri diximus,quædam natura moueri.Hæc autem sint quæ dubitationem afferunt,a quonam mouentur,ceu leuia grauiaq;.hæc enim ad opposita quidem loca ui pulsa mouentur:ad propria uero, leuia quidem ad supera, grauia uero ad infera suapte natura feruntur.quonam-autem mouentur *.*

Maxime autẽ dubitatur, reliquũ dictæ vltimæ diuisionis.Eorum.n.quę ab alio mouentur,hęc quidẽ extra naturã posuimus moueri, alia autẽ relinquuntur contra poni,quia natura.Hęc autẽ sunt,quæ dubitationẽ afferunt, a quo mouẽtur, vt leuia & grauia,hæc.n.in oppositos locos violentia mouẽtur: in propríos autẽ,leue quidẽ sursum,graue autẽ deorsum natura. A quo autẽ nõ te.co.29. adhuc manifestũ, sicut cũ mouentur extra naturã.

Manifestat propositũ in ijs, in quibus est magis dubiũ. Et circa hoc facit tria. Primo ponit, in quibus sit magis dubium,omne quod mouetur ab alio moueri,quia.s.in grauibus & leuibus,cum secundum naturam mouentur:secundo ostendit, q; huiusmodi non mouẽt seipsa ibi.[Et nanq; Infra. ipsa a seipsis,&c.]Tertio ostẽdit a quo moueãtur ibi[Sed tex.31. accidit & hoc]Dicit ergo primo,q; ex quo maxime manifestum est,quod mouetur ab alio moueri in ijs,quę mouentur per violentiam, & post hæc in ijs quæ mouent seipsa maxime videtur dubium in residuo membro vltimæ diuisionis siue in ijs,quæ non mouent seipsa, & tamen mouentur naturaliter. Vltimam autẽ diuisionẽ dicit istam, scilicet q; eorum,quę mouentur non a seipsis,sed ab alio,quædam mouentur extra naturam,quædam vero econtrario mouentur secundũ naturam,& in istis dubium est a quo moueantur. sicut sunt grauia & leuia quæ quidem in contraria loca mouentur per violentiam, sed in propria fm naturã: leue,s.sursum, graue vero deorsum. sed a quo moueantur non est manifestum cum mouentur fm naturam, sicut est manifestum,cum mouentur extra naturam. Secundo ibi.

Nam impossibile est a seipsis ipsa moueri. est enim hoc ARGY. *officium uitæ,ac animantium proprium.*

Et nanq; ipsa a seipsis dicere impossibile est. vitale.n.hoc & animatorum est proprium.

Probat q; huiusmodi non mouent seipsa quatuor rationibus,quarum prima est,q; mouere seipsum pertinet ad ra Prima ratio. tionem vitæ, & est proprie animatorum.Motu.n.& sensu discernimus animatum ab inanimato,vt dicitur in Primo de Anima.manifestũ est autẽ hæc nõ esse viua,seu animata: Te.19. non ergo mouent seipsa. Secunda ratio ponitur ibi.

Consistere etiam a seipsis possent.nam si quippiam sibi causa sit ambulandi, est etiam causa sibi non ambulandi. ARGY.

Et facere stare possent seipsa.dico autẽ, velut si ambulandi causa ineste ipsi,& non ambulandi.

Quæ talis est.Quę cunque mouent seipsa possunt etiam Secũda ratio sibi esse causa quietis,sicut videmus q; animalia per suum appetitum mouentur et stant:si ergo grauia & leuia moue rent seipsa motu naturali, possent facere stare seipsa,sicut si aliquis est sibi causa ambulandi,est etiam sibi causa nõ ambulandi. Hoc autem videmus esse falsum quia huiusmodi non quiescunt extra propria loca, nisi propter aliquam causam extrinsecam prohibentem motum ipsorum. ergo non

non mouẽt seipsa. Sed quia posset aliquis dicere, quòd A huiusmodi, etsi non sint sibi causa standi extra propria loca, sunt tamen sibi causa standi in proprijs locis, subiungit tertiam rationem ibi.

ARGY. *Quare.si collocatum esset in igne moueri sursum,esset in ipso situm deorsum etiam ferri. Metas quoque rationis egreditur,& uno motu duntaxat a seipsis moueri, si seipsa moueant.*

Quare si in ipso est sursum ferri igni, manifestum est,q; in ipso & deorsum. Irrationabile autẽ est,secundum vnum motum moueri solum hoc a seipsis,si ipsa seipsa mouent.

Tertia ratio. Quæ talis est.Irrationabile est dicere,q; illa,quę mouent seipsa,moueantur solũ a seipsis secundo vnum motum, & non pluribus motibus.quia quod mouet seipsum non habet motum determinatũ ab alio,sed ipsum sibi determinat motum,& quandoq; determinat sibi hunc motũ,& quan B doq; alium.vñ est in potestate eius quod mouet seipsum,q; determinet sibi hũc vel illum motũ.Si ergo grauia & leuia mouerent seipsa, sequeretur,q;,si in potestate ignis esset q; moueretur sursum, q; in potestate eius esset q; moueretur deorsum: quod nunquam videmus accidere,nisi ex causa extrinseca, non igitur mouent seipsa. Est autem sciendũ q; istæ duæ rationes sunt probabiles secundũ ea,quæ apparent de mouentibus seipsa, quæ sunt apud nos,quæ quandoq; inueniuntur moueri hoc motu,quandoq; alio, quandoq; etiam quiescere, vnde non dixit impossibile est, sed [irrationabile]quomodo loquẽdi in probabilibus vti cõsueuit.Ostẽdit,n.inferius,q; si aliquid est mouens seipsum in quo mouens est omnino immobile, q; illud semper mouetur & vno motu.sed tamen hoc non posset dici in grauibus & leuibus,in quibus non est aliquid,quod non moueatur per se vel per accidens, cũ etiam generentur & corrumpantur. Quartam rationem ponit ibi.

Quam rationes hæ attendẽ.

C

ARGY. *Præterea,qui fieri potest ut continuum quid copulatiue seipsum moueat? Nam quo quippiam unum atq; cõtinuum est,non tactu,hoc passionis est expers.quo vero separatum est,eo nimirum aliud agere,aliud pati est,aptum. Neq; ergo quicquam ipsorum seipsum mouet:quippe cum copulatum sit, neq; aliud continuum ullum, sed in uno quoq; ut diuisum sit quod mouet, et quod mouetur necesse est: quod intueri licet in expertibus animæ cum quippiam animantium ipsa mouet.*

Te.cõ.30. Amplius quomodo cõtingit continuum aliquod & ipsum seipsum mouere? Secũdũ enim q; vnum & continuum nõ tactu,secundum hoc impassibile est.sed secundũ q; diuiditur, sic hoc quidem aptum natũ facere,illudvero pati. Neq; D ergo nullum horũ ipsum seipsum mouet. (consita.n.sunt)neq; aliud cõtinuum nullum: sed necesse est diuidi mouẽs in vnoquoq; ab eo quod mouetur,sicut in inanimatis videmus,cum moueat aliquod animatorum ipsa.

Quarta ratio. Quæ talis est.Nullum continuũ mouet seipsum: grauia autẽ & leuia sunt continua:ergo nihil horũ mouet seipsum. Quòd autẽ nullum continuum seipsum moueat,sic probat quia mouens ad motum se habet,sicut agens ad patiens:cũ autẽ agens sit cõtrarium patienti,necesse est q; diuidatur id quod est aptũ natum agere,ab eo quod est aptum natũ pati. fm ergo q; aliqua sunt non contacta adinuicẽ, sed sunt omnino vnum & continuum, & quantitate & forma,fm hoc non possunt pati abinuicem.sic ergo sequitur, q; nullũ continuum moueat seipsum:sed necesse est, q; mouẽs diuidatur ab eo quod mouetur, sicut apparet cum res inanima tæ mouentur ab animatis,vt lapis a manu.Vnde & in animalibus,quæ mouent seipsa,est magis quædam colligatio partium, q; perfecta continuatio, sic enim vna pars potest moueri ab alia,quod nõ inuenitur in grauibus & leuibus.

LECTIO. VIII.

De grauium ac leuium motore agitur.

Verum fit,ut hæc etiam semper ab aliquo moueantur. ARGY. *quod quidem patebit.si causas diuidamus,atq; licet & in mouentibus ea, quæ dicta sunt sumere. Alia nanque præter naturam motiua sunt, vt est uectis motiuus ponderis,non natura: Alia sunt motiua natura, vt calidum actu motiuum est eius,quod est potentia calidum. Similiter et in huiusce modi cæteris. Mobile etiam id est natura, quod est potentia quale,uel quantum,uel ubi cum in seipso tale principium,& per accidens habet.*

Sed accidit & hæc ab aliquo semper moueri. te.cõ.31. fiet autẽ vtiq; manifestũ diuidentibus causas. Est autẽ & in mouẽtibus accipere, quę dicta sunt Alia quidem.n.extra naturam ipsorum motiua sunt, vt uectis non natura grauis motiuus est: Alia vero natura, vt actu calidũ motiuũ est potentia calidi.similiter autẽ, & in alijs huiusmodi est.Et mobile autẽ similiter natura q; potẽtia quale, aut quantũ,aut vbi est,cum habeat principiũ huiusmodi in seipso,& non secundum accidẽs.

Post.q; ostendit, q; grauia & leuia nõ mouent seipsa,hic Te.15. ostendit a quo moueantur. Et primo ostendit,a quo mo- te.31. ueantur,secundo concludit principale intentum ibi[Si igitur omnia quæ mouentur &c.]Circa primum duo facit Primo ostendit q; naturaliter mouentur ab aliquo, Secundo inquirit a quo moueantur ibi[Quoniam autẽ q; potentia &c.]Dicit ergo primo, q; etsi grauia & leuia non moueant seipsa,tamen moueantur ab aliquo. Et hoc potest manifestari,si distinguantur causæ mouẽtes.Sicut enim in his, quæ mouentur est accipere quædã secũdum naturam moueri, & quædam extra naturam, ita & in mouentibus, Quædã mouent extra naturam[vt vectis]ideſt baculus,q; non naturaliter motiuus est corporis grauis, puta lapidis: Quædam vero mouent secundum naturam,sicut quod est actu calidum naturaliter mouet id, quod fm suã naturam est potentia calidum,& similiter est in alijs talibus.Et sicut quod est in actu naturaliter mouet,ita id quod est in potentia naturaliter mouetur vel fm qualitatẽ,vel fm quantitatem,vel fm vbi. Et quia in Secundo dixerat:q; illa mouentur naturaliter, quorum principium motus in ipsis est per se,& non secundũ accidẽs,ex quo posset videri q; id, quod est in potentia tantũ calidum,cũ fit calidum,non mouetur, naturaliter,tanquam principio actiuo motus exterius existente:quasi ad hanc obiectionem excludẽdam subiungit [Cum habeat principium huiusmodi in seipso,& non fm accidens]quasi dicat,q; ad hoc q; motus sit naturalis sufficit q; huiusmodi principium,s.potẽtia, de qua fecerat mentionem,sit in eo quod mouetur per se,& non per accidens. sicut scamnum est potentia combustibile, nõ inquantum est scamnum, sed inquantum est lignum. Vnde hoc quod dixerat,[Et non secundum accidens.]exponens subdit.

Erit enim idem & quantum,& quale,sed accidit al- ARGY. *terum alteri,& non per se competit. Ignis igitur atq; terra mouentur ab aliquo, Vi quidem,cum præter naturam:natura uero,cum sub potentia suos ad actus mouentur.*

Erit enim idem & quantum, et quale, sed alteri alterum accidit,& nõ secundũ se existit. Ignis itaq; & terra mouentur ab alio, violentia quidẽ, cum extra naturam, natura autem cum in ipsorum actus potentia existunt.

Et

Et dicit, & contingit idem subiectum esse quantum, & quale: sed vnum eorum per accidens se habet ad aliud, & non per se. quod ergo est potentia quale, est etiam potentia quantū, sed per accidens. Quia igitur quod est in potentia naturaliter mouetur ab alio, quod est in actu: nihil autem sui ipsius est potētia & actus: sequitur q̄ neq; ignis, neq; terra, neq; aliquid aliud moueatur a se, sed ab alio. Mouentur quidem ignis et terra ab alio, sed per violentiā, cum motus eorum est extra naturalē ipsorum potentiam: sed naturali tendentia mouentur, cum mouentur in actus proprios, ad quos sunt in potentia secundum suam naturam. Secundo ibi.

ARGY. *Quoniam autē esse potentia multipliciter dicitur, hæc est sane causa, vt sint perspicuū a quo nam talia moueantur, ut ignis sursum, & terra deorsum.*

Te. cō. 32. Quoniam autem quod potentia est multipliciter dicitur, hæc causa est, non esse manifestum a quo huiusmodi moueantur vt ignis sursum, terra vero deorsum.

Ostendit a quo mouentur. & quia quod est in potētia mouetur ab eo quod est in actu, primū distinguit potētiā, secundo ex hoc ostendit a quo huiusmodi moueantur ibi [Potentia autem est leue.] Circa primum tria facit. Primo

Sexta parte Te. c 32. Infra. Quinta. 32. ostendit necessariū esse cognoscere, quot modis aliquid dicitur esse in potētia, secundo manifestat. ibi [Est autem potentia.] Tertio soluit ex hoc quādam quæstionem. ibi [Et tamen quæritur.] Dicit ergo primo, q̄ ideo nō est manifestum a quo grauia & leuia mouentur suis motibus naturalibus, vt puta ignis sursum, & terra deorsum, quia ens in potentia dicitur multipliciter. Secundo ibi.

ARGY. *Diuerso autem modo potentia sciens est, qui discit, & qui iam scientiam habet, & non contemplatur. Cum autem actuum, atq; passiuum sint simul: euadit interdum id quod est potentia actu tale, ut id quod discit. & ex eo quod est potētia, fit aliud potentia rursus: Qui nāq; scientiam habet, & non contemplatur, est potentia quodammodo sciens, sed non vt erat antea quam didicisset. At, cùm ita se habet, nisi quid prohibeat, operatur ac contemplatur, uel in contradictione, ignorationeq; erit.*

Est autem potentia aliter addiscens sciens, & hīs iam scientiam, et non consyderans. Semper autem cum simul actiuū et passiuū sunt, fit aliquando actu, quod in potentia, vt addiscens. & ex potentia ente, alterum fit potentia. habens enim scientiam, non consyderans autem, potentia est sciens quodammodo, sed non sicut & ante addiscere. Cum autem, sic se habeat, si aliquid non prohibeat, operatur & cōsyderat, aut erit in contradictione & ignorantia.

Tertia 32. Quarta. Potentia est sensualis & accidentalis. Distinguit esse in potentia. Et primo in intellectu, secundo in qualitate ibi [Similiter autem hæc se habent.] Tertio in motu locali ibi [Similiter autē se habent.] Dicit ergo primo, q̄ aliter est in potentia ad scientiam ille qui addiscit, & nondum habet habitum scientiæ, & ille qui iam habet habitum scientiæ, sed non consyderat vtens habitu. Ex prima autem potentia in secundam reducitur aliquid cū actiuum suo passiuo coniungitur, & tunc passiuum per presentiam actiui fit in tali actu, qui adhuc est in potentia, sicut addiscens per actionem docentis reducitur de potentia in actum. cui actiui coniungitur altera potentia. & sic existēs in potentia prima fit in alia potentia: quia iam habēs scientiam & non consyderans quodammodo est in potentia ad actum scientiæ, sed non eodē modo, sicut antequā addisceret ergo de potentia prima. reducitur in actum, cui adiungitur secunda potentia, per aliquod agens, s. per docentem. Sed quando sic se habet, q̄ habet habitū scientiæ, nō oportet q̄ reducat in sēm actū per aliquod agens, sed statim per seipsum operatur consyderando, nisi sit aliquid prohibens puta occupatio, vel infirmitas, aut voluntas. Vel si nō impedit nō posset cōsyderare, tunc nō esset in habitu scientiæ, sed in eius contrario, s. in ignorantia. Secundo ibi.

ARGY. *Simili modo sese habent hæc & in ipsis naturalibus rebus. Frigidum enim est potentia calidum. Cùm autem est mutatum, iam est ignis, atq; comburit, nisi quid prohibeat atq; impediat.*

Similiter autem hæc se habent & in physicis. Frigidum enim potentia est calidum. cum autē fuerit mutatum, iam ignis est, ardet autem, nisi aliquid prohibeat & impediat.

Manifestat idem in qualitatibus: & dicit, q̄ sicut dictum est de potentia ad sciendū in anima, ita est etiam in corporibus naturalibus. Corpus enim, cum est actu frigidū, est potentia calidum, sicut ignorans est potentia sciens. sed, cū fuerit productum per transmutationē, vt habeat formam ignis, tunc iam est ignis in actu habens virtutē operandi, & operatur statim comburendo, nisi aliquid prohibeat in contrarium agendo, vel qualitercunq; aliter impediat: puta subtrahendo combustibile. sicut dictum est, q̄ postquā aliquis addiscendo factus est sciens, statim consyderat, nisi aliquid impediat. Tertio ibi.

ARGY. *Similiter res sese habet & circa graue & leue. ex grauiq; fit ipsum leue, vt aer ex aqua, hoc enim erat primo potentia, & iam est leue, atq; continuo operabitur, si non aliquid obstet. actus autem leuis est alicubi esse, atq; in supero loco, prohibetur uero cùm est in loco contrario. Et hoc similiter sese habet, & in quanto, & quali.*

Similiter autē se habet & circa graue & leue. leue.n. fit ex graui, vt ex aqua aer. hoc.n. potētia primū, & iam leue operabitur mox, nisi aliquid prohibeat. actus autē leuis est, alicubi esse & sursum. prohibetur autem cū in contrario loco sit, similiter & hoc se habet in quanto, & quali.

Manifestat idem in motu grauium et leuium: & dicit, q̄ similiter leue fit ex graui, sicut ex frigido calidū, vt puta cū aer, q̄ est leuis, fit ex aqua, quæ est grauis. Hæc ergo, s. aqua, primo est in potentia leuis, & postmodum fit leuis in actu, & tūc statim habet operationē suā, nisi aliquid prohibeat. Sed iam leuis existens cōparatur ad locum, sicut potentia ad actum. actus enim leuis in quantum huiusmodi, est esse in aliquo loco determinato scilicet sursum: sed prohibetur ne sit sursum per hoc, q̄ est in contrario loco, scil icet deorsum: quia non potest esse simul in duobus locis. vnde illud, quod detinet leue deorsum, prohibet ipsum esse sursum. Et sicut dictū est in motu locali, ita etiā dicendum est de motu secundum quātitatem: vel qualitatem. Deinde cū dicit.

ARGY. *Quæritur igitur propter quid leuia grauiaq; ad sua loca mouentur? Est autem causa, ipsa apta esse aliquo moueri: atq; hoc est ipsius grauis leuisq; esse infero loco, superoq; distinctum.*

Et tamen quæritur hic, quare in ipsorum locum mouentur grauia & leuia. Causa autem est, quia apta nata sunt, & hoc est graui & leui esse hoc quidem eo q̄ sursum, illud autem eo q̄ deorsum determinatum.

Soluit quandam quæstionē sm præmissa. Licet.n. actus leuis sit esse sursum, tū a quibusdā quæritur, quare grauia & leuia mouētur in propria loca: Sed causa huius est, quia habent naturalem aptitudinem ad talia loca. Hoc enim est esse leuis, habere aptitudinē ad hoc q̄ sit sursum. & hæc est etiā ratio grauis, habere aptitudinē ad hoc q̄ sit deorsum.

Vnde

Vndē nihil est aliud quærere, quare graue mouetur deorsum, cū quærere, quare est graue. Et sic illud idē, quod facit ipsum graue, facit ipsum moueri deorsum. Deīde cū dicit.

ARGY. *Leue vero graueq; potentia, pluribus est modis (vt diximus) Nam, cum est aqua, leue potentia quodammodo est: & cùm est aer, adhuc potentia est. Fieri enim potest, vt ob impedimentum non sit supero in loco. sed, si id quod impedit fuerit sublatum, operatur, semperq; superius fit. similiter & quale ipsum ab actu tale mutatur. Continuo nanq; contemplatur et isce, qui scientiam habet, nisi quid obstet. Et ipsum etiam quantum extenditur, si nihil sit quod impediat. Qui vero id quod subslinet prohibet q;, dimouit, partim mouet, partim non mouet. Vt qui columnam diuellit, aut ab vtre, qui est in aqua. lapidem præmentem dimouit, per accidens enim mouet. quemadmodum & pila reflexa, non a pariete, sed ab eo, qui proiecit est mota. Nihil igitur horum vt patuit seipsum mouet. sed motus quidem habet principium, nō mouendi tamen, atq; agendi sed patiendi.*

Potētia autem est leue & graue multipliciter, sicut dictum est. Cumq; enim sit aqua, potentia quodammodo est leue. & cū aer, est adhuc in potentia. Contingit.n. impeditum nō sursum esse. sed, si auferatur impedimētū, agit & semper sursum fit: similiter autem & quale ad actum esse immutat, mox.n. consyderat sciens, nisi aliquid prohibeat. Sustinens aūt & prohibens mouens est, sicut mouet. est aūt, sicut non, vt est colūnas diuellens, aut lapidem remouēs a vase in aqua: sm accidens.n. mouet sicut repercussa sphæra, non a pariete mota est, sed a proiciente. Quòd quidē igitur nihil horū ipsum mouet seipsum manifestum est: sed motus habent principium, non mouendi neq; faciendi, sed patiendi.

Ex præmissis ostendit quid moueat grauia & leuia. & dicit, q̄ cum id, quod est in potētia, moueatur ab eo quod est in actu, sicut dictū est, consyderandum est, q̄ multipliciter dicitur aliquid esse in potentia leue vel graue. Vno.n. modo, cū adhuc est aqua, est in potentia ad leue. Alio autē modo, cum iam ex aqua factus est aer, est tamen adhuc in potentia ad actum leuis, quod est esse sursum. sicut habens habitum scientiæ & non consyderans, adhuc dicitur esse in potentia. contingit enim q̄ id, quod est leue, impediat ne fit sursum. si ergo auferat illud impedimentū, statim agit ad hoc q̄ sit sursum ascendendo. Sicut etiam dictum est in qualitate, q̄ quādo est quale in actu, statim tendit in suam actionem, sicut ille, qui est sciens, statim consyderat, nisi aliquid prohibeat. Et similiter in motu quantitatis: quia ex quo facta est additio quanti ad quantū, statim sequitur extensio in corpore augmentabili, nisi aliquid prohibeat. Sic ergo patet, q̄ illud quod mouet [ideſt remouet hoc quod est prohibens] & sustinens [ideſt detinens, quodammodo mouet, & quodāmodo non mouet. puta si columna sustineat aliquod graue, & sic impediat ipsum descendere, ille, qui diuellit columnā, quodāmodo dicitur mouere grauc columnæ suppositum. Et similiter ille qui remouet lapidē, qui impedit aquā effluere a vase, dicitur quodāmodo mouere aquā. Dicitur enim mouere per accidēs et non per se, sicut si sphæra [ideſt pila, si repercutiat a pariete, per accidens quidem mota est a pariete, non aūt per se, sed a primo proiciente per se mota est. Paries enim non dedit ei aliquē impetum ad motū, sed proiciens. Per accidens aūt fuit, q̄ dum a pariete impediretur, ne secundū impetum ferretur, eodem impetu manente in contrariū motū reliliuit. Et similiter ille, qui diuellit columnā, non dat graui supposito impetū vel inclinationem ad hoc q̄ sit deorsum. hoc enim habuit a primo generante, quod dedit ei formam, quam sequitur talis inclinatio. Sic igitur generans est per se mouēs grauia & leuia, remouens autem prohibens per accidens. Concludit igitur, manifestū esse ex dictis, q̄ nihil horum, s. grauium & leuium mouet seipsum: sed tamen motus eorū est naturalis, quia habent principiū motus in seipsis: non quidem principium motiuū aut actiuum, sed principium passiuum, quod est potentia ad talem actū. Ex quo patet contra intentionē philosophi esse q̄ in materia sit principiū actiuum, quod quidam dicunt esse necessariū ad hoc q̄ sit motus naturalis. sufficit.n. ad hoc passiuū principiū, quod est potentia naturalis ad actū. Deinde cum dicit.

Grauia per se mouētur a generāte, p accidēs aūt a removente prohibens.

ARGY. *Quòd si omnia quæ mouentur, aut natura, aut præter naturam, & violenta a motu cientur: & ea, quæ vi præterq; naturam mouentur, ab aliquo cuncta, atq; ab alio mouetur ut patet, & ea rursus, quæ natura mouentur, ab aliquo motu cientur, siue a seipsis moueantur, ut animalia, siue nō a seipsis, vt leuia grauiaq;: (nam aut ab eo mouentur, quod generaut, ac leue fecit vel graue, aut ab eo, quod ea, quæ prohibēt, obstātq;, dimouit:) uniuersa vtiq;, quæ motu cientur, ab aliquo profectò mouentur.*

Si igitur omnia quæ mouentur a natura mouentur, aut extra naturam, & violētiam: & quæ vi & extra naturam omnia a quodam, et ab alio: eorum autem quæ natura: iterum quæcunq; a seipsis mouenti, ab aliquo mouentur, & quæ nō a seipsis, vt leuia & grauia: aut enim a generante & faciente leue & graue, ab eo, quod impedientia & prohibentia soluit: omnia ergo, quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur. te. 60. 33.

Concludit conclusionem principaliter intentam in toto capitulo: & dicit, q̄, si hoc verum est, q̄ omnia, quæ per se mouentur, aut mouentur secundū naturam, aut extra naturam, & per violentiā: & de illis, quæ mouentur per violentiam, manifestū est q̄ omnia mouentur non solum a quodam mouēte, sed etiam a mouente alio extrinseco. & iterū inter ea, quæ mouentur secundum naturam, quædam mouentur a seipsis, in quibus manifestū est q̄ mouentur ab aliquo, non quidē extrinseco, sed intrinseco: quædam etiam sunt quę mouentur secundū naturam. non tamen a seipsis, sicut grauia & leuia: & hæc etiam ab aliquo mouentur, vt ostensum est, quia aut mouentur per se a generante, quod facit ea esse grauia & leuia: aut mouentur per accidens ab eo quod [soluit] ideſt remouet ea, quæ impediūt, vel remouet naturalem motum. Sic ergo patet q̄ omnia quæ mouentur, mouentur ab aliquo vel intrinseco motore, vel extrinseco, quod dicit ab alio moueri.

LECTIO. IX.

Non esse processum in infinitum in mouentibus & mobilibus dicitur omneq; mouens moueri demonstratur impossibile, sed est deuenire ad motorem vel omnino immobilē vel seipsum mouentem.

ARGY. *Id autem quod mouet est duplex. Aut enim non per seipsum mouet, sed per aliud, quod quidem id motu ciet quod mouet, aut per se mouet. Et hoc aut primum post vltimum, aut per plura media mouet, vt baculus mouet lapidem, & mouetur a manu, quæ quidem ab homine motu cietur. at is non ulterius ex eo mouet, quia ab alio ipse motu cietur.*

HOc autem dupliciter. Aut enim non propter seipsum est mouens, sed propter alterum, quod mouet mouens, aut propter ipsum,

Et

Et hoc aut mouẽs ex ſe primum poſt vltimum, aut per plura media, vt baculus mouet lapidem, et mouetur a manu mota ab homine: hic autem non amplius, eo quod ab alio moueatur.

Poſtquam Philoſophus oſtendit ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur, hic incipit oſtendere ꝙ neceſſe eſt deuenire ad aliquod primum mouens immobile. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtẽdit ꝙ neceſſe eſt deuenire ad aliquod primũ, quod vel ſit immobile, vel moueat ſeipſum: in ſecunda oſtendit ꝙ etiam, ſi deueniatur ad aliquod primũ, quod moueat ſeipſum, neceſſe eſt tamen vlterius deuenire ad aliquod primum mouẽs immobile. ibi [Neceſſe igitur omne quod mouetur.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ non eſt poſſibile, ꝙ in infinitum aliquid ab alio moueatur, in ſecunda ꝙ non eſt neceſſarium, ꝙ omne mouens moueatur. ibi [Ad dicta autem.] Circa primũ duo facit. Primo oſtendit propoſitũ aſcendendo in ordine mobilium & mouentium, ſecundo deſcendendo. ibi [Amplius autem & ſic ipſam]. Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam neceſſaria ad propoſitũ oſtenſionem, Secundo inducit rationem propoſitum oſtendendum. ibi [Si ergo neceſſe] Præmittit aũt duo, quorum primum eſt diuiſio mouentis. Cum enim dictũ ſit, ꝙ omne motum ab aliquo mouetur, contingit aliquid eſſe mouens dupliciter. vno modo, quando non mouet propter ſe ipſum propria virtute, ſed quia eſt motum ab aliquo alio mouente, & hoc eſt ſecundũ mouens: alio modo aliquid mouet propter ſeipſum, ideſt propria virtute, non quia eſt motum ab alio. Contingit autem ꝙ tale mouens moueat dupliciter. vno modo, ita ꝙ primum mouens moueat proximum poſt vltimum [.i. id quod eſt ſibi proximũ poſt Secundum mouens: & hoc contingit, quando primũ mouens mouet mobile per vnum tantum medium. alio vero modo mouens mouet mobile per plura media. vt patet, cum baculus mouet lapidem, et mouetur a manu, quę mouetur ab homine, qui non mouet ea ꝙ ab aliquo alio moueatur. ſic ergo homo eſt primũ mouens propter ſeipſum, & mouet lapidem per plura media. ſi autẽ moueret lapidem manu, moueret per vnum medium tantum. Secundo ibi.

Secũda. 41. Te. cõ. 36. te. 34. te. 35.

ARGY. *Vtrunque igitur mouere dicimus, & vltimum mouentium, & etiam primum, ſed magis primum. hoc enim vltimum mouet ſed vltimum primum non mouet. Et ſine primo quidem vltimum non mouebit, ſine vero hoc, primum mouere poteſt, baculus enim, ſi homo non moueat, non mouebit.*

Vtraq; igitur mouere dicimus, et primum et vltimum mouentium, ſed magis primum. illud enim mouet vltimum, ſed non hoc primum. & ſine primo quidem vltimum non mouebit, illud autem ſine hoc. vt baculus nõ mouebit niſi moueatur ab homine.

Ponit cõparationem primi mouentis, & ſecundi. Cum enim tam primũ mouens ꝙm vltimũ mouere dicamus, dicimus ꝙ magis mouet primũ mouens, ꝙm vltimũ. Et hoc patet p duas rõnes: quarũ prima eſt, ꝙ primũ mouẽs mouet ſecundũ mouens, ſed non econuerſo. Secunda rõ eſt, quia ſecundũ mouens non põt mouere ſine primo, ſed primũ mouens poteſt mouere ſine ſecundo. ſicut baculus non poteſt mouere lapidẽ, niſi moueatur ab homine, ſed homo poteſt mouere etiam ſine baculo. Deinde cum dicit.

ARGY. *Si igitur omne quod mouetur ab aliquo moueri neceſſe eſt, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut ab eo quod non mouetur ab alio, & ſi ab eo mouetur quod ab alio motu cietur, mouens aliquod eſſe primum, quod non ab alio moueatur neceſſe eſt. Sin vero tale eſt primum nõ neceſſe eſt alterum eſſe. fieri. n. non poteſt vt in infinitũ proficiſcatur id quod mouet, atq; mouetur ab alio. quippe cum infinitorum nihil ſit primũ. Si igitur, vt diximus, omne quidem, quod mouetur ab aliquo motu cietur, id vero quod primũ mouet mouetur quidem at non ab alio: ipſum profectò primum a ſeipſo moueatur neceſſe eſt.*

te. cõ. 34.

Si ergo neceſſe eſt omne quod mouetur ab aliquo moueri, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut non. & ſi ab alio quidẽ quod mouetur, neceſſe aliquid eſſe mouens primũ quod nõ ab alio. Si aũt huiuſmodi eſt primum, non neceſſe eſt eſſe alterum. impoſſibile enim eſt in infinitũ abire mouens, & ipſum quod mouetur ab alio. infinitorum. n. non eſt aliquid primum. Si ergo omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur: primum autem mouens mouetur quidem, non autem ab alio, neceſſe eſt ipſum a ſeipſo moueri.

Oſtendit propoſitum ſm præmiſſa. Oſtenſum eſt. n. ꝙ oẽ quod mouet ab aliquo mouet. id aũt, a quo mouet, aut mouetur, aut nõ mouet: & ſi mouetur: aut ab alio mouet, aut non. Hæc aũt duo, ſ. quod mouetur ab alio, & quod mouetur nõ ab alio, ſic ſe habent, ꝙ poſito vno ponitur aliud, et nõ ecõuerſo. quia, ſi ſit aliquid quod mouet ab alio neceſſe eſt deuenire ad aliquod primũ, quod nõ mouet ab alio. Sed, ſi ponatur aliquod primũ huiuſmodi, ſ. quod nõ moueatur ab alio, non eſt neceſſarium vlterius ponere alterũ, ſcilicet, quod mouetur ab alio. & hoc quidẽ per ſe manifeſtum eſt. Sed primũ poterat eſſe dubiũ, ſcilicet, ꝙ, ſi inueniatur aliquid, quod mouetur ab alio, ꝙ inueniatur aliquod primum, quod non mouetur ab alio. & ideo conſequenter hoc probat ſic, quia, ſi aliquid mouetur ab alio, & iterum illud ab alio, & nunquã eſt deuenire ad aliquid, quod non moueatur ab alio: ſequitur ꝙ ſit procedere in infinitũ in mouentibus & motis. Et hoc quidẽ eſſe impoſſibile ſupra probatũ eſt in Septimo. ſed hic probat certiori via. quia in infinitis non eſt aliquid primũ: ſi ergo mouentia & mota procedant in infinitũ, non erit aliquid primum mouens. Iam aũt dictũ eſt, ꝙ ſi primũ mouens non mouet, nec vltimum mouet. non erit ergo aliquod mouens, quod eſt manifeſte falſum. Non eſt ergo procedere in infinitũ in hoc, ꝙ aliquid moueatur ab alio. Si ergo non detur ꝙ omne quod mouetur ab aliquo moueatur, vt oſtenſum eſt: & iterum ſupponatur ꝙ primũ mouens mouet, cũ probatũ ſit, ꝙ nõ moueatur ab alio, neceſſe eſt ꝙ moueatur a ſeipſo. Eſt aũt in hac ratione attendendũ, ꝙ primũ mouens moueri non eſt hic probatũ. ſupponit aũt hoc ſm cõmunẽ opinionem Platonicorũ. Quantũ autẽ ad virtutẽ rationis non magis concluditur, ꝙ primũ mouẽs moueat ſeipſum, ꝙm ꝙ ſit immobile. vnde in ſequentibus hanc eandẽ concluſionẽ ſub diſiunctione inducit, vt infra patebit. Deinde cum dicit.

Te. 44.

ARGY. *Præterea hoc etiam rationem hanc eandem tranſigere licet. Omne nanq; quod mouet & aliquid, & aliquo ſanè mouet. aut enim ſeipſo, aut alio mouet. Vt homo aut ſeipſo, aut baculo mouet. & aut ipſe Ventus deiecit, aut lapis, quem pepulit Ventus. Fieri uero non põt, ut id, quo motus affertur, moueat abſq; eo quod mouet ſeipſo. Sed, ſi id quidem ſit, quod motum affert ſeipſo, non neceſſe eſt aliud eſſe, quo motus affertur. ſin uero ſit aliud quo motus affertur, eſt aliquid profectò, quod quidem non aliquo, ſed ſeipſo mouebit, vel in infinitum abibitur. Si igitur mouet quippiam atq; mouetur, ſtetur & non in infinitum pergatur neceſſe eſt. nam ſi baculus moueat, quia mouetur a manu: manus ipſa profectò baculo motum affert quòd, ſi manu etiam quippiam aliud moueat, & illud identitatem manu mouet. Cum igitur id quod motum affert aliud aliquo mouet, tum id ſit prius, quod ſeipſo mouet neceſſe eſt. quod ſi hoc motu quidem cietur, ab alio autem non mouetur, neceſſe eſt ipſum profectò ſeipſum motu ciere. Quare hac etiã ratione, aut ab eo ſtatim quod ſeipſum mouet, id, quod mouetur, motu cietur, aut ad hoc ipſum tãdem acceditur.*

ARGY.

Te. cõ. 35.

Amplius aũt & ſic ipſam hanc eande. n ratio nem eſt aggredi. Omne enim mouens aliquid quidem mouet & aliquo. aut. n. ſeipſo mouet ipſum mouens, aut alio. vt homo ſeipſo, aut baculo, aut ventus proiecit, aut ipſe, aut lapis, quem mouit. Impoſſibile autẽ eſt mouere ſine non ipſo mouẽte, & agente id quo mouet. Sed &, ſi ipſum ſeipſo mouet, non neceſſe eſt aliud eſſe, quo mouet. ſi vero ſit alterum id, quo mouet, eſt aliquid quod mouebit, non quodã alio, ſed ſeipſo, aut in infinitũ abibit. Si ergo quod mouetur aliquid mouet, neceſſe eſt ſtare, et nõ in ĩfinitũ ire. ſi enim baculus mouet eo ꝙ mouetur a manu, & manus mouet baculũ. ſi autem & hanc aliud mouet, & hunc alterum aliquod mouens eſt. Cum ita q; aliquo moueat ſemper alterũ, neceſſe eſt prius ipſum ſeipſum mouens eſſe. Si igitur mouetur quidem hoc, nõ aliud autem mouens ipſum neceſſe ipſum ſeipſum mouere. quare & ſecundum hanc rationem, quod mouetur, aut mox ab ipſo mouente mouebitur, aut venit, aliquando in huiuſmodi.

Probat idem deſcendẽdo. Et eſt eadẽ ratio cũ præmiſſa, quantũ ad virtutẽ inferendi, differens aũt ſm ordinẽ proceſſus. Iterat aũt eam ad maiorẽ manifeſtationem. Dicit ergo, ꝙ prędictã rationẽ cõtingit alio modo proſequi. & prę mittit propoſitiones habẽtes eandẽ rationẽ veritatis cum ſupra præmiſſis, ſed alio ordine. Supra enim præmiſit, ꝙ omne quod mouet ab alio mouet: & ꝙ illud, a quo mouetur, mouet vel propter ſeipſum, vel propter aliud prius mouens: quod erat procedere aſcendendo. hic aũt econuerſo deſcendendo procedit, dicens, quòd omne mouens mouet aliquid, & mouet aliquo, vel ſeipſo, vel alio inferiori mouente, ſicut homo mouet lapidem, vel ipſe per ſeipſum vel per baculum. & ventus proiecit ad terram aliqua, aut ſuo impulſu, aut per lapidẽ quẽ mouit. Iterum ſupra præmiſerat, ꝙ vltimum mouens non mouet ſe ſine primo, ſed econuerſo: loco eius hic dicit, ꝙ id quo aliquid mouet ſicut inſtro, impoſſe eſt ꝙ aliquid moueat, ſine principali mouente, quod mouebat ipſum, ſicut baculus ſine manu. ſed, ſi aliquid mouet per ſeipſum, ſicut principale mouẽs, non eſt neceſſe eſſe aliud inſtrumentũ quo moueat. & hoc magis manifeſtũ eſt in inſtrumentis, ꝙ in mobilibus ordinatis, licet habeat eandẽ veritatẽ: quia non quilibet conſyderaret ſecundũ mouens eſſe inſtrumentũ primi. Sicut etiã ſupra dixerat deducendo, ꝙ, ſi ſit aliquid, quod mouetur ab alio, neceſſe eſt eſſe, aliquid, quod non mouetur, ſed nõ econuerſo. ita hic dicit deſcẽdendo, ꝙ, ſi inueniatur ꝙ illud, quo mouens mouet, ſit alterum, ſicut inſtrumentũ, neceſſe eſt eſſe aliquid, quod mouebit, nõ aliquo inſtrumento, ſed per ſeipſum, aut procedetur in infinitũ in inſtrumentis: quod eſt idẽ ac ſi procederetur in infinitũ in mouentibus, quod eſt impoſſibile, vt ſupra oſtenſum eſt. Si eſt ergo aliquid mouens id quod mouetur, neceſſe eſt ſtare, & non in infinitũ ire. quia, ſi baculus mouet eo ꝙ mouetur a manu, ſequitur ꝙ manus moueat baculũ. ſi aũt & manũ aliquid aliud mouet, etiã ſequitur econuerſo ꝙ aliquod mouens moueat manũ, & ita oportet ꝙ ſicut proceditur in inſtrumẽtis motis, ita procedat in mouẽtibus, quæ mouent inſtrumenta. non eſt aũt procedere in infinitũ in mouentibus, vt ſupra oſten

ſum eſt: ergo neꝙ in inſtrumẽtis. Cum ergo ſemper alterũ, quod mouetur, moueatur alio mouente, & non ſit procedere in infinitũ: neceſſe eſt eſſe aliquod primũ mouens quod moueat per ſeipſum, & non per aliquod inſtrumentũ. Si ergo detur ꝙ hoc primũ, quod mouet per ſeipſum, mouetur quidẽ, ſed non eſt aliquid aliud mouens ipſum. quia ſic & ipſum eſſet inſtrumentũ, ſequitur ex neceſſitate, ꝙ ipſum ſeipſum moueat, ſuppoſito ſm Platonicos ꝙ omne mouẽs moueatur. Vnde & ſm iſtam rationẽ, illud quod mouetur aut ſtatim mouebitur a mouente, quod mouet ſeipſum: aut aliquando erit deuenire in aliquod tale mouens, quod ſeipſum moueat. Deinde cum dicit.

A

ARGY. *Inſuper ſi ſic etiam, conſyderantibus eadem accident vniuerſa. Nam, ſi oẽ quod mouetur, ab eo mouetur, quod motu cietur, aut hoc ipſis rebus per accidens competit, vt quippiam moueat quidem, motum & ipſum ſuſcipiens, nõ tamẽ quia mouetur aut nõ per accidẽs, ſed per ſe meſt.*

B

Ad dicta aũt, & ſic intendentibus, contingẽt eadem hęc. Si enim ab eo quod mouetur, mouetur omne quod mouetur, aut hoc rebus exiſtit ſecundum accidens, vt moueat quidem quod mouetur, non tamen propter id quod mouetur ipſum, aut non, ſed per ſe.

Te. cõ. 36.

Oſtendit ꝙ non oẽ mouens mouet, vt in prioribus rõnibus ſupponebat. & circa hoc duo facit. Primo probat, ꝙ non oẽ mouens mouetur, ſecundo tam ex hoc q̃ ex ſupetioribus rõnibus concludit principalẽ propoſitũ. ibi [Nõ ergo neceſſe ſemꝑ moueri.] Dicit ergo primo, ꝙ põter ſupradicta põt etiã addi hęc ad nrm propoſitũ oñendum, Et circa hoc tria facit. Primo p̃mittit quandã diuiſionem. ſecundo deſtruit vnã partem. ibi [Primũ quidem igitur.] Tertio deſtruit aliam partẽ. ibi [At vero ſi non ſm accñs.] Dicit ergo primo, ꝙ, ſi oẽ quod mouetur, mouetur ab eo quod mouet, quod eſt oẽ mouens moueri, hoc põt eſſe dupliciter. vno modo, ꝙ hoc inueniatur per accidẽs in reb⁹, vt mouens moueatur: ita, ſ. ꝙ mouens non moueatur propter id quod mouet. vt ſi dicamus ædificatorem eẽ muſicum, nõ quia muſicus eſt, ſed per accidens: aut non eſt p̃ accidens, ꝙ mouens moueatur, ſed per ſe. Secundo ibi.

C

Infra. tex. 38.

ARGY. *Si igitur per accidens competit, non neceſſe eſt moueri quod motu cietur. Quod ſi id ſit, patet poſſe aliquando nihil eorum quæ ſunt, moueri. Non enim eſt neceſſarium id quod accidit, ſed poteſt nõ eſſe. ſi igitur id eſſe poſuerimus quod eſſe poteſt nullum accidet impoſſibile, ſed forſitan falſum: at non eſſe motũ eſt impoſſibile. Id enim iam demõſtratum eſt, motum inquam, neceſſario ſemper eſſe.*

D

Primum igitur, ſi ſm accidens, non neceſſe eſt moueri, quod mouetur. Si aũt hoc eſt, manifeſtum eſt, ꝙ contingit aliqñ moueri nihil eorũ quæ ſunt. Non. n. neceſſarium eſt accidens, ſed contingit non eſſe. Si ergo ponamus poſſe eſſe, nullũ impoſſibile accidit, falſum autẽ fortaſſis: motum aũt impoſſibile eſt nõ eſſe. Oſtẽſum. n. prius eſt, qm̃ neceſſe eſt motum ſemper eſſe.

Deſtruit primũ mẽbrũ tripliciter. Primo quidẽ tali rõne. Nihil quod eſt p̃ accñs eſt neceſſariũ: quod. n. ſit alicui p̃ accñs nõ ex neceſſitate ineſt ei, ſed contingit non ineſſe, ſicut muſicũ ædificatori. Si ergo mouẽtia p̃ accidẽs mouent, ſequitur ꝙ contingat ea nõ moueri. ſed, cũ tu ponas, ꝙ omne mouens moueatur, conſequens eſt, ꝙ, ſi non mouẽtur mouentia, ꝙ non moueant. Sequitur ergo ꝙ aliquando nihil moueatur. hoc aũt eſt impoſſibile: quia oſtẽſum eſt ſupra ꝙ neceſſe eſt motũ ſemper eſſe. Iſtud aũt impoſſibile nõ ſequitur ex hoc, ꝙ ſuppoſuimus, mouentia nõ moueri: quia, ſi hoc eſt per accidens, ꝙ mouens moueatur, mouentia non

Universidad de Deusto
Biblioteca

moueri erit possibile. possibili autem posito nullū sequitur impossibile. relinquitur ergo, cp aliud, ex quo sequitur, sit impossibile, s. cp oē mouens moueatur. Secundo ibi.

ARGY. *Atq; idipsum cum ratione etiam accidit. Tria nanq; necesse est esse, id quod mouetur, id quod mouet, et id mſu per, quo mouens mouetur. Id igitur, quod mouetur, moueri quidem necesse est, non necesse est autem motu ciere, id au tem quo motus affertur, & mouere necesse est, et moueri. Cùm enim sit simul cum eo quod motu cietur, una cum ip so mutatur, quod intueri licet in hisce, quæ loco mouētur. nam aliquo in tempore tangant ea quæ mouentur necesse est, At id, quod ita mouet, vt eius non subeat rationem, quo motus affertur, immobile nimirum est. Cum igitur sit & vltimum ipsum (vt cernimus) quod motu quidem cie ri potest: principium autem motus non habet: & id item quod mouetur quidem, sed ab alio, non a seipso cietur, ratio consentaneum est (necessarium ne dicam) & ipsum tertium esse, quod, mouet quidem immobile autem est.*

Te. cō. 37. Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim est necesse esse, quod mouetur, & mouens, & quo mouet. Quod igitur mouetur, necesse quidem moueri, mouere autem non necesse est. sed quo mouet. & mouere, & moueri. cōmunicat enim simul hoc, & secundū idem existens ei quod mouetur. manifestum autē est in mouentibus secundum locum. tangere enim necesse adinuicem, sicut vsq; ad aliquid. Mouens autem sic, vt sit non quo mouet, immobile. Quoniam autē videmus vltimum, quod moueri quidem potest, motus autē principium nō habet, & mouetur quidem, ab alio autem, sed non a seipso rationabile est (vt non necessarium dicamus) & tertium esse, quod mouet quidem cum sit immobile.

Probat idem alia probabili ratione, quæ talis est. In motu tria inueniuntur. quorū vnū est mobile, quod mouetur: aliud aūt est mouens, tertium est instrumentū, quo mouēs mouet. In istis autem tribus manifestū est quòd id, quod mouetur, necesse est moueri: sed non est necesse, quòd moueat. instrumentum aūt quo mouens mouet, necesse est & mouere, & moueri. Mouetur autē a principali mouente, & mouet vltimū motū: vnde & omne quod mouet & mouetur habet rationē instrumenti. Ideo autem instrumentum, quo mouens mouet, & mouetur & mouet, quia communicat cum vtroq; existens in quadā idētitate ad id quod mouetur. & hoc maxime manifestū est in motu locali. Necesse est enim, cp mouenti a primo mouente vsq; ad vltimū motum, omnia se tāgant adinuicem. Et sic patet, cp instrumentum mediū est idem per contactum cū mobili: & sic simul mouetur cū ipso, inquantū cōmunicat ipsi. sed etiā cōmunicat mouenti, quia est mouēs: hoc modo tū, vt instrumentum, quo mouet, non sit immobile. Sic igitur ex præmissis āpparet, cp vltimū motu mouetur quidem, sed non habet in se principiū mouendi, neq; seipsum, neq; aliud, & mouetur quidē ab alio, sed non a seipso. Vnde videtur esse rationabile, i. probabile, nec ad præsens curamus dicere cp sit necessariū esse aliquod tertiū, quod moueat cū sit immobile. Probabile. n. est, cp si aliqua duo cōiunguntur per accidēs, & vnū inuenitur sine alio, cp etiā aliud inueniatur sine illo. Sed cp possit inueniri sine illo, hoc est necessariū: quia quæ per accidens coniunguntur contingit nō coniungi. sicut si albū & dulce per accidens cōiungantur in zuccaro, et albū inuenitur sine dulci, vt in niue: probabile est cp & dulce inueniaē in aliqua re sine albo, vt in casia. Si igit mouēs moueri est p accidēs: & inuenitur moueri absq; mouere in aliquo, sicut in vltimo moto: probabile est, cp inueniaē mouere absq; moueri, vt sit aliquod mouens, quod nō mouetur. Ex quo patet: cp ista ratio nō habet instātiā in substātia, & accidēte, & materia, et forma, et similib⁹: quorū vnū inueniē sine alio, sed nō ecōuerso. accidens. n. per se ineſt substātiæ, materiæ p se cōuenit, vt habeat esse p formā. Tertio ibi.

Quapropter & Anaxagoras recte dicit mentem, inquiens, passione vacare, & non mistam esse. quippe cùm motus ipsam principium faciat. hoc enim pacto solum mouebit, nullum suscipiens motum, & vincet, mistione. penitus vacans. ARGY.

Vnde Anaxagoras dicit recte, intellectum impassibilem inquiens, & immistum esse: quoniam motus principiū ipsum facit esse. sic enim vtiq; solum mouebit, cum sit immobilis, & imperabit, cum sit immistus.

Probat idem testimonio Anaxa. Quia. n. contingit inueniri aliquod mouēs, quod non mouetur, ideo Anaxa. recte dixit ponēs intellectū impassibilē & immistū. Et hoc ideò quia ipse ponebat intellectū primū principium motus: sic autem solummodo poterit mouere & imperare, absq; hoc cp moueatur, & sit immistus. Quod. n. commiscetur alteri, mouetur quodāmodo ad motū ipsius. Deinde cū dicit.

At vero, si non per accidēs, sed necessario mouetur id, quod motum alijs affert, atq; adeo ut non moueat, si non moueatur, necesse est ipsum, vt motum subijt, aut eadem specie motus, aut alia moueatur. ARGY.

At vero, si non secundum accidens, sed ex necessitate mouetur mouēs, nisi autem moueatur, non vtiq; mouet, necesse est mouēs, si mouetur, aut moueri, sicut secūdum eandem speciem motus, aut secundum alteram. Te. cō. 38.

Prosequitur aliā partem diuisionis, s. quòd omne quod mouetur, mouetur ab aliquo, quod mouetur per se, non secundū accidens. Et improbat hoc duabus rationibus, quarum prima talis est. Si hoc non est secundū accidens, sed ex necessitate, vt mouēs moueat, & nunq; possit mouere nisi moueatur, oportet hoc contingere duobus modis. quorū vnus est, vt mouens moueatur secundum eandem speciem motus, qua mouet: alius est, vt mouens moueat secundum vnam speciem motus, fm alteram moueatur. Exponit autem consequenter primum modum cum dicit.

Ceu, aut si calefaciat calefiat, & si sanet sanetur, & si ferat feratur: aut si sanet feratur, & si ferat, accrescat. ARGY.

Dico autē quale est aut calefaciens, & ipsum calefieri: & sanans sanari, & ferens ferri: aut sanans ferri, ferens autem augeri.

Sic enim dicimus mouens moueri fm eandē speciē motus, puta si calefaciens calefiat, & sanans sanetur, & ferens secundū locum feratur. Et secundum modū exponit cum dicit [Vel sanās feratur, vel ferens augeatur.] hoc enim est vt secundum aliam speciem motus moueat, & moueatur.

Deinde ostendit impossibiliratem primi modi cum dicit.

At primum, vt patet, fieri nequit. Nam dicere hæc oportet vsq; ad indiuidua descēdendo, ceu siquid Geometriam doceat, id eandem Geometriam doceri, & si proijciat, eodem proiectionis proijci modo. Nec etiam sicut motus alio genere moueatur, ceu vt id quidē, quod fert, incrementa suscipiat. id autem, quod hoc auget, ab alio alteretur: & id, quod illud alterat, alio motu quodam itidem moueatur. Nā stetur necesse est: motus enim finiti sunt. Qui vero redire dicit, idq; quod alterat ferri, perinde facit atq; si statim id ferri dicat quod fert, & id doceri, quod docet. ARGY.

Patet

Patet enim, oē quod motu cietur, & a superiore moueri mouente, atq; magis ab eo quod cætera antecedit. at id fieri nequit. Accidit. n. ut id discat quod docet: quorum alterum habere scientiam, alterum non habere necesse est.

Sed manifestū qm impossibile est. Oportet. n. vsq; ad indiuidua diuidentē dicere. vt si aliquis docet Geometrizare, hoc doceri geometrizare idem, aut si proijcit, proijci fm eūdem modum proiectionis. Aut sic quidē nō, sed aliud ex alio genere, vt quod fert augeri, hoc autem augens alterari ab alio, hoc aūt alterans fm quendā moueri motū. sed necesse est stare. Finiti. n. sunt motus. Iterū aūt reflectere, & alterans dicere ferri: idē facere est, & si mox dicat ferens ferri, & docens doceri. Manifestum enim est quod mouetur, & a superius mouente quod mouetur omne, & magis a priori mouentium. At vero hoc impossibile est. docens enim accidit addiscere: quorum hoc quidem habere, illud autem non habere scientiam necessarium est.

Prima ratio. Manifestū est. n. impossibile esse cp mouens fm eandem motus speciē moueatur. Non enim sufficiet stare in aliqua specie subalterna, sed oportebit peruenire per diuisionem vsq; ad indiuidua. i. vsq; ad species specialissimas. Puta, si aliquis doceat, non solū doceatur, sed idem doceat & docea tur. puta, si docet Geometriā, cp hoc idē doceatur, aut si mouet specie motus localis, quæ est proiectio, cp fm eundē motum proiectionis moueatur. & hoc est manifeste falsum. Deinde destruit secundū modū, vt, s. non moueatur mouēs secundū eandē speciē motus, sed quod mouet vno genere motus, moueatur alio genere: puta quod mouet fm locum, moueatur per augmentū: & quod mouet per augmētum, moueatur ab aliquo alio per alterationē, & illud alterans moueatur fm aliquē aliū motū. Manifestū est aūt, cp motus nō sunt infiniti, neq; fm genus, neq; fm speciē. Est. n. habitum in Quinto, cp motus differunt genere & specie fm differentias rerū, in quibus sunt motus: genera aūt rerum & species nō sunt infinitæ, vt alibi probauit, & sic neq; genera aut species motus. Si ergo mouēs non necesse est moueri alio genere, aut alia specie motus, nō erit procedere in infinitū sed erit aliquod primū mouēs immobile. Sed, qa poſset aliquis dicere, cp, qū deficient omnes species motus, iterū redibitur ad primā, vt, s. fi primū motū acceptū mouebatur localiter distributis omnibus generibus & specie bus motuū per diuersos motores, motor qui residuus erat, mouebitur motu locali. ad hoc excludendū, consequenter dicit, cp tantū valet sic reflectere, vt dicatur cp alterans ferat. Quod dicit, quia motū localem supra prius nominauerat, & alterationē vltimo. Sic (inquā) reflectere idē est, ac si statim a principio dicatur, cp mouens secundū locū mouetur. & non solū in genere, sed in specie, cp docens docetur. Et cp tantundē valeat probat consequēter. Omne. n. quod mouetur, magis mouetur a superiori mouēte ēj ab inferiori, & per cōsequens multo magis a primo mouente. si ergo id quod ponebatur moueri localiter, mouet a propinquo quidē mouente quod augetur, vlterius aūt ab eo quod alteratur, vltra aūt ab eo quod mouetur fm locū, hoc mouetur fm locū, magis mouebitur a primo quod mouetur fm locū, ēj a secūdo quod alteratur, aut a tertio quod augeť: ergo erit verū dicere, cp mouens fm locū mouetur fm locū, et similiter fm vnamquāq; speciē motus. hoc aūt non solum est falsum, quia videtur instantiā habere in multis, sed etiā est impossibile. Sequeretur enim, cp docēs addiscat dum docet: quod est impossibile. includit. n. hoc contradictionem. quia de ratione docētis est, cp habeat scientiā, de ratione autem addiscentis, cp non habeat. Sic ergo patet, cp non est necessariū mouens moueri. Secundam rationē ponit ibi.

Te. 9.

Primo post. modū secundo &. 12. Met.

Hoc præterea magis quā dicta rationis fines egreditur: omne, inquā, motiuum mobile esse, quod accidit, si omne quod mouetur, ab eo mouetur, quod motu cietur. Erit. n. mobile perinde, atq; si quispiam dicat omne sanatiuum ac sanans sanabile, & ædificatiuum ædificabile esse, aut statim, aut per plura. ceu si moueri quidem ab alio motiuum omne, sed non eo motu quo mouet propinquum sibi, sed diuerso moueri dicat, vt sanatiuum dicere non sanari. at id ascendens perueniet tandem ad eandem speciem motus, vt antea diximus. horum igitur alterum est impossibile, alterum figmentum. absurdum est enim alteratiuum, accrescens necessario esse. Non ergo necesse est id quod mouetur ab eo semper moueri, quod ab alio motu cietur. erit igitur exitus huiusce tādem processionis. Quare quod primo mouetur, aut a quiescente mouebitur, aut ipsum se ipsum motu ciebit. At vero, si cōsyderare etiam oporteat, vtrum sit causa motus, atq; principium, vtrum id, quod motu seipsum ciet, an id quod ab alio agitatur, illud omnes vtiq; ponent. Quod enim per se causa est, id semper prior est eo, quod per aliud rationem causæ subit. Quæ cum ita sint, consyderandum est alio principio sumpto, si quid seipsum moueat, quonam modo se motu ciet. ARGY.

Amplius autē his magis irrationabile est, cp accidit omne motiuum esse mobile: siquidē ab eo quod mouetur, mouetur omne quod mouetur. erit. n. mobile sicut si aliquis dicat, qm sanatiuum & sanans sanabile erit, & ædificatiuum ædificabile, aut mox, aut per plura. dico aūt sic, si mobile quidē ab alio est omne motiuum: sed non secundum eundem motum mobile quo mouet proximum, sed fm alterum, vt sanatiuū, & disciplinatiuum: sed hoc ascēdens perueniet aliquando ad eandem speciē, sicut diximus prius. Hoc quidē igitur horū impoſe, aliud aūt figmētum, est. Inconueniens. n. est alteratiuum ex necessitate esse augmentabile. Non ergo necesse est sem per moueri quod mouet ab alio, & ab hoc quod mouetur. ſtabitur ergo. quare aut a quiescente mouebitur quod mouetur primū, aut ipsum seipsum mouebit. At vero, si oportet cōsyderare, vtrum causa motus sit & principiū ipsum seipsum mouens, aut quod ab alio, illud omnis vtiq; ponet. Ipsum. n. quidē, quod p se est causa, prior est eo, quod fm alterū, & ipso existente. Quare hoc consyderandum est accipientibus aliud principium, si aliquid mouet ipsum seipsum, quomodo mouet, & secundum quem motum. Te. cō. 40.

Secūda ratio. Quæ nō differt a præcedēti, nisi in hoc, cp prima deducebat ad quædā inconuenientia particularia, puta cp proijciēs proijceretur, aut docens addisceret: hæc aūt ducis ad inconueniens in cōi. Vnde dicit, cp licet inconueniens sit, cp docēs addiscat, tñ adhuc magis est irrationabile: qa accidit, quòd oē motiuū sit mobile, si nihil mouetur, nisi ab eo quod mouetur. Sic. n. sequetur, cp omne mouēs sit mobile, puta si dicatur cp omne, quod habet virtutē sanandi, aut cp sanet in actu, est sanabile: & quod habet virtutē ædificandi, est ædificabile. quod est magis irrationabile, ēj, cp docēs addiscat: qa docens potuit prius addiscere, sed ædificās nunquā fuit ædificatus. Hoc aūt dupliciter sequit. si enim detur cp omne mouens mouetur fm eandem speciē motus sequitur cp

Universidad de Deusto
Biblioteca

[mo⊗] ideſt immediate ædificãs ædificetur,& ſanans ſanetur. Si aũt detur quòd non per eandẽ ſpeciẽ motus mouens mouetur, ſequitur quòd per plura media randẽ in hoc veniatur. Et hoc exponit: qa ſi oẽ quod mouet mouet ab alio, ſed tñ non mouetur ſecundũ eundẽ motũ, ſtatim quo mouet, ſed ſm alterũ motũ, puta ſi aliquid ſit ſanatiuũ, non ſtatim ipſum ſanetur, ſed moueatur motu diſcipling addiſcendo: tũ. eũ non ſint infinitæ ſpecies motus, ſic aſcendendo de mobili ad mouens, peruenietur quandoq; ad eandẽ ſpeciẽ motus, ſicut ſupra expoſitũ eſt, horũ ergo duorũ vnũ appareret manifeſte impoſſibile, puta, quòd ędificãs mox ędificetur: aliud aũt videtur eſſe fictitiũ, ſ. quòd multa media in hoc veniant. Inconueniens. n. eſt, quòd id, quod natũ eſt alterare, ex neceſſitate ſit natũ augmentari. Sic ergo conſyderatis præmiſſis rationibus, quarũ primę cõcludebãt, quòd non in infinitũ hoc procedit: quòd oẽ, quod mouetur, moueatur ab alio: & ſecundæ concludebant, quòd non oẽ mouens moueatur, poſſumus ex omnibus prædictis rationibus concludere, quòd non eſt neceſſe in infinitũ procedere quod mouetur ab alio moueri: ita quòd ſemper mouetur a moũẽte, quod mouetur: ergo neceſſe eſt quòd ſtetur in aliquo primo, hoc aũt primũ, oportet quòd vel ſit immobile, vel ſit mouẽs ſeipſum. Sed, ſi conſyderetur quæ ſit prima cauſa motus in genere mobiliũ, vtrum illud, quod mouet ſeipſum, aut mobile, quod mouetur ab alio, probabile eſt apud oẽs, quòd primum mouens ſit mouens ſeipſum. Sem per enim cauſa, quæ eſt per ſe, eſt prior ea, quæ eſt per alterũ. Et propter hanc rationẽ Platonici poſuerũt ante ea, quę mouẽtur ex alio, eſſe aliquid quod mouet ſeipſum, & ideo cõſyderãdi eſt de eo quod mouet ſeipſum, facientes ex hoc aliud principium noſtræ conſyderationis, ſ. vt conſyderemus ſi aliquid mouet ſeipſum, quomodo hoc eſt poſſibile.

LECTIO. X.

Quodcunq; ſeipſum mouens diuidi in duas partes, quarum altera mouens reſpectu alterius eſt: nec alio modo mouens ſeipſum reperiri, monſtratur.

ARGY. *Omne itaq; quod mouetur, in ſemper diuiſibilia diuiſibile eſſe neceſſe eſt. Demõſtratum eſt enim prius, in hiſce, quæ de natura uniuerſaliter dicebamus, omne quod per ſe mouetur continuum eſſe. Fieri igitur nequit, vt id, quod motu ſeipſum ciet, ſe totum penitus moueat.*

NEceſſe igitur omne, quod mouetur, eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Hoc enim oſtenſum eſt prius in vniuerſalibus de natura, cp omne, quod per ſe mouetur, continuum eſt. Impoſſibile eſt igitur, ipſum mouẽs ſeipſum penitus mouere ipſum ſeipſum.

Infra t. 46. & 6. Phy. 32. & 3. Phyſ. 62.

Poſtquã Philoſophus oſtendit quod in mobilibus & in mouentibus non proceditur in infinitũ, ſed eſt deuenire ad aliquod primũ, quod vel eſt immobile, vel eſt ſeipſum mouens, hic oſtẽdit, quòd etiã, ſi perueniatur ad primũ, quod eſt ſeipſum mouẽs, quòd nihilominus oportet deuenire ad primũ, quod eſt immobile. Et diuiditur in partes tres. In prima oſtendit cp mouens ſeipſum diuiditur in duas partes, quarũ vna mouet, & alia mouetur: in ſecunda oſtendit, qũo huiuſmodi partes ſe habeant adinuicẽ, ibi [Quoniam aũt mouet.] In tertia cõcludit ex præmiſſis, cp neceſſe eſt deuenire ad aliquod primũ ſmobile ibi [Manifeſtũ igitur ex his.] Circa primũ duo facit. Primo oſtendit, cp in eo, quod mouet ſeipſum, vna pars mouet, & alia mouetur ex hoc, cp totũ nõ poteſt ſe totũ mouere: In ſecũdo excludit alios modos, quibus aliquis opinari poſſet, cp eſſet aliquid mouens ſeipſum. ibi [Quod aũt non contingat.] Circa primũ tria facit. Primo proponit cp mouens ſeipſum nõ totũ mouet ſe totũ, ſecundo probat propoſitũ ibi [Totum. n. fertur.] Tertio concludit principale intentũ ibi [Hoc quidẽ igitur mouet.] Quia vero totũ & pars locũ non habent niſi in rebus diuiſibilibus, ideo ex probatis in Sexto cõcludit primo, cp neceſſe eſt omne, quod mouetur, eſſe diuiſibile in ſemper

tex. 43.

Tertia. 44.

Te. 44.

Infra. In fine.

Quartæ. 40. Te. 51.

diuiſibilia: hoc. n. eſt de ratione continui, omne autẽ quod mouetur eſt continuũ, ſi per ſe mouetur. Per accidẽs. n. moueri aliquod indiuiſibile non eſt impoſſibile, vt punctum aut albedinẽ. & hoc oſtẽſum eſt prius in Sexto huius. Omnia. n. quæ ante hunc Octauum dixit vocat vniuerſalia naturæ, quia in hoc Octauo ea, quæ ſupra de motu in cõmuni dixerat, incipit applicare ad res. Sic ergo, cũ id quod mouetur, ſit diuiſibile, poteſt in omni quod mouetur inueniri totũ & pars. ſi ergo ſit aliquid, quod moueat ſeipſum, erit in eo accipere totũ et partẽ. ſed totũ nõ poterit mouere ſeipſum totũ, quod eſt penit⁹ mouere ipſum ſeipſũ. Secũdo ibi.

tex. 49.

ARGY. *Vnum enim ac indiuiduum ſpecie feretur totum, feretq; latione eadem, & alterabitur, & alterabit: quare docebit, atq; docebitur ſimul, & ſanabit: atq; ſanabitur eadem vtiq; ſanitate.*

Totum. n. feretur vtiq;, & feret ſecundũ eandem loci mutationẽ vnum cũ ſit, & indiuiduum ſpecie: & alterabitur, et alterabit: quare docebit vtiq;, & docebitur ſimul, & ſanabit, & ſanabitur ſecundum eandem ſanitatem.

Prima tẽ.

Probat propoſitum duabus rationibus. Quarum prima talis eſt. Mouentis ſeipſum ſimul & ſemel eſt vnus motus numero: ſi igitur hoc modo aliquid moueat ſeipſum, cp totum moueat totũ, ſequetur quòd vnũ & idem erit mouens & motũ ſecundũ vnũ & eundẽ motũ, ſiue ſit loci mutatio, ſiue alteratio, & hoc videtur inconueniens: quia mouẽs & motũ habẽt oppoſitionem adinuicẽ: oppoſita aũt nõ poſſunt eidem ineſſe ſm idem. non eſt ergo poſſibile, quòd ſecundum eundem motũ ſit aliquid idẽ mouens. & motũ. Cum enim aliquid ſimul mouet & mouetur, alius eſt motus, ſecundũ quẽ mouet, & alius ſecundũ quẽ mouetur, ſicut: cum baculus motus a manu mouet lapidẽ, alius numero eſt motus baculi, & motus lapidis. ſic ergo ſequitur vltrius cp aliquid docebit, & docebitẽ ſimul ſecũdũ vnũ & idẽ ſcibile. & ſimiliter cp aliquis ſanabit & ſanabitur ſm vnã & eandẽ numero ſanitatẽ. Secundã rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea, definitum eſt antea id moueri quod mobile eſt: hoc autem eſt potentia cùm mouetur, nõ actu. ſed quod eſt potentia proficiſcatur numirum ad actum. motus autẽ actus eſt mobilis imperfecti. At id quod mouet, actu id eſt (ut patet:) calefacit enim id, quod eſt calidum actu, et omnino generat id, quod formam iam habet. Quare ſimul idem eodemq; calidum erit atq; non calidum: & vnumquodq; cæterorũ ſimiliter, quæ terminos habeant eiuſdem nominis rationisq; neceſſe eſt. Eius ergo, quod motu cietur interno, & ſuo aliud mouet, aliud mouetur.*

Amplius, determinatũ eſt, quia mouetur mobile, hoc autẽ eſt quod potentia mouetur, non actu. quod autẽ eſt potentia vadit in actum. Eſt aũt motus actus mobilis imperfectus: mouens aũt iam actu eſt, vt calefacit calidum, & oino generat habens ſpeciem. Quare ſimul idem & ſm idem calidũ erit & non calidum. ſimiliter aũt & aliorũ vnumquodq;, eorũ, quæ mouens neceſſe eſt habere vniuocum. hoc quidẽ igitur mouet, illud aũt mouetur eius, quod eſt ſeipſum mouẽs.

Secunda tõ Te. 8.

Quæ talis eſt. Determinatũ eſt in Tertio, cp id, quod mouetur, eſt mobile. ſ. in potẽtia exiſtẽs: quia quod mouet, inquãtũ eſt in potẽtia & nõ in actu, mouet. Ex hoc. n. mouet aliquid quod cũ ſit in potentia, tendit in actum. Nec tñ, id quod mouet, eſt ita in potentia, vt nullo modo ſit in actu: quia ipſe motus eſt quidã actus mobilis inquantũ mouetur, ſed eſt actus imperfectus: quia eſt actus eius, inquantũ eſt adhuc in potẽtia, ſed illud, quod mouet, iam eſt in actu.

Non

Non enim reducitur quod eſt in potentia in actũ, niſi per id quod eſt actu: hoc autem eſt mouens. ſicut calefacit calidum, et generat illud quod habet ſpeciẽ generatiuam. ſicut hominem generat, quod habet ſpeciem humanam, & ſic de alijs. Si ergo totũ moueat ſe totum, ſequitur cp idem ſecundum idem ſimul eſt calidũ & non calidũ: quia, inquantum eſt mouens, erit actu calidũ: inquantum eſt motum, erit calidũ in potentia. & ſimiliter eſt in omnibus alijs, in quibus mouens eſt vniuocũ], ideſt conueniens in nomine & ratione cũ moto. ſicut cum calidum facit calidum, & homo generat hominẽ. Et hoc ideo dicit: quia ſunt quædã agentia non vniuoca, quæ ſcilicet non cõueniunt in nomine & ratione cũ ſuis effectibus, ſicut Sol generat hominem. In quibus tñ agentibus, & ſi non ſit ſpecies affectus ſm eandem rationẽ, eſt tñ quodam modo altiori & vlteriori. Et ſic vniuerſaliter verũ eſt, cp mouẽs eſt quodã modo in actu ſm id, ſm quod mobile eſt in potẽtia. ſi igitur totũ moueat ſe ſecũdum totum, ſequitur cp idem ſit ſimul actu & potentia: quod eſt impoſſibile. Ex hoc ergo concludit principale intentum, cp mouẽtis ſeipſum vna pars mouet, & alia mouetur. Deinde cum dicit.

A

B

ARGY. *Eſſe autem impoſſibile ſeipſum quicquã hoc pacto mouere, vt ab vtroq; moueatur vtrũq;, ex hiſce ſane patebit.*

Tex. 56. 41.

Quod autem non contingat ipſum ſeipſum mouere ſic, vt vtrunq; ab vtroq; moueatur, ex ijs manifeſtum eſt.

Excludit quoſdã modos, quos aliquis poſſet exiſtimare in motu mouentis ſeipſum. & primo oſtendit cp mouentis ſeipſum nõ mouetur vtraq; pars ab altera, ſecundo oſtẽdit cp pars mouentis ſeipſum non mouet ſeipſam ibi [At vero neq; primũ ſeipſum.] Circa primũ duo facit. Primo proponit quod intẽdit, ſecũdo probat propoſitũ ibi [Neq; enim erit.] Dicit ergo primo, manifeſtũ eſſe ex ijs quæ ſequũtur, cp non contingit aliquid mouere ſeipſum hoc modo, quòd vtraq; pars eius moueatur a reſidua. ſicut, ſi A B moueat ſeipſum, eo cp A moueat B, & B moueat A. Secundo ibi.

tex. 42.

C

ARGY. *Nam. ſi vtrunq; mouebit vtrunq;, nihil erit profecto quod moueat primum. Id enim, quod prius mouet, cauſa magis eſt, vt moueatur id, quod motu cietur, quã id, quod illi cohæret. Duplex eſt enim id quod motu ciet, (ut diximus,) quoddam enim mouet ab alio ſuſcipiens motum quoddam ſeipſo mouet. Atq; id, quod longius ab eo diſtat, quod motu cietur propinquius eſt magis principio motus, quàm id, quod in medio collocatur.*

tex. 51.

Neq; enim erit primũ mouens vllũ, ſi vtrunq; vtrunq; mouebit. Quod. n. prius magis eſt cauſa mouendi, q̃ ſequẽs, & mouebit magis. Dupliciter enim mouere erat: aliud quidem quod ab alio mouetur ipſum, aliud autem ex ſeipſo. proximus autem eſt, quod longius eſt ab eo quod mouetur a principio, q̃ medium.

D

Probat propoſitũ quatuor rationibus. Et eſt attendendum, cp ad hanc concluſionẽ, reſumit rationes ſuprapoſitas ad oſtendendũ, quòd non omne mouens mouetur ab alio. vnde ex præmiſſis abbreuiate hic colligit quatuor rationes, quarũ prima ſumit ex prima ratione, quã ſupra poſuit duplici ordine, ad oſtendendũ quòd etiam non proceditur in infinitũ in hoc, quòd ſemper aliquid ab alio moueatur, propter hoc, quòd non eſſet aliquod primũ mouẽs, quo remoto remouerentur ſequentia. Vnde & hic primo præmittit idẽ inconueniens. Dicit. n. quòd ſi in primo moto, quod ponitur mouens ſeipſum, vtraq; pars ab altera reciproce moueatur, ſequetur quòd non ſit aliquod primũ mouens.

Lectio. 53.

Lectio. 9.

Te. 54.

Et hoc ideo, quia, ſicut ſupra dictũ eſt mouens prius eſt magis cauſa mouendi & magis mouet, q̃ poſterius mouens. et hoc ideo ſupra probatur. quia dupliciter aliquid mouet.

tex. 53.

vno. n. modo mouet aliquid ex eo quod mouetur ab alio, ſi cut baculus mouet lapidẽ eo quòd mouetur a manu, et hoc eſt ſecundũ mouens: alio modo mouet aliquid ex eo cp mouetur ex ſeipſo, ſicut homo mouet. & hæc eſt diſpoſitio primi mouentis. Illud autẽ, quod mouet non eo cp mouẽt ab alio, magis eſt remotũ ab vltimo quod mouetur, & magis proximũ primo mouẽti, q̃s mediũ, quod, ſ. mouet eo quod ab alio mouẽt. Debet ergo ratio ſic formari, ſi totius mouentis ſeipſum vtraq; pars mouet aliã reciproce, nõ magis mouet vna q̃ alia, ſed primũ mouẽs magis mouet q̃ 2ⁿᵐ: ergo neutra earũ erit primũ mouẽs, quod eſt incõueniens: quia ſic ſequereretur, cp illud quod mouẽt ex ſeipſo, nõ eſſet ppinquus primo principio mot⁹ [quod nullũ ſequit eſſe] q̃ id quod mouẽt ab alio: cũ in ſupra ſit oſtẽſum, cp mouẽs ſeipſum ſit primũ in genere mobiliũ. Nõ ergo hoc eſt verũ. cp mouẽtis ſeipſum utraq; pars p aliã moueat. Deide cũ dicit.

Præterea, quod mouet non neceſſario mouetur, niſi a ſe moueatur, per accidens ergo mouet alterum cõtra. At accipiam poſſe ipſum nõ mouere. aliud ergo mouebitur, aliud mouebit immobile. ARGY.

Amplius non neceſſe eſt mouens moueri, niſi a ſeipſo. ſecũdum accidens ergo contra mouet alterum. Accipiebam igitur contingere nõ mouere. ergo erit aliud quidẽ quod mouetur, aliud autem mouens immobile.

Secunda rõ.

Sumit duas rationes ad idẽ ex vna ratione quã ſupra poſuerat ad oſtendendũ, cp non oẽ mouẽs mouetur, ita cp mouẽri conueniat mouenti per accidẽs. In qua quidẽ ratione ſupra duas cõcluſiones intulit. Primã, ſ. cp mouens cõtingit et nõ moueri. Alterã, cp mot⁹ nõ ſit æternus. & ſm has duas cõcluſiones duas hic rationes formar. Primo. n. dicit, cp nõ neceſſariũ eſt mouẽs moueri niſi a ſeipſo ſm accidẽs. & eſt ſẽſus, cp niſi accipiaẽ primũ mouẽs moueri a ſeipſo, nõ erit etiã neceſſe cp mouens primũ moueat ſm accidẽs. ſicut quidã poſuerunt, cp oẽ mouens mouetur, & tñ hoc, eſt ei per accidẽs. Cũ ergo ponit cp mouẽtis ſeipſum pars, quæ mouet, econtra equaliter mouetur ab altera, hoc nõ erit niſi pacidens. ſed ſicut ſupra accipiebamus, quòd eſt p accidẽs, contingit nõ eſſe: ergo cõtingit illã partẽ, quæ mouet, nõ moueri. ſic ergo remanet cp mouentis ſeipſum vna pars mouetur, & alia mouet, & non mouetur. Deinde cum dicit.

Te. 56.

Præterea, non eſt neceſſarium id quod mouet contra moueri, ſed neceſſe eſt, aut immobile quippiã moueat, aut quod a ſeipſo motu cietur, ſi motũ eſſe ſemper neceſſe eſt. ARGY.

Amplius, non neceſſe eſt mouens, cum mouet, cõtra moueri: ſed aut immobile mouere neceſſe eſt, aut ipſum a ſeipſo moueri, ſi neceſſe eſt ſemper motum eſſe.

Tertia ratio.

Ponit aliam rationẽ correſpondentẽ ſecundæ concluſioni, quã ſupra intulerat, ſ. quòd ſequitur motum nõ ſemper eſſe. Hic aũt conuerſo ordine ſic arguit, ſi neceſſe eſt motũ ſemper eſſe, non neceſſe eſt mouens cũ mouet ecõtrario moueri, ſed neceſſe eſt, cp vel mouens ſit immobile, vel quòd ipſum moueatur a ſeipſo. Huius aũt conditionalis ratio ex ſuprapoſita ratione apparet quia, ſi mouens nõ mouet niſi moueatur & cũ non ineſt ei moueri niſi per accidẽs: ſequitur quòd contingat ipſum non moueri: ergo per cõſequẽs neq; mouere, & ſic non erit motus. ſed motũ ſupra oſtendebat ſempiternum: ergo non neceſſe eſt mouens cum mouet contra moueri. & ita non eſt verum, cp vtraq; pars mouentis ſeipſum moueatur ab altera. Deinde cum dicit.

Præterea, moueretur etiam eo motu profecto, quo mouet, quæ calefit id quod calefacit. ARGY.

Amplius, ſi mouet motũ, et mouebitur vtiq;, quale calefaciens calefit.

Quarta ratio Te. 17.

Ponit quartam rationem, quę ſumitur ex ratione quam ſupra poſuit ad oſtendendum, quòd non ineſt moueri per ſe cp moueatur: quia ſequeretur cp eſſet deuenire in hoc, cp

Universidad de Deusto
Biblioteca

mouens eodem motu moueretur quo mouet, vt supra expositum est: & ideo hic abbreuiando hanc rationem dicit, cp si vtraq; pars ab altera moueatur, sequetur, cp fm eundē motum mouet & mouetur. Vnde sequitur, si calefaciens calefit: quod est impossibile. Ideo autem sequitur, si mouētis seipsum vtraq; pars ab alia moueatur, cp secundū eundem motum aliquid mouet & mouetur: quia mouētis seipsum est vnus motus, & secundum illum oportebit, cp pars quæ mouet moueatur. Deinde cum dicit.

ARGY. *At vero, neq; aut vna pars eius, quod primo seipsum mouet, aut plures seipsas mouebunt.*

12.cō.42. At vero, neq; ipsius primo seipsum mouentis, aut vna pars, aut plures mouebunt ipsa seipsam vnaquæq;.

Excludit alium modum, s. cp mouētis seipsum pars seipsam non mouet. & primo proponit quod intendit, secundo probat propositum ibi [Totum enim si mouetur.] Dicit ergo primo, cp si accipiatur aliquid, quod est primo mouens seipsum, nō potest dici, neq; cp vna pars eius seipsam moueat, neq; quod plures: ita cp quælibet earum seipsam moueat. Secundo ibi.

Infra. F

ARGY. *Totum enim ipsum, si a seipso mouetur aut ab aliqua sui parte, aut a toto totum mouebitur. Si igitur, quia pars aliqua mouetur a seipsa, totum ipsum seipsum mouet: illa pars erit id plane, quod primum seipsum mouet. Separata nanq; seipsam illa mouebit: totum autem, non seipsum mouebit. Sin uero totum a toto mouetur, per accidēs ipsæ partes seipsas sanè mouebunt. Quare, si seipsas non necessario mouent. Sumantur non a seipsis moueri. ipsius ergo totius non quædam pars mouebit immobilis quædā mouebitur. Hoc enim pacto duntaxat, aliquid seipsum mouere potest.*

Totum enim, si mouetur ipsum a seipso, aut ab aliquo eorū, quæ sunt ipsius mouebitur, aut totū a toto. Si igitur, quia mouetur aliqua pars ipsa seipsa, hæc vtiq; erit primū ipsum seipsum mouens. separata enim hæc quidem mouebit ipsa seipsam, totum autem non iam. Si aūt totum a toto mouetur, secundum accidens vtiq; mouebunt hæ ipsæ seipsas. quare, si non sunt necessaria, accipiantur non mota seipsis. Totius igitur aliud mouebit, cū immobile sit, aliud autem mouebitur. solum enim sic possibile est adhuc ipsum mobile esse.

Probat propositum duabus rationibus. quarum prima talis est. Si totū mouetur ipsum a seipso, aut hoc conuenit ei ratione suæ partis, quæ mouetur a seipsa, aut ratione totius. si cōueniat ei ratione suæ partis: ergo illa pars erit primū seipsum mouēs: quia illa pars separata a toto mouebit seipsam: sed totū iam non erit mouēs seipsum primū, vt ponebat. si vero dicat, cp totū mouet seipsum rōne totius: ergo quòd aliquæ partes mouent seipsas, hoc nō erit nisi per accidens. quod aūt est per accidens non est necessarium: ergo in primo mouente seipsum maxime oportet accipere cp partes non moueantur a seipsis. totius ergo primi mouentis seipsum vnæ pars mouebit, cum sit immobilis, alia mouebitur. Istis. n. solum duobus modis possibile esset quòd pars mouens moueatur: scilicet aut quòd moueretur a parte altera, quā mouet, aut quòd moueret seipsam. Vnde attendendū est, cp Arist. excludendo hos duos modos, intendit concludere, cp pars mouens in mouente seipsum, sit immobilis, non aūt cp mouens seipsum dimidatur in duas partes: quarū vna sit mouens, & alia mota. hoc. n. sufficienter conclusum est per id quod primo ostendit, quòd totū non mouet seipsum totū. & sic patet, quòd non fuit necessariū Aristo. inducere diuisionē quinq; membrorū, vt quidam dixerunt. quorū vnum membrū sit, quòd totū moueat totum secundū, quòd totum moueat partem: tertium, cp pars moueat totum: quartum, quòd duæ partes vicissim se moueant: quintum, quòd vna pars sit mouens & alia mota. si enim totum nō mouet totum, per eandem rationem sequitur, quòd totum non moueat partem, nec pars totum: quia vtrobiq; sequeretur, quòd aliqua pars mota moueret seipsam. Vnde hoc, quòd totum non mouet totum, sufficit ad concludendum, cp vna pars sit mota, & alia mouens: sed nō sufficit ad concludendum, cp pars mouens non moueatur a mota, & cp non moueatur a seipsa. Et ad hoc secundū probandum inducit secundam rationem ibi.

Præterea, si totum seipsum mouet, aliud ipsius mouebit, aliud sane mouebitur. Ipsum igitur A B, a seipso, et ab ipso mouebitur A. ARGY.

Amplius, si tota ipsa seipsam mouet, hoc quidem mouebit ipsius, illud autem mouebitur, Ergo A B, a seipsa quidem mouebitur, & ab A.

Quæ talis est. Si detur cp pars mouens mouētis seipsum, ipsa tota seipsam moueat, sequitur (per supra probata) cp ipsius partis iterū vna pars moueat, & alia moueatur. iam enim ostensum supra est, quòd totū non mouet seipsum aliter, nisi per hoc quòd vna pars eius mouet et alia mouetur. Sit ergo pars mouens mouentis seipsum A B: per rationē ergo prę missam sequitur, quòd vna pars eius sic mouens, s. A, & alia mota, s. B. si ergo A B moueat tota se totam (vt tu ponis) sequitur quòd idem moueatur A duobus motoribus, s. a toto, quod est A B, & a parte quę est A: quod est impossibile. Relinquitur ergo cp pars mouens in mouente seipsum est omnino immobilis. Secūda 16.

A mouens. B motum.

Tota linea ex seipsa mouetur, & ab A primo.

LECTIO XI.

Quomodo partes seipsum mouentis consyderari valeat, & cuius rationis sint dicitur.

Cùm autem eorum quidem, quæ mouent, quoddam, ab alio moueantur, quoddam immobile sit, eorū uero quæ mouentur, aliud moueat, aliud non moueat quicquā: id, quod seipsum mouet ex eo sanè quod mouet, & non mouetur, et ex eo quod mouetur, & non necessario mouet, sed interdū mouet, interdum non mouet constare necesse est. ARGY.

Te.cō.43. QVoniam autē mouet aliud quidem quod mouetur ab alio, aliud autem, cum sit immobile, & mouetur: aliud quidem mouens, aliud autem nihil mouens, ipsum seipsum mouens, necesse est ex immobili est, mouente autem: et adhuc ex eo quod mouetur, non mouente autem ex necessitate, sed qualiter euenit.

Postquam Philosophus ostendit quòd mouens seipsum diuiditur in duas partes, quarū vna mouet & non mouet, alia aūt mouetur, hic ostendit quomodo huiusmodi partes se habeant adinuicē. & circa hoc tria facit: primo proponit quod intendit, secundo ostendit propositū ibi. [Sit enim A mouens.] Tertio concludit conclusionē principaliter intentā ex omnibus præmissis ibi [Manifestū igitur ex his est.] Dicit ergo primo, quòd cū mouens diuidatur in duo, quorum vnū mouetur etiam ab alio, aliud vero mouens est immobile: et iterū mobile diuidaī in duo: est. n. quoddā mobile, quod etiā mouet, quoddam vero mobile, quod nihil mouet, oportet dicere, quòd mouens seipsum componatur ex duabus partibus, quarum vna sit sic mouens, quòd tamen sit immobilis, alia vero sic moueatur: cp tamen nō moueat. Quod autem subdit [ex necessitate] dupliciter potest: intelligi: quia, si intelligatur, quòd pars mota mouentis seipsum non moueat aliquid, quod sit pars mouētis seipsum, sic Infra. Tertia 44.

sic legēda est litera, cp necessitas remaneat affirmata, cadēs super hoc quod dicit [non mouente.] Probat enim statim impossibile esse, cp eius, quod primo mouet seipsum, sit tertia pars, quæ moueatur a parte mota. Si vero intelligatur quòd pars mota non moueat aliquid extrinsecum, sic hoc quod dicit [Ex necessitate] cadit sub negatione. Non. n. est de necessitate mouentis seipsum cp pars eius mota moueat aliquid extrinsecum, nec tamē est impossibile. Qualiter autem hoc contingat ostendit consequenter cum dicit. A

ARGY. *Nam sit A quidem mouens immobile, B vero id quod ab A mouetur, & mouet etiam C, hoc autem moueatur quidem, sed non moueat quicquā. nam & si fit ut per plura quoq; perueniatur ad ipsum, C, per vnum tamen solum nunc accedatur. Totum igitur A B C, seipsum mouet. Sed si auferam C, ipsum quidem B seipsum motu ciebit: quippe cum A moueat, B moueatur, (vt patet) at C non seipsum motu ciebit, neq; omnino mouebitur. At vero nec ipsum B C sine A seipsum mouebit. nam ex eo B mouet, quia ab alio motu cietur, et non ex eo, quia mouetur a se parte sua mouente. ipsum igitur A B solum seipsum mouet. Quæ cum ita sint, id omne, quod seipsum mouet, habeat necesse est et id quod mouet, & est immobile, & id quod motu cietur, non autem necessario mouet.*

Sit enim A mouens quidem immobile, B autē quod mouetur ab A, & mouens quod est in quo C: hoc autem motum quidem a B, mouens autē nihil. si quidem. n. & per plura media venit aliquando in C, sit per vnum solū. omne ergo A B C ipsum seipsum mouet. sed si aufero C ab A B ipsum seipsum mouebit, A quidē est mouens, B vero quod mouetur, C aūt nō mouebit ipsum seipsum, neq; penitus mouebit. At vero neq; B C mouebit ipsa seipsam sine A: ipsum. n. B mouet in eo quod mouetur ab alio, non quia a suipsius parte aliqua. A B igitur solū ipsum seipsum mouet. Necesse itaq;, ipsum seipsum mouens habere mouēs immobile, & quod mouetur: nihil autem mouens ex necessitate. B

Te.44. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositū, secundo soluit quandā dubitationem. ibi [Dubitationē habēt.] Circa primū duo facit. Primo ostendit qualiter partes mouentis seipsum se habeant adinuicem, secundo qualiter secundum eas totū dicitur seipsum mouere ibi [Siquidē igitur continuū est.] Circa primum duo facit. Primo ostendit cp in mouente seipsum sunt solæ duę partes, quarū vna mouet & non mouetur, alia mouetur & non mouet: secundo quomodo hæ duæ partes ad inuicē coniungātur. ibi [Contacta aūt vtraq;] Primū ostendit sic, si dicatur cp pars mota mouentis seipsum iterum moueat aliquid aliud, quod sit pars eiusdem mouentis seipsum, sit ergo prima pars mouentis seipsum A, quod sit mouens immobile: secunda vero pars sit B, quod moueatur ab A, & moueat tertiā partē, quæ est C, quæ sic moueaī a B, cp nihil aliud moueat, quod sit pars mouentis seipsum. Non. n. potest dici, cp fiat descensus in infinitū in ptibus mouentis seipsum. s. cp pars mota iterū moueat aliā: quia sic mouēs seipsum esset in infinitū, quod est impossibile, vt supra ostēsum est. erit ergo aliqua pars mouentis seipsum, quæ est mota non mouens, quam dicimus C. Et licet contingat per multa media, quæ sunt mouētia & mota peruenire in vltimū motū, quod dicitur C: accipiatur loco omniū mediorū, etiā vnū mediū, quod sit B. Sic ergo hoc totū, quod est A B C, mouet seipsum. a quo toto si auferatur hæc pars, quæ est C: adhuc ipsum A B mouebit seipsum: quia vna pars eius est mouens, s. A, & alia mota, scilicet B, quod requirebat ad hoc cp aliqd sit mouens se ipsum (vt supra ostensum est) sed C non mouebit seipsum, neq; aliquā aliam partem secundum suppositā. Similiter etiā B C nō mouet seipsum, sine A: quia B non mouet nisi in quantum mouetur ab alio quod est A, quod non est pars eius. Relinquit ergo cp solum A B moueat seipsum primo & per se. Vnde necesse est cp mouens seipsum habeat duas partes: quarum vna sit mouens immobilis, alia vero sit mota, quam necesse est nihil mouere, quod sit pars mouentis seipsum: hoc. n. conclusum est per præmissam rationem. Vel nihil mouens ex necessitate: quia non est de necessitate mouentis seipsum, cp pars mota moueat aliquid aliud etiam extrinsecum. Secundo ibi. Infra. D

Quæ quidem aut sese mutuo tangunt, aut alterum alterum tangit. ARGY.

Contacta autem vtraq; abinuicem, aut ab altero alterum.

Ostendit quomodo hæ duæ partes se habeāt adinuicē. Vbi considerandum est, cp Aris. uondum probauit primū mouens non habere aliquam magnitudinem, quod infra probabit. Quidam aūt Antiqui Philosophi posuerunt nullam substantiā absq; aliqua magnitudine esse. Vnde Arist. ante probationē hoc sub dubio secundum suam consuetudinē derelinquens, dicit, cp duas partes mouentis seipsum, quarū vna est mouens, & alia mota, necesse est aliquo modo coniungi, ad hoc cp sint partes vnius totius. non autem per continuationem, quia supra dixit, cp mouens seipsum, & motum nō possunt continuari, sed necesse est ea diuidi. vnde relinquitur cp oportet has duas partes coniungi per contactū: aut ita, vt ambæ partes contingant se inuicem, si ambæ partes habeant magnitudinem: aut ita cp altera tantum pars contingatur ab alia & non econuerso, quod erit si mouens non habet magnitudinem. Quod enim est incorporeum potest quidem tangere corpus sua virtute mouendo ipsum, non autem contingitur a corpore. duo autem corpora seinuicem tangunt. Deinde cum dicit.

Quod si id quod mouet cōtinuum sit (nam in quod motu cietur, necessario continuum est.) patet totum seipsum motu ciere, non ex eo, quia aliquid ipsius est tale, ut ipsum seipsum moueat, sed quia totum seipsum mouet. mouetur autem & etiam mouet ex eo sanè, quia ipsius est aliquid et id quod mouet: & id quod mouetur. Non enim totum mouet: neq; totū mouetur, sed mouet quidem A, mouetur autem tantummodo B, ipsum uero, C non necessario mouetur a B: est enim hoc impossibile. ARGY.

Si igitur continuum est mouēs (: quod enim mouetur, continuum necessarium est esse:) manifestum est, cp totum ipsum seipsum mouet, nō eo cp ipsius aliquid huiusmodi sit, vt ipsum seipsum moueat, sed totum mouet ipsum seipsum. motum autem & mouens eo cp ipsius aliquid & mouens, & aliquid motum. Non enim totū mouet, neq; totum mouetur, sed mouet quidē A, B autem mouetur tantum. Sed C ab ipso B non iā: impossibile enim est.

Ostendit qua ratione totū dicatur mouens seipsum vna parte mouente, & alia mota. & supponamus quantum ad præsens, cp vtraq; pars sit continua, ideſt magnitudinē habens: quia de eo, quod mouetur, in Sexto probatum est, cp sit aliquid continuum: & accipiatur nunc idem de mouente antequam veritas probetur. Hac igitur suppositione facta, ipsi toti composito ex duobus tria attribuuntur, scilicet moueri, mouere, & mouere seipsum. Sed hoc quod est mouere seipsum, nō attribuitē ei pp hoc cp aliqua pars eius moueat seipsam, sed ipsum totum seipsum mouet. sed hoc quod est mouere & moueri, attribuitur toti ratione partis. 16.31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non enim totum mouet neq; totū mouetur: sed mouet vna pars eius, scilicet A, reliqua vero pars eius solum mouetur, scilicet B. iam enim ostensum est quòd non est aliqua tertia pars vt C, quæ moueatur ab ipso B. Impossibile est. n. hoc, si accipiatur id quod primo mouet seipsum, sicut supra ostensum est. Deinde cum dicit.

ARGY. *Existit autem dubitatio hoc loco quædam, si quispiã, aut ipsius A, si continuum sit, id quod mouet quidem, sed non mouetur, aut ipsius B, quod mouetur, aliquam auferat partem, mouebit ne reliquum ipsius A, aut reliquum ipsius B motu ciebitur? Nam, si mouebit aut mouebitur, nõ erit A B profectò id, quod a seipso primo mouetur. Ablata enim ab eo parte, reliquum A B seipsum adhuc mouebit.*

Tc. 66. 44. Dubitationē autem habet, si auferat aliquid quis ab ipso A, si continuum mouens quidem, immobile aũt: aut ab ipso B, quod mouetur, reliqua vero ipsius A mouebit, reliqua autē ipsius B mouebitur. Si enim hoc, non vtiq; erit quæ primo mouetur, a seipsa, quæ est A B. Remota enim ab A B, adhuc mouebit seipsam reliqua A B.

Infra. Mouet quandã dubitationem circa præmissa. Et primo mouet eam, secundo soluit. ibi [Aut potentia quidē.] Habet aũt hæc dubitatio ortum ex hoc, quod supra probauerat, cp in primo mouente seipsum, non sunt nisi duæ partes: quarũ vna mouet, & alia mouetur, quia si esset tertia, etiã ea remota cõpositum ex primis duabus mouet seipsum: & sic ipsum est primum mouens seipsum. Ex hoc ergo sequitur dubitatio talis. Ponamus cp pars mouẽtis seipsum, quæ est mouens immobile, vt A sit quoddã continuum. de parte aũt eius, quæ mouetur, scilicet B, manifestum est, cp est aliquid continuum secundum prius probata: omne autē continuum est diuisibile: est ergo dubitatio, si auferatur aliqua pars per diuisionem ab A, aut a B, vtrum reliqua pars moueat, aut moueatur. quia si reliqua pars moueat aut moueatur, adhuc residua pars de A B mouebit seipsum: & sic A B non primo mouebat seipsum. Et sic sequitur vlterius, cp nihil erit primo mouens seipsum. Secundo ibi.

ARGY. *An nihil prohibet vtrunq;, aut alterum, id, inquam, quod mouetur, diuisibile quidem esse potentia, indiuisibile autem actu. si uero diuisum fuerit, non ulterius potentiam eandem habere. Quare nihil obstat, vt in ipsis diuisibilibus aliquid insit potentia primo tale.*

Aut potentia quidē nihil prohibet vtrunq;, aut alterũ quod mouetur diuisibile esse, actu autem indiuisibile. si autem diuidatur, non adhuc esse eandē habens potentiã. Quare nihil prohibet & in diuisibilibus potentia primũ esse vnũ.

Soluit positam dubitationem. Vbi consyderandũ est, Tc. 46. cp Arist. prius in Sexto probauit, cp in motu nõ est aliquid primum neq; ex parte tẽporis, neq; ex parte rei, in qua est motus, præcipue in augmento, & motu locali. & hoc ideo, quia tunc loquebatur de motu in communi, & de mobili, secundum cp est quoddam continuum, nondum applicando ad determinatas naturas: & secundum hoc sequeretur, quod non esset aliquid primo motum, & per consequens, nec aliquid primo mouens, si mouens sit continuum: & ita etiam non esset aliquid primo mouens seipsum. Sed nunc iam Arist. loquitur de motu applicando ad determinatas naturas: & ideo ponit aliquid esse primo mouens seipsum. & soluit præmissam dubitationē sic, cp nihil prohibet esse diuisibile in potentia ex eo cp sunt continua, scilicet mouẽs & motum, si vtrunq; sit continuum, aut ad minus alterum tantum, scilicet quod mouetur, quod necesse est esse continuum. Sed tamen possibile est, cp aliquod continuum, siue sit mouens, siue motum, habeat talem naturam, vt non possit actu diuidi: sicut patet de corpore Solis. Et si contingat quòd aliquod continuum diuidatur, nõ retinebit eandem potentiam ad hoc cp moueat vel moueatur quam prius habebat: quia huiusmodi potẽtia sequitur aliquam formam. forma autem naturalis requirit quantitatẽ determinatam. Vnde, si sit corpus incorruptibile, diuidi nõ potest in actu. Si autem sit corruptibile, si diuidatur in actu, non retinebit eandem potentiam, sicut patet in corde. Vnde nihil prohibet in ijs quæ sunt diuisibilia in potentia, esse vnum primum. Deinde cum dicit.

Patet igitur ex hisce quæ diximus, esse id quod primo ARGY. *mouet immobile. Nam siue statim ad ipsum primum immobile, siue ad id quod mouetur quidem, ipsum vero seipsum mouet, sistitq; gradum cum libet fiat ex eo quod mouetur: ab aliquo uero mouetur accessio, utroq; modo nimirum accidit id, quod primo mouet, in omnibus ijs esse quæ mouentur immobile.*

Manifestũ igit ex his, qm̃ est primũ mouẽs im mobile. Siue. n. mox stet, quod mouet, ab aliquo aũt motũ ad immobile primũ: siue ī quo mouet quidē, ipsum aũt seipsum mouẽs et stãs vtrobiq; accidit primũ mouẽs ī oĩbus esse motis īmobile.

Infert conclusionem principaliter intēram ex omnibus præmissis: & dicit, manifestum esse ex præmissis, cp necesse est ponere primum mouens immobile, cum non procedatur in infinitum in mouentibus & motis ab alio necesse sit stare ad aliquod primum, quod est immobile vel mouens seipsum. Siue enim mouentia & mota stent ad aliquod primum immobile, siue ad aliquod primum, quod mouet seipsum vtrobiq; accidit, cp primum mouens sit immobile, per hoc, cp mouentis etiam seipsum vna pars est mouens immobile, vt nunc ostensum est.

LECTIO. XII.

Primum mouens perpetuum & immobile esse, ex animalium seipsa mouentium generatione ac corruptione monstratur.

Cùm autem semper esse motũ oporteat, & nullas eius ARGY. *intercapedines fieri: esse quippiam primũ mouens perpetuum immobileq; aut vnum, aut plura necesse est.*

Tc. cõ. 45. QVoniam autem oportet semper motum esse, & non deficere, necessariũ est aliquid esse, quod primum mouet, siue vnum sit siue plura, & primum mouens immobile esse.

Postquam Philosophus ostẽdit quòd in ijs quæ mouentur ab alio non est procedere in infinitum, sed est deuenire ad aliquod primum, quod vel est immobile, vel mouet seipsum: & ostendit vlterius quòd mouentis seipsum vna pars est mouens immobile, et sic vtrobiq; accidit quòd primum mouens sit immobile: quia tamen in mouentibus se, quæ sunt apud nos, scilicet animalibus corruptibilibus contingit, quod pars mouens in mouente seipsum, est corruptibilis, & mouetur per accidens, scilicet anima vult hic ostendere quòd primum mouens est incorruptibile: & non mouetur nec per se, nec per accidens. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit, secundo probat, ibi [Sic autem si aliquid velit.] Circa primum tria facit. Primo resumit ea quæ supra ostensa sunt, Secundo præmittit quoddam, quod videbatur posse valere ad suum propositum. ibi [Vnumquodq; quidem igitur.] Tertio exponit suum propositum. ibi [Quoniam autem necessarium est esse.] Dicit ergo primo, quòd supra ostensum est, quòd motus semper est, & nunquam deficit. & quia omnis motus est ab aliquo mouente in mouentibus autē non est procedere in infinitũ: necesse est esse aliquod primum mouẽs. Et, quia nondum probatum est, quòd primum mouens sit vnum, ideo sub dubio derelinquit, vtrum sit vnum, uel plura. Et vlterius ostensum est, cp primum mouens est immobile, siue statim ascendendo de motis ad mouentia perueniatur

Tertia. 46. ter. 46. Secunda.

niatur ad primum immobile, siue perueniatur ad primum mouens seipsum cuius vna pars est mouẽs immobile. Fuit autem quorundam positio cp omnia principia mouentia, in ijs quæ mouent seipsa, sunt prepetua. posuit enim Plato omnes animas animaliũ perpetuas. Etsi vera esset hęc opinio, idm statim Aristote. haberet propositum quantum ad hoc, cp primum mouens sit perpetuum. sed opinio Aristo. est cp de partibus animæ solus intellectus est incorruptibilis: cum tamen etiam aliæ partes animæ sint mouentes. Et ideo hoc consequenter prætermittit dicere.

ARGY. *Vnumquodq; igitur corũ quæ immmobilia sunt, atq; mouẽt, perpetuum esse, non ad præsentẽ sermonẽ pertinet.*

Tc. cõ. 46. Vnumquodq; igitur perpetuum esse immobilium quidem, mouentium autem, nihil pertinet ad eam, quæ nunc rationem.

Et dicit cp ad rationem, quæ præ manibus habetur, nihil pertinet an vnumquodq; principiorum quæ mouent & sunt immobilia, sit perpetuum, quãuis hoc aliqui posuerunt ponentes omnes animas incorruptibiles. Et dicit hoc non esse ad præsentem rationem: quia hoc non supposito habebit propositum. Deinde cum dicit.

ARGY. *Esse autem aliquid necessario, quod semper omnis quidem sit mutationis tam absolutæ quam per accidens expers, aliud autem moueat, perspicuum, si hoc pacto consyderabimus, fiet.*

Quoniam autem necessarium est esse aliquid immobile quidem ipsum ab omni exterius mutatione, & simpliciter, & secundum accidẽs, motiuũ aũt alterius, manifestũ est consyderantibus.

Exponit quid intendit probare: & dicit, cp consyderando ea, quæ sequuntur, manifestum potest esse, cp, & si non omne mouens immobile sit perpetuum, necesse est tñ esse aliquid immobile, ita cp nullo modo ab extrinseco moueatur, nec simpliciter, nec per accidens: & tamen sit motiuum alterius. Dicit autem [ab omni exterius mutatione] nõ intendens excludere motum, idest operationem, quæ est in operante, prout intelligere dicitur motus, & prout appetitus mouetur ab appetibili. Huiusmodi enim motus nõ excluditur a primo mouente, de quo intendit.

ARGY. *Atq; sit ita. si cui placeat, in aliquibus fieri posse, ut aliquando sint, aliquando nõ sint sine generatione corruptione neue. Fortasse nanq; necessarium est, si quid partibus uacans aliquando non est, oẽ tale sine mutatione esse, atq; nõ esse. Et hoc insuper concedatur fieri posse, ut principiorũ immobilũ, motiuorum quædam aliquando sint, aliquãdo non sint. sed impossibile est hãc omnia conditionem subire.*

Sit autem, si aliquis velit in quibusdam contingens esse, vt & sit aliquando, & non sit sine generatione & corruptione. Fortassis enim necessarium est, si aliquod impartibile aliquando quidem est, aliquando autem non, sine mutatione aliquando quidem esse, aliquando quidem non esse. Et principiorum immobilium quidem, motiuorum autem quædam aliquãdo quidem esse, aliquando autem non esse, contingat & hoc. sed nequaquam omnia possibile est.

Probat quod dixerat, scilicet cp sit aliquod primum mouens perpetuũ & penitus immobile. Et primo probat hoc per mouentia se, quæ quandoq; sunt, et quandoq; nõ sunt, secundo per principia mouentia, quæ quandoq; mouent, & quandoq; non mouent, ibi [Et iterum cõsyderans.] Circa primum tria facit. Primo ostẽdit cp oportet esse aliquod Tex. 50. primum mouens perpetuum, secundo cp tale mouens magis debet esse vnum quam plura. ibi [Vnum autē magis.] Secũda. 48.

A Tertio ostendit vtrunq; simul, scilicet cp est vnum primum mouens, & perpetuum. ibi [Manifestum est igitur ex his.] Circa primum duo facit. Primo excludit quãdam rationẽ, per quã aliquis posset niti ad probandum propositum, secundo procedit ad propositum ostendendum: ibi [Manifestum est enim:] Posset autem aliquis sic procedere. Omne quod non potest quãdoq; esse & quandoq; nõ esse, est perpetuum: sed primum mouens, cum sit immobile, vt ostensum est, non potest quandoq; esse & qñq; non esse: (quia quod quandoq; est, & quandoq; non est, generatur & corrumpitur: quod autem generatur & corrumpitur mouet:) ergo primum mouens est perpetuum. Arist. autem de hac ratione nõ curat: quia potest aliquis dicere, si vult, cp in quibusdam contingit, cp quandoq; sint, & quandoq; non sint absq; hoc, cp generentur et corrumpantur per se loquendo, & per consequens absq; hoc cp per se moueantur. Necesse est enim si aliquid impartibile, quod scilicet non sit compositum ex materia & forma, quandoq; sic est & quãdoq; nõ est, cp omne tale sine mutatione sui quandoq; sit & quandoq; non sit: sicut potest dici de puncto, & de albedine, & de quolibet huiusmodi. ostensum enim est in Sexto cp omne quod mouetur est partibile. & in Septimo Meta. cp omne quod generatur est compositum ex materia & forma. Huiusmodi quidem igitur impartibilia per se quidem nõ generantur neq; mutantur, sed p accidens generatis & mutatis alijs. Ex quo etiam patet, cp si aliquid neq; per se neq; per accidens mouetur, cp illud est perpetuum: & si est perpetuũ: neq; per accidens neq; per se mouetur, fm hoc quod est perpetuũ. Si ergo conceditur esse contingens, cp aliquid quandoq; sit, & quandoq; non sit, absq; eo quod generetur & corrumpatur, etiam & hoc concedatur esse contingens, cp quædã prĩcipia mouẽtia immobilia, ita tñ cp possint moueri p accidens, quandoq; sint, & quãdoq; non sint. Nequaquam tñ possibile est, omnia principia mouentia & immobilia talia esse, vt qñq; sint & qñq; non sint. Secundo ibi.

C *Nam aliquam hisce causam esse patet, quæ ipsa seipsa mouent, ut aliquando sint, aliquando non sint. Etenim id quidem, quod seipsum mouet, magnitudinem habeat omne necesse est, si nihil partibus uacans mouetur. id autem quod mouet, nulla necessitate est tale. Vt igitur alia generẽtur, alia corrumpantur idq; continue sit nihil eorum est causa, quæ immobilia quidem sunt tamẽ non semper sunt, neq; rursus eorum, quæ semper quidem hæc mouent, alia vero alia mouent. Perpetui enim atq; continui, nec unum ipsorũ est causa, nec uniuersa. nam sic sese quidem habere perpetuum, ac necessario est. uniuersa autem sunt infinita, & non simul omnia sunt. Patet igitur, et si infinities nõnulla principia immobilia mouentia, et multa eorum quæ seipsa mouent, partim corrumpuntur, partim insuper generantur, atq; hoc quidem hoc, aliud autem hoc mouet, at nihilominus aliquid esse quod hæc omnia continet: idq; præter unumquodq; istorum, aliud quidẽ esse, quod quidẽ est causa, ut alia sint, alia non sint, et mutationis cõtinuæ: atq; hoc quid his, hæc autem cæterus motus causam esse. Si igitur motus perpetuus est, perpetuum erit et mouẽs primũ, si unum sit. quòd si sint plura, plura quoq; perpetua erũt.* ARGY.

Manifestum est enim cp causa quædam ipsa seipsa mouentibus inest, ipsius quod est aliquando quidem esse, aliquando autem non esse. Ipsum quidem enim seipsum mouens, necesse est omne magnitudinem habere, si nihil mouetur impartibile. mouens autem, neq; vna necessitas est ex dictis. Ipsius igitur quod est alia quidem fieri, alia vero corrumpi: & hoc continue, nulla

Tc. 28. Tc. 22. Tc. 29.

causa

causa est immobilium quidem, non semper aut existentium. Neq; ipsorum quidem semper hęc mouentium, horum autem altera. Ipsius.n. semper, et continui, neq; vnumquodq; ipsorum causa, neq; omnia. hæc enim quidem sic se habere semper & ex necessitate est, omnia autem infinita & non sunt simul omnia entia. Manifestum igitur est, q̄ quāuis decies milies principia quædam immobilium quidem, mouentium autem, et multa ipsa seipsa mouentium corrūpant̄, alia vero fiant, & hoc quidē immobile sit, aliud vero mouet, alterū autem hoc, sed nihilominus est aliquid quod continet. & hoc extra vnumquodq;, quod est causa eius quod est alia esse, alia vero non, & continuæ mutationis, & hoc quidē his, hæc autem alijs, causa motus sunt. Si igit̄ perpetuus motus est perpetuum erit & mouens primū, si vnum. si vero plura, plura, & perpetua.

Tex. 46.

Te. cō. 48.

Ostendit propositum: & dicit, q̄, si quædam mouentia seipsa quandoq; sunt, & quādoq; non sunt, necesse est q̄ sit aliqua causa generationis & corruptionis ipsorum, quæ quandoq; sunt & quandoq; nō sunt: quia omne quod mouetur habet causam sui motus. quod autē q̄nq; est & q̄nq; nō est, si sit compositum, generatur & corrumpitur. mouēs autem seipsum necesse est q̄ habeat magnitudinem, quia mouetur. & ostensum est in Sexto q̄ nihil impartibile mouetur. Sed ex dictis nō potest haberi, q̄ sit necessarium mouens habere magnitudinem, & sic non mouetur per se, si quandoq; sit, & quādoq; non sit. Si autem generationis & corruptionis eorum, quæ mouent seipsa, est aliqua causa, oportet q̄ eriā huiusmodi sit aliqua causa, q̄ eorum generatio et corruptio perpetue continuatur. Non aut̄ potest dici q̄ huiusmodi continuitatis causa sit aliquod illorum immobilium, quæ non semper sunt, neq; etiam potest dici, q̄ sempiternæ generationis & corruptionis quorundam mouentium seipsa, sint causa quędā mouentia immobilia, quę non semper sunt, & aliarum alia. Et hoc exponit subdens, q̄ huius continuæ & sempiternæ generationis non potest esse causa neq; vnum ipsorum, neq; omnia. Et q̄ vnum nō possit esse causa, sic ostendit, quia id, quod non est semper, non potest esse causa eius, quod est semper perpetuū, & ex necessitate. Quod autem omnia non possint esse causa, ostēdit per hoc, quòd omnia huiusmodi principia corruptibilia, si generatio est perpetua, sunt infinita, & nō simul sunt: impossibile est aūt vnum effectum dependere ex infinitis causis. Et iterum, ea quæ non simul sunt, non possunt esse causa alicuius: licet possit esse, quòd eorum quæ non simul sunt, quædam disponant, & quædam causent. vt patet in guttis successiue cadētibus, quæ causant lapidis effossionē. sed, si aliqua multa sunt directa causa alicuius, oportet q̄ simul sint. Sic ergo manifestum est, quòd, si sint decies milies principia mouentia & immobilia: & si sint etiam multa, quæ moueant seipsa, quorum quædam corrumpantur, & alia generentur: & inter illa, quædam sint mobilia & quædam mouentia, nihilominus tamen oportet esse aliquid super omnia, quod sua virtute contineat omnia, quæ prædicto modo generantur & corrumpūtur: quod quidē sit causa continuæ mutationis ipsorum, per quam q̄nq; sunt & quandoq; non sunt: & per quam hæc sunt causa generationis & motus his, & hæc alijs: quia omne generans est causa generationis generato. sed tamen generantia corruptibilia habent, quòd sint causa generationis ab aliquo primo incorruptibili. Si ergo motus, per quē quædam q̄nq; sunt, & q̄nq; non sunt, est ꝑpetuus, vt supra ostēsum est: & effectus ꝑpetuus non potest esse nisi a causa perpetua: necesse est, quòd primum mouēs sit perpetuum, si est vnum: &, si sunt plura prima mouentia, quòd etiam illa plura sint perpetua. Deinde cum dicit.

V num autem potius quàm plura putandum est esse; & finita quàm infinita. semper enim finita potius, quam infinita sumenda sunt, si modo eadem fiant. In ijs enim quæ sunt natura, finitum sit potius, et id quod melius est, oportet. (si modo esse possit.) Sufficiens autem est et unū, quod cum primum immobilium sit perpetuumue, cæteris erit principium motus.

ARGY.

Vnum autem magis q̄; multa, & finita q̄; infinita, oportet existimare. eisdem autem accidentibus semper finita magis accipiendū. In ijs enim quæ sunt natura, oportet finitum, & id quod est melius, si contingat, esse magis. Sufficiens autē si vnum, quod primum immobilium perpetuū cum sit, erit principium alijs motus.

Ostendit quòd magis debeat poni vnum principium perpetuum, q̄; multa: & dicit, quòd sicut oportet existimare magis esse principia finita, quā infinita, ita oportet existimare quòd sit magis vnum principium, quàm plura. Si enim eadem accidant vel consequantur in effectibus ex positione finitorum principiorum, quæ expositione infinitorum, magis est accipiendum quòd sint principia finita, q̄; infinita: quia in his, quæ sunt secundum naturam, semper est magis accipiendum illud quod est melius, si sit possibile: quia ea, quæ sunt secundum naturam, sunt optime disposita. melius est autem finitum principium, quàm infinitū: & vnum, quàm multa: sufficit autem ad causandum perpetuitatem motus, quòd sit vnum principium primū immobile, si sit perpetuum: non ergo sunt ponenda plura prima principia. Deinde cum dicit.

Ex hoc etiam patet, aliquid esse necessario unum perpetuumue, quod primo mouet. Demonstratum est enim sempe necessario motum esse: quod si necesse est semper esse, necesse est & continuum esse: semper enim esse continuū est. Deinceps autem esse non continuum est. At si continuus est, unus nimirum est. unus aūt motus a mouēte proficiscetur uno, et unius mobilis est. Nā si aliud atq; aliud mouebit, totus ipse motus nō continuus, sed deinceps erit. Et his ergo quispiam esse primum quid immobile, credet.

ARGY.

Te. cō. 49.

Manifestum igitur ex his est, q̄ necesse est esse aliquid vnum, & perpetuum primum mouens. Ostēsum est enim, quoniam necesse est semper motum esse, & continuum esse. & nanq; quod semper, continuum. quod autem consequenter. non est continuum. At vero si continuus, vnus, est. vnus autem, si ab vno mouente, & vnius, quod mouetur. si enim quoddam aliud & aliud mouebit, non continuus totus motus, sed consequenter. Igitur ex his sciet vtiq; aliquis esse aliquod primum mouens immobile.

Cōcludit ex prædictis, quòd necesse est esse aliquid vnū primum mouens & perpetuum. Et quāuis hoc ex superioribus sufficienter probatum videatur, posset tamen aliquis calumniose dicere, quòd causa continuitatis generationis est aliquod primum mouens seipsum perpetuū: sed motor illius mouentis seipsum non est perpetuum & vnum: sed mouetur a diuersis mouentibus, quorum quædam generātur & quædam corrumpuntur. Sed hoc intēdit excludere: quia, si motus est ꝑpetuus, vt supra probauerat, necesse est quòd motus primi mouentis seipsum, quod ponitur causa totius perpetuitatis motus, sit sempiternus et continuus. Si enim non esset continuus, non esset sempiternus: sed quod consequenter est non est continuum. Ad hoc autem quòd motus sit continuus, necesse est quòd sit vnus: ad hoc vero quòd sit vnus, necesse est quòd sit ab vno mouēte, & vnius mobilis. Si vero sit aliud & aliud mouēs, non erit totus motus continuus, sed consequenter se habens. Necesse est ergo omnino quòd primum mouens sit vnum et perpetuū. Mouens autem immobile, quod mouetur per accidens, non est perpetuum, vt supra dictū est. Relinquitur ergo, q̄ primū mouens sit omnino immobile & per se. & per accidens.

LECTIO. XIII.

Primum mouens esse immobile, primumq; motum perpetuum, multipliciter infinuatur ex mouentium ratione.

ARGY.

Et rursus, si ad eorū principia quæ mouent respexerit. esse igitur quædam eorum quæ sunt, quæ aliquando mouentur, aliquando quiescunt, luce clarius extat. Atq; per hoc ipsum iam patuit, nec uniuersa moueri, nec uniuersa quiescere: nec alia semper quiescere, alia semper moueri. ea nanq;, quæ potentiam habent, ut interdum moueātur, interdum quiescant, ueras hasce sentētias esse demonstrāt.

m. cō. 50.

ET iterum considerās principia mouentiū. Esse quidem igitur quædā eorum quę sunt, quæ aliquando quidem mouentur, aliqn̄ autem quiescunt, manifestum est. Et propter hoc manifestum factum est, quoniam neque omnia mouentur, neque omnia quiescunt, neque alia semper mouentur, & alia semper quiescunt. Quæ nanq; sunt vtrobiq;, et potentiam sunt habentia huiusmodi, quod est aliquādo quidem moueri, aliquando vero quiescere, demonstrant de his.

Postquam Philosophus ostendit q̄ primum mouens est perpetuum, & omnino immobile, ratione sumpta ex perpetuitate generationis & corruptionis animaliū, quæ mouent, seipsa, hic intendit idem ostendere, ratione sumpta ex principijs mouētibus. Et circa hoc tria facit. Primo commorat ea quæ dicta sunt a principio huius tractatus, secundo ex præmissis accipit rationem ad propositum: ibi [Ex quibus est scire,] Tertio cōcludit solutionem cuiusdā dubitationis supra motæ. ibi [Manifestum igitur factum est ex dictis.] Circa primum tria resumit: Primo destructionem quarundam improbabilium positionū: & dicit, q̄ non solum ex præmissis potest aliquis scire, q̄ est aliquod primū mouens immobile, sed etiā per cōsyderationem principiorum motus. Et sicut supra dictum est, manifestū est ad sensum, q̄ in rebus naturalibus inuenitur quædā, quæ aliqū mouentur, & aliqn̄ quiescunt. & ex hoc manifestatum est supra, q̄ nulla trium positionum est vera, neq; illa, quæ dicit, q̄ oīa mouentur semper: neq; illa quæ dicit q̄ oīa quiescunt semper: neq; illa, quæ dicit q̄ illa quæ quiescunt, quiescunt semper: & illa quæ mouentur mouent semper. Huius enim rei veritatem demonstrant illa quæ sub vtroq; inueniuntur, s. motu & quiete, dum habent potentiam, vt q̄nq; moueantur, & quandoq; quiescant. Secundo ibi.

Te. 52. Tertia. 53.

ARGY.

Cum autem talia cunctis sint manifesta, ostendere uolumus & utranq; duorum naturam, esse inquam, et quæ semper sunt immobilia, & quæ semper mouentur. atque ad idipsum proficiscentes, posito hoc, omne quod mouetur ab aliquo moueri: idq; aut immobile esse aut moueri, uel a seipso, uel ab alio semper: ad hoc sumendum tandem processimus. eorum (inquam) quæ mouētur principium esse. subeuntium quidem motum id, quod ipsum seipsum mouet: omnium autem id quod immobile est. Cernimus aūt, atq; admodum clare, res esse tales: quæ quidem seipsas mouent, quale est animantium, ac animalium genus.

Quoniam autem huiusmodi manifesta sunt: volumus autem demonstrare & duorum vtrāq; naturam, qm̄ sunt alia quidē semper immobilia, alia autem quæ semper mouentur: procedentes aut̄ in hoc, & proponentes, omne quod mouetur ab aliquo moueri: & hoc esse aut immobile, aut quod mouetur: & quod mouetur, aut a seipso, aut ab alio semper, deueniemus in hoc accipere, qm̄ eorum, quæ mouētur, est principium. eorum quidē, quę mouentur quod ipsum seipsum mouet: omnium autem, immobile. videmus.n. & manifeste esse eiuscemodi quæ mouent ipsa seipsa, vt animatorum & animalium genus.

Commemorat processum supra habitum ad inuestigandum primum motorem immobilem: & dicit, q̄, quia ista, quæ q̄nq; mouentur, & q̄nq; quiescunt, sunt omnibus manifesta: ne iterum aliquis sequereretur quartam pōnem, ponentem omnia entia esse hmōi, vt q̄nq; moueātur & q̄nq; quiescant, volumus demonstrare duplicem naturam diuersam: ostendentes, s. q̄ quædam sunt, quę semper sunt immobilia: & iterum q̄ quædam sunt, quę semper mouentur. Et circa hoc procedentes proposuimus primo, q̄ oē quod mouetur, mouet̄ ab aliquo: & q̄ necesse est hoc a quo aliquid mouetur, aut esse immobile, aut moueri: & si mouetur, aut a seipso, aut ab alio: et, cum nō sit procedere in infinitum, vt ab alio moueatur: oportet deuenire ad hoc, q̄ sit quoddam primum principium mouēs, ita quidē, quod in genere eorum, quæ mouentur, est primum principium, quod mouet seipsum: sed vlterius simplr inter omnia primum principium est, quod est īmobile. Nec debet reputari incōueniēs, q̄ aliqd moueat seipsum: quia videmus manifeste esse multa talia in genere aīatorum & animalium. Tertio ibi.

ARGY.

Hæc igitur & opinionem nobis præbebant, ne forte contingat motum omnino non esse deinde oriri: quia in ipsis id accidere cernimus. nam prius immobilia sunt, vt uidetur, deinde mouentur. Hoc autem nos sumamus oportet, uno, inquam, hæc seipsa motu ciere, atq; illo non proprie, quippe cum non in ipsis eius sit causa, sed insunt animalibus naturales alij motus: quibus ipsa non per seipsa mouentur, ut accretio, decretio, & respiratio, quibus, vt patet, animalium unumquodq; mouetur, cum quiescit, & non mouetur eo motu, quo ipsum seipsum ciet. Atq; horum causa est continens ipsum, & eorū multa, quæ corpus ingrediuntur, vt nonnullorum ipsum alimentum. cū enim digeritur, dormiunt: cū disgregatur, expergiscuntur, & seipsa mouent, ac ipsum primum principium est externum. Iccirco non semper continue a seipsis mouētur. aliud est enim id quod mouet ipsum: subiens motum atq; mutationem ad unumquodq; eorum, quæ seipsa motu cient. In unuersis autem his, id quod primo mouet, et quod est causa ut ipsa seipsa moueant, a seipso mouetur: per accidens tamē. Corpus enim mutat locum, ut patet: quare et id, quod in corpore est, & motione uectis seipsum mouet.

Te. cō. 51.

Hæc autem & opinionem præbebant, ne forte contingat motum fieri, cum non sit omnino propter id, quod in his videmus hoc contingere. immobilia enim cum sint aliquando, mouentur iterum, sicut videtur. Hoc autem oportet accipere, quoniam fm vnum motū ipsa mouēt. & quod fm hunc non proprie. Non enim ex seipso est causa, sed insunt alij motus natura animalibus, fm quos non mouentur per seipsa, vt augmentum, & decrementū, & respiratio: quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus mouetur anim aliũ vnumquodq; quiescẽs, cum non mouetur a seipso motum. Horum aũt causa, continens & multa intrantium. vt quorũdam alimẽtum. dum coquitur enim dormiunt: disgregato aũt, surgunt & mouent seipsa, cũ primum principium extra sit, vnde nõ semper mouentur continue a seipsis. aliud enim est mouẽs ipsum, quod mouetur, & mutãs ad vnũquodq; mouentium seipsa. In omnibus autẽ his mouetur primũ mouens, & causa ipsum seipsum mouendi a seipso, secundum accidens tamen. mutat enim locum corpus: quare & quod in corpore existens, & necessario mouens seipsum.

Commemorat quãdam obiectionem supra positam & solutam. Cum enim probasset motus perpetuitatem, posuit obiectionem in contrarium ex rebus animatis, quę, cũ prius quieuerunt incipiunt qñq; moueri. Et hoc est quod hic dicit, cp ista animata, quæ mouẽt seipsa, videbantur opinionem inducere, cp contingit in toto vniuerso motum fieri cum prius non fuerit, propter hoc, cp videmus in eis hoc contingere, cp, cum prius non mouerentur, incipiunt qñq; moueri. Et ad huiusmodi solutionem oportet hic accipere, cp animalia mouent seipsa fm vnum motum, s. secundum motum locale. Hic enim solus motus inuenitur in animalibus appetitui subiectus. & tñ nec secundum hunc motum proprie animalia seipsa mouentur, ita. s. cp huiusmodi motus alia causa non præexistat. Non enim animali ex seipso est prima causa, cp localiter moueatur, sed præcedũt alij motus, non voluntarij, sed naturales, vel ab interiori, vel ab exteriori, fm quos aãlia non mouent seipsa. sicut patet de motu augmenti, & decrementi, & respirationis, fm quos motus animalia mouentur: quãuis quiescant secundum motũ localem, quo mouentur a seipsis. Horum aũt motuum naturalium causa est, vel cõtinens extrinsecum, s. cœlum, & aer, a quo immutantur corpora animaliũ exterius: vel aliquid intrans corpora animalium. sicut aer intrat per respirationem, & alimentum intrat per comestionẽ & potum. & ex huiusmodi transmutationibus siue ab interiori, siue ab exteriori causatis, contingit cp animalia qñq; incipiunt moueri, cum prius non mouerentur. sicut patet ex transmutatione, quæ est circa alimentum: quia, dum decoquitur alimentũ, propter vapores resolutos animalia dormiunt. sed, qñ alimentum est iam digestum & dissolutum vaporibus residentibus, euigilant animalia, & surgunt, & mouent seipsa motu locali: cum tñ primum principium motionis sit aliquod extrinsecum a natura aãlis, quod mouet ipsum. Et inde est, cp animalia non semper mouẽtur a seipsis. quia respectu vniuscuiusq; animalis mouentis seipsum inuenit aliud aliquod prius mouens, quod mouetur & mouet. si enim esset oño immobile, semper eodẽ modo se haberet in mouẽdo: & ita motus animalis esset sempiternus. sed, quia hoc mouẽs extraneum, quod mouet aãlia, etiã ipsum mouetur, non semper eodem mõ mouet. Vnde neq; animalia eodem modo mouent seipsa: quia in his oĩbus primum mouens, quod est causa aãlis mouẽdi seipsum, sicut anima, sic mouet cp mouetur, non quidẽ per se, sed per accidens: quia corpus mutatur fm locum. mutato autem corpore, mutatur & id, quod in corpore existit per accidens, scilicet anima. et sic ex necessitate mutatur totum mouens seipsum, vt non sit, in eadẽ dispositione mouendi. Deinde cum dicit,

ARGY. *Ex quibus credi potest, impossibile esse, siquid immobile quidem est, mouet autem & ipsum subiens per accidens motum, id continuo motu mouere. Quare si necesse est continue motum esse, sit aliquid oportet primum mouens immobile, neque per accidens subiens motum, si oportet in hisce, quæ sunt, incessabilem quendam esse motum, & immortalem, ut diximus, atque ipsum quod est in se-*

E *ipso, ac in eodem persistere. Manente nanque principio, & uniuersum ipsum maneat necesse est: quippe, cum ad principium ipsum continuum sit.*

Ex quibus est scire, quia, si aliquid est immobilium quidem, mouentium autem et ipsorum, quæ secundum accidens mouentur, impossibile est continuo motu mouere. Quare, si necesse est quidem continue esse motum, esse oportet aliquid primum mouens immobile, & non secundum accidens, si debet, sicut diximus, in ijs, quæ sunt, esse incessabilis quidam, & immortalis motus, & manere ens in seipso ipsum, & in eodem. Principio enim manente necesse & omne manere, quod continuum est ad principium. Tex. cõ. 5 a.

F Ex præmissis ostendit propositum. & primo, quod primum mouens sit immobile, secundo, cp primus motus sit sempiternus, ibi [At vero si aliquid est.] Circa primũ duo facit. Primo ostendit propositum, secundo excludit quandam obiectionem ibi [Non est idem moueri fm accidẽs.] Dicit ergo primo, cp ex præmissis possumus scire, cp, si aliquod primum est mouens immobile, quod tñ mouetur secundum accidens, non potest facere continuum motum, & sempiternum. ista enim causa est assignata, quare animalium animæ non mouentur semper: quia mouentur per accidens. Sed ostensum est supra, cp necesse est motum vniuersi esse cõtinuum & sempiternum: ergo necesse est primam causam mouentẽ in toto vniuerso esse immobilẽ, ita cp nec etiã fm accidẽs moueatur. Sed, sicut supra dictum est, in rebus naturalibus inueniri debet quidã motus immortalis et incessabilis: et cp totum ens, ideſt dispositio huius vniuersi, maneat in sua dispositione, & in eodẽ statu. Ex immobilitate. n. principij, quod ponitur manere immobile, sequitur, cp totum vniuersum habeat quandam permanentiam sempiternam, secundũ quod continuatur primo principio immobili recipiendo influentiam ab ipso. Secundo ibi. Tex. sub. 1. infra.

G *Non est autem idem per accidens a seipso moueri, atq; ab alio. Hoc enim nonnullis etiam, quæ sunt in cœlo principijs ineſt, quæ lationibus pluribus feruntur: alterum autem corruptibilibus solum competit.* ARGY.

Non est autem idem moueri secundum accidens a seipso, & ab altero. ab altero enim ineſt & eorum quæ sunt in cœlo quibusdam principijs, quæcunq; secundum plures feruntur motus: alterum autem corruptibilibus solum.

Excludit quandã obiectionem. Dixerat. n. cp, si aliquod mouens mouetur per accidens, non mouet motu sempiterno. hoc autem videtur habere instantiã. quia fm eius positionem motus inferior orbiũ, puta Solis, & Lunæ & aliorũ H planetarũ, sunt sempiterni: & tñ motores eorũ videtur moueri per accñs, si sequamur ea quę superius dixit. ea. n. ratione dixit aãm animalis per accñs moueri, quia corpus animalis mouetur quodam alio motu ab exteriori in principio, quod non est ab aãa. Similiter autẽ apparet, cp orbis Solis mouet quodam alio motu, quasi delatus ex motu primi orbis, fm cp reuoluitur ab oriente in occidentem: isto aũt motu non mouetur a proprio motore, sed econuerso ab occidẽte in oriente. Hanc ergo obiectionẽ excludit dicens, cp moueri fm accñs potest attribui alicui fm seipsum, vel fm alterum. & hoc non est idem. Motoribus igitur orbiũ planetarũ attribui põt moueri p accñs: non ita cp p accidẽs moueãtur, sed ita cp orbes ab eis moti, p accidens mouentur, delati ex motu superioris orbis. Et hoc est quod dicit, cp moueri p accidens [ab altero], i. rõne alterius ineſt quibusdam principijs cœlestium motuũ, quãtum ad motores orbium, qui mouentur pluribus motibus, s. motu proprio, & motu superioris orbis. [Sed alterum], s. moueri per accidens fm seipsum

ipsum inuenitur solum in corruptibilibus, sicut in animalibus animalium. Et huius diuersitatis ratio est: quia motores superiorum orbium nõ constituuntur in suo esse ex sua vnione ad corpora: & eorum connexio est inuariabilis: & ideo, quãuis corpora orbium moueantur ipsi non mouentur per accidens. Sed animæ, quæ mouent animalia, constituuntur in suo esse fm vnionem ad corpora, & variabiliter eis connectuntur, & iõ fm transmutationem corporum, ipse etiã animæ dñr per accñs mutari. Deinde cum dicit: A

ARGY. *At vero, si sit quippiam semper tale, mouens quidem aliquid, immobile aũt semper manens, atq; perpetuũ: et id sane, quod ab ipso primũ mouetur, perpetuũ esse necesse est.*

Tex. cõ. 55. At vero, si aliquod est semp huiusmodi, mouens quidem, immobile autem et ipsum perpetuum, necesse est primũ, quod mouetur ab hoc, perpetuum esse.

Probat cp primus motus est sempiternus. Et hoc duabus rationibus: quarum prima dependet ex præmissis, & B
talis est, Motus, qui non est semper, inuenitur esse a motore, qui mouetur per se vel per accidens, vt ex prædictis patet: cum ergo primum mouẽs sit immobile & perpetuum, ita cp nec per se, nec per accidens mouetur: necesse est, cp primũ mobile, quod mouetur ab hoc motore penitus immobili perpetuo moueatur. Est aũt attendendum, cp supra probauit immobilitatem primi motoris per perpetuitatẽ motus supra ostensam. hic autem econuerso, per immobilitatẽ primi motoris probat perpetuitatem motus. esset autẽ probatio sua circularis, si de eodem motu intelligeret. Vnde dicendum est, cp supra probauit immobilitatem primi motoris ex perpetuitate motus in cõi: vnde dixit, cp [in his quæ sunt est incessabilis quidem & immortalis motus.] Hic autem per immobilitatem primi motoris probat perpetuitatẽ primi motus. ex quo manifestum est falsum esse quod Commenta. dicit, quod supra in principio huius Octaui, probauit motum primum esse perpetuum. Secũdam rationem ponit ibi.

ARGY. *Hoc aũt uel ex eo patere potest, quia secus non esset cæteris in rebus generatio, corruptioue, atq; mutatio, nisi quippiam moueret subiẽs motum. Id enim, quod immobile est, eodem ac uno motu profecto modoq; semper eodem mouebit, cum nullo pacto mutetur ipsum ad id, quod motu cietur. At id quod mouetur ab eo quod motu quidem cietur, mouetur iam ab eo quod est immobile, quoniam aliter ad res, atq; aliter sese habet, non eiusdem erit causa motus. Sed quoniam contrarijs in locis est atq; formis, contrario modo quamq; cæterarũ rerũ motu disponet. Atq; interdum quiescentẽ, interdum subeũtem motũ præbebit.*

Hoc autem est manifestum quidem, ex eo cp non est possibile aliter esse generationem, & corruptionem, & mutationem alijs, nisi aliquid moueat, quod mouetur. Immobile quidem enim D
eundem semper mouebit eodem modo, & vnũ motũ, velut nihil ipsum mutans ad id quod mouetur. Quod autem mouetur ab eo quod mouetur quidem, moto autem ab immobili, fam propter id quod aliter & aliter se habet ad res, non eiusdem motus erit causa: sed propter id, quod in contrarijs locis aut speciebus sunt, contrariæ exhibebit motum vnumquodq; aliorum, & ali quando quidem quiescens, aliquãdo aũt motũ.

Secũdarõ. Quę sumitẽ ex perpetuitate generationis, & dicit, cp primum motum esse perpetuũ est manifestũ etiã ex eo, quod non est possibile aliter esse generationem et corruptionẽ, et huiusmodi mutationes nõ tpales, nisi sit aliquid quod mo-

ARGY. *Perspicuum igitur iam euasit, ex hisce quæ diximus. & id quod initio dubitabamus, cur nam nõ uniuersa aut quiescunt, aut mouentur, aut alia semper mouentur, alia semper quiescunt: sed quædam interdum mouentur, interdum quiescunt. Huius enim causa ultro sese offerre uidetur. quædam enim ab immobili semperno mouẽtur: quorcirca semper mouẽtur, quædam ab eo quod mouetur atq; mutatur. quare & ipsa mutentur necesse est. Id autem, quod est immobile, cui simpliciter eodemq; modo, ac in eodem semper permaneat, uno motu simplicique mouebit.* C

Manifestum igitur factũ est ex dictis, et quod in principio dubitauimus, cur igitur non omnia aut quiescunt, aut mouẽtur: aut alia semper quidem mouẽtur, alia vero semp quiescunt, sed quædam aliquando quidẽ, aliquãdo non. Huius enim causa manifesta nunc est: qñ alia quidẽ ab immobili mouẽtur perpetuo: vnde semper mutãtur, alia vero ab eo quod mouetur et mutatur: quare & ipsa necessarium est mutari. Immobile aũt, sicut dictũ est, sic simplr et similiter & in eodem permanẽs, vnũ & simplicẽ mouebit motũ.

Infert quandam conclusionem, quã supra dimiserat insolutam, s. quare quædam mouent semper, & quædam non mouent semper. & dicit, cp causa huiusmodi manifesta est ex præmissis. Quæ enim mouentur a motore immobili, & perpetuo mouentur & semper: quæ autẽ mouentur & motore mutato, non semper mouent: quia immobile, vt prius dictum est, cum simpliciter & similiter & in eadem dispositione maneat, mouebit vnum motum & simplicem. Lect. 5. & 6. per totum.

LECTIO XIIII.

Motum Localem cæteris motibus priorem esse probatur.

ARGY. *Atqui si principium etiam aliud considerationis fecerimus, de hisce magis patebit. Est enim considerandum si possit aliquis continuus motus esse necne. & si possit, quisnam hic sit, & quisnam motuum primus sit. Etenim, si motum quidem semper esse necesse est, primus autem hic*

atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; continuus est, patet id quod primum mouet hoc, sine motu mouere, quem unum & eundem & continuum ac primum esse necesse est.

Te. 68. 54. AT vero aliud facientibus principium magis erit de ijs manifestum. Considerandū enim est, vtrum aliquem motum contingit esse continuum, aut non: & si contingit, quis hic, & quis primus est motuum. Manifestum autem, ꝙ, si necessarium est semper motum esse, primus autem hic, & continuus est, quia primum mouēs mouet ipsum motum: necessarium est vnū & eundem esse, & continuum & primum.

Postquam Phylosophus ostēdit ꝙ primum mouens est immobile, & primus motus est perpetuus, hic incipit ostēdere quis sit primus motus, & quale sit primum mouens. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quis sit primus motus, In secunda quale sit primū mouens: ibi [Quod
Te. 78. autem hic necesse est.] Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, secundo exequitur propositum: ibi
Te. 55. [Tribus enim existentibus. Dicit ergo primo, ꝙ ad hoc ꝙ præmissa certius consyderentur, oportet ab aliquo principio incipere, vt, scilicet consyderemus, vtrum sit aliquis motus, quem contingat esse in infinitum continuum. Et, si contingat aliquem motum talem esse, quis est hic, & quis est etiā primus motuum. Et ne aliquis putaret alium esse, quē contingit esse continuum, & qui est primus: ad hoc excludendum subiūgit, manifestum esse ꝙ, cum necessarium sit motum semper esse, et ꝙ primus est in sempiternum cōtinuus, propter hoc ꝙ causatur a primo mouente immobili: necesse est ꝙ sit vnus & idem motus, quem cōtingit esse in sempiternum continuum, & qui est primus. Secundo ibi.

ARGY. *Cum ita tres sint motus, in magnitudine, in affectu, atq; in loco, quem quidem lationem consueuimus appellare, hunc primum motuum esse necesse est. Fieri nanq; nō potest, vt accretio sit, nisi alteratio antecedat. Etenim id quod incrementa suscipit, tum simili, tum dissimili crescit. Contrarium nanque, contrarij nutrimentum dicitur esse. Additur autem alimentum omne, cum sit simile simili. Sit igitur alteratio, necesse est ea mutatio quæ ad cōtraria proficiscitur. At uero, si alteratur, si id oportet quod alterat, & ex potentia calido, calidum actu facit. Patet autem id, quod mouet, non sese habere simili modo: sed interdum esse propinquius ei quod alteratur, interdum remotius ab eodem. at hæc, absque latione nequeunt esse. Si igitur semper motum esse necesse est, et latio sit semper motuum prima, necesse est. Quod, si lationis alia prior, alia posterior est, prior nimirum omnes antecedat necesse est.*

Te. 56. 55. Tribus aūt existentibus motibus, alio quidē fm magnitudinem, & alio fm passionē, & quodam fm locum, quem vocamus loci mutationē, hunc necessarium est primum esse. Impossibile enim est augmentum esse alteratione non præexistente. Quod enim augmentatur est quidem tanquam simili augmentetur, est autem tanquā dissimili. contrarium enim alimentum dicitur contrario. Adijcitur aūt omne factū simile simili. Necesse est igit alterationē in cōtraria esse mutationē. At vero, si alterabitur, indigebit esse alterās, et agens ex potētia calido actu calidū. Manifestum igitur, ꝙ mouens non similiter se habet, sed aliqñ quidem propius, aliqñ autem longius ei quod alteratur. hęc autem sine loci mutatione non contingit esse. Si ergo necesse est semper motum esse, necesse est & loci mutationem semper esse primam motuū. & in loci mutatione, si est alia quidē prima, alia vero posterior prima.

Tertia rō. Ostendit propositū. & primo per rationes, secundo per antiquorum dicta: ibi [Quod autem fm locum mutatio.] Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ motus localis est primus, secundo quis motus localis: ibi [Quæ autē loci
Te. 77. Secūda. 61. mutatio.] Primum ostendit tripliciter. Primo quidē per proprietates motuū, secundo per distinctionem prioris & posterioris. ibi [Amplius & hic consyderantibus. Tertio ꝑ
Te. 56. Te. 60. ordinem mobilium ibi, [Maxime aūt manifestū est.] Circa primum ponit duas rationes: circa quarum primam sic procedit. Primo enim proponit quod intendit: & dicit: ꝙ, cum sint res species motus, vnus quidem, qui est fm quantitatem, qui vocatur augmentum, et diminutio: alius autem, qui est fm passibilem qualitatem, & vocatur alteratio: tertius autem, qui est fm locum, & vocatur loci mutatio: necesse est ꝙ iste sit primus inter omnes. Et hoc probat sic. quia impossibile est ꝙ augmentum sit primus motus. augmentum enim esse non potest, nisi alteratio præexistat: quia illud, quo aliquid augmētatur, est quodammodo dissimile, et quodammodo simile. Quod. n. sit dissimile, patet, quia illud, quo aliquid augmentatur, est alimentum: quod est in principio cōtrarium ei quod nutritur, propter diuersitatē dispōnis, sed, qū iā addit, vt augmentū faciat, necesse est ꝙ sit siле. de dissimilitudine aūt nō transitur ad similitudinē, nisi ꝑ alterationē. necesse est ergo, ꝙ ante augmētū præcedat alteratio, ꝑ quam alimentū de vna contraria dispōne mutet in aliā. Secundo vero ostēdit, ꝙ ante oēm alterationē ꝑcedat motus localis: quia, si aliquid alteratur, necesse est ꝙ sit aliquid alterans, quod potentia calidū, faciat esse actu calidū. si aūt hoc alterans semp esset eodem mō propinquum in eadem distantia ad alteratum, non magis faceret calidū nunc ꝙ prius. Manifestū est ergo ꝙ mouens in alteratione non similiter distat ab eo quod alterat, sed aliqñ est propinquius, aliqñ remotius: ꝙ nō pōt contingere sine loci mutatione. Si ergo necesse est motū semp esse, necesse est loci mutationē semp esse, cum sit prima motuū. Et si inter loci mutationes vna est prior alia, necesse est (si præmissa sunt vera) ꝙ prima sit sempiterna. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea densitas raritasq; principiū oīum affectuum est. Etenim graue ac leue, molle & durū, calidū deniq; frigidumq;, densitates quædā ac raritates esse uidētur. Densitas aūt raritasq; congregatio est, ac segregatio, quibus, vt inquiunt, substantiæ generantur ac corrumpuntur. at ea quæ congregantur ac segregantur, loco mutentur necesse est. At uero magnitudo etiam eius loco mutatur quod accrescit atque decrescit.*

Amplius aūt oīum passionū principiū, densitas & raritas. Et graue nanq; & leue, & molle & durum, & calidū & frigidū, densitates videntur esse & raritates quædam. Densitas aūt & raritas congregatio & disgregatio sunt, fm quas generatio & corruptio dicitur substantiarū. Quæ aūt congregantur & disgreganē, necesse est fm locū mutari. At vero, & eius quod augmentatur & diminuitur, mutatur fm locum magnitudo.

Secunda rō. Quæ talis est. Alteratio, sicut in Septimo probatū est, fit fm passiones vel passibiles qualitates: inter quas fm antiquorum opinionē principium esse videtur densitas & raritas: quia & graue & leue, & molle & durū, & calidum & frigidū, videntur consequi rarū & densum, & fm ea distingui. In elementis. n. densa quidem inueniunt grauia: & frigida, rara vero, calida & leuia. Et hoc quidē aliqū verum

est, si in passibilibus ordo attendat fm propinquitatem ad materiale principium. nam rarū & dēsum videnē maxime ad materiam ptinere, vt patet ex ijs quę in Quarto sunt dicta. Densitas aūt & raritas videntur esse, quædā congregatio & disgregatio, fm quas, scilicet congregationem & disgregationem antiqui Philosophi ponebant tam gñationē cjs cor
Te. 64. ruptionē substantiarū. Qua quidem opinione nūc vtit, vt probabili, antequam veritatem generationis & corruptionis oñdat in libro de Generatione. Illa aūt, quæ cōgreganē & disgregantur, ex hoc ipso fm locum mutari videntur. Loci ergo mutatio principium est alterationis. Sed attendēdum, ꝙ congregatio & disgregatio corporum existentiū in actu, ad motum localē pertinent: cōgregatio vero & disgregatio fm ꝙ eadē materia cōtinetur sub magnis vel puis dimēsionibus, nō ptinet ad motū localē, sed ad motū alterationis. Et fm hoc Ari. supra in Quarto assignauit rōnē, rari et dēsi, sed hic loquit fm ꝙ erat ꝓbabile ex opinione aliorū Philosophorum. Sicut aūt motus localis requirit ad alterationē, ita etiam requiritur ad augmētū. necesse est. n. ꝙ eius quod augeat & decrescit magnitudo mutet fm locum: quia quod augeat excrescit in maiorē locum, quod autem decrescit in minorē contrahit. Sic ergo patet, ꝙ motus localis est naturaliter prior & alteratione, & augmēto. Secūdo ibi.

ARGY. *Insuper & hinc si aīaduertamus, lationē primū motū esse patebit. Primum. n. ipsum, vt in aljs, sic & in motu multipliciter dici pōt. Dicitur aūt prius, et id quo sublato cætera tolluntur, ipsum aūt aljs sublatis, est. Et id quod tēpore præcedit. Et id denique, quod substantia præstat.*

Te. 65. Amplius & hinc consyderātibus erit manifestū, ꝙ loci mutatio prima. Primum. n. sicut & in aljs, sic et in motu dicet vtiq; multifaria. Dicitur aūt prius, quo nō existētе, nō erūt alia, illud vero sine reliquis. Et quod fm substātiā. Et quod tpe.

Primum seu prius tribus fu mitur modis. Probat idē distinguendo modos prioris & posterioris: & dicit, ꝙ ex hac consyderatione manifestū erit, ꝙ loci mutatio est prima inter motus. quia sicut in aljs rebus prius aliquid altero dicitur multipliciter, ita & in motu. Dicit enim vno modo prius, quo non existente nō erunt alia, sed illud pōt esse sine aljs. sicut vnum est prius duobus, quia duo non possunt esse, nisi sit vnum, vnum aūt potest esse, si nō sunt duo. Secundo dicitur aliquid prius tēpore, quod, scilicet est remotius a p̄senti, sicut in præterito, vel propinquius, sicut in futuro: vt i Quarto dictum est. Tertio dicit aliquid prius fm substantiam, scilicet fm substantiæ cōplementum: sicut actus est prior potētia, & perfectū imperfecto. Secūdo ibi.

ARGY. *Quare, si necesse est continue motum esse, erit aūt continue, aut hisce, qui continuus est, aut hisce, qui est deinceps, magis aūt erit hisce, qui est continuus: præstatq; continuū esse, atq; id quod præstat: in natura semper esse putamus, mō possit esse. pōt autem continuus esse, ut posterius demonstrabitur, nunc autem supponatur: atq; hic. nullius alius esse potest, nisi latio tantum: latio profecto motus sit primus necesse est. Nulla nanq; necessitas est, & id quod fertur accrescat, uel alteretur, uel generetur, uel corrumpatur. At harum mutationum nulla esse potest, si cōtinuus hisce motus, quo mouet primum mouens, auferatur.*

Quare, qm̄ motū quidē necesse est esse continue, erit vtiq; cōtinue, aut qui continuus est, aut qui consequenter. magis aūt qui cōtinuus, & dignius est continuū q̄ consequenter esse, dignius aūt semper accipimus in natura esse, si possibile est. possibile aūt est cōtinuū esse, mōstrabit autē posterius. nunc aūt hoc supponat. & hunc neq; vnū aliud possibile est esse, nisi loci mutationē.

necesse est igitur loci mutationē esse primā. Neque vna. n. necessitas est, neq; augmētari, neq; alterari quod fertur, nam neque fieri, aut corrumpi. Horum autem neque vnum contingit, nisi continuus sit, quem mouet primum mouens.

Probat motū localem esse primum tribus modis prędictis. Et primo quātum ad primū, secundo quantū ad secundum: ibi [Adhuc tempus.] Tertio quantū ad tertium: ibi Te. 75. cc. 65. [Oīno aūt vī.] Dicit ergo, ꝙ, cū necesse sit semper motū esse, vt supra probatū est, hoc potest intelligi dupliciter. Vno mō ꝙ sit aliquis continuus motus, alio modo fm ꝙ sunt motus consequenter se hñtes: inter quos nihil sit medium. Magis aūt saluatur sempiternitas motus, si motus sit continuus, & iterū dignius est esse continuū, q̄ cōsequenter: quia plus habet de rōne vnitatis et ꝑpetuitatis: semper aūt in natura debemus accipere quod dignius est, si sit possibile. est aūt post aliquē motum esse in infinitū cōtinuū, nō aūt aliquē aliū, nisi loci mutationē. quod nūc quidē supponat. posterius quidē ꝓbabit. ex quo apparet necesse esse ponere motū localē esse primū. Alij. n. motus non requiruntur ad hoc ꝙ sit motus localis. nulla. n. necessitas est, vt id quod mouet fm locū, augmentetur vel alteretur: quia non est necesse ꝙ corpus, quod mouetur fm locum, generetur aut corrūpat: augmentum autem & alteratio locum habet in ijs, quę generantur & corrumpuntur. Sed nullū horū motuū esse contingit, nisi sit ille motus sempiternus: & quē mouet primū mouens, quem diximus non esse nisi motum localem. Sic igitur motus localis potest esse sine aljs, sed non econuerso. est ergo primus primo modo prioritatis. Secundo ibi.

Præterea, primum tempore esse necesse est. hic enim solus corporibus æternis accommodatur. ARGY.

Adhuc tempore prior est. perpetuum enim contingit solum moueri secundum hunc. Te. 67.

Probat ꝙ sit prius tpe. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit ꝙ simpliciter loquēdo est prius tpe: quia id, quod est ꝑpetuū, simpliciter loquendo, est prius tpe, q̄ non perpetuū: solum aūt motū localē cōtingit esse ꝑpetuū, vt dictum est, ergo simplr loquendo est primus tempore. Secundo ibi.

At in unoquoq; quidem eorum quæ generantur, lationem motuum ultimam esse necesse est. Post ortum enim alteratione primum, accretionem, deinde iam perfectū latione mouetur. Verum aliud prius necesse est esse subiēs lationem, quod & generationis hisce quæ fiunt causa erit, non ipsum subiens generationem, ut id quod genuit rem generatam præcedat. Nam generatio motuum ob hoc prima esse uidebitur, quia res sic orta prius oportet. Ad hoc in una quidem quauis re generanda, ita sese habere uidetur. Aliquid tamen aliud ante moueatur necesse est, quod quidem ex ijs est quæ oriuntur & occidunt, non subiens generationem, & hoc item aliud prius. Quoniam autem impossibile est generationem esse primā: (essent enim omnia quæ mouentur caduca) patet nec ullum motuum, qui sunt deinceps, priorem esse. Dico autem motus deinceps, accretionem, deinde alterationem, & decretionem, atq; corruptionem. omnes enim hi motus posteriores sunt generatione. Quare, si generatio prior latione non est, neq; cæterarum profecto mutationum, eandem ulla præcedit. ARGY.

Sed in vnoquoq; quidem habētium generationem, loci mutationem necesse est postremā motuū esse. Post. n. ipsum fieri alteratio & augmentum. sed loci mutatio, iam perfectorum motus est. Sed alterum necesse motum esse fm loci mutationem prius, quod & generationis cā erit

ijs quæ fiunt, non factum, vt generãs eius quod generatur. Quoniam videtur vtiq; generatio esse prima motuum, propter id, q; fieri oportet rẽ primum. hoc in vno quidem quolibet eorũ quę sunt, sic se habet, sed alterũ quid necesse est prius moueri ex ijs quæ fiunt, cum & ipsum non factum, & isto alterum prius. Quoniam igitur generationẽ impossibile est esse primam: (omnia enim quæ mouentur essent corruptibilia) manifestum est, q; neq; consequẽtium motuum neq; vnus prior est. Dico autem consequentes, augmentum, postea alterationem & decrementum, & corruptionem. omnes enim posteriores generatione sunt. Quare, si non est gñatio prior loci mutatione, neq; aliarum neq; vna pmutationũ.

Excludit quãdam obiectionẽ, p quã videt hoc remouere: quia, si cõsyderemus aliquod vnũ corpus, quod de nouo generetur, loci mutatio est postrema tpe inter oẽs motus, quia primo generat, postea alteratur & augeť: & demum habet motũ fm locũ, quando iam perfectum est, vt patet in hoïe & in pluribus aĩalibus. Sed per hoc nõ excluditur, quin simpliciter motus localis sit primus tpe: quia ante oẽs istos motus, qui sunt in hoc generato, necesse est præcedere quendam motũ localẽ in aliquo priori mobili, quod sit cã generationis his, quæ generantur, sicut generans est cã eius quod gñatur, ita tñ, q; ipsum non est generatũ. Quod aũt motus, qui præcedit gñationem, sit motus localis: & q; sit simpliciter primus motuũ, oñdit subdẽs [qm generatio videtur esse prima motuũ in his quę generantur: quia primo oportet rem fieri] q; moueat: & hoc verũ est in quocunq; generato. Sed tñ necesse est esse aliquod prius motum, q; ea quæ generantur, et q; ipsum non sit generatum: vel, si est generatum, q; etiam illo priori sit aliud prius, & sic, vel procedetur in infinitum, quod est impossibile, vt supra ostensum Te.24. est, vel pueniet ad aliquod primum. Sed impossibile est generationẽ esse primã (quia sic sequeretur q; oĩa, quæ mouẽtur, essent corruptibilia) oẽ. n. generabile est corruptibile: si ergo primũ mobile generatur, sequit q; sit corruptibile, & per consequens oĩa cõsequentia mobilia. Si ergo generatio non est prima simpliciter, manifestum est, q; nullus consequẽtiũ motuũ põt esse simpliciter primus. Et dico cõsequẽtes motus, augmentũ, alterationẽ, decrementum, & tandẽ corruptionẽ: qui oẽs motus tpe generationem sequũtur. Si ergo generatio non est prior loci mutatione, sequit, q; nulla alia mutationum possit esse prior simpliciter, q; loci mutatio. & ita, cum necesse sit esse aliquam primam simpliciter, sequitur q; loci mutatio sit prima. Deinde cum dicit.

ARGV. *Omnino autem id quod generatur imperfectum esse uidetur, & ad principium proficisci. Quo fit, vt, id natura sit prius, quod generatione posterius est, at vniuersis hisce, quæ generantur, vltimo latio competit. Quocirca quædam viuentium omnino, quia instrumentis vacant, immobilia sunt, vt plantæ, & animalium genera multa, quædam, cum perficiuntur, hoc ut patet motu cientur. Quare, si magis inest his latio, quæ magis naturam sunt consecutæ, motus hic quoq; cæteris motibus substantia prior erit. Atq; hoc ita se habet non solum ob ea, quæ dicta sunt, sed ob hanc etiam rationem.*

Te.26. Omnino autem videtur, id quod fit imperfectum esse, et ad principium iens, quare, quod generatione posterius est natura prius est. Vltimo autem loci mutatio omnibus inest quæ sunt in gñatione. Vnde alia omnino immobilia sunt viuentium propter indigentiam organi, vt plantæ, & multa genera animalium, perfectis aũtem inest. Quare, si magis inest loci mutatio magis comprehendentibus naturam, & motus hic primus aliorũ vtiq; erit fm substantiã, propter hoc.

Probat q; motus localis sit primus pfectione. Et hoc oñdit dupliciter: primo sic, Omne quod fit dum fit, est imperfectum, & tendit ad principium, ideſt vt asimiletur principio suæ factionis, quod est primum naturaliter. ex quo patet, q; id quod est posterius in gñatione, est prius fm naturam. Sed in excessu generationis, in oĩbus generabilibus, vltimo inuenitur loci mutatio, nõ solum in eodem, sed etiam consyderando totũ progessum naturæ generabilium: inter quæ quędam viuentia sunt penitus immobilia fm locum pp indigentiã organi, sicut plãtæ, quæ non hñt organa motus, pcssiui, & sñt multa genera aĩalium: sed pfectis aĩalibus inest motus localis. si igitur loci mutatio inest illis, quę magis comprehendunt naturam]. i. quę magis pueniũt ad perfectionẽ naturæ, sequitur q; motus localis sit primus fm substantiæ perfectionẽ inter omnes motus. Secundo ibi. Te.ob.59.

Quia id quod hoc motu cietur, minime dum fertur substantiam suam amittit. sola nanque latione, nihil in hisce quæ insunt, sibi mutatur, ut cum quippiam alteratur, & cum incrementa decrementaue suscipit, in qualitate fit (ut patet) atque in quantitate mutatio.

Et quia nequaquã substantiam mutat, quod mouetur motu in eo quod fertur. Secundum enim hũc solum, nihil mutatur ab esse, sicut eius quod alteratur, quale: eius autem quod augetur & decrementum patientis, quantum. Te.ob.59.

Ostendit idem sic, Quanto aliquis motus minus remouet a mobili, tãto subiectũ eius est perfectius: & sic ipse motus ẽt est perfectior quodãmodo: secundum aũt motum localẽ nihil remouetur, quod insit subiecto mobili, fm aũt alterationem fit transmutatio fm qualitatem: in augmẽto & decremento fm quantitatem, quę insunt subiecto: transmutatio vero generationis & corruptionis attenditur fm formã, quæ cõstituit substantiã subiecti, motus aũt localis, est solum fm locum, qui exterius continet: relinquitur ergo q; motus localis sit maxime perfectus. Deinde cum dicit.

Maxime uero patet ex eo, quia id quod interno motu seipsum ciet, eo se maxime motu proprie mouet, qui ad locum accommodatur. Atq; hoc dicimus eorum, quæ mouẽ tur ac mouẽt, principium esse, et primum eorũ quæ mouentur ad id (inquã) quod seipsum interno motu suoq; ciet. Patet igitur ex hisce, quæ diximus lationẽ motuũ esse primũ. ARGV.

Maxime autem manifestum est, quia mouẽs ipsum seipsum maxime mouet hũc proprie qui fm locum est, & etiam dicimus hic esse eorũ quę mouent & mouẽt principium, & primũ in his, quæ mouent, ipsum seipsum mouens. Quod igit loci mutatio prima sit manifestũ est ex his. Te.ob.60. Te.ob.61.

Probat q; motus localis sit primus ex parte mobilis. Manifestum est enim quòd mouens seipsum proprijssime mouet se secundum motum localem. Cum igitur mouẽs seipsum sit principium aliorum mouentium & mobilium, & per consequens sit primum inter omnia, quæ mouentur, sequitur q; motus localis, qui est ei proprius, sit primus inter omnes motus. Sic igitur concludit ex præmissis, q; loci mutatio sit prima inter omnes motus.

LECTIO. XV.

Omnes alij motus a locali, continuos esse non posse infinuam.

Nunc autem demonstrandum est, quæ nam sit latio prima. Atque simul eadem ita patebit, & id quod nunc & antea supposuimus, continuum (inquam) motum atq; perpetuum ARGV.

perpetuum aliquem esse posse. Nullum itaq; cæterorũ motuum, continuum esse posse, ex hisce sanè patebit.

Quæ autem loci mutatio prima sit, nunc monstrandũ est. Simul aũtẽ, & quod nũc & prius suppositũ est, q; cõtingit quendam motum continuum esse & perpetuum, manifestum erit eadem methodo. Quod igitur aliorum motuum continuum neq; vnum contingit esse, ex his manifestum est. Te.ob.62.

Postquam Philosophus ostendit q; motus localis sit primus inter omnes motus, hic oñdit quis motus localis sit primus. Et, quia sicut supra dixit, necesse est eundẽ esse motum continuum & primum, & diuidit hęc pars in duas. In prima ostendit quis motus possit esse semp continuus, In Te.75. secunda ostendit, q; ille motus est primus ibi [Quod aũt lationum circularis.] Prima autem pars diuiditur in tres partes. In prima ostendit q; nullus motus põt esse continuus, nisi localis. In secunda q; nullus motus localis põt esse continuus præter circularem ibi [Quoniam autem contingit Te.64. esse motum] In tertia ostendit q; motum circularem cõtingit esse continuum ibi [Quod autem circulari.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, secũdo probat propositum ibi [Omnes enim ex oppositis.] Dicit ergo primo, q; cum ostensum sit, q; loci mutatio est prima inter omnes species motus, nunc ostendendum est, quæ loci Te.70. mutatio sit prima. quia eius etiam sunt multæ species, vt in Septimo ostensum est. Et simul etiam secundum eandem methodum, ideſt artem, & secundum eandem artificialem consyderationem, erit manifestum id, quod nunc paulo supra diximus, & quod etiam prius suppositum est in principio huius Octaui, q; contingit aliquem motum esse continuum & perpetuum. Oportet enim q; idem sit primus & continuus, vt supra ostensum est: & ideo sub eadem consyderatione vtrunq; eorũ cadit. Quod ergo nulla alia species motus, præter loci mutationem, possit esse continua & perpetua, manifestum est ex his quæ dicentur. Secundo ibi. Infra.

ARGV. *Omnes enim motus atq; mutationes ex oppositis sunt ad opposita migrationes (ut patet.) nã generationis quidẽ atq; corruptionis, id quod est, & id quod non est, terminos esse constat. alterationis uero contrarias qualitates atq; affectus. accretionis item decretionisue, aut magnitudinem paruitatemq;, aut perfectionem magnitudinis imperfectionemue. Contrarij uero sunt motus, quibus ad contrarios fines itur. Id autem, quod non semper hoc motu cietur (modo sit prius) quiescat prius necesse est. Id igitur quod mutatur, ut patet, in contrario profecto quiescet.*

Omnes. n. ex oppositis in contraria sunt motus & mutationes, vt generationi quidẽ & corruptioni, ens & non ens termini sunt: alterationi aũt, contrariæ passiones: augmento & decremento, aut magnitudo aut puitas, aut perfectio magnitudinis, aut imperfectio. Cõtrarij autem sunt, qui sunt in contraria. Quod autẽ non semper mouetur secundum hunc motum (existens prius) necesse est prius quiescere. Manifestũ igitur qm quiescet in contrario id quod mutatur.

Ostendit propositum. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit quòd nulla alia species mutationis præter localem, potest esse continua & perpetua vna & eadem existens, secun- Te.63. do quòd nec duæ mutationes aliq oppositę possunt sibi succedere sine interpositione qetis. ibi [Amplius in generatione.] Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum, Quarta.61. secundo excludit quasdam obiectiones. ibi [nihil enim differt.] Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum in motibus, Secũdo in mutationibus. ibi [Similiter autem & in mutationibus.] Proponit ergo primo vnam propositionem, quæ communiter vera est, tam in motibus, quàm in mutationibus, quòd, scilicet omnes motus & mutationes sunt ex oppositis in oppositam: a qua generalitate excipitur quodammodo loci mutatio, vt in fine Sexti dictum Te.97. est. Generatio. n. & corruptio, quę sunt mutationes, habẽt pro terminis, esse & non esse. Alterationis vero termini oppositi, sunt contrariæ passiones] ideſt passibiles qualitates, vt calidum, & frigidum, album, & nigrum. Augmenti vero & diminutionis, oppositi termini sunt magnum & parvum, siue perfectum & imperfectum in magnitudine, seu quãtitate. Manifestũ est aũt ex his quæ dicta sunt in Quinto, q; motus qui sunt in contraria, sunt contrarij: motus igitur, qui est in albũ, contrarius est motui, qui est in nigrũ: sed cõtraria nõ pñt esse simul: ergo dũ aliquid ad albũ mouet, nõ simul mouet ad nigrũ. Quod ergo incipit moueri ab albo in nigrũ motu denigrationis, etiã, si moueret motu dealbationis dũ fieret albũ, manifestum est q; nõ poterat simul moueri motu denigrationis. Quod autẽ prius existebat, si nõ semp mouebat aliquo motu determinato, necesse est dicere, q; prius quiescebat qete opposita huic motui: quia oẽ quod est natum moueri, vel quiescit, vel mouetur. Manifestum est ergo, q; id quod mouet in aliquod contrariũ, aliqñ quiescebat quiete oppositа tali motui. nullus ergo motus, cui est aliquod contrarium, põt esse cõtinuus et perpetuus. Si ergo huic conclusioni, addať, quod primo positũ est, s. q; omnis motus alterationis vel augmẽti vel decremẽti sit in aliquod contrarium: sequetur q; nullus huiusmodi motus possit esse continuus & perpetuus. Secundo ibi. Te.48.

Similiter et in ipsis mutationibus fit. Corruptioni nãque simplic: generatio simplex, & cuidam quædam opponitur. Quare, si fieri non potest, vt simul oppositis mutationibus quicquam mutetur, non erit mutatio profecto cõtinua, sed inter ipsas medium tempus erit. ARGV.

Similiter autem, & in mutationibus. Opponuntur enim generatio et corruptio simpliciter, & singularis singulari. Quare, si impossibile est simul mutari oppositas, non erit continua mutatio: sed medium erit ipsorum tempus. Tertia.

Ostẽdit idẽ in mutationibus, s. in generatione & corruptione: quia generatio & corruptio opponuntur, & vniuersaliter fm cõem oppositionẽ entis & non entis: & iterum in singulari, sicut gñatio ignis opponitur corruptioni ignis fm oppositionẽ esse ipsius & non esse. Vñ, si impossibile est simul esse oppositas mutationes, sequeť q; nulla mutatio sit continua & perpetua eodem modo sicut & prius de motibus: sed necesse erit inter duas generationes eiusdẽ interuenire mediũ tempus, in quo erat corruptio, & similiter inter corruptiones tempus generationis. Deinde cum dicit.

Nihil enim interest, contrariæ sint an non, contrariæ mutationes hæ, quarum termini contradictoriam oppositionem suscipiunt: si modo simul eidem adesse non possint. Hoc enim non est rationi conducens. ARGV.

Nihil enim differt, contrarias aut non contrarias esse, secundum contradictionem mutationes: si solum impossibile sit eidem simul inesse. Hoc enim rationi nihil vtile est.

Excludit tres obiectiones. Primo, quia posset aliquis dicere, q; mutationes opponantur fm oppõnem terminorũ: termini aũt generationis & corruptionis non sunt contrarij, sed oppositi fm contradictionẽ: videt sequi q; gñatio & corruptio non sunt contraria, & sic non erit eadẽ rõ de eis, et de motibus, qui sunt contrarij. Huic ergo obiectioni rñdet dicẽs, q; nihil differt mutationes, quę differũt fm cõtradictorios terminos, esse cõtrarias vel nõ cõtrarias: dũmodo hoc solũ verũ sit, q; impossibile sit ambas eidẽ simul inesse.

hoc.n.quod est esse cōtrariū vel nō cōtrariū, nihil est vtile ad rōnē præmissam. Secundā obiectionem excludit ibi.

ARGY. *Nec si non necesse est in contradictione quiescere, nec est mutatio quieti cōtrarium: forsitan enim id quod haud est, non quiescit. corruptio uero, ad id quod haud est (ut patet) mutatio est, sed si solū inter ipsas sit tēpus: sic enim continuā nō erit sane mutatio. Neq; n. in prioribus cōtrarietas conduceret, sed idipsum simul inquā, inesse non posse.*

Neque si non necesse est quiescere in contradictione, neque est mutatio quieti contrarium. non enim fortassis quiescit, quod non est: corruptio autem est in non ens. sed, si solum mediū sit tempus: sic enim non erit mutatio continua. Neque enim in prioribus motibus contrarietas vtilis fuit, sed non contingere simul esse.

Posset.n. aliquis dicere, cp necesse est cp illud quod non semper mouet, prius quiescere, quia motus opponit quieti: sed hoc non hēt locū in mutationibus gnationis & corruptionis, quibus non opponit quies proprie loquēdo, vt in Quinto dictū est. Huic ergo obiectioni rndet dicens, cp nihil ēt differt quantū ad propositā rōnem, si non est necesse quiescere in aliquo contradictoriorum terminorū: neq; ēt si mutatio nō contrariaē quieti. quia fortasse illud quod non est, non pōt quiescere. corruptio aūt est in non esse, vnde vr cp in termino corruptionis non potest esse quies. Sed hoc solū sufficit ad propositum, si sit tps mediū inter duas generationes aut corruptiones. sic enim consequens erit, cp neutra istarum mutationum sit continua. Post hoc aūt redit ad primā: & dicit, cp, ideo non differt cōtrarias aut non contrarias esse fm contradictionē mutationes, quia neq; in prioribus, in quibus agebaē de motibus, erat vtile ad propositum, cp in eis est contrarietas, sed cp non cōtingit eas simul esse: quod non est proprium contrariorū sed cōe omnibus oppositis. Tertiam obiectionem excludit ibi.

ARGY. *Atq; non cōturbemur oportet, si cōtrariū sit pluribus idē. ut motus quieti, et ei motui quo ad cōtrarium itur. Sed hoc tantū sumamus tū motui tū quieti, motum opponi, ut æquale ac mediocre ei, quod excedit aduersatur. et insup fieri nō posse, ut motus oppositi mutationesq; simul eidē insint.*

Non oportet autem turbari, cp idem pluribus erit contrariū, vt motus et statui et motui qui est in contrariū. Sed hoc solū est accipere quod opinaē quodammodo & motui et quieti motus, cōtrarius. sicut æquale & mensurabile excellenti, & ei quod excellitur. & quod non contingit simul oppositos esse, aut motus aut mutationes.

Te.19. Dixerat.n. supra motus esse contrarios, qui sunt in contraria: cum ergo motus sit contrarius quieti: videtur sequi, cp vni sunt duo contraria, quod est impossibile, vt probatur in Decimo Meta. Ad hoc ergo excludendum dicit, cp non oportet de hoc turbari quod videtur sequi idē esse cōtrarium pluribus, s. motus quieti, & motui qui est in cōtrarium. Sed hoc solum debemus accipere, cp vnus motus contrarius opponitur quodāmodo & motui contrario & quieti. motui quidem cōtrario fm directam contrarietatē, quieti aūtē magis fm oppōnē priuatiuā, quæ tū habet aliquid dē contrarietate, in quantū quies opposita, est finis & complemētum contrarij motus. Sicut etiam æquale & cōmensurabile, opponit quodāmō duobus. s. excellēti, & ei quod excellitur. siue magno & paruo, quibus opponitur fm priuationem magis, vt patet in Decimo Meta. Et iterum hoc oportet accipere, cp non contingit simul esse neq; oppositos motus, neq; oppositas mutationes. Deinde cum dicit.

ARGY. *Præterea, in generatione corruptioneue penitus absurdum esse uidebitur, si corrumpi continuo generatum, nul-*

E *loq; in tempore permanere necesse est. Quare de cæteris ex his idem profecto credetur. est enim naturale, in uniuersis mutationibus similiter se habere.*

Amplius, in generatione & corruptione, & penitus inconueniens esse videbit, si factū mox necesse est corrumpi, et nullo tempore permanere. Quare ex his vtique fides aliis fiet. physicum enim est similiter sese habere in omnibus. Te.63.

Ostendit cp non solum inter duos motus vel mutationes eiusdem speciei oportet esse mediū tempus, & cp nulla mutatio vna, quæ est in aliquod oppositorum, pōt esse perpetua & continua, sed illud. quod est impossibile, est, cp oppositi motus aut mutationes sic succedant sibi inuicē, cp non intercidat tēpus mediū: hoc.n. vr penitus inconueniens in generatione & corruptione, si qñ aliquid factū est gnatione cōplera, statim necesse sit cp corruptio incipiat: & cp nullo tpe permaneat id quod generatū est. Frustra.n. aliquid generaret, nisi generatum in esse permaneret. vñ ex his mutationibus pōt fieri fides in aliis, hoc.n. est naturale, quod similiter se habet in oibus: quia semper natura eodem modo opatur. Sicut ergo inconueniens videē, cp illud quod fit & generaē, statim cū generatū est, corrumpatur, ita incōueniēs videē, cp id quod dealbatur, statim cp factū est album, denigretur: & quod illud, quod augetur, statim decrescat. In omnibus enim his naturæ intentio fruſtraretur.

F

LECTIO. XVI.

Nullum localem motum, neque rectum, neque etiam reflexum perpetuo cōtinuū esse posse, sed solū circulare, deducitur.

Nunc autem dicamus motum infinitum aliquem esse posse, qui quidem unus sit & continuus, atque hunc esse conuersionem. ARGY.

G

QVoniam autem cōtingit esse motum infinitum vnum, & continuum, & hic circularis, nunc dicemus. Te.c.64.

Postquam Philosophus ostēdit cp nulla mutatio potest esse continua et perpetua nisi localis, hic ostendit quod nulla loci mutatio pōt esse cōtinua & perpetua, nisi circularis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositū demōstratiue, Secundo logice ibi [Rōnabiliter.] Circa primū duo facit. Primo ostendit propositum, secūdo ex veritate determinata soluit quasdā dubitationes. ibi [Vnde et ad dubitationem.] Circa primum tria facit. Primo dicit quid principaliter intendat. Intendit.n. ostendere, cp possibile est esse quēdam motum, qui vnus existens in infinitum continuetur: & quòd talis motus est solum circularis, & hoc primo ostēdet. Secundo ibi. Secund a 16. Te.c.66.

Omne nanque quod fertur, aut uersatur, aut recta pergit, aut mixto motu cietur. Quare, si motus rectus non sit continuus, nec hisce profecto, qui ex utrisq; componitur, continuus esse potest. ARGY.

H

Omne enim quod fertur mouetur, aut circulariter, aut secundum rectitudinem, aut mixtim. Quare, si neq; illorum alter continuus est, neque ex vtrisq; possibile est continuum esse.

Ostendit quomodo procedendum sit. quia enim omne quod localiter fertur, mouetur vel circulariter, vel motu recto, vel motu compositio ex vtroq: sicut si aliquis mouetur per chordam & arcum, manifestum est, quòd siquis duorum simplicium motuum, s. vel circularis vel rectus, nō potest esse in infinitum continuus, cp multo minus ille, qui est compositus ex vtroque. Vñ oportet prætermittere motum compositum, & agere de simplicibus. Tertio ibi.

Patet id quod recto motu finitoq; fertur continue non moueri. reflectitur enim: sed quod recto motu reflectitur, id cōtrarijs motibus profecto cietur. Loco nāq; cōtrarius est motus, quo deorsum itur, motui, quo pergitur sursum: ARGY.

& hisce, quo retrorsum itur, ei, quo contraria loca petuntur: et is itē, quo dextrorsum itur, ei, quo pergitur sinistrorsum. Hæ.n. sunt loci contrarietates, ut patet. Quis est autē unus atq; cōtinuus motus prius est definitum. est.n. hisce, qui unius est mobilis, in uno quoq; sit tempore, atq; nulla specie differentiā habet. Tria nāq; sunt. id quod mouetur, ut homo, uel Deus: et quādo, ut tēpus, et tertiū id, in quo. hoc autē est aut affectus, aut forma aut locus, aut etiā magnitudo. contraria uero specie differunt, et non unū sunt. Atq; ea qyæ diximus sunt differētiæ loci: Indicat aūt motum, quo ex A pergitur ad ipsum B, contrarium esse ei, quo itur ex B in A, id quod ipsis accidit. sese enim mutuo sistūt, si simul fiant. et in circulo simili modo. is enim quo itur ex A per B, contrarius est ei, quo itur ex A per C. sese enim mutuo sistunt, si continui sint, et non reflexio fiat: quia cōtraria mutuo se corrūpunt, sibiq; fiunt impedimēto. at is quo itur in latus, non est contrarius ei, quod pergitur sursum.

A

B

Quod aūt quod fertur fm rectum et finitū nō feratur continue, manifestū est. reflectitur.n. reflexum aūt fm rectum per contrarios mouetur motus. Contrarius enim fm locum est is, qui est sursum, ei, qui est deorsum: et qui est ante, ei, qui est retro: et qui est ad sinistrum, ei, qui est ad dextrum. loci enim contrarietates hæ sunt. Quis autem est vnus & continuus motus prius definitū est: quia qui est vnius & in vno tēpore, & in indifferenti fm speciē. Tria enim erant, quod mouetur, vt homo aut deus: & quando, vt tēpus: & tertiū, in quo, hoc aūt est locus aut passio, aut species aut magnitudo. Contraria enim differunt specie, & non vnum sunt. loci autem sunt dictæ differentiæ. Signum autem, cp motus contrarius est, qui est ab A ad B, ei, qui est ab ipso B ad A: & quia stant & repausant adinuicem si simul fiant. Et in circulo similiter, vt qui est ab A in B ei, qui est ab A in C, Sistunt enim & si continui sint, & si non fiat reflexio: propter id quod contraria sese corrumpunt & prohibent adinuicem: sed non qui est in latus, ei, qui est sursum.

Oñdit cp motus rectus, qui est super magnitudinē rectā & finitā, non possit esse in infinitū continuus: & ita nullus motus rectus continuus pōt esse in infinitū: nisi poneretur aliqua magnitudo infinita in actu (quod supra improbatū est in Tertio Phy.) Oñdit aūt hoc duplici rōne, quarum prima talis est. Si aliquis super rectā magnitudinē & finitā mouetur in infinitum, oportet cp hoc fiat per reflexionem. Te.56. oñsum est. n. in Sexto, cp magnitudinē finitam pertrāsit aliquid tpe finito. Cum ergo peruenit ad terminū magnitudinis finitæ cessabit motus: nisi mobile reuertaē p reflexionē ad principium magnitudinis, vñ cæpit moueri. Sed illud quod reflectitur fm motum rectū, mouetur cōtrarijs motibus. quod sic probat. Contrarij motus sunt, quorum termini sunt contrarij, vt habitū est in Quinto: sed contrarietates Te.48. loci sunt sursum & deorsum & añ & retro, & dextrū et sinistrū: oē aūt quod reflectitur fm aliquam istarum contrarietatū necesse est cp reflectaē: oē ergo quod reflectiē mouetur Te.41. contrarijs motibus. Ostensum est aūt supra in Quinto, quis motus sit continuus & vnus, s. qui est vnius subiecti, & in vno tpe, & in eadem re non differenti fm spēm. Hæc enim tria consyderantur in oī motu. Primum est tēpus, fm est subiectū, quod mouetē, vt hō aut Deus, fm eos qui corpora cē lestia deos dicebāt, tertiū aūt est in quo mouetē, quod quidē

C


D

in motu locali est locus, in alteratione passio]. i. passibilis qualitas. in generatione et corruptione species, in augmēto & diminutione, magnitudo. manifestum est aūt, cp contraria differunt fm speciem: vnde motus contrarij nō possunt esse vnus & continuus. Prædicta autem sex sunt loci differentiæ, & sic oportet cp sint contrariæ: quia cuiuslibet generis differentiæ sunt contrariæ. Relinquitur ergo, cp impossibile sit, id quod reflectitur moueri vno motu continuo. Et, quia posset aliquis dubitare, an id quod reflectitur, contrarijs motibus moueatur, pp hoc quod nō apparet manifesta & determinata contrarietas in loco, sicut an alijs generibus in quibus est motus, vt supra in Quinto dictū est, ideo addit quoddam signum ad hoc idem ostendendum præter rationē supra positam ex contrarietate terminorum, & dicit, cp signū huiusmodi est, cp motus qui est ab A in B, sit contrarius ei, qui est a B in A, sicut contingit in motu reflexo, quia huiusmodi motus si simul fiant [stant & repausant adinuicem] ideē vnus impedit alium, & facit eum stare. Et non solum hoc contingit in reflexione motus recti, sed etiam in reflexione motus circularis. Signentur enim in aliquo circulo tria signa, scilicet A B C, constat, cp, si incipiat moueri ab A in B, & postea moueatur ab A in C versus aliam partem, cp erit reflexio: & isti duo motus impedirit se, & vnus sistit] id est facit stare alium. sed, si continue moueatur aliquid ab A in B, & per B iterum in C non erit reflexio. Ideo autem motus reflexi impediunt se inuicem, tam in recto, cp in circulo: quia hoc est de natura contrariorum, cp se impediant & corrumpant. Motus autem, qui sunt diuersi & non contrarij, non se impediunt, sicut motus, qui est sursum, & qui est in latus: puta in dextrum vel sinistrum, non se impediunt: sed simul potest aliquid moueri & in sursum & dextrum. Deinde cum dicit.

Signum, quòd id quod reflectitur, moueatur contrarijs motibus.

A ——— B

Demonstratio eiusdem circuli.



Maxime aūt patet ex eo motum, qui super linea recta ARGY.
fit, continuum esse non posse: quia id, quod reflectitur, consistat, non solum si super lineā recta, sed etiam si super circulo feratur, necesse est. Non.n. idem est super circulo ferri, atq; uersari. Fieri nāq; pōt ut interdū prosequatur motū, interdū ad id profectum, unde moueri cæpit, redeat ac reflectatur. Esse uero necessariū stare non modo sensu, sed ratione etiam credere profecto compellimur. est aūtē principiū hoc. cum enim sint tria, principium, inquam, mediū atq; finis: medium utrunq; est ad utrūq;, et numero quidē est unū, rōne autem duo. Præterea aliud est esse potentia, aliud actu. Quare quoduis rectæ lineæ punctū, quod inter extrema est collocatū, potentia quidem est medium. actu uero non est: si non id quod fertur eā diuiserit, cōsiteritq; atq; incæpit rursus moueri. hoc autem pacto medium ipsum principium fit & finis. principium quidem posteriori

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus. finis autem primæ. Dico aũt, si id quod fertur, atq; sit A, in ipso cõsisterit. nec rursus feratur ad c: sed, cum cõtinue fertur nec affuisse nec abfuisse in puncto B põt, sed esse solum in ipso nũc in tẽpore uero nullo, nisi in eo toto, cuius nũc ipsum diuisio est. Quod si affuisse quispiam et abfuisse posuerit semper ipsum D habit cũ fertur. Impossibile est. n. ipsum A cũ B affuisse simul ac abfuisse: ergo in alio tẽporis atq; alio puncto. Tẽpus igitur id erit, quod est inter puctã tẽporis illa. Quare A quiescet in B, & in cæteris idẽ idẽ puctis. quippe cũ sit eadẽ in omnibus ratio. Cum autẽ A, quod fertur ut etur B, medio principio, atq; fine consistat ipsum necesse est, propterea quòd illud duo perinde facit, atq; si illud ita mente perceperis. Sed ab A quidem puncto, ut a principio abfuit, in C uero fuit: cum moueri desierit stet eritq;.

Tex. cõ. 65. Maxime aũt manifestũ est, cp impossibile est continuũ esse, qui est in rectitudine motũ, quia reflexum necesse est stare, nõ solum in recta, sed & si fm circulum feratur. non enim idẽ est circulo ferri & fm circulũ, est enim aliquando quidẽ continuũ quod mouetur, aliquando aũt in idem veniens, vnde motum est, reflecti iterum. Quod aũt necesse est stare, fides est non solum in sensu, sed in ratione. Principium autẽ, hoc est. Tribus enim existentibus, principio, medio, & fine: medium ad vtrunq; est, & vnũ quidem numero, ratione aũt duo. Amplius aliud est quod est potentia, & quod est actu. Quare rectitudinis, quæ infra sunt terminorũ, quodlibet signũ, potẽtia quidem est medium, actu autem nõ est, nisi diuidat hanc, & stans iterum inceperit moueri. Sic autẽ medium ipsum principiũ sit & finis, principiũ quidem posterioris, finis autem prioris: dico autem, vt si fertur A, stet in B, & iterum feratur in C. cum autem continue feratur, neq; factum esse, neq; abesse possibile est A & B, signum: sed solũ esse in ipso nunc, in tempore autem nullo, præter cuius ipsum nunc est diuisio in toto A B C. Si autem adesse concedat aliquis & abesse, semper stabit A, quod ferẽ. Impossibile. n. est A simul adesse in B, et abesse. in alio ergo et alio signo tẽporis est. Tẽpus itaq; erit, quod in medio. Quare quiescet A in B. similiter autẽ & in alijs signis. eadẽ. n. ratio est in omnibus. Cum autẽ vtatur A. quod fertur, ipso B medio & principio & fine, necesse est stare: propter id, quod duo facit, sicut vtiq; si & intelliget. Sed ab A, quidẽ, signo abfuit principio, in C autem affuit, cum perficiat & stet.

Ponit secũdã rõnem ad oñendũ cp motus reflexus non põt esse in infinitũ cõtinuus, q̃ quidẽ rõ accipit ex quiete, quam necesse est interuenire. Dicit ergo, cp maxime ex hoc manifestũ est, cp ipossibile est motũ rectũ esse cõtinuũ in infinitũ: quia necesse est id quod reflectit quiescere inter duos, motus. & hoc verũ est nõ solũ si moueat p lineã rectã, sed et si ferat fm circulũ. Et ne aliqs intelligat ferri fm circulũ idẽ esse quod ferri circulariter, ad hoc excludẽdũ subdit, cp nõ est idẽ [ferri circulo]. i. circulariter fm ꝓprietatẽ circuli [& ferri fm circulũ]. i. ptransire suo motu circulũ. Cõtingit. n. aliqñ cp fm quandã cõtinuationẽ sit motus eius, quod mouet, dũ. s. pertrãsit partẽ post partẽ fm ordinẽ partiũ circuli, & hoc est ferri circulariter. Qñ cp aũt cõtingit quod ptrã-

E sit circulũ, qñ redierit ad principiũ, vñ incæpit moueri, & non ptransire vltra fm ordinẽ partiũ circuli, sed redire retro, & hoc est reflecti. Siue ergo fiat reflexio in linea recta, siue in linea circulari, necesse est cp interueniat quies media. Et huius rei fides accipi põt, nõ solũ ex sensu: quia sensibiliter hoc apparet, sed ẽt ex rõne. Cuius quidem rõnis principiũ hoc sumendũ est, cp, cũ tria sint in magnitudine, quę ptranſiẽ. s. principiũ, mediũ, & finis: mediũ vtrunq; est respectu vtriusq;: quia respectu finis, est principium: & respectu principij est finis: & sic cũ sit vnũ subiecto est duo rõne. Iterũ aliud principiũ est sumẽdũ, cp aliud est quod est in potẽtia, & quod est in actu. His igitur visis, cõsyderandũ est ex dictis, cp quodlibet signũ]. i. quodlibet punctũ lignatũ infra terminos lineæ, supra quã aliquid mouet, mediũ est in potentia, sed nõ est mediũ in actu, nisi fiat diuisio fm motũ, ita, s. cp in illo puncto id quod mouet stet, & iterũ ab illo pũcto incipiat moueri: quia sic medium illud fiet actu principiũ, & finis. principiũ quidẽ posterioris, inquantũ idẽ incipit rursus moueri, finis aũt primi, inquãtũ, s. ibi terminatus est primus motus per quietẽ. sti. n. vna linea, in cuius principio sit A, in medio B, in fine C. Moueat ergo ab A in B, & ibi stet: & iterũ incipiat moueri a B, & referatur vsq; in ofic. n. manifestũ erit, cp B est actu finis prioris motus, et principiũ posterioris. Sed, si aliquid ferat continue ab A in C fine interpositione alicuius quietis, non est possibile dicere mobile factũ esse [. i. aduenire, neq; abesse]. i. abscedere: neq; in hoc signo, quod est A, neq; in hoc signo, quod est B, sed solũ hoc põt dici, cp in A vel in B sit in quodã nũc, nõ aũt in aliquo tpe erit: nisi forte fm hoc cp aliquid dicit esse alicubi in tpe, quia est ibi in nunc tpis: & ita quod mouet continue ab A in C, in aliquo tpe erit in B, sin nũc. quod est diuisio quædã illius tpis, & sic dicetur esse in B in illo toto tpe eo modo loquendi, quo dicit aliquid moueri in die: quia mouet in parte illius diei. Et, quia hoc videbatur dubiũ, cp id quod fertur non adsit & abscit cuicunq; signo in magnitudine signato: quæ motu pertranſiũt continuo: oñdit hoc consequenter dicens, cp, si aliquis concedat cp mobile adsit & abscit alicui signo in magnitudine signato, sequitur cp ibi quiescat. Impossibile est. n. cp in eodem instãti adsit & abscit mobile ab hoc signo, quod est B: quia adesse aliquid & abesse sunt cõtraria, quæ non possunt esse in eodem instanti. Oportet ergo cp in alio & in alio nunc tpis mobile adsit & abscit alicui signo magnitudinis. inter quælibet aũt duo nũc est tps medium: ergo sequitur cp mobile, quod est A, quiescit in B. Omne. n. quod est alicubi per aliquod tps, est in eodem prius et posterius. Et similiter est dicẽdũ in oĩbus alijs signis vel pũctis: quia de oĩbus est eadẽ rõ. Vnde manifestũ est, cp illud quod continue fertur per magnitudinẽ aliquã, in nullo intermedio signo magnitudinis adest & abest]. i. accedit & recedit. Cũ. n. dicit cp mobile adsit alicui signo, vel fiat in eo vel accedat id ipsum: per ofa huiusmodi significat, cp illud signum sit terminus motus. cum aũt dicitur, cp abfit vel abscedat, significatur cp sit principiũ motus. nõ est. n. actu mediũ signum magnitudinis, nec principiũ, nec finis motus: quia nec terminatur, nec incipit motus ibi, sed in potentia tñ. Posset enim ibi motus incipe vel terminari. Vnde nec adest nec abest mobile a signo medio, sed simpliciter dicitur esse ibi in nunc. est. n. mobile in aliquo signo magnitudinis cõparatum ad totum motum, sicut nunc ad tps. Sed, cum mobile, quod est A, vtatur ipso B, vt medio, principio, & fine in actu, necesse est cp ibi stet, pp hoc quod facit ipsum mouendo & stando vnũ signum esse duo, s. principiũ & finẽ. Sicut etiã contingit in intelligendo. Possumus. n. simul intelligere vnũ punctũ esse in vno subiecto, sed, si seorsum intelligamus ipsum vt principiũ, seorsum aũt vt finẽ, non simul hoc continget. ita &, cum id quod mouet vtitur aliquo signo, vt vno, non erit ibi nisi in vno nunc. Si autem vtitur eo vt duobus, s. vt principio & fine in actu, necesse erit cp sit in duobus nunc, & p consequens in tpe medio: & ita quiescet. Manifestũ est ergo, cp illud quod mouetur continue ab A in C, in medio B, neque affuit neq; abfuit] idest neque accesit neque recesit, sed a primo signo, quod est A, abfuit

A, abfuit vel abscesit, quasi a principio in actu: in vltimo autem signo, quod est C, affuit vel accesit: quia ibi perficitur motus, & mobile quiescit. Et est attendendum cp in præmissis ponitur A quandoq; quidem pro mobili, quandoq; pro principio magnitudinis. Ex istis autem patet, cp motus reflexus, siue in circulari siue in recta magnitudine, non potest esse continuus, sed intercidit quies media: quia idem signum est, quod actu, fit finis primi motus, & principium reflexionis. Sed in motu circulari mobile non vtitur aliquo signo, vt principio vel fine in actu, sed quolibet signo magnitudinis vtitur vt medio: & ideo motus circularis potest esse continuus, non autem reflexus.

LECTIO XVII.


Aliquæ de Motus reflexi continuitate Quæstiones proponuntur, soluunturq;.

ARGV. *Quapropter & ad dubitationem, hoc est dicendum. habet enim hic locus hanc dubitationem. nam si sint duæ lineæ rectæ* A B C, & D E: *quarum* D E *sit æqualis* B C: *et* F *mobile ex* A *continue moueatur ad* C. *atque: cum etiam in* B *puncto,* G *mobile ex* D *ad* E *uniformiter eademq; celeritate feratur,* G *prius accedet ad* E, *quam* F *ad terminum perueniet* C. *Quod enim prius recesit ac abijt, id prius accedat necesse est. Non ergo* F *mobile simul in* B *puncto fuit atque abfuit ab eodem. iccirco & posterius accedit ad* C. *nam si fuit ac abfuit simul non posterius ad terminum perueniet* C, *sed stet in illo necesse est.*

Tex. cõ. 66. VNde & ad dubitationem hoc dicendum. Habet enim dubitationem hanc, si enim sit quod est E, ei, quod est F, æquale. & A feratur continue ab extremo ad C, similiter autẽ sit A in B signo: et D feratur cõtinue ab F extremo ad G regulariter, & velocitate simili ipsi A, ipsum D anteveniet in G, q̃; A in C. Prius. n. se mouẽs & discedẽs, prius venire necesse est. nõ ergo simul affuit A in B, et abfuit ab eodẽ. Vnde et posterius fit. si. n. simul, non posterius est, sed necessitas erit stare.

Postquam Philosophus ostendit cp motus reflexus non potest esse continuus & vnus, hic secũdum præmissa soluit quasdam dubitationes. Et diuiditur in partes tres secundũ tres dubitationes quas ex præmissis soluit. secunda pars incipit ibi [eodem autem modo obuiandum est.] Tertia ibi [Manifestat autem.] Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem, secundo soluit eam ibi [Non ergo ponendum est &c.] Dicit ergo primo, cp hoc quod dictum est ad probandũ, cp motus reflexus non est continuus, potest etiã dici ad soluendum quandam dubitationem. Est enim vna talis dubitatio. sint duæ magnitudines æquales, quarum vna dicatur E, alia F: sint etiam duo mobilia æqualiter velocia, quorum vnum sit A, & aliud sit D, & moueatur A continue ab extremo] ideſt principio magnitudinis ad C, D vero ad G feratur: & ponatur cp in magnitudine, quæ est F, signetur quoddam signum medium, quod est B: quod tantum distet a C, quantum in magnitudine, quæ est F, distat F a G. & ponamus cp simul, dum B in suo motu continuo accedit ab A signum, cp D mobile in suo motu continuo recedat ab F, & veniat ad G. Cum ergo motus sint regulares, & æque veloces vtriusq; mobilis, sequitur cp prius veniet D in G q̃; A veniat in C: quia quod prius recedit prius perueniet ad finem æqualis magnitudinis, prius autem recesit D ab F, q̃; recederet a B: quia D recesit ab F, quando A pertingebat ad B. ergo secundum hoc, A non simul aduenit in B, & recesit ab eo. Et ita sequitur cp posterius recesserit q̃; aduenerit: quia, si simul aduenisset & recederet, non posterius moueri inciperet: & ita necessitas est quòd A, dum continue fertur, quiescat in B. & sic motus continuus erit compositus ex quietibus, sicut Zeno ponebat, (vt supra habitum est in Sexto.) Secundo ibi.

Ratio, qua dubitatur, quòd id, quod continue mouetur, in aliquo signo quiescat



Non est igitur, ponendum cum s, fuit in B. *simul. g. ipsum ex* D *moueri. Nam si* F *in puncto fuerit* b. *abfuerit etiam ab eodem atq; non simul. at induisione temporis in illo et non tempore erat. Igitur hic quidem in continua magnitudine impossibile est hoc dicere modo. In eo uero quod redit, atq; reflectitur, hoc soluere pacto necesse est. Nã si* A *feratur* E, D. *in* C, *rursusq; rediens* e C *in* b, *moueatur ipso. c. tum extremo & principio utitur nimirũ et fine, uno inquã puncto uti duobus. Quocirca consistat ipsum necesse est & non simul accesit ad* C, *& recesit a* C. *alioquin ibi simul erit atq; non erit in eodẽ tẽporis puncto. At uero non est dicenda ea solutio, quam antea diximus. Dici nãq; non potest* A *mobile in diuisione temporis in ipso* G *esse, et nec affuisse nec abfuisse. Ad finem enim accedat necesse est, qui quidẽ est actu non potentia finis. Etenim id quidẽ, quod est in medio, potentia est, atq; hoc est actu. atq; finis est, cum pergitur sursum, principium uero cum itur deorsum. Et ipsorũ ergo motuũ simili modo. Stet igitur id quod redit super linea recta necesse est, quæ cũ ita sint cõtinuus super linea recta perpetuus quod motus esse non potest.* ARGV.

Tex. cõ. 67. Nõ ergo ponendũ est cũ A affuit fm B, ipsum D moueri ab F. vltimo. Si. n. affuit A, in B erit et abesse & non simul, sed erat in decisione temporis, & non in tempore. hoc igitur est impossibile sic dicere in continuo, sed in reflectenti, necesse est sic dicere. Si enim G feratur ad ipsum D, et iterũ reflectens deorsum feratur, vltimo D & fine vtetur & principio vno signo, vt duobus. Vnde stare necesse est. neq; simul affuit in ipso D, & abijt ab ipso D. ibi. n. simul esset & nõ esset in eodẽ nunc. At vero olim solutio non danda est. Non enim contingit dicere cp fm ipsum D sit ipsum G in decisione: nõ affuit autẽ neq; defuit. Necesse enim est in finem venire, qui actu est, non potentia. quod igitur est in medio potentia est, hoc autem actu, & finis quidem deorsum, principium autẽ de sursum. Et motuũ ergo similiter. Necesse est ergo stare reflectens in recto. non ergo contingit continuum motũ in recto, & perpetuũ esse.

Soluit motam dubitationem fm præmissa. Supponebat enim obiectio prædicta, cp A, dũ continue mouetur, accedit ad aliquod signum in medio magnitudinis positum, s. ad


Tex. cõ. 67.

Lect. 1 6. Tex. cõ. 65.

 B, &

n,& cp simul ẽt accedit A ad B, D recedit a quodam alio signo,scilicet a F. quod est contra præmissa. Dictũ est,n. supra,cp, cum aliquid continue feratur, necp potest ad esse, necp abesse[,i. recedere & accedere a signo medio, ergo non est ponẽdum hoc,quod obiectio supponebat,cp, cum A affuit],i. accessit ad B,ipsum p recessit simul ab F. Quia,si detur,cp A accessit ad B,erit pari ratione dare, cp recesserit & cp non fuerit simul,sed in duobus instantibus,ita cp tempore interm dio quieuerit. Sed sicut dictum est prius, cum aliquid continue moueb atur in aliquo signo medio,non aberat & aderat, sed simpliciter erat non quidem per aliquod tempus, quia sic quiesceret, sed in decisione tẽporis] idest in aliquo nunc, quo diuiditur tempus. hoc ergo quod obiectio supponebat,cp,s. A adesset,& cp etiã abesset ab aliquo signo medio,impossibile est dicere in motu continuo, sed in reflexo est necesse, vt dicatur ita. Si enim aliquod mobile, quod est G. feratur ad punctum,quod est D,& iterum reflectatur:manifestum est cp mobile vtitur vltimo, cp est D, quasi principio & quasi fine, s. vno signo vt duobus: vnde necesse est,cp ibi quiescat. Nec est dicẽdũ, cp simul accesserit ad ipsum D, & recesserit ab eodem: quia sequeretur cp simul in eodẽ instanti esset ibi,& non esset. Omne.n. quod motum est,est in termino ad quem mouebatur: & oẽ quod incipit moueri nõ est adhuc in termino ad quẽ:hoc aũt significatur cũ dicimus adesse vel accedere: quod est terminari motũ ad punctũ illud. cum aũt dicimus abesse recedere significamus & motũ incipe. Vnde necesse est,oẽ quod accedit vel adest ad aliquod signũ esse in eo: quod aũt abest vel abscedit nõ est in eo. Quia ergo impossibile est simul esse & non esse in aliquo signo, per consequens impossibile est cp simul adsit & absit eidẽ, vt superius pluries est suppositũ. Est aũt attendẽdũ, qaliter vtitur hic literis cp supra. vtitur.n. hic G pro mobili, D vero pro termino. Supra aũt econuerso.nõ est autem in motu reflexo dãda solutio quæ prius data est in motu continuo.non.n. potest dici cp mobile, quod est. G, sit in termino, quod est D a quo incipit reflecti solũ in decisione temporis].i. in nunc: & quod mobile neque defuerit necp affuerit eidẽ, sicut dicebatur in motu continuo:quia in motu reflexo necesse est venire ad finẽ, qui est actu finis,& nõ in potentia tm: sicut medieamẽtum in motu continuo erat principiũ & finis solũ in potẽtia. Illud ergo quod est in medio motus cõtinui,est in potentia tm principiũ & finis: sed hoc,a quo incipit reflexio,est actu principium & finis. Finis quidẽ motus,qui erat deorsum, puta lapidis:principiũ autẽ est in actu motus reflexi, qui est sursum:dum lapis cadens in terrã resilit sursum. Sicut ergo in magnitudine, in qua est motus,signũ,a quo reflectitur, est principiũ & finis in actu, ita & in ipsis motibus est accipere actu finẽ vnius & principium alterius:quod non esset,nisi quies interueniret media.necesse est ergo, cp id quod reflectitur in linea recta,quiescat. Et ita sequitẽr, cp in recta magnitudine non possit esse motus continuus & ppetuus:quia magnitudo recta non est infinita: & ita non posset esse in perpetuum motus rectus continuus, nisi reflecteretur. Deinde cum dicit.

Ostensio, quod necesse sit mobile, quod reflectitur, quiescere illo signo, a quo reflectitur.



ARGV. *Eodem autem modo & his est obuiandum,qui Zenonis rationem interrogant, censentq; si semper dimidium transire oporteat, dimidia uero sint infinita & infinitorũ trãsitio esse non possit, motum non esse, neque posse quicquã moueri. Aut, ut quidam hanc eandem interrogant rationem censentes mobile, cum mouetur dimidia singula, super quæ fertur, enumerare. Quo fit, ut ab eo cum totum transierit spatium enumeratus sit numerus infinitus. hoc autem omnium sententia fieri nequit.*

Eodem autem modo obuiandum est ad interrogantes Zenonis rationem: & volentes si sem per mediũ transire oportet, hęc aũt infinita sunt, infinita aũt transire impossibile est. Aut sicut ipsam hanc eandẽ rationẽ quidã aliter interrogãt, volentes simul eũ quod mouetur, medietatem prius numerare fm vnumquodq; factũ mediũ. Quare abeũte totũ infinitũ accidit numerare numerum.hoc autem confitentur impossibile esse.

Ponit secũdam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem, secundo excludit quandam solu te. 68. Tertia.
tionem in Sexto positam ibi [In primis igitur] Tertio ponit veram solutionem ibi [Sed verum dicendum.] Dicit ergo primo, cp eodem modo per ea quæ supra ostensa sunt, possumus obuiare ad eos, qui ponunt obiectionem Zenonis. qui sic volebant argumentari. Omne quod mouetur oportet cp prius pertranseat medium cp perueniat ad finẽ: sed inter quoslibet duos terminos sunt infinita media, per hoc cp magnitudo est diuisibilis in infinitum: & ita impossibile est transire media, quia infinita non contingit transire:ergo nihil potest mouendo ad aliquem terminum peruenire. Vel potest eadem dubitatio aliter formari, sicut quidam eam proponunt. Omne quod pertransit aliquod totũ prius pertransit medietatem:&, cum medietas iterum diuidatur in medietatem,oportet cp prius pertrãsierit medietatem medietatis:& ita omne,quod mouetur numerat quandam medietatem pertingẽdo ad ipsam, sed medietates sic acceptæ possunt in infinitum ire: ergo sequitur cp aliquid pertrãsit totam magnitudinem, quod numerauit numerũ infinitum: quod est manifeste impossibile. Secundo ibi.

ARGV. *In primis igitur de motu sermonibus ex eo rationem hanc soluebamus:quia tempus infinita in seipso habet. nõ est enim absurdum, si infinito in tempore transeat quispiam infinitum. infinitum autem inest,tam in longitudine quam in tempore, simili modo.*

In primis igitur rationibus de motu soluimus per id quod tempus infinita habet in seipso.non enim incõueniens est, si in infinito tempore infinitum transit aliquis: similiter autem in infinitum in longitudine est,& tempore. Te. cõ. 68.

Excludit solutionem, quam supra in Sexto posuerat ad hanc obiectionem. Et primo recitat eam,secundo excludit ibi [Sed hæc solutio &c.] Dicit ergo primo, cp prædicta obiectio soluta est in Sexto,cum de motu in communi agebatur, per hoc, cp sicut magnitudo diuiditur in infinita,ita & tempus: & sic eodem modo tempus habet in seipso infinita,sicut & magnitudo diuiditur in infinitum: et ita non est inconueniens,si infinita,quæ sunt in magnitudine, transeat aliquis in infinita quæ sunt in tẽpore. quia non est inconueniens, cp infinita magnitudo transeatur tempore infinito. Sed sicut in Sexto ostensum est, infinitum eodẽ modo inuenitur in magnitudine,& tempore. Secundo ibi. Infin. Te. 59.

ARGV. *Sed hæc solutio ad interrogantem quidem sufficienter se habet. Interrogabatur enim, si fieri posit ut finito in tẽpore quippiam transeat aut enumeret infinita:ad rem autem ipsam uerit atemq; profectõ nõ satisfacit. Nam, si quispiam omissa longitudine dictaq; interrogatione, si sit inquam ut finito in tempore pertranseat quippiam infinita, hæc de ipso interroget tempore(habet enim tempus infinitas diuisiones)non erit sufficiens hæc sanè solutio.*

Sed

Sed hæc solutio ad interrogantem quidem se habet sufficienter. Interrogabat enim, si in finito tempore infinitum trãsire atq; numerare contingit: ad rem autem ipsam & ad veritatem non sufficienter. si enim aliquis dimittens magnitudinem & interrogauerit,si infinito tempore cõtingit infinita transire, interroget in ipso tempore eadem (habet enim tempus infinitas diuisiones) nec adhuc sufficiens hæc solutio.

Excludit hanc solutionem. & dicit, cp hæc solutio sufficiens est ad obuiandũ interroganti, qui sic interrogabat,an contingeret in tpe finito transire et numerare infinita. Quę quidẽ interrogatio repellebatur per hoc quod subditur, cp tps finitum habet infinita, in quibus possunt transiri infinita, quæ sunt in magnitudine. Sed ista solutio non sufficit ad rei veritatẽ: quia, si aliquis prætermittat quærere de magnitudine,& prætermittit interrogare, an in tpe finito cõtingat infinita transire:& faciat hãc eandẽ interrogationẽ de ipso tpe, vtrum, s. infinita, quæ sunt in tẽpore, possint transiri (ppter hoc cp tẽpus in infinitũ diuidit)ad hãc interrogationẽ nõ sufficit prędicta solutio. Deinde cum dicit.

ARGV. *Sed ea dicenda est uer itas, quam paulo ante diximus. Nam, si quispiam lineam diuidat in duo dimidia, is uno puncto utitur ut duobus. faciet enim ipsum principium atq; finem. sic autem facit et qui numerat, & qui in dimidia diuidit. Quo sic diuidente, neq; linea est continua, neq; motus. continuus enim motus continui est. in continuo autem insunt quidem dimidia infinita, sed non actu, sed potentia sunt, ut patet. Si uero quispiam dimidiam faciat actu non continua faciet. sed modum ipsorum ponet. quod quidem in eo accidere patet, qui dimidia numerat. unum nanq; punctum uti duo numerare ipsum necesse est. Alterius enim dimidij principium alterius finis erit, si non ut unum ipsum continuam lineam: sed ut dimidia numeret duo. Quare ad interrogantem, si fieri potest ut in tempore aut in longitudine pertranseat quispiam infinita, partim posse, partim fieri non posse dicamus oportet. si enim infinita sint actu, fieri nequit: sin uero potẽtia, fieri potest. Qui nanq; mouetur continue, per accidens sanè non simpliciter infinita trãsiuit. accidit enim lineæ ut dimidia sint infinita. substantia uero ipsius diuersa est atque esse.*

Sed verum dicendum est,quod quidem diximus in rationibus. Si.n. aliquis cõtinuũ diuiserit in duo media,hic vno signo tanquã duobus vtitur.facit.n. ipsum,et principium et finem.sic aũt facit numerans & in media diuidens. Sic aũt diuidente,necp erit continua linea neq; motus. cõtinuus.n. motus cõtinui est: in cõtinuo aũt sunt quidẽ infinita media,at nõ actu,sed potentia. Si vero faciat actu nõ faciet continuum, sed stabit. quod quidẽ in numerante media manifestũ est quia accidit.vnum enim signũ necesse est ipsum numerare duo. alterius enim mediĳ finis,alterius autem principium erit, si non vnũ numeret cõtinuum, sed duas medietates. Quare dicendum est ad interrogantẽ, si contingit infinita transire aut in tẽpore aut in longitudine, quia est quidẽ sic,est autem non sic. actu enim cum sint,non cõtingit,potentia autẽ, contingit. Quod enim continue mouetur, transiuit fm accidẽs,infinita transiuit,simpliciter autem non.accidit aũt lineæ, infinita media esse. substantia autem ipsa altera est & esse.

Ponit veram solutionem fm ea, quæ supra præmiserat: & dicit, cp fm veritatem hoc dicendum est ad solutionẽ dubitationis motæ,quod præmissimus in rationibus suprapositis proxime:s. cp, si aliquis diuidat continuum in duo media,tunc vtitur vno signo,s. in quo diuiditur cõtinuum, tãquam duobus:quia facit ipsum & principiũ vnius partis, & finem alterius.facit autem hoc numerando,et in duo media diuidẽdo. Cum autem sic diuisum fuerit continuum,tã non erit continuum:siue diuidatur magnitudo vt linea, siue diuidatur motus, quia nec motus potest esse continuus nisi sit continui,scilicet subiecti, & temporis & magnitudinis super quam transit motus. Sic ergo diuidens numerat, & numerando continuitatem soluit. Sed in continuo dum continuitas durat sunt infinita media, non in actu, sed in potentia: quia, si faciat aliquis aliquod medium inesse in actu,hoc erit per diuisionem, vt dictum est,inquantum accipietur vt principium vnius,& finis alterius,& sic non remanebit continuum: sed stabit]. i. iam media in actu non erũt infinita,sed in eis erit status. Quod maxime accidit in eo qui vult numerare media:quia necesse est ei cp vnum signum numeret quasi duo, inquãtum est vnius medietatis finis,& alterius principium. & hoc dico, quando non numeratur totum continuum vt vnum, licet numerẽtur duæ medietates in ipso. Si enim accipiatur totum cõtinuum vt vnum, tunc iam dictum est, cp signum medium non accipitur vt finis & principium in actu, sed in potentia tantũ. His ergo visis respondendum est ad eum, qui interrogat,an contingat infinita transire siue in tempore, siue in magnitudine: cp quodammodo contingit, & quodãmodo non contingit. Cum enim sint infinita media in actu, non contingit ea transire:cum autem sint in potentia,contingit infinita transire. Et sic, cum in continuo non sint infinita media nisi in potentia,contingit infinita transire:quia illud,quod continue mouetur, transiuit fm accidens infinita, scilicet in potentia. Per se enim transit lineam finitam, cui accidit cp insint ei infinita media in potentia:sed ipsa linea fm substantiam & rationem est alia ab his mediĳs infinitis. non enim linea cõponitur ex punctis, sed puncta possunt signari in linea, inquantum diuiditur. Deinde cum dicit.

ARGV. *At qui perspicuum etiam est. si quispiam temporis pũctum (quod prius posteriusq; diuidit) non posteriori tempori respectu rei tribuat semper idem esse simul atq; non esse, & cum est ortum,non esse. Punctum igitur temporis utriusq; commune est: priori (inquam) posterioriq;: & unũ & idem est numero, ratione uero non idem. alterius enim finis, alterius principium est. at respectu rei posterioris est semper affectus. Sit tempus quidem A C B: res autem D, quæ quidem A C tempore sit alba: in C B uero non alba. in ipso ergo C alba est simul, atq; non alba. In quouis nanq; temporis A C puncto, licet ipsum D uere dicere albũ esse, si toto tempore illo est album, & in quolibet etiam ipsius B C: non album esse: c uero est in utriusq;.*


Manifestum est autem & quia nisi aliquis faciat temporis signum (quod prius & posterius diuidit) semper posterioris rei erit simul idem ens & non ens,& quando fuit, non est. signum igitur vtriusq; commune est & priori & posteriori,& vnum & idem numero,ratione autem non idem est. huius quidem enim finis est, illius autem principium: res autem semper posterioris passionis est. Sit tempus, in quo est A C B, res in quo D. hoc in A quidem tempore album, in B au Te. cõ. 69.

tem non album: in c ergo album, et non album. In quolibet enim ipsius A verum est dicere albū, si omni tempore hoc erat album, & B non album: c autem in vtrisque.

Ibidem. Tria. 68.

Soluit tertiam dubitationē. Et circa hoc tria facit. Primo proponit dubitationem & solutionem, secundo manifestat vtrunq; per exempla ibi [Sit tempus.] Tertio infert quoddam corollarium ex dictis ibi [Si autem quodcūq;] Ponit ergo dubitationem primo, quæ in generationibus & corruptionibus fieri solet. Quod, n. generatur, definit non esse, & incipit esse. oportet autē aliud tempus assignari ei, quod est esse rei generatæ vel corruptæ, & aliud ei quod est nō esse. puta si ex acre generetur ignis, in toto tempore A B erat non ignis, sed aer: in toto autem tēpore B C est ignis. Cū ergo hoc signum tēporis, quod est B, sit vtriq; tempori cōmune, videtur q̄ in illo instanti cōmuni sit simul esse ignis & non esse eiusdē. Hanc ergo dubitationē Philosophus soluēs dicit, manifestum esse q̄ nisi aliquis hoc signum temporis F quod diuidit tempus prius a posteriori [Faciat semper esse posterioris rei] ideſt, q̄ in illo instanti hoc modo se habeat res, sicut in tēpore sequenti, sequitur q̄ idem sit ens & non ens simul: & sequitur, q̄, quando aliquid factum est, sit nō ens: tunc autem factum est, quādo generatio terminatur, s. in illo nunc, quod diuidit tempus prius & posterius. Si ergo in toto tempore priori non erat ens, in hoc etiam nunc, quando iam generatum est, est etiā non ens: quia illud nūc est finis prioris temporis. Quomodo autē ista inconuenientia non sequantur ostēdit subdens, q̄ vnum & idem numero signum, s. nunc, est commune vtriq; tēpori, s. priori & posteriori. Sed quāuis sit vnum subiecto, nō tamen est vnum ratione, sed duo. est enim finis prioris temporis, & principiū posterioris. Sed, si accipiatur in ipso nunc, quod res est [id est, si accipiatur secūdum q̄ est vnum res semper tenet se cum posteriori passione. Vel aliter, quāuis ipsum nunc finis sit temporis prioris, & principium posterioris, & sic sit communis vtriq;, tamen secundum q̄ est rei] id est, secundum quod cōparatur ad rem, quæ mouetur, semper est posterioris passionis: quia res, quæ mouetur in illo instāti, est subiecta passioni posterioris temporis. Sic ergo obiectione & solutione posita, manifestat vtrunq; per exempla. & primo obiectionem cum dicit [Sit. n. tempus.] Et dicit sit tēpus A C B, res autem, quæ mouetur, sit D, quod quidem D in A tempore sit album, in B autem non album. videtur ergo sequi, q̄ in C sit albū, & non album. & quomodo hoc sequitur ostendit subdens, si enim in toto tempore A est album, sequitur q̄ in quolibet accepto in ipso A, sit albū: & similiter, si in toto tempore B, est non album, sequitur, q̄ in quolibet ipsius accepto sit non album, cum ergo C sit acceptum in vtroq; (quia est huius finis, & illius principium) videtur sequi, quòd in C sit album & non album. Secundo ibi.

Exēplaris ostēsio, qua dubitatur quòd id, quod generatur, vel corrumpitur in eodem instanti sit, & non sit.



ARGV. *Non est igitur dandum in omni tempore A C puncto D album esse, sed in quouis præter vltimum C: hoc autem iā ipsum posterius est. & si non album fiebat, & si album corrumpebatur in A C, toto factum est sanè aut corruptum in C. Quare album, aut non album esse primum in illo vere dicere licet, vel cum est ortum non est, & cum corruptum est, erit aut album aut non album, & ens omnino atque non ens simul esse necesse est.*

Non ergo dandum est in omni, sed præter vltimum nunc in quo est C: hoc autem iam postremum. & si fiebat album, & si corrumpebatur album in omni A, factum est, & corruptū est in C. Quare album, aut non album primum in illo verum est dicere, aut cum est factum non erit, aut cum corruptum est, erit, aut simul album, & non album, & omnino esse, & non esse, necesse est.

Manifestat solutionem supra positam: & dicit, q̄ non est concedendum, q̄ in quolibet accepto in A sit album, sed est excipiendum vltimum nunc, quod est C, quod quidem iā est postremū [ideſt vltimus terminus mutationis. Puta si album vel fiebat, vel corrumpebatur in toto A, in C non corrumpitur, nec fit album, sed iam factum est, et corruptum. Quod autem factum est, est: quod autem corruptum est, nō est. Vnde manifestum est, quòd in C primo verum est dicere hoc esse album, si ibi terminetur generatio albi: aut esse non album, si ibi terminetur corruptio albi.) Aut si hoc nō dicatur, sequentur inconuenientia supra posita, scilicet q̄ cum aliquid est iam generatum, adhuc est non ens: & cum corruptum est, adhuc est ens. Aut etiam sequitur, quòd aliquid simul sit album, & non album, & vniuersaliter ens & non ens. Deinde cum dicit.

Quod si id generetur, necesse est quod prius non est, et ARGV. *cum generatur non est, fieri profectò non potest, vt tempus in indiuidua tempora diuidatur. Nam, si in A tempore, D ipsum album fiebat: factū est aūt simul, & est in alio indiuiduo tempore B hærente tempori A, si in A quidem fiebat, & non erat, etiam autem in ipso tempore B, generationem aliquam nimirum mediam esse oportet. quare, & tempus id erat, in quo fiebat. non enim eadem & his erit ratio, qui non ex indiuiduis inquiunt tempus constare. sed factum est in temporis ipsius, in quo fiebat vltimo pūcto: cui quidem nihil hæret, neq; deinceps est, indiuidua vero tēpora sunt deinceps. Quæ cum ita sunt, patet si in A toto tempore, D fiebat, non esse maius id tempus, in quo factū est atq; fiebat, eo tempore, quo toto solū fiebat. Hæ igitur tales sua quædā sunt rōnes, ex quibus, vt propriis quispiā credet motum rectum perpetuo continuum esse nō posse.*

Si autem quodcunq; fuerit prius non ens, necesse est fieri ens, & cum fit, non est, non possibile est in atoma tempora diuidi tps. Si enim in A tpe D fiebat album: factum est autem simul, et est in altero indiuiduo tpe. habito aūt, in B, & si in A fiebat, non erat, in B aūt est, generationem oportet esse quādam mediam. quare, & tempus erat, in quo fiebat. non enim eadem erat rō, & in non atoma diuidētibus: sed ipsius tpis, in quo fiebat, factum est: & est in vltimo signo, cui nihil est habitum, neq; consequēter. sed indiuisibilia tēpora consequēter sunt. Manifestum aūt est, quia, si in A toto tempore fiebat, q̄ non est plus tempus, in quo factū est, & fiebat, q̄ in quo fiebat solū omni. Quibus igitur aliquis tanquā propriis credet rationibus, hæ & huiusmodi quædam sunt.

Infert

Infert quoddā corolariū ex præmissis, s. q̄ tēpus nō diuidatur in indiuisibilia tēpora: quia hoc posito, nō poterit solui præmissa dubitatio. Dicit ergo, q̄ necesse est oē quod est prius non ens, & postea ens, aliquando fieri ens, & iterum necesse est, q̄, cum aliquid fit, non est. Si autē hæc duo, quæ supponit sunt vera, impossibile est, q̄ tēpus diuidatur in indiuisibilia tempora. Diuidatur enim tempus in indiuisibilia tempora, & sit primū tēpus indiuisibile A, secundum aūt cōsequenter se habens ad ipsum, sit B D aūt, quod prius nō erat albū: postmodū est albū, fiebat albū. id est A. & tunc nō erat albū. oportet aūt dare, q̄ sit factū in aliquo tēpore indiuisibili & habito] id est consequenter se habente, s. in B, in quo iam est. si aūt fiebat albū in A, sequitur q̄ in A non erat albū, in B aūt est albū. Cum ergo inter non esse & esse sit generatio media (quia nihil transit de non esse in esse, nisi per generationē) sequitur, q̄ inter A & B sit generatio media, ergo erit aliquod tēpus medium inter A & B, in quo fiebat albū: quia hic ponitur tēpus B D generationis. & similiter, cū in illo medio tēpore indiuisibili fiat album, B est nō albū: vnde eadē ratione oportebit ponere aliud tempus adhuc mediū, & sic in infinitū. Et hoc ideo, quia non potest poni q̄ in eodē tēpore fiat, & factū sit. Sed non est eadem ratio si dicatur, q̄ nō sunt indiuisibilia tēpora, in quo tēpus diuiditur. dicemus. n. secundū hoc, q̄ vnū & idē tempus est, in quo fiebat & factū est. sed fiebat & erat nō ens in toto tēpore præcedenti, est aūt factū & ens in vltimo nunc tēporis: quod quidē non se habet ad tēpus precedens, sicut habitū aut consequenter, sed sicut terminus eius. Sed si ponātur tpa indiuisibilia, necesse est, q̄ cōsequēter se habeāt. Manifestū est aūt secundū præmissa, q̄ non suppositis temporibus indiuisibilibus, si aliquid fiat albū in toto tēpore A, non est maius tēpus, in quo factū est & fiebat, q̄ in quo fiebat solū: quia in toto tempore fit, in vltimo aūt termino temporis est factū. Tempus aūt & terminus temporis non sunt aliquid maius q̄ tempus tū, sicut etiā punctum nihil magnitudinis adiicit lineæ. Sed, si ponantur tēpora indiuisibilia, manifestū est ex præmissis, q̄ oportet plus temporis C esse, in quo fit & factum est q̄, in quo fit solū. Vltimo autem epilogando concludit principale intentum dicens, q̄ præmissæ rationes sunt & similes eis, quibus credēdum est tanquam propriis, q̄ motus reflexus non est continuus.

LECTIO. XVIII.

Quibusdam communibus rationibus ostenditur motum reflexum continuum non esse.

Ostensio quòd tempus non diuidatur in indiuisibilia.



D

ARGV. *Hoc idem insuper ita esse habere videbitur, & si differendi modo idipsum considerabimus.*

RAtionabiliter autem intendentibus, & ex his videbitur alicui idem hoc accidere.

Tertia. Postquā Philosophus ostēdit rationibus propriis, q̄ motus reflexus non est cōtinuus, ostendit hic idem rationibus cōmunibus, & logicis. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio, secundo probat propositū. ibi] Omne enim quod mouetur.] Dicit ergo primo, q̄ si aliquis velit [rationabiliter]. i. logice intendere ad propositū ostendendum, videbitur hoc idem sequi, s. q̄ motus reflexus non est continuus ex rationibus quæ ponentur. Secundo ibi.

Omne itaq; quod continue mouetur, modo nihil prohi- ARGV. *beat, ad id et antea ferebatur, ad quod per motum accessit. ceu si peruenit ad A, ferebatur ad B, & non solū cum erat prope, sed statim etiam ut incœpit motu ciери. Cur. n. nunc magis quàm prius? hoc & ad cæteros accommodabitur motus. At id quod ex A fertur ad B, veniet rursus ad A cōtinuo motu. Cum igitur ex A mouetur ad B, tum fertur etiā ad A eo motu, quo pergit ex ipso B. Quo fit, vt contrarijs simul motibus moueat, recti nāq; motus cōtrarij sunt.*

Omne enim quod mouetur cōtinue, si a nullo prohibeatur, in quod quidē venit secundū loci mutationē, in hoc & ferebatur prius. vt si in B venit, ferebatur in B, & non cū proximū erat, sed mox sicut incœpit moueri. Quid. n. magis nūc, q̄ prius similiter aūt et in alijs. Quod autē ab A fert in C, iterū veniet in A continue motū. Cum ergo ab A in C ferebatur, tūc & in A fertur secundū motum, qui est a C, & ecōuerso. Quare simul cōtrarijs. contrarij. n. sunt, qui fm rectitudinem fiunt.

Ostendit propositum. Et primo solum in motu reflexo locali. secundo cōmuniter in omnibus motibus. ibi [Amplius ex his manifestum &c.] Prima ratio talis est. Omne quod mouetur cōtinue a principio sui motus ferebatur in finē, ad quē peruenit secundum loci mutationem: nisi fuerit aliquid prohibens: quia a prohibente potuisset in aliā partē deflecti. Exemplificat autem hanc propositionem dicens, q̄, si aliquid per motum localem peruenit ad B, nō solum quando propinquum erat, sed statim quādo incœpit moueri mouebatur ad B. Non est enim aliqua ratio, quare magis moueatur ad B nūc q̄ prius. & simile est in alijs motibus. Si aūt ita sit q̄ motus reflexus sit continuus, verū erit dicere, q̄ id quod mouet ab A in C, & iterū reflectitur in A, cōtinue mouet. Ergo in prima parte motus qui est ab A in C, mouebatur ad terminum vltimæ partis, qui est A, & sic dū mouetur ab A mouetur ad A. Sequitur ergo, q̄ simul moueatur cōtrarijs motibus: quia in motibus rectis, contrariū est moueri ab eodē et in idem. In motibus aūt circularibus non est contrarium. Hoc autem est impossibile, q̄ aliquid simul moueatur contrarijs motibus: ergo impossibile est q̄ motus reflexus sit continuus. Deinde cum dicit.

Te. 71.

Ratio Prima, qua ostenditur quòd motus reflexus non possit esse continuus.



Et insuper vt ex eo mutetur, in quo ipsum non est. ARGV. *Quod si hoc fieri nequeat, in ipso B stetur necesse est. nō igitur hic vnus est motus. Qui nanq; motus intercipitur statui vnus profectò non est, vt luce clarius extat.*

Simul autem & ex hoc mutatur in quo non est. Si igitur hoc impossibile est, necesse est stare in C. non est ergo vnus motus. qui enim statu intercipitur, non est vnus.

Ex

Ex eodem medio ducit ad aliud inconueniens. Si.n.aliquid, dum mouetur ab A, mouetur ad A, non aũt potest moueri ad A, nisi ex aliquo contrapositō, quod sit C, in quo mobile nondū fuit, cū incipit moueri ab A, sequitur cp aliquid mouetur ex illo termino, in quo non est. Sic ergo impossibile est, cp motus reflexus sit continuus. Et, si hoc est impossibile, necesse est cp in pūcto reflexionis mobile quiescat, s.in C. Ex quo patet, cp nō est vnus motus: quia mot⁹, qui distinguit̄ p interpositionē ḡtis, nō est vnus. Deinde cū dicit.

ARGV. *Præterea ex hisce magis vniuersaliter de omni motu perspicuū idem erit. Nam si omne quod mouetur, aliquo motu dictorum motuum omnino mouetur: & quod quiescit ex his aliqua quiete quiescit, quæ opponuntur, (nullus enim alius in ratione verum præter assignatos est motus:) id autem quod non semper hoc motu mouetur: eorum motuum, inquam, qui specie differunt, & non motus totius cuiuspiā parte necesse est opposita, quiescat quiete. est enim quies priuatio motus. Si igitur hæc ita se habēt, & motus quidē recti contrarij sunt: fieri vero nequit, vt simul quic quam motibus contrarijs moueatur: id profectō ex A fertur ad B, non ex B. quoq; simul feretur ad A. Atq;, cū non simul motibus utrisq; feratur, moueatur autem dicto motu ex A pergendo ad B. prius in ipso B quiescat necesse est. Hæc enim est ex quies, quæ opponitur ei motui, quo itur ex B ad A. Patet igitur ex hisce quæ diximus, motum nullum rectum continuum esse posse.*

te.cō.71. Amplius autē, & ex his manifestum vniuersaliter magis de omni motu. Si enim oē quod mouetur, mouetur aliquo dictorū motuum, & quiescit aliqua dictarū oppositarum quietum: (non erat enim alius præter istos:) quod aũt nō semper mouetur secundū hūc motum, dico aũt quicunq; sunt alteri specie, & non si aliqua pars est totius, necesse est prius quiescere secundum oppositā quietē. quies enim priuatio est motus. Si igitur contrarij quidē motus sunt, qui secundum rectitudinē fiunt: simul aũt non contingit moueri contrarios: quod ab A ad C fertur, non vtiq; feretur simul ab ipso C ad A. Quoniam aũt non simul fertur, mouetur aũt secundum hunc motum: necesse est prius quiescere apud C. Hæc enim opposita quies, ei qui est C motui. Manifestum igitur ex his quæ dicta sunt, quoniam non est continuus motus.

Probat idē vniuersalius in quolibet genere mot⁹, tribus rationibus. Quarū prima talis est. Omne quod mouetur, mouetur aliqua specierum motus supra assignatarum, & similiter omne quod quiescit oportet quòd quiescat aliqua quiete oppositarum prædictis motibus. ostensum est enim supra in Quinto, cp non potest esse alius motus præter assignatos. Accipiamus ergo aliquē motum distinctū ab alijs motibus hoc modo, cp sit differens specie ab alijs, sicut dealbatio differt a denigratione: non autē sic, cp motus qui accipitur distinguatur ab alijs, sicut vna pars motus ab alijs partibus eiusdē motus: vt vna pars dealbationis distingui tur ab alijs partibus dealbationis eiusdem. Accepto ergo vno tali motu, sicut dictū est, verū est dicere, cp illud quod non semper mouetur hoc motu, ex necessitate prius quiescebat opposita quiete: sicut quod nō semper dealbatur aliquādo quiescebat quiete opposita dealbationi. Et hæc proposito non esset vera, si aliqua pars determinata motus acciperetur. non.n.est necesse, vt quod non semper moueba tur hac parte dealbationis, cp antea quiesceret quiete oppo

E sita: quia antea etiam dealbatur alia parte dealbationis. Et propter hoc signāter dixit [Et nō si aliqua pars est totius.] Hanc aũt propositionem sic probat. Duorum priuatiue oppositorum necesse est cum vnum non insit, alterum inesse susceptibili: quies aũt opponitur motui priuatiue: ergo, si mobile erat quando sibi motus non inerat, ex necessitate sequitur quòd tunc quies sibi inesset. Hac igitur propositione probata est ratione suprapositā, sumit minorem dicens, cp, si motus recti contrarij sunt, qui est ab A ad C, & qui est a C ad A, & non contingit simul esse motus contrarios: manifestum est, cp, quando mouebatur ab A ad C, non moueba tur tunc a C ad A. & sic isto motu, qui est a C ad A, non semper mouebatur. Vnde secundum propositionē premissam, necesse est cp mobile prius quiesceret quiete opposita. Ostē sum est autem in Quinto, cp motui, qui est a C, opponitur te.54. quies, quæ est in C: ergo quiescebat in C. Non ergo motus reflexus erat vnus & continuus, cum distinguatur per interpositionem quietis. Secundam rationem ponit ibi.

F *Insuper hoc etiam modo, ratio magis erit accommodata. Simul enim corruptum est non album, & ortum est album. Si igitur alteratio, qua itur ad albū, atq; ex albo continua fit, & nullo in tempore maneat: simul profectō corruptum est non album, & factum est album, atq; non album. Horum enim trium idem tempus erit, vt patet.* ARGV.

Amplius autē & hæc ratio magis propria est Tex.cō.72. his, quę dicta sunt. simul.n. corruptum est quod non albū, & quod factū est albū. Si igitur continua alteratio ad albū, & ex non albo: & non manet aliquo tēpore, simul corruptū est non albū, & factū est non albū. Trium.n. erit idem tēpus.

Secūda ratio. Quæ talis est. Simul corrumpitur non album: & generatur album, & e contrario simul corrūpitur album, et fit non albū: sed si motus reflexus in quolibet genere sit cōtinuus,

G sequetur, cp continue alteratio terminetur ad album, & incipiat ex albo recedere, & cp nō quiesceret ibi aliquo tempore. alioquin non esset continua alteratio, si interponeretur quies. sed, sicut dictū est, cum fit album, corrumpitur nō album: sequitur ergo, cp simul corrumpatur non albū, & fiat non album: quia ista tria sunt in eodē tempore, s. fieri albū, & corrumpi non albū, & iterum fieri non album: si tamen continuetur reflexio absq; interpositione quietis. Hoc autē est manifeste impossibile, cp simul fiat non album. & corrumpatur non albū. non ergo est possibile, quòd motus reflexus sit continuus. Hæc autem ratio ad generationem & corruptionē pertinere videtur. Et propter hoc, hanc rationem dicitur esse magis propriam cp præmissas: quia in contradictorijs magis apparet, cp non possunt esse simul natura. Et tamen quod dicitur in generatione, et corruptione extendit ad omnes motus: quia in quolibet motu est quædam generatio & corruptio. sicut enim in alteratione generatur & corrumpitur album, vel non album, ita in quoli-

H bet alio motu. Tertiam rationem ponit ibi.

Præterea, non si tempus continuum est, & motus continuus est, sed deinceps. quo nanq; pacto cōtrariorum motuum, vt dealbationis ac denigrationis idem fuerit finis? Patet igitur motū rectū continuū perpetuo esse non posse. ARGV.

Amplius non si cōtinuū est tēpus, & motus, sed consequenter. quomodo igitur erit vltimū idem contrariorum, vt albedinis, & nigredinis?

Tertia ratio. Quæ talis est. Sicut supra in Quinto habitum est, non est necessarium, si continuum est tēpus, cp propter hoc motus sit continuus. Motus enim diuersarum specierum, & si succedant sibi in tēpore cōtinuo, non tū sunt continui, sed consequenter se habentes: eo cp oportet continuorum esse vnū cōmunem terminum, contrariorum autem in specie differentiū, vt albedinis & nigredinis, nō potest esse vnus communis terminus. Cū igitur motus, qui est ab A in C, sit con- te.48.

trarius

A trarius motui, qui est a C in A: in quocunq; genere motus, vt supra in Quinto ostensum est. impossibile est cp isti duo motus sint continui adinuicem: etiā si tēpus eorū sit continuum nullum interpolita quiete. Relinquitur ergo, cp motus reflexus nullo modo potest esse continuus. Fit aũt consyderandū, cp rationes præmissæ dñe, logicæ: qa procedūt ex quibusdam communibus, sex proprietate contrariorū.

LECTIO XIX.


Solum circularem motum Continuum esse demonstratur, ac Primum.

ARGV. *Motus autem hisce, qui super circularem lineam fit, vnus atq; continuus erit. nullum enim impossibile accidit. Etenim id quod ex A mouetur, simul ad ipsum mouebitur A, eadem nimirum appetitione. Ad quod enim peruenit, ad id & mouetur, sed non simul contrarijs ciebitur motibus, neq; oppositis sanè. Non enim omnis motus quo pergitur ad hoc, contrarius ei, quo itur ex hoc, aut oppositus est. Sed cōtrarius quidem est rectus, huic enim motus loco accommodatus contrarius est, ut his, qui per diametrum fit. terminum enim plurimum distant. oppositus autem est, qui per eandem fit longitudinem. Quare nihil uetat, ut talis motus continuus sit, nullaq; prorsus intercapedines habeat. etenim Conuersio quidē a seipso in seipsum. Rectus autem motus a seipso in aliud transitio est.*

B

Te.cō.73. QVi autem in circulari fit, erit vnus & continuus. nullum enim impossibile cōtingit. Quod enim ex A mouetur, simul mouebitur in A, secundū eandē positionem. in quod enim veniet, & mouetur in hoc, sed non simul mouebitur cōtrarijs, neq; oppositis. Non.n.omnis, qui est in hoc, ei qui est ex hoc cōtrarius est, C neq; oppositus. Sed contrarius quidē est qui super recta fit. hic.n. est contrarius ꝑm locū, vt qui secundum diametrum. Dist.at.n. plurimum. Oppositus aũt, qui est secundum eandē longitudinem. Quare nihil prohibet moueri continue, & nullo tēpore deficere. Circularis enim motus est ab eodem in idem. Rectus aũt ab eodē in aliud.

Postquam Philosophus ostendit, cp nullus motus localis potest esse continuus præter circularem, hic ostendit cp motus circularis potest esse continuus & primus. Et primo ostendit hoc per proprias rationes, secundo per rationes logicas, & cōmunes. ibi [Rationabiliter autem accidit.] Circa primum duo facit. Primo ostēdit, cp motus circularis sit, te.75. secundo cp sit primus. ibi [Quòd aũt lationum. Circa primum duo facit. Primo ponit duas rationes ad ostendendū, cp motus circularis potest esse cōtinuus, secundo ex eisdem D rationibus concludit, cp nullus alius motus potest esse continuus. ibi [Manifestum autē ex hac diuisione.] Quòd aũt motus circularis possit esse vnus continuus, prima ratione sic probat. Illud dicitur esse possibile, ad quod nullū sequitur impossibile: nullū aũt sequitur impossibile si dicamus, cp motus circularis sit in perpetuum cōtinuus. quod patet ex hoc, cp in motu circulari illud quod mouetur ex aliquo, puta A, simul mouetur in idem signum [secundū eandem positionem]. i. secundum eundem processum mobilis, eōdem ordine partium seruato. quod in motu reflexo nō contingit. quia, cum aliquid retrocedit dispōnitur secūdū contrarium ordinem partium in mouendo: quia vel oportet cp pars mobilis, quæ in primo motu erat prior, ex reflexione fiat posterior: vel oportet cp illa pars mobilis, quæ in primo motu aspiciebat ad vnā differentiam loci, puta dextrū vel sursum, in reflexione aspiciat ad contrariū. Sed in motu circulari seruatur eadē positio, dum aliquid mouetur ad id



Ostensio, quòd motus, qui sunt per diametrum circuli, sunt contrarij, non autem qui sunt per semicirculos.

Et hisce quidem motus, qui fit in circulo, nunquam fit in eisdem: rectus autem, sæpe fit in eisdem. Is igitur motus, qui semper in alio atq; alio fit, continue fieri potest. at hisce continue fieri non potest, qui sæpe fit in eisdem. Motibus enim oppositis, id quod mouetur, simul moueatur necesse est. Quare fieri nō potest, vt aut in semicirculo quicquam, aut in alia vlla circunferentia continue moueatur. Sæpe enim in eisdem mouebitur, & contrarijs mutationibus mutetur necesse est. non enim coniunguntur. hic principium atq; finis. Circuli autem coniunguntur, & hic est solus motus perfectus. ARGV.

Et qui quidem in circulo, nequaquam in eisdem est. qui vero secundum rectitudinē multoties in eisdem est. Eo igitur qui semper in alio, et alio fit, contingit moueri continue, qui vero in eisdem multoties non contingit. Necesse enim esset simul moueri contrarijs. Quare neq; in semicirculo, neq; in alia circulatione neq; vna contingit moueri cōtinue. Multoties enim necesse

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est eadem moueri, & contrarijs mutationibus mutari. non enim copulat principio finem. Qui autem circuli copulat, & solus est perfectus.

Secũda rõ. Ponit secundã rationem dicens, cp motus circularis non est eisdem, sed motus rectus multoties est in eisdẽ. Quod sic intelligendum est. si.n. aliquid moueatur ab A in B per diametrum, & iterum a B in A per eundẽ diametrum, neceſſe est cp per eadem media redeat, per quæ prius transierat: & sic pluries per eadẽ fertur. Sed si aliquid moueatur ab A in B per semicirculum, et iterum a B in A per semicirculũ aliũ: quod est circulariter moueri, manifestũ est, cp non redit ad idem per eadem media. Est autẽ de ratione oppositorum, cp circa idem consyderentur, & sic manifestũ est, cp moueri ab eodem in idem secundum motum circularem, est absq; oppositione: sed moueri ab eodem in idem secundũ motũ reflexum est cum oppositione. Sic igitur patet, cp motum circularem, qui non redit ad idem per eadẽ media, sed semper pertranſit aliud & aliud, potest esse vnus & continuus: quia nõ habet oppositionem. Sed ille motus reflexus, si quidem redit in idem pluries, in eisdem medijs fit pertrãseundo, non potest esse in perpetuũ cõtinuus: quia neceſſe esset cp aliquid sic moueretur contrarijs motibus, vt supra ostensum est. Et ex eadem ratione cõcludi potest, cp neq; motus, qui est in semicirculo, neq; in quacunq; alia circuli portione, potest esse in perpetuum cõtinuus: quia in his motibus neceſſe est cp multoties pertranſeantur eadem media, & cp moueantur contrarijs motibus, quasi debeat fieri reditus ad principium: & hoc ideo, quia neq; in linea recta, neq; in semicirculo, neq; in quacunq; circuli portione, copulatur finis principio, sed distant abinuicem principium & finis. Sed in solo circulo finis copulatur principio, & ideo solus motus circularis est perfectus. Vnumquodq.n. perfectum est ex hoc, cp attingit suum principium. Secundo ibi.

ARGY. *Ex hac autem diuisione patet fieri non posse quo cæterorum motuum quisquam continuus sit. Accidit enim in vniuersis, vt per eadem quisq; fiat. Vt in alteratione, per medium ipsum: & in motu, qui quantitati accommodatur, per magnitudines medias, & in generatione, corruptioneue similiter. Nihil enim interest pauca quispiam, an plura faciat ea media, in quibus est ipsa mutatio, & addat quid an auferat. fit enim vtroq; modo: vt per eadem sæpe motus efficiatur.*

cõ. 74. Manifestum autẽ & ex hac diuisione, quoniã non contingit alios motus esse cõtinuos. In omnibus enim accidit eadem moueri multoties, vt in alteratione p media et in eo qui est quãtitatis, secundum medium magnitudinis, & in generatione et corruptione similiter. Nihil enim differt pauca, aut multa facere, in quibus est mutatio: neq; mediũ ponere aliquid, aut auferre, vtrobiq; enim accidit eadem moueri multoties.

Ostendit ex eadem ratione, cp in nullo alio genere potest esse aliquis motus continuus. Et primo ostẽdit propositũ, secundo infert quoddã corollarium ex dictis. ibi [Manifestum igitur ex his.] Dicit ergo primo, cp etiã ex ista distinctione, quæ ponit inter motum circularem, & alios motus locales, manifestũ est, cp nec in alijs generibus motus cõtingit esse aliquos motus in infinitum continuos: quia in omnibus alijs generibus motus, si debeat aliquid moueri ab eodem in idem, sequitur cp multoties pertranſeat eadem, sicut in alteratione oportet cp pertranſeat medias qualitates ex calido enim tranſitur in frigidum per tepidum: & si debeat rediri ex frigido in calidum, oportet cp per tepidum trãseatur. Et idem apparet in motu, qui est secundum quantitatem: quia si quod moueatur de magno in paruum, & iterum redeat ad magnum, oportet cp bis sit in media quantitate. Et simile est etiã f generatione & corruptione. si.n. ex igne fiat aer, & iterum ex aere fiat ignis, oportet cp medias dispositiones bis tranſeat. Sic.n. medium potest poni in generatione & corruptione, secundum cp accipitur cum trãsmutatione dispositionũ. Et, quia media tranſire contingit in diuersis mutationibus diuersimode, subiũgit cp nihil differunt, vel pauca, vel multa media facere, per quæ aliquid moueaf de extremo in extremũ: neq; accipere aliquod medium positiue, vt pallidũ inter albũ & nigrum, vel remotiue, vt inter bonũ & malum: quod neq; bonum neq; malũ est: quia qualitercunq; media se habeant, semper accidit, cp eadem multoties pertranſeantur. Secundo ibi.

ARGY. *Ex his igitur patet, nec eos naturales bene sensiſſe, qui res vniuersas sensibiles inquiũt semper moueri. Nam motuum iam dictorum aliquo moueant, maximeq; secundũ illos alteretur neceſſe est. Fluere enim inquiũt eas semper, decrementaq; suſcipere. Præterea generationem atq; corruptionem, alterationem dicunt. Ratio vero nostra tunc dixit, nullo quicquam omnino motu præter conuersionem continue moueri poſſe. Quare nec alteratione, nec accretione decretioneue. Hæc igitur satis sint dicta ad demonstrandũ nullã infinitam esse mutationem, aut continuam, præter ipsam solam conuersionem.*

Vt in Timæo Plato teſtat. Manifestum igitur ex his quoniam neq; physiologi bene dicũt omnia sensibilia moueri semper dicentes, moueri enim neceſſe est aliquo modo horum motuum: & maxime fm illos est alterari. Fluere enim dicunt semper, atq; corrumpi. Adhuc autem & generationem & corruptionem alterationem esse dicũt. Ratio autem nunc dixit, vel de omni motu, cp secundum nullũ motum contingit moueri continue extra quem circulo. Quare neq; secũdum alterationem, neq; secundum augmentum. Quod igitur neq; infinita sit mutatio, neq; vna, neq; continua extra circuli motum, nobis dicta sint tanta.

Concludit ex præmiſſis, cp antiqui naturales non bene dixerunt, ponẽtes ofa sensibilia semper moueri: quia oporteret cp mouerentur fm aliquẽ prædictorũ motuũ: de quibus ostendimus, cp non possunt esse in perpetuum cõtinui. Et maxime, quia fm cp illi dicunt, motus semper cõtinuus est alteratio. dicunt.n, cp omnia semper defluunt & corrumpuntur. Et adhuc dicunt, cp generatio et corruptio nihil est aliud ẽ alteratio: & sic dum dicunt omnia semper corrumpi, dicunt omnia semper alterari. Probatum est autẽ per rationem supra inductã, cp nullo motu contingit semper moueri nisi circulari, & sic relinquitur, cp neq; secundũ alterationem, neq; secundũ augmentum possunt omnia semper moueri, vt illi dicebant. Vltimo autẽ principale intentum epilogando concludit, s. cp nulla mutatio possit esse infinita & continua, nisi circularis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ipsam autem conuersionem lationum omnium esse primam, perspicuum inde fieri potest. Omnis enim latio, aut circularis est, aut recta aut mixta, sicut et antea diximus. At hac quidem illas priores esse neceſſe est. ex illis enim constat, vt patet. recta vero circularis est prior, est enim simplex, perfectaq; magis. Fieri igitur non potest, ut super infinita linea recta quicquam feratur, non est enim id in ratione rerum, quod hoc pacto dicitur infinitum. at neq; si esset, moueretur quicquam omnino. Non enim id fit, quod impoſſibile est. Impoſſibile est autem, ut patet, trãsire quippiam infinitum. Ea uero latio, quæ super finita recta linea*

fit, si reflectatur composita erit profecto, duoq; motus si non reflectantur, imperfecta ac corruptibilis. At imperfecto perfectum et incorruptibile, corruptibili natura prius esse, & ratione, atq; tempore constat.

ex. 75. Quod autem lationũ, circularis prima sit, manifestum est. Omnis enim secundum locum motus (sicut & prius diximus) aut in circulo, aut in recto, aut mixtus est. Hoc autem neceſſe est priores esse illos. ex illis enim constitutus est. Recto autem circularis. simplex enim & perfectus magis est. In infinitum enim non est secundum rectum ferri. sic enim infinitum non est, sed neq; si esset, moueretur vtiq; aliquid. non enim fit impoſſibile tranſire aũt infinitum impoſſibile est. Infinito autem recto, reflectens quidem compositus est: & duo sunt motus. non reflexus autem imperfectus & corruptus. Prius autem, & natura, & ratione, & tempore est perfectum quidem imperfecto, corruptibili autem incorruptibile.

ex. 64. Probat cp motus circularis sit primus motuũ duabus rationibus, quarum prima talis est. Omnis motus localis, vt prius dictũ est, aut ex circularis, aut rectus, aut cõmixtus. Circularis aũt & rectus sunt priores cõmixto, quia ex illis constituitur. Inter illos autẽ duos, circularis est prior recto. circularis enim est simplicior & perfectior recto. Quod sic probat. motus.n. rectus nõ potest procedere in infinitum. hoc.n. esset dupliciter. vno modo sic, cp esset magnitudo, p quã tranſit motus rectus, infinita, quod est impoſsibile, sed etiam, si esset aliqua magnitudo infinita, nihil moueretur ad infinitum. Quod.n. impoſsibile est esse, nũquam fit aut generatur, impoſsibile est autem trãsire infinitum: nihil ergo mouetur ad hoc, cp infinita pertranſeat non ergo potest esse motus rectus infinitus ſuper magnitudinẽ infinitam. Alio modo posset intelligi motus rectus infinitus ſuper magnitudinẽ finitã per reflexionẽ. sed motus qui est reflexus, non est vnus, vt supra probatum est, sed est compoſitus ex duobus motibus. Si aũt ſuper linea recta finita non fiat reflexio, erit motus imperfectus & corruptus. imperfectus quidem, quia poſſibile est ei fieri additionẽ: corruptus aũt, quia, cũ peruenit ad terminum magnitudinis, ceſſabit motus. Sic ergo patet, cp motus circularis, qui non est compoſitus ex duobus, & qui nõ corrumpitur, cum venit ad terminum, cum fit idem eius principiũ & finis, est ſimplicior & perfectior ẽ motus rectus. Perfectum aũt est prius imperfecto, & ſimiliter incorruptibile incorruptibili, & natura ratione, & tempore, ſicut supra ostẽſum est, cum probabatur loci mutationem esse priorem alijs motibus. Neceſſe est ergo motum circularem esse priorẽ recto. Deinde cũ dicit.

ex. 55.

ARGY. *Hiſce præterea motus, qui perpetuus esse potest, prior est eo, qui perpetuus esse nequit. At conuerſio quidem perpetua esse potest, cæterorum autem motuum nullus perpetuus esse potest, ſtatus enim sit oportet. qui cum est, corruptus est iam ipſe motus, atq; euanuit.*

Amplius, prior est quẽ cõtingit perpetuum esse non contingenti. Circularem igitur contingit perpetuum esse, aliorum autem neq; loci mutationem, neq; alium, neq; vnum contingit esse perpetuum. ſtatim enim oportet fieri. si aũt ſtatus est, corruptus est motus prior.

Secũda rõ. Ponit secundam rationem, quæ talis est. Motus, qui potest esse ꝓpetuus, est prior eo, qui perpetuus esse non potest quia perpetuus est prius non perpetuo, & tempore, & natura. Circularis autem motus potest esse perpetuus, & nullus aliorum motuũ: cum oporteat eis succedere quietem.

A Vbi autem quies superuenerit, corrumpitur motus. Relinquitur ergo, cp motus circularis sit prior omnibus alijs motibus. Hæc autem, quæ in hac ratione supponit, ex superioribus patent.

LECTIO. XX.

Motum circularem quibuſdam communibus rationibus, & ex Antiquorum ſententijs, primum, continuum, ac regularem esse comprobatur.

ARGY. *Atqui rectæ cum rationeq; accidit, conuerſionẽ unum esse motum, atq; continuum: et non eam lationem qua supra rectæ linea pergitur. Huius enim principium & finis & medium definitum est, & vniuersa hæc sunt in ipsa. quo fit ut id sit, vnde incipiat quod mouetur, & item ad quod peruenit desinatq; moueri. in ipſis namq; finibus quieſcit id omne quod motu recto cietur, aut in eo ex quo incipit motu cieri, aut in eo ad quẽ accedit. Sed in circunferentia sunt hæc, vt patet, indefinita. Quod enim ipſius punctum, finis potius rationem, quã principij subit. Aeq; enim quoduis punctorum principium est, & mediũ, atq; finis, vt semper id quod mouetur in principio sit, et medio atq; fine, & nunquam in vno tantum. Quapropter ipſa ſphæra mouetur, & aliquo modo quieſcit. eundem enim occupat locum. causa autem hæc omnia accidiſſe ipſi centro. Nam principium est, et magnitudinis atq; finis. Quare fit, vt quia hoc extra circunferentiam est, non sit id, in quo quieſcit id quod fertur, quaſi tranſierit. semper enim circa medium, sed non ad vltimum fertur. Quia vero semper hoc manet, ideo totum ipſum continue partim quieſcit partim mouetur.* ARGY.

RAtionabiliter autem accidit, et circularem vnum esse, & continuum, & non rectum. cõ. 76. Eius enim, qui in recto determinatum est principium & finis et medium, & omnia hęc habet in ſeipſo. Quare est vnde incipiet quod mouetur, & vbi finiet. apud terminos enim quieſcit omne aut vnde, aut vbi. Circularis autem indeterminati sunt. quid enim magis quicunq; terminus eorum qui sunt in linea? Similiter.n. vnũquodq; principium, & mediũ est, & finis. quare semper quædam sunt in principio, & fine, & nunquam in vno tantum sunt. Vnde mouetur & quieſcit quodammodo ſphæra. eũdem enim obtinet locum. causa autem est, cp omnia hæc accidunt centro. Principiũ enim & medium magnitudinis finis est. Quare propter id cp extra circularẽ est, nõ est vbi quod fertur quieſcat. ſic enim semper fertur circa medium, ſed non ad vltimum. Propter hoc autem manet, & semper quieſcit quodammodo totum, & mouetur continue.

Postquam Philoſophus ostẽdit per proprias rationes, cp motus circularis est continuus & primus, hic ostẽdit idem per quaſdã logicas, & communes rationes. Et ponit tres rationes. Circa quarũ primã dicit, cp rationabiliter accidit, cp motus circularis sit vnus & continuus in perpetuum, non autẽ motus rectus: quia in recto determinatur principium medium & finis, & omnia hæc tria est aſſignare in ipſa linea recta: & ideo est in ipſa linea vnde incipit motus, & vbi finiatur: qa omnis motus quieſcit apud terminos, s. vel a quo, vel ad quem. Has enim duas quietes supra in Quinto diſtinxerat. sed in linea circulari termini non sunt diſtincti, nulla enim est ratio, quare vnum punctum ſignatum in linea circulari sit magis terminus ẽ alius: quia vnũquodq; ſimiliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

similiter est,& principium,& medium,& finis:& sic quodammodo quod mouetur circulariter semper est in principio & in fine:inquantum,s.quodlibet punctum signatum in circulo potest accipi,vt principiū,vel finis:& quodammodo nunquam est in principio, vel fine,inquantū,s.nullum punctum circuli est principium vel finis in actu. Vnde sequitur cp sphæra quodāmodo mouetur,& quodāmodo quiescit:quia,sicut in Sexto dictum est,sphæra dum mouetur,semper obtinet eundē locum fm subiectum,et quantum ad hoc quiescit,alium tū & alium secūdum rationem, & quantum ad hoc mouetur. Ideo aūt in ipsa linea circulari nō distinguitur principium,medium,& finis, quia hæc tria pertinent ad centrū:a quo sicut a principio procedunt lineæ ad circunferentiam, & ad ipsum terminantur lineæ a circunferentia protractæ:& est etiam medium totius magnitudinis fm æquidistātiam ad omnia signa circunferentiæ. Et ideo,quia principium & finis circularis magnitudinis est extra circulationem,s.in centro,ad quod non pertingit quod circulariter mouetur,nō est assignare in motu circulari vbi quiescat illud quod fertur,cum peruenerit ad ipsum:quia quod circulariter mouetur,semper ferē circa medium: sed non fertur ad vltimum: quia non fertur ad medium,quod est principium & vltimum. Et propter hoc totum quod sphærice mouet, quodāmodo semper quiescit, & quodammodo continue mouetur,vt dictum est. Ex his ergo quæ dicta sunt,sic ratio extrahi potest. Omnis motus qui nunq; est in principio, & fine est continuus: sed motus circularis est huiusmodi:ergo &c. Et per idē mediū probatur,cp motꝰ rectus nō possit esse cōtinuus. Deinde cū dicit.

Te.84.

ARGV. *Accidit autem hæc conuersio. Vt econtra conuersio motuum sit prima atq; mensura. quia nanq; motuum est mensura ipsa conuersio,ideo primus sit ipsa motus necesse est,ipso.n.primo omnia mensurantur.et quia rursus primus est,et omnīū motus, ideo ipsa mensura est cæterorū.*

Accidit autem cōuersim. & nanq; quoniam mensura motuū est circulatio prima necesse est ipsam esse.omnia enim mensurantur primo. & quia primum est mensura aliorum est.

Secunda rō.

Lectio. 1. Quæcunque mensurantur, aliquo primo sui generis mensurant, & conuertit, quod primū in genere est eorū, quæ in ipso sunt,mēsura.

Ponit secūdam rationem dicens, cp hæc duo conuersim se sequentur,s.cp motus circularis sit mensura omnium motuum,& cp sit primus motuum. Omnia enim mensurātur primo sui generis,vt in.10.Metaphy.ostenditur. Et sic ista propositio conuertibilis est,omne quod est mensura est primum sui generis,et omne quod est primū est mensura. Sed motus circularis est mensura omnium aliorum motuum, vt patet ex his quæ in fine Quarti sunt dicta, ergo motus circularis est primus motuum. Vel si supponatur,cp motus circularis sit primus motuum propter supradictas rationes, concludetur cp sit mensura aliorum motuum. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGV. *Præterea Vniformis etiam motus sola conuersio esse posset. Quæ nanq; recto motu cientur,differenter sane feruntur.discrepant enim partes motus propinquæ principio, ab hisce partibus,quæ propinquæ sunt fini. Etenim Vniuersa, quæ suapte natura feruntur, quo magis ab eo loco recedunt,ex quo moueri cœperint eo celerius moueri videtur. At sola in conuersione,neq; principium est,neq; finis:quippe cum non sit in ipsa circunferentia quicquam tale,sed extra.*

Amplius autem,& regularem contingit circularem esse solum. Quæ enim in recto,a principio irregulariter ferūtur ad finem. Omnia enim quanto distant plus a quiescente,feruntur velocius. Circularis autem solius, neq; principium in ipso aptum natum est esse,sed extra.

Tertia ratio

Dicens cp solus motus circularis potest esse regularis:qa, quæ in linea recta mouentur,regulariter feruntur a principio,vsq; ad finem. Est enim motus irregularis,vt in Quinto dictum est,qui non æqualiter velox per totum,quod necesse est accidere in omni motu recto:quia in motibus naturalibus quanto aliqua,quæ mouentur,plus distant a prima quiete,a qua incipit motus velocius mouēturin motu aūt violento,quanto plus distant ab vltima quiete,ad quā terminatur motus, tanto velocius mouentur, nam motus naturalis intenditur in fine,violētus aūt in principio. Hoc aūt in motu circulari locū non habet,quia in circulo principium & finis non est natum esse inter ipsam circulationem,quæ fit per circunferētiam [sed extra].i.in centro, vt dictum est. Vnde nulla est ratio quare intendatur & remittatur motus circularis,quasi per approximationē ad principium, vel finem:cū semper æqualiter appropinquet centro,quod est principium & finis. Manifestū est aūt ex his, quæ in Quinto dicta sunt,quòd motus regularis est magis vnus,cp irregularis,& sic motus circularis est prior naturaliter cp motus rectus. quanto enim aliquid est magis vnū, tanto naturaliter prius est. Deinde cum dicit.

Te.44.

Te.45.

ARGV. *At Vero scientiæ huius,lationem inquā, primum motuum esse testes sunt Vniuersi, qui mentionem motus fecerunt. Principia.n.ipsius hisce tribuunt, quæ motu istiusmodi cient. Segregatio nanq;,congregatio, vel motus in loco sunt. hoc autem modo concordia, atq; discordia,mouent. altera nanq; ipsarum segregat,altera cōgregat. Anaxagoras quoq; mentem, quæ mouet prius secernere dicit. Eadem & hi sentiunt qui nullam aliam talem causam ponunt,sed ob uacuum inquiunt res moueri. Et hi nanq; natura eo motu,qui loco accommodatur moueri dicunt. Motus enim qui fit ob uacuum latio nimirum est,& ut in loco motus, Vt patet. Cæterorum autem motuum nullum ipsis inesse primus, sed in hisce duntaxat, quæ constant ex illis putant. Accrescere enim hæc decrescereq;,ac alterari, congregationem segregationemq; subeuntibus indiuiduis corporibus dicunt. Eadem & hi censent,qui densitate,raritateue,generationem,corruptionemue cōficiunt. congregatione nāq; segregationeue hæc Vniuersa disponunt. Accedit ad hæc eorum quoq; sentētia,qui causam motus animam faciūt. Id enim quod seipsum mouet, eorum quæ mouentur,principium esse dicunt. Animal autem omneq; animans motu ad locum accommodato seipsum mouet. Id præterea solum proprie moueri dicimus,quod eo motu cietur, qui ad locum accommodatur. Quod si quippiam quiescat quidem eodem in loco,incremēta vero, vel decrementa suscipiat, vel alteretur id aliqua ex parte,& non absolute moueri dicere consueuimus.*

Quod autem secundum locum mutatio, primus motuum est, testantur omnes quicunq; de motu fecerunt memoriam. Principia enim tradunt ipsius mouentibus secundum huiusmodi motum. Disgregatio autem & congregatio motus secundum locum sunt. sic enim mouent concordia & discordia. hęc quidem enim disgregat, illa autem congregat. Et ipsum aūt intellectum mouentem primum(ait Anaxagoras)disgregare. Similiter autem & quicunq; huiusmodi quidem neq; vnam causam dicūt, propter vacuum autem moueri dicunt & nanq; hi secundum locum motum, natura moueri dicūt. motus enim

cō.77.

qui

qui propter vacuum fit loci mutatio est, & sicut in loco. Aliorum autē, neq; vnum inesse primis corporibus, sed his quæ sunt ex his opinantur. Augmentari enim & corrumpi & alterari congregatis et disgregatis atomis corporibus dicūt. Eodem autem modo,& quicunq; propter densitatem aut raritatem efficiunt generationem et corruptionem. cōgregatione enim & disgregatione hæc componunt. Amplius autem & præter hos animam causam facientes motus,ipsum seipsum enim mouēs principium esse dicunt eorum quæ mouentur. Mouebit autem animal,& omne animatum secundum eam,quæ est secundum locum cinesim. Et proprie autem moueri dicimus solum, quod mouetur secundum locū motum. si autem quiescat quidem in seipso, augmentetur autem,aut detrimentum patiatur,aut alteretur,contingit quodammodo moueri,simpliciter autem moueri non dicimus.

Ostendit per opiniones antiquorū Philosophorum, cp motus localis sit primus motuum: & dicit cp huic veritati attestantur dicta omniū Philosophorum antiquorum,qui de motu fecerunt memoriam: quia principijs attribuūt cp moueant motu locali. Et hoc ostendit primo per opinionē Empedoclis, qui posuit amicitiam & litem prima principia mouentia:quorū amicitia cōgregat,lis vero disgregat. cōgregatio autem & disgregatio sunt motus localis. Secundo ostendit idem per opinionē Anaxagoræ, qui posuit intellectū primā causam mouentem,cuius opus secūdum ipsum est disgregare cōmixta. Tertio ostendit idem per opinionem Democriti,qui nō posuit causam mouentē. sed dixit cp omnia mouentur propter natura vacui. Motus autē qui est propter vacuū, est loci mutatio:vel similis loci mutationi. quia vacuum & locus nō differunt nisi ratione, vt in Quarto dictum est. Et sic dum ponunt res primo moueri propter vacuum,ponūt motum localem naturaliter primum,et nullum aliorum motuum,sed alios motus opinantur consequi ad motum localem. Dicunt enim sequentes Democritum,cp augmentari,et corrumpi,& alterari cōtingit per quandam congregationem & disgregationem indiuisibilium corporum. Quarto ostendit idem per opiniones antiquorum naturalium, qui ponebant vnam causam materialem tantum,vel aquam,vel aerem, vel ignem, vel aliquid medium. Ex illo enim vno materiali principio cōstituunt generationem & corruptionem rerum per cōdensationem & rarefactionem: quæ per quandam congregationem & disgregationem complentur. Quinto ostendit idem per opinionem Platonis, qui posuit animam esse primam causam motus. Posuit enim Plato,cp mouēs seipsum, quod est anima, est principium omnium eorum quæ mouentur. Mouere autem seipsum,conuenit animali,& omni animato secūdum eum, qui est secundum locum cinesim] id est per transmutationem localem. Sexto autem ostendit idem per ea quæ communiter & vulgariter loquentes dicunt. Illud enim solum dicimus moueri, quod mouetur secundum motum localem. Si autem aliquid quiescat in loco,sed moueatur motu augmenti,aut decrementi,aut alterationis:dicitur cp mouetur quodammodo sed non simpliciter. Deinde cum dicit.

ARGV. *Motum igitur omni in tempore semper fuisse semperq; fore,& quid est principium perpetui motus, quis præterea primus est motus,& quis solus perpetuus esse potest, & id insuper quod primum mouet immobile esse. satis iam hisce,quæ dicta sunt explicauimus.*

Quod q igitur semper motus erat, & erit omni tempore, & quod principiū perpetui motus, adhuc autem quis motus primus, & quem motum perpetuum contingit esse solum, & cp primum mouens immobile sit, dictum est.

Epilogat quæ dixerat,s.cp motus semper fuerit, & semper erit: & cp est aliquod primum principium motus perpetuum,& quis sit primus motus,& quem motum contingat esse perpetuum: & cp primum mouens sit immobile. Hæc enim omnia in præcedentibus declarata sunt.

LECTIO. XXI.

Potentiam finitam tempore infinito non posse mouere, neq; infinitam potentiam in magnitudine reperiri,pro primi motoris vnitate ac natura probanda demonstratur.

ARGV. *Nunc autem partibus hoc vacare, magnitudinemq; nullam prorsus habere necessarium esse dicamus, ac demonstremus oportet,prius hisce definitis, quæ hanc sententiam antecedunt.*

Te.c6.78

QVod autem hoc necesse est impartibile esse,& nullam habere magnitudinem, nūc dicamus: determinantes primū de prioribus ipso.

Postquā Philosophus ostendit qualis sit primus motus, hic ostēdit qualis sit primum mouens. Et diuiditur in partes duas. Primo dicit, de quo est intētio. Secūdo exequitur propositum. ibi [Horum autem vnum.] Dicit aūt primo, cp cū dictum sit supra,cp primū mouēs est immobile, nunc dicendum est cp primum mouens est indiuisibile, & nullā habēs magnitudinem,licut omnino incorporeum. Sed antequā hoc ostendamus, oportet prædeterminare quędam, quæ exiguntur ad huiusmodi probationē. Secundò ibi.

Infra.

Atq; horum unum est hoc fieri,mquam,nō posse,quo finitum quicquam tempore moueat infinito. Tria nanq; esse in omni motu constat, id quod mouetur,id quod mouet,& tertium ipsum tempus. Atq;, aut hæc omnia infinita sunt,aut finita,aut horum aliqua, vt duo,aut etiam vnum. Sit igitur A quidem mouens, B autem id quod mouetur,& tempus infinitum sit C. Pars itaq; ipsius A,quæ quidem sit D,moueat partem aliquam ipsius B. sitq; illa pars E: Atq; patet non toto C tempore ipsam mouere: in maiore nanq; maius nimirum mouet. quare sit ut tempus illud infinitum non sit designetur,atq; sit F: Hoc igitur pacto addens ipsi D, atq; E parti partem, totum A tandem, et B similiter totum consumam, tempus autem nunquam æqualem F parti semper auferens partem. quippe cum sit, vt est suppositum,infinitum. Quare totum A mouens totum B ipsum finito in tempore C mouebit. Fieri ergo non potest ut a finito quicquam infinito in tempore moueatur. Perspicuum igitur est fieri non posse,quo finitum quicquā tempore moueat infinito.

Horum autem vnum quidem est,cp impossibile est nullum finitum mouere secundum infinitum tempus. Tria enim sunt,quod mouetur mouens,in quo tertium tempus. Hęc autem aut finita sunt omnia,aut infinita omnia,aut quędā, aut duo,aut vnum. Sit igitur A mouens,quod autem mouetur B,tempus infinitū,in quo C. Ipsum D igitur moueat aliquam partē ipsius B, quæ est in quo E. Nō igitur in æquali ipsi C,in pluri enim maius. Quare non est infinitum tempus, quod est ipsum Z. Sic itaq; ipsi D apponens,auferam ip

sum


sum A,& ipsi E ipsum B,tempus autem non ause E
ram,semper remouens æquale: infinitum.n.est.
Quare omne A.totum B mouebit,infinito tẽpo-
re ipsius C.Non ergo possibile est a finito moue
ri aliquid secundum infinitum motum. Quòd
quidem igitur non contingit finitum in infini-
to tempore mouere,manifestum est.

Exequitur propositũ. Et primo præmittit quædã, quæ
sunt necessaria ad principalis propositi ostensionẽ,secundo
ostendit principale propositũ.ibi [Determinatis aũt his.]
Te.86. Circa primũ tria facit. Primo ostendit ꝙ ad motũ infinitũ
requiritur potẽtia infinita,secundo ꝙ potentia infinita nõ
Te.79. potest esse in magnitudine finita.ibi[Quod autẽ omnino
infinita magnitudine:] Tertio ꝙ primũ motorem oportet
esse vnum, qui moueat motum cõtinuum & sempiternũ.
te.81 ibi[De his aũt quę feruntur.] Dicit ergo primo, ꝙ inter ea
quæ prædeterminãda sunt ante principale propositũ, vnũ F
est,quod est impossibile aliquod finitũ secundũ potẽtiam
mouere per tempus infinitum. Quod sic ostendit. Tria sunt
in quolibet motu, quorũ vnũ est, quod mouetur: aliud est
ipsum mouens,tertium autẽ est tempus, in quo fit motus.
Oportet aũt ꝙ, aut omnia ista sint infinita, aut omnia sint
finita,aut ꝙ quædam sint finita, & quædam infinita, vel
duo tantũ,vel vnum. Ponatur ergo primo ꝙ A sit mouens,
B,quod mouetur:tempus vero,in quo sit motus,sit C. Et po
natur, ꝙ aliqua pars ipsius A,quæ est D,moueat aliquã par
tem B,quæ est E. His ergo positionibus factis, concludi po-
test ꝙ D,mouet E in tẽpore nõ ęquali ipsi C,in quo A moue
Te.37. bat B,sed in tempore minori. Probatum est.n.in Sexto, ꝙ
totũ mobile in maiori tempore pertrãsit aliquod signum,
cuius pars eius. Cum ergo tempus quod est C sit infinitum, re-
linquitur ꝙ tempus,in quo D,mouet E,non erit infinitum,
sed finitum. & sit illud tẽpus, vt sicut A mouet B, in tempo-
re C infinito,ita D moueat E, in tpe Z finito. Cum aũt D sit
pars ipsius A, si subtrahẽdo ab A,addatur ipsi D,totaliter ip G
sum A auferetur, vel consumetur, cum sit finitum. Omne
enim finitum consumitur per subtractionem, si eadẽ quan
Te.50. titas semper sumatur, vt in tertio dictum est. Et similiter cõ
sumetur ipsum B,si cõtinue subtrahatur aliquid ab ipso,&
apponatur ipsi E: quia B etiam ponebatur esse finitum, &
quantuncunq; auferatur a tempore,quod C etiam fm eandem quantitatem auferẽdo,non consumitur totum C: quia ponitur esse infinitum. Ex hoc cõcludit, ꝙ totum A mouet totum B in tempore aliquo finito, quod est pars ipsius C. Quod quidem sic sequitur ex præmissis: quia secundũ proportionem, qua additur ad mobile & ad motorẽ, additur etiã ad tempus. Cum ergo subtrahẽdo a toto mobili & motore,& addendo ad partes ipsorum,consumatur quandoq; totum mobile,& totum mouens, ita ꝙ totum quod erat in toto addetur parti: sequitur ꝙ proportionabiliter addẽdo ad tempus resultabit tempus finitum,in quo totũ mouens mouebit totũ mobile. Et sic oportet, ꝙ si totum mouens est finitum & mobile finitum, ꝙ tempus sit finitum. Sic ergo H
non est possibile: ꝙ a finito mouẽte moueatur aliquid motu infinito, f. secũdum tempus infinitum. Et sic patet, quod primo ponebatur, ꝙ non cõtingit ꝙ finitũ mouẽs moueat in tempore infinito. Mouet aũt Auicen. dubitationem circa hanc Aristote. demonstrationem. Videtur.n.nõ esse vniObiect Auicen. uersalis. Est.n.aliquod finitũ mouens,& mobile a quo non potest aliquid auferri,vel subtrahi, sicut est corpus cœleste: quod tũ in hac demonstratione non excipitur. Vnde videtur ꝙ vel demonstratio sit particularis,vel procedat ex falsa suppositione. Huic aũt obiectioni respondit Auerrois Solut. Auer. in commento ꝙ quãuis a cœlo nihil possit subtrahi,hæc tñ conditionalis est vera, si a cœlo aliqua pars auferat̃,pars illa mouebit, aut mouebitur in minori tempore ꝙ totum. Nihil enim prohibet conditionalem esse veram cuius antecedens est impossibile. Sicut patet in hac cõditionali, si homo volat,habet alas. Quicquid autem tollit veritatẽ conditionalis verę,falsum est,licet antecedens conditionalis sit falsum. Veritas aũt prædictæ conditionalis non potest stare cum hoc, ꝙ finitũ moueat tempore infinito, vt patet per deductionem Aristotelis. Sic igitur ex veritate præmissæ conditionalis, concludit Aristoteles impossibile esse, ꝙ finitum moueat tempore infinito. Potest aũt breuius dici, ꝙ Arist. quando in demonstrationibus suis vtitur ablatione, vel subtractione, non semper per ablationem intelligenda est solutio continuitatis, quam impossibile est esse in corpore cœlesti, sed ablatio intelligi potest, secundũ quamcunq; designationem. Sicut in ligno continuo manente, possum designare, vel tactu, vel cogitatione aliquod punctũ, quasi diuidẽs totum: per hunc modum auferre aliquam partem a toto,& dicere ꝙ minor albedo est in parte, ꝙ in toto. Et per hunc etiam modum potest dici, ꝙ virtus ad mouendum in parte corporis cœlestis per designationem ablatã minor est, ꝙ in toto. Alia autem dubitatio est difficilior. Non enim videtur esse contra rationem mouentis finiti, ꝙ moueat tempore infinito: quia si illud finitum fit incorruptibile, vel impassibile secundum suam naturam, & non recedens a sua natura, semper eodem modo se habet ad mouendum: quia idem semper eodẽ modo se habens, semper facit idem. Vnde non est magis ratio, quare non potest mouere post, ꝙ ante. & hoc sensibiliter apparet. Videm⁹ enim, ꝙ Sol potest in infinito tempore mouere corpora inferiora. Ad huius autem dubitationis solutionem, inuestigandus est processus demonstrationis inductæ. Certum enim esse debet, quòd sic intelligenda est conclusio, quemadmodum sequitur ex præmissis. Consyderandum est igitur, ꝙ tempus motus potest accipi dupliciter, præcipue in motu locali. Vno modo secundum partes mobilis, alio modo secundum partes magnitudinis, supra quam transit motus. manifestũ est enim ꝙ prius vna pars mobilis pertransit aliquod signum magnitudinis, ꝙ totum mobile. Similiter etiam totum mobile prius pertransit vnam partem magnitudinis, ꝙ totam. Apparet autem manifeste ex processu Aristotelis, ꝙ hic loquitur de tempore motus, secundum ꝙ tempus motus accipitur secundum partes mobilis, & non secundum ꝙ accipitur secundum partes magnitudinis. Accipit enim in sua demonstratione, ꝙ pars mouẽtis moueat partem mobilis in minori tempore, ꝙ totum moueat totum: quod non esset verum, si accipiemus tempus motus secundum partes magnitudinis, quæ motu pertransitur. Eadem enim est proportio partis motoris ad partes mobilis, quæ est proportio totius motoris ad totum mobile. Vnde ęquali velocitate semper pars mouebit partem, qua totũ mouet totum: & sic in æquali tempore pertrãsibit pars mobilis aliquam magnitudinem motam a parte motoris, & totum mobile motum a toto motore. Vel forte in minori tempore mouebitur totum, ꝙ pars: quia potẽtia vnita maior est ꝙ potentia diuisa: & quanto maior est potentia mouentis, velocior est motus, & tempus minus. Oportet ergo ꝙ hoc intelligatur, secundum ꝙ accipitur tempus motus secundum partes mobilis: quia vna pars mobilis in minori tempore pertransit aliquod signum, ꝙ totum mobile. Et secundum hoc est impossibile, ꝙ tẽpore infinito moueatur, nisi sit mobile infinitum. Impossibile est autem, ꝙ mobile infinitũ moueatur a motore finito: quia semper virtus motoris est maior ꝙ virtꝰ mobilis. Vnde necesse est, ꝙ mobile infinitum moueatur a motore infinito. Et sic sicut impossibile sequitur ex hoc, quod ponit, ꝙ motor finitus moueat mobile finitum, motu qui sit infinitus secundum partes mobilis, ita remoto hoc inconuenienti, oportet vlterius hoc concludere, ꝙ motus infinitus sit mobilis infiniti a motore in infinito. Sed contra hoc potest aliquis obiẽcere, ꝙ Aristo. supra non probauit motum esse infinitum secundũ partes mobilis, sicut motus corporis infiniti dicitur infinitus: quia totum vniuersum corporeum finitum est, vt probatum est in Tertio huius, et probabitur in Primo de cœlo. Vnde non videtur esse demonstratio Aristotelis sic verificata ad propositum concludendum, vt scilicet primus motor, qui mouet motum infinitum, sit infinitus. Sed dicendum, ꝙ id, quod est causa prima motus infiniti, oportet ꝙ sit

Secũdo de Generatione & Corruptione, Te. 36.

sit per se causa infinitatis motus: quia semper causa, quæ est A
per se, est prior ea quæ est per aliud, vt supra dictum est. Virtus autem causæ per se determinatur ad effectum per se, &
text 33. non ad effectum per accidens. Sic enim supra docuit Arist. in secundo comparare causas effectibus. Cum autem contingat motũ esse infinitum dupliciter, sicut dictum est, scilicet secundum partes mobilis, & secũdum partes magnitudinis, supra quam transit motus: per se infinitum est in motu ex partibus mobilis, per accidens autem secundum partes longitudinis: quia quantitas motus quæ attenditur secundum partes mobilis competit ei secundum proprium subiectum, & ita inest ei per se. Quantitas autem motus non accipitur secundum partes longitudinis, sed secundum reiterationem motus ipsius mobilis: prout, s. mobile totum, quod compleuit motum suum per vnam partem longitudinis, iterato pertransit aliam. Id ergo quod est causa prima infinitatis motus, habet virtutem super infinitatem motus, quæ est per se, vt. s. possit mouere mobile infinitũ, si contingat. & ideo necesse est, ꝙ sit infinitũ. Et quam B
uis primum mobile sit finitum, tamen habet quandam similitudinem cum infinito, vt dictum est in Tertio. Ad hoc aũt, ꝙ aliquid sit causa motus infinitis per reiterationem motus, quæ est per accidens, non oportet ꝙ habeat virtutem infinitam, sed sufficit si habet virtutem immobilem finitam: quia semper manente eadem virtute poterit reiterare eundem effectum, sicut Sol habet virtutem finitam, & tamen posset mouere inferiora elementa tempore infinito, si motus esset sempiternus secundum positionem. Arist. Non enim est prima causa infinitatis motus, sed quasi ab alio mota ad mouendum tempore infinito secundum positionem prædictam. Secundo ibi.

Demonstratio, qua probatur quòd finitum mouens non potest mouere aliquid in tempore infinito.



ARGV. *Fieri vero nõ posse, vt finita in magnitudine vires sint infinitæ ex hisce sanè fuerit notũ. Sunt enim maiores hæ semper vires, quæ æquale quod minori in tempore faciunt seu calefaciunt, aut dulcedine afficiunt, aut proijciunt, omnioq; mouent. Quod cùm ita sit ab eo quoq; profectò, quod infinitum quidem est, infinitas autem vires habet, patiens quippiam patiatur, & magis quam ab alio patiatur, necesse est. infinitæ nanq; vires viribus sunt maiores finitis. At nullum esse tempus omnino potest, quo vires illæ mouerent. Nam si sit A tempus, quo vires infinitæ calefe-*

cerunt, vel pepulerunt, A B *vero sit tempus id, in quo finitæ quædam vires mouerunt, hisce viribus, si maiores finitas vires semper addidero ad eas tandem vires perueniũt, quæ mouere in A tempore possunt. Finito nanq; cuius si finitum semper addidero, omni quouis illud definito faciam maius, & si abstulero minus idẽtidem faciam. Ergo tempore in eodem aut æquali finitæ ac infinitæ vires mouebunt. hoc autem est impossibile. Fieri ergo, non potest, vt magnitudo finita vires habeat infinitas.*

Quòd autem omnino in finita magnitudine Te.cõ.79.
non contingit infinitam esse potentiam, ex his manifestum est. Sit enim plus potentia semper æquali in minori faciẽs tempore, vt calefaciens, aut dulce faciens, aut proijciens, & omnino mouens. Necesse est ergo, & a finito quidem, infinitam autem habente potentiam pati aliquid patiens, & plus ꝙ ab alio. plus enim est infinita potentia. At vero tẽpus non contingit esse vllum. Si enim est in quo A tempus, in quo infinita vis calefacit, aut depellit, in quo autẽ A B, finita quædam ad hãc maiorem semper accipiens finitam: veniam aliquando ad id, quod in A tempore motum erat. ad finitum enim semper addens, excellam omne determinatum. & auferens & deficiens, similiter. In æquali ergo tempore mouebit finita ipsi infinitæ. Hoc autem est impossibile. Nullum itaq; finitum, contingit infinitam potentiam habere.

C Ostendit ꝙ necesse est virtutem, quæ est in magnitudine, proportionari magnitudini in qua est. Et primo ostendit ꝙ in magnitudine finita, non põt eẽ potentia infinita: quod principalius intendit. Secundo ꝙ nec in magnitudine infinita, potest esse potentia finita ibi[Necp igitur finitum.] Quòd aũt in magnitudine finita, non contingat esse potẽtiam infinitam, probat, duas suppositiones præmittendo. quarum prima est, ꝙ maior potẽtia equalem effectum perficit in minori tempore ꝙ minor, sicut maior potentia calefactiua ad æqualẽ caliditatem perducit id, in quo agit in minori tempore: & simile est de potentia dulcorãtis vel proijcientis, vel cuiuscunq; mouentis. Et ex hac suppositione concludit, ꝙ, cum potentia infinita sit maior ꝙ potentia finita, necesse, est, ꝙ si sit aliqua finita magnitudo habẽs potentiam infinitam, ꝙ a tali agente, siue vnum patiens, siue plura patiantur in eodem tempore maiorem mutationem, ꝙ ab alio habente potentiam finitam. Vel econuerso, ꝙ æqualem mutationem patiens ab eo patiatur, in minori
D tempore. Vtrunq;.n. potest intelligi in eo ꝙ dicit[& plus ꝙ ab alio.] Secunda suppositio est. Cum omne quod mouetur moueatur in tempore vt in Sexto probatum est, nõ potest esse, ꝙ patiens immutetur ab agente infinitæ potentiæ in nõ tempore, immutatur ergo in tempore. Ex hoc sic procedit. Sit tempus, in quo virtus infinita mouet calefaciẽdo vel impellendo A: tempus autẽ, in quo aliqua virtus finita mouet, sit A B, quod est maius ꝙ A. qualiber autẽ potentia finita potest accipi alia maior. Si ergo accipiamus aliã maiorem potentiam finitam ꝙ primam, quę mouebat in tempore A B, sequitur ꝙ hæc secunda potentia mouebit in tempore minori: & iterum tertia potentia finita maior in tempore adhuc minori: & sic semper accipiendo finita maior in tempore adhuc minori: & sic semper accipiẽdo finitam potentiam, veniam aliquando ad hoc ꝙ aliqua potentia finita moueat in tẽpore A. Cum.n. semper fiat additio ad potentiã finitã, excedetur omnis determinata proportio. Similiter aũt addit ad potentiã motiuã, & subtrahitur a tẽpore

Universidad de Deusto
Biblioteca


motus: quia maior potentia in minori tempore mouere potest. Sic ergo sequitur, cp finita potentia perficiat motum in æquali tempore cum potentia infinita, quæ ponebatur mouere in A: hoc autem est impossibile. ergo nulla magnitudo finita habet potentiam infinitam. Dubitatur autē circa hanc rationem multipliciter. Primo nanq; videtur, cp hæc ratio nullo modo concludat. quod enim conuenit alicui per se, per nullam potentiā potest ab eo remoueri quantuncunq; sit magna. Non enim est ex defectu potentiæ, vel infinitati potentiæ repugnat, si dicatur fieri non posse, cp homo non sit animal. Esse autem in tēpore p se conuenit motui. ponitur enim motus in definitione temporis, vt supra in Quarto habitum est. ergo, si ponatur etiam potentia infinita mouens, non sequitur cp motus sit in non tempore. vt Aristote. hic cōcludit. Item, si consyderetur processus Philosophi, ex hoc concludit, cp motus sit in non tempore: quia potentia mouens est infinita: sed potētia infinita mouens potest etiam non esse in corpore: ergo eadem ratione sequitur, cp talis potentia si sit infinita, mouebit in non tempore. Non solum ergo per hoc, cp est impossibile moueri in non tempore, potest concludi cp nulla virtus infinita est in magnitudine, sed cp simpliciter nulla virtus mouens sit infinita. non autem cp aliqua potentia infinita non sit in magnitudine. ergo similiter & hic secundum excessum in velocitate non debet concludere, cp nulla virtus infinita sit in magnitudine: sed cp virtus, quæ mouet tempore infinito propter sui infinitatem moueat etiam in non tempore. Item videtur conclusio esse falsa. Quanto enim est maior virtus alicuius corporis, tanto diutius potest conseruari in esse. Si ergo nullius corporis potētia esset infinita, nullum corpus posset in infinitum durare: quod patet esse falsum, tam fm opinionem ipsius, cp̄ secundum sententiam Fidei Christianæ quæ ponit substantiam mundi in infinitum duraturā. Posset etiā moueri obiectio de diuisione & additione quibus vtitur, quæ non cōueniunt rerum naturæ. Sed quia superius satis dictum est, prætermittatur ad præsens. His ergo dubitationibus per ordinem respondētes, dicendum est ad primam, cp Philosophus non intendit hic facere demonstrationem ostensiuam, sed demonstrationem ad impossibile ducentem in qua, quia ex aliquo dato aliquid sequitur, quod est impossibile, concluditur primum datum impossibile esse. Non autem est verum, cp primum datum simul cum conclusione esse, sit possibile: sicut, si daretur cp esset aliqua potentia, quæ posset remouere genus a specie, sequeretur cp illa potentia posset facere, cp homo non esset animal. Sed quia hoc est impossibile, impossibile est & primum. non autem ex hoc potest cōcludi esse possibile, cp sit aliqua potentia quæ faciat hominem non esse animal. Ita ex hoc cp est aliquam potentiam infinitam esse in magnitudine, ex necessitate sequitur motum esse in nō tempore: sed quia hoc est impossibile, impossibile est infinitam potentiam esse in magnitudine. Nec potest ex hoc concludi esse possibile, cp potentia infinita moueat in non tempore. Ad secundam aūt dubitationem, respondet Auer. in cō. huius loci dicens, cp ratio Aristo. hic procedit de potentia ratione suæ infinitatis. finitum aūt et infinitū conuenit quantitati, vt supra habitū est. Vnde potētia, quæ non est in magnitudine, non proprie competit, cp sit finita, vel infinita.

Sed hæc responsio est & contra Aristotelis intentionem, & contra veritatem: Contra intētionem quidem Aristotelis est, quia Aristoteles in præcedenti demonstratione, pbauit cp potētia mouens tēpore infinito, sit infinita: & ex hoc infra concludit cp potentia mouens cœlum nō est potentia in magnitudine. Est etiam cōtra veritatem: quia cum omnis potentia actiua sit fm aliquam formam, eo modo conuenit magnitudo potentiæ, & per consequens finito & infinitum, sicut conuenit formæ: formæ autem conuenit magnitudini quandoq; per se, & per accidēs. Per se quidē fm perfectionē ipsius formæ, sicut dicitur magna albedo etiā paruæ niuis, fm perfectionem propriæ rationis. Per accidens aūt, fm cp aliqua alia forma habet extensionē in subiecto, sicut dī magna albedo propter magnitudinē superficiei. Hæc autē secunda magnitudo nō potest cōpetere potentiæ, quæ non est in magnitudine: sed prima magnitudo maxime ei competit, quia potentiæ immateriales quanto sunt minus contractæ per applicationē ad materiā, tanto sunt perfectiores et vniuersaliores. Velocitas aūt motus non sequitur magnitudinē virtutis, quæ est per accidens per extensionē ad magnitudinē subiecti, sed magis eā, quæ est per se fm propriā perfectionē: quia quāto aliquod ens actu ens perfectius, tāto est vehementius actiuum. Vnde nō potest dici cp potentia, quæ nō est ī magnitudine: quia nō est infinita infinitate magnitudinis, quæ est ex magnitudine subiecti, propter hoc nō causet augmentum velocitatis in infinitum: quod est moueri in non tēpore. Vnde & idem Cōmentator hanc dubitationē aliter soluit in .11. Metaphy. vbi dicit, cp corpꝰ cœleste mouet a duplici motore, s. a motore coniuncto, qui est anima cœli: et a motore separato, qui non mouetur neq; per se, neq; p accidēs. Et quia ille motor separatus est infinitæ virtutis, motus cœli acqrit ab eo ppetuā durationē: qa vero motor cōiūctus ē finitę virturis, iō motꝰ cęli acgrit ab eo velocitatē determinatā. Sed nec ista rūsio sufficiens est. cū. n. vtrūq; videaī consequi potentiā infinitā, s. cp moueat tpe infinito, vt p̄cedens demōratio cōcludit, & cp moueat ī non tēpore, vt videtur concludere hæc demonstratio, iterū restat dubitatio, quare anima cœli, quæ mouet in virtute motoris separati infiniti, magis ab eo sortiaī vt possit mouere tēpore infinito, cp̄. vt moueat velocitate infinita]. i. in non tēpore. Ad hanc igitur dubitationē dicendū est, cp omnis potentia, quæ non est in magnitudine, mouet per intellectū. sic. n. Philosophꝰ probat cœlum moueri a motore in Vndecimo Metaphy. nulla aūt potentia, quæ est in magnitudine, mouet quasi intelligens. Probatū est, n. in. 3. de Anima, cp intellectus non est virtus alicuius corporis. Hæc aūt est differētia inter agēs p intellectū, & agēs materiale: quia actio agentis materialis proportionaī naturę agentis: tanta. n. procedit calefactio quātus est calor: sed actio agentis per intellectū, nō proportionaī naturæ ipsius, sed formæ apprehensæ. non. n. ædificator tm̄ ædificat, quantū potest, sed quantū exigit ratio formæ cōceptę. Sic igit̄, si aliqua esset virtus infinita in magnitudine, sequeret cp motus ab ipsa procedēs esset fm proportionem eius: & ita procedit demonstratio præsens. si aūt sit virtus infinita non in magnitudine motus ab ipsa non procedit fm proportionē virtutis, sed fm rationē formę apprehensæ. i. fm cp conuenit finiti et naturę subiecti. Est etiam aliud attendendum, cp sicut probatum est in Sexto huius, nihil moueī nisi magnitudinem habens. vnde velocitas motus est affectus receptus a mouente in aliquo habēte magnitudinē. Manifestū ē aūt, cp nihil habens magnitudinē potest recipere æqualem effectum proportionatum potentiæ, quæ non est in magnitudine: quia omnis natura corporea cōparatur ad naturam incorpoream, sicut quoddam particulare ad absolutum & vniuersale. Vnde nō potest cōcludi, si virtus infinita non sit in magnitudine, cp ex ea consequatur infinita velocitas in aliquo corpore, quæ est effectus proportionatus tali potentiæ, vt dictū est. Sed nihil prohibet in aliqua magnitudine recipi effectū virtutis, quæ est in magnitudine: quia causa proportionatur effectui. Vnde, si poneretur, quòd aliqua virtus infinita esset in magnitudine, sequeretur quòd effectus correspondens esset in magnitudine, scilicet velocitas infinita. & hoc est impossibile. ergo & primū. Ex his autem patet solutio tertiæ dubitationis. nam moueri tempore infinito non repugnat rationi magnitudinis motæ: conuenit enim magnitudini circulari, vt supra ostensum est. Vnde a primo mouente infinitæ virtutis causatur motus diuturnitatis infinitæ, non aūt motus velocitatis infinitæ.

Quartā vero dubitationē soluit Alexander, vt Auerrois dicit hic in commento, cp corpus cœleste acquirit æternitatem a motore separato, quod est infinitæ virtutis, sicut & ppetuitatē motus. Vnde sicut non est ex infinitate cœlestis corporis, cp in perpetuū moueatur, ita non est ex infinitate corporis cœlestis, cp in perpetuum duret, sed vtrunq; est ex infinitate motoris separati. Hanc aūt responsionē Auer. improbare nititur in hoc cōmento & in Vndecimo Metaphysi. dicens, cp impossē est, cp aliquid acquirat perpetuitatē essendi ab aliquo, quia sequeret, quod id quod in se est corruptibile, fieret æternum. Sed perpetuitatem motus potest aliquis acquirere ab altero, eo cp motus est actus mobilis a mouente. Dicit ergo, cp in corpore cœlesti quantū est de se non est aliqua potentia ad non esse: quia eius substantiæ non est aliquid contrarium, sed in ipso est aliqua potentia ad quietem, quia motui eius cōtrariatur quies. Et inde est, cp non indiget acquirere perpetuitatem essendi ab alio, sed perpetuitatem motus ab alio acquirere indiget. Quod autem in corpore cœlesti non sit aliqua potentia ad non esse, ex hoc contingere dicit, cp corpus cœleste dicit non esse compositum ex materia & forma, quasi ex potētia & actu, sed dicit ipsum esse materiā actu existentem, & forma eius dicit animam ipsius: ita tñ quod non constituatur in esse per formam, sed solum in moueri. Et sic dicit in eo esse non potētiam ad esse, sed solum ad vbi, sicut Philosophus dicit in Vndecimo Metaphysi. Sed hæc solutio & veritati repugnat, & intentioni Aristotelis. Veritati quidē repugnat multipliciter. Et primo quia dicit, cp corpus cœleste non componitur ex materia et forma. hoc enim est omnino impossibile. Manifestum est enim corpus cœleste esse aliquid actu, alioquin non moueretur. Quod enim est in potentia tantum, non est subiectū motus, vt in Sexto habitum est. Oportet autem omne quod est actu, vel esse formam subsistentem, sicut substantiæ separatæ, vel habere formā in alio quod quidem se habet ad formā, sicut materia, & sicut potentia ad actū. Non autem potest dici, cp corpus cœleste sit forma subsistens: quia sic esset intellectum in actu non cadens sub sensu, neq; sub quantitate. Relinquitur ergo, cp est compositum ex materia & forma, & potentia & actu: & sic est in ipso potentia quodammodo ad non esse. Sed dato, cp corpus cœleste non sit compositum ex materia et forma, adhuc oportet ponere in ipso quodammodo potentiam essendi. Necesse est enim cp omnis substantia simplex substiens, vel ipsa sit suum esse, vel participet esse. substantia autem simplex, quæ est ipsum esse subsistens, non potest esse nisi vna, sicut neq; albedo, si esset subsistens, posset esse nisi vna. Omnis ergo substantia, quæ est post primam substantiam simplicem, participat esse. Omne autem participans componitur ex participante, et participato, & participans est in potentia ad participatum: ergo substātia quantumcunq; simplex, post primam substantiam simplicem est potentia essendi. Deceptus aūt fuit per æquiuocationem potentiæ. nam potentia, quādoq; se habet ad opposita. & hęc concluditur a corpore cœlesti: & a substantiis simplicibus separatis: quia non est in eis potentia ad nō esse secundum intentionem Aristotelis, eo cp substantiæ simplices sunt formæ tantum. formæ autem per se conuenit esse. Materia aūt corporis cœlestis non est in potētia ad aliam formam, sicut enim corpus cœleste comparatur ad suā figuram, cuius est subiectum, vt potentia ad actum, et tamen non potest non habere talem figuram, ita materia corporis cœlestis comparatur ad talem formam, vt potentia ad actum, & non est in potētia ad priuationem huius formæ, vel ad non esse. Non enim omnis potentia est oppositorum. alioquin possibile non sequeretur ad necesse, sicut dicitur in Secundo Peri hermenias. Est etiam eius politio contra intentionē Aristotelis, qui in Primo de cœlo in quadam demonstratione vtitur, cp corpus cœleste habeat potentiā, vel virtutem ad hoc cp sit semper non potest ergo euadere incōueniens, per hoc, quod dicit, cp corpus cœleste nō est in potentia essendi. hoc enim est manifeste falsum, et contra intentionē Aristotelis. videamus ergo vtrum conuenienter impugnet solutionē Alexandri, qui dicit, cp corpus cœleste acquirit æternitatem ab alio. Esset siquidem conueniens eius improbatio, si Alexander posuisset, cp corpus cœleste de se haberet potentiam ad esse & non esse, & ab alio acquireret esse semper. Et hoc dico supposita intētione ipsius, vt non excludamus omnipotentiam Dei per quam corruptibile hoc potest induere incorruptionem: quod nūc discutere ad propositum non pertinet. Sed tamen Auerrois etiam sua intentione supposita concludere non potest contra Alexandrum, qui posuit cp corpus cęleste acquirat æternitatem ab alio: quasi de se habens potentiam ad esse & non esse, sed quasi non habens ex se esse. Omne enim quod non est suum esse, participat esse a causa prima, quæ est suum esse. Vnde & ipse confitetur in libro de Substantia orbis, cp Deus est causa cœli non solum quantum ad motum eius, sed etiam quantum ad substantiam ipsius: cp non est, nisi quia ab eo habet esse. Non autem habet ab eo esse, nisi perpetuum: habet ergo perpetuitatem ab alio. Et in hoc etiam cōsonant verba eius, qui dicit in Quinto Metaphysi. & supra in principio huius Octaui, cp quædam sunt necessaria, quæ habent causam suæ necessitatis. hoc ergo supposito, plana est solutio secundum intētionem Alexandri, cp sicut corpus cœleste habet moueri ab alio, ita & esse. Vnde sicut motus perpetuus demonstrat infinitam virtutem motoris, non autem ipsius mobilis, ita & perpetua eius duratio demōstrat infinitam virtutem causæ, a qua habet esse. Non tamen omnino eodem modo se habet potentia corporis cœlestis ad esse, & ad moueri perpetuo: non quidem secundum differentiam, quam ipse assignat, cp in corpore cœlesti sit quantū ad moueri potentia ad opposita, quæ sunt quies & motus, sed ad opposita, quæ sunt diuersa vbi. Sed differunt quantum ad aliud. nam motus fm se cadit in tempore, esse vero non cadit in tempore, sed solum secundum quod subiacet motui. Si ergo sit aliquod esse, quod non subiacet motui, illud esse nullo modo cadit sub tempore. Potentia ergo, quæ est ad moueri in tēpore infinito, respicit infinitatem temporis directe, & per se. Sed potentia, quæ est ad esse tempore infinito: siquidem illud esse sit transmutabile, respicit quantitatē tēporis: & ideo maior virtus requiritur ad hoc cp aliquid duret in esse transmutabili maiori tempore. sed potentia quæ est respectu esse intransmutabilis, nullo modo respicit, quantitatem temporis. Vnde magnitudo, vel infinitas temporis nihil facit ad infinitatem. vel magnitudinem potentiæ, respectu talis esse. Dato ergo per impossibile, quòd corpus cœleste non haberet esse ab alio, adhuc non potest ex perpetuitate ipsius concludi, cp in eo esset virtus infinita.

Deinde cum dicit.

Demonstratio, quòd nulla magnitudo finita habet potentiam infinitam.



ARGY. *Neq; igitur fieri poteſt, vt infinita in magnitudine finitæ ſint vires.*

Cō. 80. Nullum itaq; finitum cōtingit infinitam potentiam habere.

Probat q̄ in magnitudine infinita nō poteſt eſſe potentia finita. Et hoc duabus rationibus. Circa quarū primam tria facit. Primo ponit concluſionem principaliter intentā dicens, q̄ ſicut in magnitudine finita non poteſt eſſe potentia infinita, ita nec aliquo quanto infinito poteſt eſſe potentia finita ſecundum totum. nam pars infiniti, ſi accipiatur finita habebit potentiam finitam. Hoc autem inducit non quaſi neceſſarium ad principale propoſitum oſtendēdum, ſed quaſi adhærens & affine concluſioni prius demonſtratæ. Secundo ibi.

ARGY. *At quanquam ſit, vt minore in magnitudine plus virium inſit, multo tamen maiores ſunt in maiore.*

Et tamen contingit in minori magnitudine, ampliorem potentiam eſſe: ſed adhuc magis in maiori plurimam.

Ponit quoddam, per quod alicui videri poſſet, q̄ in magnitudine infinita ſit potentia finita. Videmus enim q̄ aliqua minor magnitudo habet maiorem virtutē, q̄ maior magnitudo: ſicut paruus ignis habet maiorem virtutē actiuam, q̄ multus aer. Sed per hoc non poteſt haberi, q̄ quantum infinitum habeat potentiam finitam: quia ſi accipiatur aliqua adhuc magis excedens magnitudo, habebit maiorem virtutem, ſicut ſi aer maior ſecūdum aliquam quantitatē, haber minus de virtute, q̄ paruus ignis, ſi multum augeatur aeris quantitas, habebit maiorem virtutem, q̄ paruus ignis. Tertio ibi.


ARGY. *Sit itaq; magnitudo infinita* A B: *atq; pars eius* C B *vires aliquas hēt, quibus* D *mouet aliquo in tempore quod* E F *literis deſignetur. Si igitur ipſius* C B *duplum cepero magnitudinem, hac enim nunc ratione utamur, illa temporis in dimidio. quod eſt* E G. *idem profectò mouebit. Quod ſi hoc pacto ſumpſero partes,* A B *quidem magnitudinē nunquam tranſibo. Tempore vero dato ſemper accipiam minus. Erūt ergo vires ipſius* A B *magnitudinis infinitæ, omnes enim finitas exuperant vires, omnium autem finitarum virium tempus etiam finitum eſſe neceſſe eſt. Nam ſi aliquo in tempore moueant tātæ, maiore minore in tempore quidem, at definito mouebunt conuerſione contraria rationis. ſunt autē infinitæ vires, perinde atq; multitudo. magnitudoq; infinita eſt ea, quæ multitudinem omnem magnitudinemq; exuperat definitam.*


Sit igitur in quo eſt A B infinitum: ſed B C habet potētiam quandam, quæ in aliquo tempore mouet ipſum D, in tempore, in quo eſt E F. Si igitur ipſi B C duplā accipio, in medio mouebit tempore ipſius E F, (ſit enim hæc proportio.) Quare in F & H mouebit: ergo ſic accipiens ſemper ipſum A B nequaquam tranſibo. Tempore autem dato ſemper minus accipiam. Infinita ergo potentia erit. omnē enim finitā potentiam excellit. Omnis autem finitæ potentiæ neceſſe eſt finitū eſſe & tempus. Si enim i quodam tāta, maior in minori quidem, ſed determinato mouebit tempore ſecundum conuerſionem proportionis. In finita enim omnis potentia eſt, ſicut multitudo & magnitudo excellens omne finitum.

Ponit demonſtrationem intentā, quæ talis eſt. Sit quantum infinitū A B: & ſic B C magnitudo finita alterius generis, quæ habet quandā potentiam finitam: & ſit quoddam mobile D, quod moueatur a magnitudine B C, in tempore, quod eſt E F. Et quia B C, eſt magnitudo finita, poterit accipi maior magnitudo. Accipiatur igitur maior ſecundum duplam proportionem. Quanto aūt eſt maior potētia mouentis, tanto in minori tempore mouet (vt habitum eſt in Septimo.) ergo duplum ipſius B C mouebit idē mobile, ſ. D in medio tempore, quod ſit F H, ita q̄ intelligatur tempus E F diuidi p̄ medium in puncto H. Semp aūt ſic addēdo ad B C minuetur tempus motus: ſed quantuncūq; addatur ad B C, nunquam poteſt tranſire A B: quod improportionabiliter excedit B C, ſicut infinitum finitum, & cum A B, habeat potentiam finitam mouet in tempore finito D. Et ſic diuidendo ſemper de tempore, quo mouebat B C, peruenimus ad aliquod tempus minus, q̄ ſit tempus, in quo mouebat A B: quia omne finitum tranſcenditur per diuiſionem. Sequitur ergo, q̄ minor potētia, moueat in minori tempore, quod eſt impoſſibile. Relinquitur ergo, q̄ in magnitudine infinita erat potentia infinita: quia ſcilicet potentia magnitudinis infinitæ excedit omnem potentiam finitam. Et hoc probatum eſt per ſubtractionem tēporis: quia omnis potentiæ finitæ neceſſe eſt ponere quoddam determinatum tempus, in quo mouet. Quod ex hoc apparet: quia, ſi tanta potentia mouet in tāto tēpore, minor mouebit in minori tempore, ſed tamen determinato. i. finito ſecundū conuerſam proportionem, vt ſcilicet quantum additur ad potentiam, tantum diminuatur de tempore. Et ſic quātuncunq; addas ad potentiam finitam, dummodo remaneat potentia finita, ſemper habebit tempus finitum: quia erit accipere aliquod tempus, quod erit tanto minus tempore prius dato, quanto potentia ſuperexcreſcens ex additione eſt maior potentia prius data. Sed potentia infinita excellit in mouendo omne determinatū tempus, ſicut in omnibus aliis infinitis contingit: quia omne infinitum, ſicut multitudo & magnitudo, excedit omne determinatū ſui generis. Et ſic manifeſtum eſt: q̄ potentia infinita excedit omnem potentiam finitam, ex quo exceſſus potentiæ ſuper potentiam, eſt ſicut minoratio temporis a tempore, vt dictū eſt. Vnde patet q̄ concluſio prædicta, ſcilicet q̄ magnitudinis infinitæ ſit potentia infinita, ex neceſſitate ſequitur ex præmiſſis. Deinde cum dicit.

Demonſtratio, quòd nullum quantum infinitum habet potentiam finitam.

Tempus minimum, in quo quantum infinitum potentiæ finitæ mouet D.





ARGY. *Licet aūt hoc idem ſic etiam demōſtrare. Accipiemus enim magnitudinis finitæ cuiuſpiam potentiam aliquam generis eius potētiæ, quæ in magnitudine eſt infinita, quæ finitam potētiam infinitæ magnitudinis metietur. Ex his igitur, quæ dicta ſunt, patet fieri nō poſſe, vt finita in magnitudine vires ſint infinitæ, aut in infinita finitæ.*

Cō. 81. Eſt autem hoc demonſtrare, & ſic. Accipiens enim quandam potentiam eandē genere ei, quæ eſt in infinita magnitudine, in finita magnitudine exiſtentem, quæ menſurabit eā, quæ eſt in infinita magnitudine, finitam potentiā. Quod igitur contingit infinitā eſſe potētiam, in finita magnitudine, neq; finitā in infinita ex his palā eſt.

Ponit ad idem aliam demōſtrationem, quæ non differt a prima, niſi in hoc, q̄ prima cōcludebat accipiendo potentiam finitam exiſtentem in magnitudine finita alterius generis, hæc aūt ſecunda demonſtratio procedit accipiendo quandam aliam potentiam finitā exiſtētem in aliqua magnitudine finita eiuſdem generis, cuius eſt magnitudo infinita. Puta, ſi ſit aer magnitudinis infinitæ, habens potentiā finitam: accipiemus quandam potentiā finitā exiſtentem in aliqua magnitudine finita eiuſdem generis. Hac poſitione facta manifeſtū q̄ potētia finita magnitudinis finitæ aliquoties multiplicata, menſurabit potentiam finitā, quæ eſt in infinita magnitudine: quia omne finitū menſuratur ab aliquo finito minori aliquoties ſumpto, vel etiam excedit. Cum ergo in magnitudine eiuſdē generis oporteat q̄ maior magnitudo habeat maiorē potentiam, ſicut maior aer habet maiorē potētiam q̄ minor, neceſſe erit, q̄ illa magnitudo finita, quæ habebit eandem proportionem ad magnitudinem finitam prius acceptam, quam habet potētia finita infinitæ magnitudinis ad potentiam magnitudinis finitæ prius acceptæ, habeat æqualem potentiam potentię magnitudinis infinitæ. Sicut, ſi potentia finita magnitudinis infinitæ ſit centupla, potentię finitę cuiuſdā magnitudinis finitæ datæ, oportebit q̄ magnitudo, quæ eſt centupla illius magnitudinis potētiæ finitæ, habeat æqualem potentiam magnitudinis infinitæ: ex quo proportionabiliter in re eiuſdē generis augetur magnitudo & potētia. Hoc aūt eſt impoſſibile quod cōcluſum eſt: quia oportet vel q̄ magnitudo finita eſſet æqualis infinitę, vel q̄ minor magnitudo eiuſdē generis habeat æqualem potentiam maiori. Eſt ergo impoſſibile & primum, ex quo ſequitur, ſ. q̄ magnitudo infinita habeat potentiam finitam. Sic ergo epilogando concludit duas concluſiones demonſtratas, ſ. q̄ in magnitudine finita non poſſit eſſe potentia infinita: et q̄ in magnitudine infinita, non poſſit eſſe potentia finita.

LECTIO XXII.

An proiectorum motus continui eſſe valeant.

ARGY. *Sed de his quæ feruntur bene ſeſe habet aliquam primo dubitationem afferre. Nam ſi omne quod mouetur ab aliquo moueatur, quo pacto eorum, quæ ſeipſa mouent, continue non nulla mouentur eo quòd moueat non tangente, ut corporum ea quæ proijciuntur.*

A De his autem quæ feruntur bene ſe habet dubitare quandam dubitationem primū. Si. n. omne quod mouetur, mouetur ab aliquo: quæcunq; non ipſa ſeipſa mouēt quomodo mouentur aliqua continue non tangente eo quod mouet, vt proiecta. Cō. 82. De proiectorum motu.

Poſtquā Philoſophus oſtendit duo quæ ſunt neceſſaria ad principale propoſitū oſtendendum, ſ. q̄ potentia finita non poſſit mouere tēpore infinito, & q̄ potentia infinita non poſſit eſſe in magnitudine finita, nunc accedit ad probādum tertium, i. vnitatē primi motoris. Et circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit q̄ propter diuerſitatem motorū deficit continuitas vel vnitas motus in quibuſdā mobilibus, quæ videntur continue moueri, ſecundo oſtendit ex hoc, q̄ primū motorem neceſſe eſt eſſe vnum, ibi [Quoniā aūt in his.] Circa primū tria facit. Primo enim mouet dubitationem de his, quæ proīciuntur, ſecundo ſoluit dubitationem ibi, [Neceſſe eſt aūt.] Tertio oſtendit ex hoc q̄ motus corporis proiecti, nō eſt continuus ibi [Hic igitur.] Circa primū duo facit. Primo ponit dubitationē, ſecundo excludit quandā ſolutionem ibi [Si aūt ſimul.] Proponit ergo dubitationē primo de his, qui feruntur proiecta, quæ talis eſt. Oſtēſum eſt ſupra in principio huius Octaui, q̄ omne quod mouetur ab alio mouetur, dummodo non ſint de illis, quæ mouent ſeipſa, ſicut ſunt animalia de quorū numero non eſt lapis proiectus, mouet aūt corporale per contactum. Eſt ergo dubitatio quomodo proiecta cōtinue mouentur, etiam poſtquam tanguntur a mouente. Videtur enim q̄ moueantur nullo mouente ipſa. Secundo ibi. Tertia. 82. Quarta. Infra. Te. 26.

Quod ſi hiſce, qui mouit, et aliquid aliud ſimul mouet, ut aerem qui quidem mouet ſubiens motum, ſimili modo profectò fieri nequit, vt illa moueātur ipſo primo non tangente neq; mouēte, ſed ſimul omnia moueantur: rurſusq; moueri tum deſinant, cum id quod primo mouet deſinit mouere neceſſe eſt. & ſi perinde facit, vt magnes, veluti ſi mouet quod mouet. ARGY.

Si autem ſimul mouet, & aliud quid q̄ mouet, vt aerē, qui motus mouet: ſimiliter impoſſibile primo non tangente, neq; mouēte moueri, ſed ſimul omnia moueri, & quieſcere, cum primum mouens quieſcet. Et ſi facit ſicut lapis, vt mouere quod mouet aliud.

Excludit quandā ſolutionē, quæ dicitur fuiſſe Platonis: qui dicebat q̄ proīciēs, qui primo mouit lapidē, ſimul etiā mouet cū lapide aliquid, ſ. aerē, & aer motꝰ mouet lapidē, etiā poſt contactū proiectoris. Sed hanc ſolutionē excludit: quia ſimiliter videtur poſſibile q̄ moueatur aer, nō tāgente neq; mouēte prima [, ſ. proiectore, ſicut erat impoſſibile de lapide, ſed videtur eſſe neceſſariū, q̄ ſimul dū primum mouēs mouet, oīa moueant: & dū primū mouēs quieſcit] ideſt ceſſat a mouēdo, oīa quieſcāt: quāuis etiā aliquid motum a primo mouente, ſicut lapis, faciat aliquid moueri, ſicut id quod primo mouit mouebat. Deinde cum dicit.

At enim hoc dicatur neceſſe eſt, id quod primum mouit facere ut mouere etiam poſſit aut aer, aut aqua aut aliquid tale, quod quidem eſt aptum mouere, motumq; ſubire: ſed non deſinit mouere atq; moueri. ſed deſinit quidem moueri, cum is, qui mouet, moueri deſinit. eſt autē adhuc mouens. Quapropter mouetur alij hærēs. Et in hoc eadem ratio eſt. Deſinit autem cum mouendi potentia minor ſit in eo, quod hæret, penitus autem deſinit, cum antecedens non vlterius mouens fecerit, ſed motum ſubiens ſolum. Hæc autem ſimul deſinere alterum mouere, alterum moueri, totumq; motum neceſſe eſt. ARGY.

Necesse aũt est hoc quidem dicere, cp primum mouens facit vt possit mouere, aut aer huiusmodi, aut aquam, aut aliud aliquid tale, quod aptum natũ est mouere, & moueri: sed non simul pausat mouens, & quod mouetur, sed quod mouetur quidem simul cum mouens quieuit, mouẽs aũt adhuc est. vnde mouetur cum alio habitum. Eadem hoc eadem ratio est. Pausat autem, cum minor virtus mouẽdi fit in habito. tandem autem quieseit, cum non amplius faciat quod prius mouens, sed motum solum. Hæc autem necesse est simul pausare hoc quidem mouens, hoc autem motum, & totum motum.

Ponit suã solutionẽ: & dicit, cp, si secundum mouens mouet motum a primo mouente, necesse est hoc dicere, cp primum mouens, s. proficiens, det secundo mouenti, s. aeri, vel aquæ, vel cuicũcp tali corpori, quod est natum mouere corpus proiectũ, vt possit mouere, & vt possit moueri: vtrũcp enim habet aer vel aqua a proficiente, & cp moueat, & cp moueatur. Sed quia mouere & moueri non de necessitate sunt in eodẽ, cum inueniatur aliquod mouens non motum [non simul pausat mouens, & quod mouetur.] Id est aer motus a proficiente non simul cessauit mouere, & moueri. sed statim, cũ primum mouens [i. proficiens cessauerit mouere, & aer cessat moueri. sed adhuc mouet. Et hoc manifestum est ad sensum: quia, quando aliquod mobile, iam perueneris ad terminum motus, in ipso vltimo peruentionis, potest mouere, sed tunc nõ mouetur, sed est in motum esse. dum aũt secundum mouẽs mouet, mouetur illud quod est habitũ] i. consequenter se habens ad ipsum. Et de hoc etiã tertio est eadem ratio, quia remanet mouens etiam, quãdo non mouetur. Et, quia secundum mouens habet minus de potentia mouendi, cji primũ, & tertium, cji secũdum, oportet cp cesset motus proiectionis, ex hoc, s. cp minor est virtus mouendi [in habito] i. cõsequenti, cji in eo in quo fuit primo. Et sic tandem, propter minorationem virtutis mouendi, venietur ad hoc cp id, quod est primum & prius respectu sui consequentis, non faciet ipsum consequens habere potentiam mouendi, sed faciet ipsum tantummodo mouere. Et tunc necesse est cp simul dum illud vltimum mouens pausat mouẽdo, & motum ab ipso pauset a moueri, & per consequens pausabit totus motus, quia vltimum motum non potest mouere aliquid aliud. Deinde cum dicit.

ARGY. *Is igitur motus in hisce, fit quæ non nunquam moueri, nonnunquam quiescere possunt, & non est continuus, sed apparet. Nam aut deinceps collocatorum aut tangentium est, non est enim unum mouens, sed plura, quorum aliud aliy hæret. Quocirca talis motus in aere fit, & in aqua: quem quidem antiperistasin esse dicunt. Impossibile autem est alio modo soluere ea quæ dubitata sunt quam dicto modo. Ipsa autem antiperistasis, cuncta simul mouere moueriq; facit quare et desinunt simul. Nunc autẽ unum, quod continue ab aliquo moueri videtur. non enim ab eodem mouetur.*

Hic igitur in contingentibus, aliquando quidem moueri, aliquãdo quidem quiescere fit motus, & non cõtinuus, sed videtur. Aut enim consequenter entium est, aut tangentium, non enim vnum mouens est, sed habita adinuicẽ sunt. Vnde & in aere & in aqua fit huiusmodi motus: quem dicũt quidam antiperistasin esse. Impossibile autem aliter opposita soluere, nisi dicto modo. Antiperistasis autem, simul omnia moueri facit & mouere: quare & quiescunt. Nunc autẽ videtur vnum aliquid, quod continue mouetur a quocunq; non enim ab eodem.

Concludit ex præmissis, cp iste motus proiectionis nõ sit continuus. Dicit ergo, hic motus, s. proiectionis, fit in corporibus, quę contingit aliquando moueri, & aliquando quiescere, si qua vera sunt quibus conueniat. Quod patet ex dictis. Quiescit enim proiectionis motus per defectum virtutis mouendi, vt dictum est. Patet etiam ex præmissis, cp ille motus non est continuus, & si continuus videatur. Videtur enim cõtinuus propter mobilis vnitatem, non tñ est continuus: quia sunt diuersa mouentia, vt dictum est. Aut enim ille motus est a pluribus mouẽtibus consequenter se habentibus, aut etiã a pluribus mouentibus se tangentibus. Quomodo autem differant consequenter se habere, & tangere supra dictũ est in Quito & in Sexto. Et manifestum est ad sensum, cp vtroq; modo se habentibus mouẽtibus diuersis possunt mouere vnum mobile, fm cp ipsa mouentur ab aliquo primo mouente. In his enim, quæ mouẽtur motu proiectionis, motus fit per medium facile diuisibile, s. per aerẽ & aquam in quibus propter diuisionem nõ est vnum mouens tantum, sed multa habita adinuicem, et consequenter se habentia, & contacta. Et, quia diuersitas non est absq; diuisione, ideo prędictus proiectionis motus fit per medium facile diuisibile. i. per aerem & aquam: in quibus propter diuisionem de facili contingit diuersitas mouenti ſũ. Quem quidem motum proiectionis aliqui dicunt esse antiperistasin, & contra resistentiam, ex eo, s. cp aer circunstans motus aliquo modo mouet corpus proiectum, sicut supra dictum est in Quarto. Sed non potest prædicta dubitatio solui nisi eo modo qui positus est: quia, si ponatur causa proiectionis antiperistasis aeris, sequitur cp omnia simul moueant]. i. cp totus aer simul moueat & moueatur, & per consequens cp simul quiescant omnia: quod patet esse falsum. Videmus enim vnũ aliquid esse, quod continue mouetur a quocũq; moueatur. Quod ideo dico: quia non habet vnum, et idem determinatum mouens, sed mouentia diuersa.

Tex. 68.

LECTIO. XXIII.

Primo Motorem indiuisibilem esse & impartibilem nullamq; prorsus habere magnitudinem, demonstratur.

ARGY. *Quoniam autem in hisce, quæ sunt, continuum esse motum necesse est. hic vero est unus atq; unum motum magnitudinis cuiusdam esse necesse est: (non enim id mouetur, quod magnitudinis est expers.) & vnus esse atq; ab uno alioquin continuus non erit: sed hærens alius aly atq; diuisus. Id itaq; quod mouet, si vnum est, aut subiens motum mouet, aut immobile est.*

Te. cõ. 85.

QVoniam autẽ in his, quæ sunt, necesse est semper esse motum cõtinuum: hic autem vnus est. necesse autem vnum magnitudinis alicuius esse. (non enim mouetur impartibile,) & vnus ab vno. non enim erit continuus, sed habitus alter alteri & diuisus. Mouens igit, si est vnũ, aut motũ mouet, aut immobile existẽs.

Soluta dubitatione, quã mouerat de motu proiectionis, ex cuius solutione accipit, cp non est vnus motus cõtinuus, qui est a pluribus mouẽtibus, hic accedit ad principale propositũ, vt, s. ostendat vnitatem primi motoris. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositũ, secundo mouet quandam dubitationẽ & soluit ibi [Habet aũt dubitationem.] Circa primũ tria facit. Primo ostendit vnitatem primi motoris per continuitatem motus, secundo quomodo ab vno motore procedit motus continuus ibi [Si igitur motum.] Tertio vbi sit principium motus continui ibi [Necesse est aũt.] Quod autẽ necesse sit esse vnũ motorem, probat per continuitatem motus, accipiens quod supra probauerat, cp necesse est aliquem motum continuum semper esse. Motus autem

te. 85.

Infra. Te. 84.

autem cõtinuus est vnus, vt dictum est in Quinto: ergo necesse est semper accidere aliquem motum esse vnũ. Ad hoc autem cp motus sit vnus, necesse est cp sit vnius magnitudinis motæ: quia non potest moueri aliquod impartibile, vt

te. 19 probatum est in Sexto. & etiam oportet, cp sit ab vno motore, siue enim sint diuersa mobilia, siue diuersi motores, non erit vnus motus, & per consequens nec continuus, sed erit vnus motus diuisus ab alio diuisione mobilis, vel motoris, & cõsequenter se habentes. Necesse est igitur mouens esse vnum quod vel moueat motum, vel moueat immobile existens. Secundo ibi.

ARGY. *Si igitur mouetur simul sequatur ipsum atq; mutetur, & insuper ab aliquo moueatur oportet. Quare stabitur atq; ad id accedetur, quod mouet & est immobile. Hoc enim non simul mutari necesse est, sed poterit semper mouere, nam hoc pacto mouere sine labore profecto est.*

Si igitur motum consequi oportebit, & mutari ipsum, simul autem moueri ab aliquo. Quare stabitur, & venietur in ipsum moueri ab immobili. Hoc autem non necesse est simul mutari, sed semper poterit aliquid mouere. infatigabile enim est sic mouere.

Infra. Ostendit qũo ab vno motore possit esse motus cõtinuus. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qũo ab vno motore possit esse vnus motus cõtinuus semp, secũdo qũo sit regularis ibi [Et regularis.] Dicit ergo primo, cp motus est vnus qui est ab vno motore, sicut dictũ est. Aut ergo est a motore moto, aut a motore non moto. si igitur sit mouens motũ,

Te. 27. sequit cp moueẽ ab aliquo, fm ea quæ supra probata sunt: sed hoc non potest procedere in infinitum, vt supra probatũ est. Quare stabit iste processus motorum & mobilium, & perueniet ad aliquod primũ mobile, quod mouetur ab immobili motore, quod quidẽ nõ habet necessitatẽ vt moueat: quia non mouetur ab alio. Quod. n. ab alio mouetur ex necessitate mouet, fm cp imponit ei necessitas a suo motore. Et, quia mutatur a sua dispositione, nõ potest semper mouere vniformiter, qa variatur dispositio eius. Sed mouenti nõ moto non imponitur necessitas ab alio, nec mutat dispositio eius, vñ nõ ex necessitate mouet, sed põt semp mouere, s. absq; sui mutatione: qa sic mouere, s. absq; sui mutatione est infatigabile. Ex hoc. n. accidit fatigatio in mouendo aliquibus motoribus: quia simul & ipsi mouẽtur, & ex fatigatione contingit, cp nõ semp possunt mouere. Vnde relinquitur, cp mouens non motũ potest mouere motu continuo sempiterno. Et quia ad perfectã motus continuitatem & vnitatem requiritur, cp motus sit regularis et vniformis,

Lec. 2. te. c. 4. vt in Quinto habitum est, ideo consequenter cum dicit.

ARGY. *Est hic motus aut solus, aut maxime est vniformis. Id. n. quod mouet, nullã subit mutationẽ. Id ẽt, quod ab illo mouetur, ut motus sit similis nõ subeat mutationẽ, oportet.*

Et regularis hic motus est, aut solus aut maxime. Non enim habet mutationẽ vllam mouens. Oportet autem, neq; quod mouetur iuxta illud habere mutationem, quatenus similis sit motus.

Ostendit cp motus, qui est a motore immobili, sit regularis: et dicit, cp iste solus motus est regularis, qui est a motore immobili, vel si aliqui alij sunt regulares, iste est maxime regularis. Vtit aũt hac disiunctione, quia dispositio mouentis quãdocp per aliquod tẽpus manet eadẽ, non variata ad minus fm sensum, & fm hoc videt per aliquod tẽpus mouere motũ vniformẽ, quia tale mouens non habet nisi vnã mutationẽ. Quod dicit ad ostendendũ, cp quędã mouentia sunt, quæ non mouentur eo motu quo mouẽt, sicut corpus cęleste nõ mouetur motu alterationis, sed mouetur quodã alio motu, s. motu locali. Sed primum mouens omnino immobile nulla mutatione mouetur. Nec solũ requiritur ad hoc cp motus sit regularis et vniformis, cp mouens sit omnino immobile. sed etiã oportet ad hoc cp [sit motus similis] ideſt vniformis cp id, quod mouetur, nõ habeat aliquã mutationẽ iuxta hanc, qua mouetur a motore immobili. Sicut corpus cęleste mouetur a motore immobili localiter, & iuxta illã mutationẽ nõ habet aliquã alterationẽ. Si. n. alterare tur non semper remaneret eadẽ dispositio ad motum, & sic non esset motus eius vniformis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atqui illud aut in medio, aut in orbe esse necesse est. Hæc enim principia sunt, at ea, quæ propinquissima sunt mouenti, summa cum celeritate mouẽtur. Talis autem est ipsius totius motus. Illic igitur est id quod mouet.*

Necesse est autem aut in medio aut in circulo esse. Hęc enim principia sunt, sed citius mouentur quæ sunt proxima mouenti. Huiusmodi autem est totius motus. Ibi ergo est mouens.

Cõ. 84.

Ostendit vbi sit principiũ motꝰ cõtinui primi. Et, quia ostensum est, cp primus motus est circularis, qui quidẽ motus cõperit magnitudini circulari, necesse est cp primũ principium huius motus sit aut in medio] i. in cẽtro, aut in circulo: qa illa sunt principia magnitudinis circularis. Lineæ enim in magnitudine circulari a cẽtro ad circiferentiã diuidũtur. vnde necesse est, cp alterũ istorũ accipiatur sicut principiũ, & alterũ sicut terminus. Ostendit aũt cõsequenter, cp principiũ primũ motus, est in circulo, tali rõne. Ois motus quãto est propinquior primo mouenti, tanto est velocior, & magis recipit impressionẽ mouentis, sed ita videmus in motu totius firmamẽti, qui est a primo motore immobili, cp quanto aliquod mobile magis appropinquat supremæ circũferentiæ, tãto citius mouet: ergo mouens est in circulo & non in cẽtro. Huius igitur rationis Maior manifesta est.

Motꝰ duplex genus in corporibus cęlestibꝰ inuentꝰ.

Sed ad euidentiã Minoris propositionis, cõsyderandũ cp in corporibus cęlestibus inuenitur duplex motus, vnus q est totius firmamẽti, quo, s. totũ firmamentũ reuoluitur ab oriẽte in occidentẽ motu diurno, & ille est primus motus: alius motus est, quo stellæ mouentur eouerso, ab occidente in orientem. in hoc aũt secundo motu tanto vnũquodq; cœlestiũ corporũ velocius mouetur, cjto propinquius est centro, vt patet fm cõputationẽ Astrologorum, qui motui Lunæ, deputãt tẽpus vnius mensis, Soli vero, Mercurio, & Veneri vnũ annũ. Marti vero duos, Ioui duodeci, Saturno triginta, & stellis fixis triginta sexmilia annorũ. Sed secundum motũ totius firmamẽti est cõuerso. Nam quanto aliquod cœlestiũ corporũ est remotius a terra, tanto velocius mouetur: quia pertrãsit maiorẽ magnitudinẽ in eodẽ tẽpore. Maiores. n. sunt circunferentiæ circulorũ magis a centro distantes, & tñ omnia corpora cœlestia fm motũ totius eodẽ tẽpore reuoluunt, et sic oportet superiora esse velociora. Vnde relinquitur, cp principiũ primi motꝰ nõ sit in cẽtro, sed in circunferentia. Sed tunc oritur dubitatio de cõclusione. Cerrumũ. n. mouẽs, vt infra cõcludet, est indiuisibile, & nullã habens magnitudinẽ, nec eius potentia est potentia in magnitudine. Quod aũt est huiusmodi, nõ videt habere determinatũ situ in corpore: non ergo contingit primo motori esse magis in vna parte primi mobilis, cjus in alia.

Sed dicendũ est, quod dr, primum mouẽs esse in aliqua parte sui mobilis, non per determinationẽ suæ substantiæ, sed p efficiẽtiã motus: quia ex aliqua parte sui mobilis mouere incępit, ideo potius & dr esse in cœlo cjus in terra & potius in oriente vnde incipit: quod non potest intelligi fm aliquã affixionẽ motoris illius ad partẽ determinatã mobilis, cũ nõ sit aliqua pars determinata mobilis semper in oriente, sed quæ nunc est in oriente, postmodum est in occidente. Et sic patet cp dicitur esse virtus mouens in oriente per influentiã motus, & non per determinationẽ suæ substantiæ. Et etiã consyderandum in motu sphæræ, cp finis in motu habet quandam immobilitatẽ: partes. n. mouentur mutãdo locum subiecto & ratione: sed totũ mouet mutando locũ ratione, & non subiecto, vt in Sexto habitũ est,

Te. 85.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et hæc duo attribuuntur duobus principijs magnitudinis ſphæricæ, de quibus hic fit mentio. Nam principium motus eſt ex parte circumferentiæ, principium autem immobilitatis eſt ex fixione centri. Deinde cum dicit.

ARGV. *Exiſtit autem dubitatio ſi fieri poſſit vt quippiam motum ſubiens continue moueat, ſed non vt id quod iterũ ite rũq; pellit ex eo cõtinue mouet, quia motus, deinceps sũt.*

Te. 86. Habet autẽ dubitationẽ ſi contingat aliquod quod mouetur mouere continue, ſed non ſicut impellens iterũ & iterũ cõſequẽter eſſe cõtinue.

Mouet quandam dubitationem circa prædicta. Et primo mouet eam, ſecũdo ſoluit ibi [Aut enim ipſum.] Dixerat enim ſupra, ꝙ mouens immobile poteſt cauſare motum continuum, & ideo hic conſequenter inquirit, vtrum aliquod mouens motum poſſit cauſare aliquem motũ continuum: ita, ſcilicet, ꝙ ſit vere continuus abſq; aliqua interciſione, ſicut accidit interciſio cũ aliquis impellit aliquod corpus, & iterum impellit alia vice. Manifeſtum eſt enim, ꝙ ille motus, qui ſic continuatur ex parte mobilis, non eſt vere continuus, eo ꝙ motiones non ſunt continuæ, ſed vna ſe habet conſequenter ad aliam. Non enim continue impellit, ſed interciſe, ita ꝙ impulſio cõſequenter ſe habet ad impulſionem. Secundo ibi.

ARGV. *Aut enim ipſum pellere, vel trahere, vel vtrunq; facere oportet, aut aliud aliudq; ſuccedens, perinde atq; ſit in hiſce quæ proijciuntur, vt antea diximus, ſi cum facile diuiſibilis ſit vel aqua, vel aer, alios ſemper mouet ſubiẽs motum, at neutro modo motus vnius eſſe poteſt, ſed plures hærentes erũt. Solus igitur is eſt cõtinuus motus quod id quod eſt in mobile, mouet. Semper.n. ſimiliter ſeſe habens & ad quod mouetur ſimiliter & continue ſeſe habebit.*

Aut enim ipſum oportet impellere aut trahere, aut vtraq; aut aliqd aliud cõtingens aliud ab alio, ſicut olim dictum eſt in his quæ proijciuntur. ſi cum diuiſibilis ſit aer, aut aqua mouet: ſed ſicut ſemper motus, vtrobiq; autem non poſſibile eſt motum vnum eſſe, ſed habitum. Solus itaq; continuus eſt quo mouet immobile. Semper enim ſimiliter ſe habens et ad id quod mouetur ſimiliter ſe habebit & continue.

Soluit prædictam dubitationem, & dicit, ꝙ nullum mouens motum poteſt cauſare continuum motum. neceſſe eſt enim dicere ꝙ mobile, quod continue videtur moueri, aut moueatur immediate per totum motum ab ipſo mouente moto, aut per multa media: quorum vnum cõtingatur ab alio, ſicut dictũ eſt in motu proiectionis. Et iſta diuiſio habet æqualiter locum: ſiue mouens motum moueat impellendo, ſiue trahendo, ſiue vtroq; modo, vt accidit in motu vertiginis. vt ſupra in Septimo habitum eſt. Nec contingit pluribus modis aliquid localiter moueri a mouente moto per ſe, & non per accidẽs. Et quia dixerat ꝙ in his quę proijciuntur eſt aliud & aliud mouens: & hoc videtur eſſe falſum, propter hoc ꝙ proiectum cõtinue videtur moueri ab aere vno exiſtente. Ideo ad hoc excludendum ſubiungit, ꝙ cum aer aut aqua ſit facile diuiſibilis, ex hoc mouet quaſi aliud & aliud mouens: ſed tñ mouet ſicut ſemper motus quamdiu durat motus corporis proiecti. Et quãuis videatur eſſe vnus aer, tñ eſt alius & alius per diuiſionem. Vtrobiq; autem [, i. ſiue mouens motum moueat impellendo, ſiue trahendo, nõ poteſt eſſe vnus motus, ſed oportet ꝙ ſit habitus], i. conſequenter ſe habens per rationem quæ ſupra poſita eſt in motu, pięctionis ſcilicet ex diuerſitate mouentium. Relinquitur ergo ꝙ ſolus motus, qui eſt a motore immobili, poſſit eſſe ſemper continuus: quia mouens ſe habet ſemper ſimiliter ſm eandem diſpoſitionẽ in ſeipſo. & ideo ſemper continue poteſt ſe ſimiliter habere ad mobile, vt ſi licet ſemper vniformiter moueat ipſum. Eſt autem hõe attendendum: ꝙ ſempiternitatem cõtinui motus, attribuit hic Philoſophus immobilitati motoris, ſupra autẽ infinitæ potentiæ eius. Nam ſempiternitas motus continui, ſi attendatur ſm reiterationem motus, reſpicit immobilitatẽ mouẽtis: quia ſi ſemper ſimiliter ſe habet, poterit ſemper reiterare eodem modo. Sed infinita virtus mouentis reſpicit ad totam motus ſempiternitatem vel infinitam (ſicut ſupra dictum eſt.) Eſt etiam attendendũ, ꝙ quia nullũ mouens motum, poteſt cauſare motum continuum ſempiternum, ideo Vel. in. in Vndecimo Meta. probare intendit multitudinem motorum immobilium, ſm multitudinem cęleſtiũ motuũ: quaſi illa conſyderatio ſequatur ad iſtam. Deinde cum dicit.

His hoc pacto determinatis, patet impoſſibile eſſe primum mouens atq; immobile magnitudinem vllam habere. Nam ſi habet aut finitam aut infinitam ipſam eſſe neceſſe eſt. At demonſtratum eſt prius in naturalibus fieri non poſſe, vt magnitudo ſit infinita, & nunc demonſtratum finitam magnitudinem, infinitam vires habere non poſſe, & impoſſibile inſuper eſſe infinito in tempore quicquam a magnitudine finita moueri. Primum autem mouens æterno motu, infinitoq; tempore mouet. Patet igitur ipſum indiuiſibile, ac vacare partibus, ac magnitudinem nullam prorſus habere. ARGV.

Determinatis autem his manifeſtum eſt quoniam impoſſibile eſt primum mouens & immobile habere aliquam magnitudinẽ. Si enim magnitudinem habet, neceſſe eſt aut finitam ipſam eſſe, aut infinitam. Infinitam igitur, ꝙ non contingit magnitudinem eſſe oſtenſum eſt prius in Phyſicis. Quod autẽ impoſſibile eſt finitam habere infinitam potentiam, & ꝙ impoſſibile eſt a finito moueri aliquid ſm infinitum tempus, demonſtratum eſt nunc. Primum autem mouens perpetuo mouet motu, & infinito tempore. Manifeſtum itaque eſt, ꝙ indiuiſibile eſt & impartibile, & nullam habens magnitudinem. Te. 87.

Ex præmiſſis demonſtratis concludit principale intentum: et dicit, ꝙ impoſſibile eſt primum mouens immobile habere aliquam magnitudinẽ, vel ita ꝙ ipſum ſit corpus, vel ꝙ ſit virtus in corpore: quia ſi haberet aliquam magnitudinem aut eſſet finita, aut infinita. Oſtenſum eſt autem ſupra in Tertio in cõmunibus naturæ, ꝙ non eſt poſſibile eſſe aliquam magnitudinem infinitam: relinquitur ergo, ſi habet magnitudinem, ꝙ habeat magnitudinẽ finitam. Et ex hoc probatur ꝙ impoſſibile eſt finitam magnitudinem habere potentiam infinitã. Quod autem primum mouens immobile neceſſe ſit habere potentiam infinitam, probat per id quod ſupra demonſtratũ eſt, ꝙ impoſſibile eſt a potentia finita moueri aliquid ſm infinitum tempus. Primũ autem mouens cauſat perpetuum motum, & continuum, & tempore infinito vnus ꝙ idem exiſtens: alioquin motus ille non eſſet continuus. ergo habet potẽtiam infinitam & ſic non habet magnitudinem finitam nec infinitam. Manifeſtum eſt itaq; ꝙ primum mouẽs eſt indiuiſibile, et ꝙ nullam partem habet, ſicut etiam eſt indiuiſibile punctum, & etiam ſicut omnino nullam magnitudinem habens quaſi extra genus magnitudinis exiſtens. Et ſic terminat Philoſophus conſyderationem communem de rebus naturalibus in primo principio totius naturæ, q̃ eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Commentariorum Diui Thomæ, in Octo libros Phyſicorum, finis.

Roberti

ROBERTI LINCONIENSIS PHILOSOPHI, LIBRI PRIMI PHYSICORVM, SVMMA.

IN primo libro Phyſicorum, cuius ſubiectum eſt corpus mobile ſimpliciter, non contractum, determinat Philoſophus de principijs corporis mobilis ipſum conſtituentibus. Et ſunt principia naturæ ſiue corporis mobilis, tria, ſ. materia, forma, & priuatio. Materia eſt illud quod ſe hẽt ad formam, ſicut æs ad ſtatuam, & lignum ad lectũ: & vniuerſaliter ſicut informe ſe habet ad formam anteq̃ ipſum recipiat. Vel materia eſt illud, ex quo fit res, & manet in re. Semper materia eſt, in quam vnumquodq; compoſitum naturale reſoluitur. Proprietates materiæ ſunt tres. Prima. Materia non eſt ſcibilis, niſi per comparationem ad formam, cum omne quod intelligitur, per formam intelligat: materia autem de ſe formam non habet, cum ſit potẽtia pura. Ideo de ſe non ſcitur nec intelligitur, ſed per comparationem ad formam. Secunda. Materia eſt vnum principium cõe omnibus tranſmutationibus. & eſt vnum non per aliquam formã vnam, ſed per priuationem cuiuslibet formæ. eſt enim in potentia ad quamlibet, nullam habẽs infra ſui naturam ſm Philoſophum & Commẽtatorem. Tertia. Materia eſt ingenita & incorruptibilis, quia ſi materia generetur, oporteret aliquid ſubijci, ex quo generaretur: ſed hoc non poteſt eſſe aliud ab ipſa materia: quia materia eſt primum ſubiectum, ex quo fit vnumquodq;. ſi igitur generaretur materia, ſequereretur materiam eſſe antecẽs generarẽ: quod eſt falſum, cum generatio ſit progreſsio de non eſſe ad eſſe. Et pp eandem rõnem materia non corrumpitur. quia oẽ, quod corrumpitur in materiã primam reſoluitur. nam ipſa manet in tota trãſmutatione ſm Philoſophum. Si igitur corrũpatur ipſa reſoluitur in ſeipſam, & per conſequẽs poſtquam corrumpitẽ eſt talis qualis prius fuit: conſequens eſt falſum, cum corruptio ſit progreſsio ab eſſe ad nõ eſſe, et ſic patet ꝙ materia nõ eſt generabilis nec corruptibilis. Et hoc eſt verum per ſe, per accidẽs autẽ bene poteſt. Forma eſt illud quod dat eſſe rei. Eſt autem forma triplex. Vna eſt, quæ ſm eſſe & conſyderationẽ eſt in materia, & eſt de qua conſyderat Philoſophus naturalis. Secunda eſt de qua conſyderat Mathematicus, quæ abſtrahitur a motu & a materia non ſm eſſe ſed ſm conſyderationem: & quia Geometria non intendit de linea vel de circulo inquãtum auri vel ęris, ſed ſimpliciter de illis conſyderat, et ſic ſm intellectum abſtrahit a materia: & tñ ſi ſint ſunt in materia. Tertia eſt illa, de qua conſyderat Metaphyſicus, quæ abſtrahitur a materia & a motu ſm ſe, & ſm conſyderationem: cuiuſmodi ſunt intelligẽtiæ & aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ, ſ. Deus & anima, & huiuſmodi. Priuatio eſt carentia formę in ſubiecto apto nato. Sciendum, ꝙ duo ſunt principia per ſe. ſ. materia & forma, quia ex illis fit vnumquodq; compoſitum naturale. Tertium vero eſt principium per accidens. ſ. priuatio, quæ non eſt principium ipſius rei, ſed fieri. Conditiones principiorũ ſunt tres. Prima ꝙ principia non fiunt ex alijs. Secunda. Omnia fiunt ex ipſis. Tertia. Ipſa non fiunt ex alterutris. i. vnum non fit ex alio altero, ſicut materia non fit ex forma, nec ecõuerſo. Dubitatur an ſint tria principia tantum, ita ꝙ non plũra nec pauciora tribus. Et ꝙ non ſint tria principia, probatur. quia principium & primum ſunt idem: ſed tantum eſt vnum primum, igitur tantum eſt vnũ principium, ergo non ſunt tria. Item. Illa ſunt ſufficiẽtia principia cuiuslibet rei, ex quibus fit res: ſed ex duobus prĩcipijs, ſicut ex materia & forma fit res: igitur illa ſufficiunt. igitur non ſunt tria. Item, cuiuslibet principiati ſunt duo principia ꝑ ſe: ſed infinita ſunt principiata: cuiuſmodi ſunt individua: igitur infinita ſunt principia: nõ igitur tantum tria. Huic dubio reſpondetur, ꝙ principia vere ſunt tria, ſicut dictum eſt. Sed non tria, nec genere, nec ſpecie, nec numero. non genere, cum decem ſint genera prima, & cuiuslibet generis ſint tria principia, vt ſic non forent tria principia ſm genus. Non ſpecie propter eãdem rõnem, cum multo plures ſint ſpecies q̃ genera. Nõ numero. quia principia ta, ſunt infinita, & ſic forent infinita principia numero. Sed ſunt tria principia ſm proportionem. i. ſm mẽſuram. quia ſicut ſunt tria principia huius cõpoſiti: eadem proportione ſunt tria principia huius compoſiti: & ſic de alijs. Ad primum reſpõdetur, ꝙ principium eſt duplex. ſ. in genere, & extra genus. Nam tantũ eſt vnum principium extra genus, ſed in genere multa poſſunt eſſe principia. Ad ſecundum dicendum ꝙ tantum duo ſunt principia per ſe, & tertium per accidens. Ad tertium dicitur concedẽdo, quòd infinita ſunt principia ſm numerũ, ſicut dictum eſt, & tria ſm proportionem. Dubitatẽ de hoc, quod dicit, quod contraria non fiunt ex alterutris. Nam Ariſt. in lib. Prædicamẽtorum dicit, quòd in contrarijs & in alterutris poſsibile eſt fieri mutationẽ: & per conſequens contraria fiunt ex alterutris. Item ſm Philoſophum ex albo fit nigrũ: et iſta ſunt contraria: igitur contraria fiunt ex alterutris. Ad primũ reſpondetur. & dicitur quòd tex. Ariſto. habet ſic intelligi, quòd ſubiectum, vt exiſtens ſub vno cõtrariorum, iam põt fieri ſub altero: quia ſubiectum nunc exiſtens calidũ poteſt iam ſuſcipere frigiditatem: & non ſequitur, quòd ex forma vnius contrarij fiat alterum, ſicut ex albedine nigredo.

Ad ſecũdum patet per idẽ. Habet.n. ſic intelligi, ex albo fit nigrum, hoc eſt, ex re alba fit res nigra: ex non albedine fit nigredo. Contra. Hæc eſt vera per Philoſophum. ex nocte fit dies, & tñ ſunt formæ cõtrarię. ſimiliter forma vnius fit ex altera. Huic dicit, quòd hoc ſic debet intelligi quòd ex nocte, hoc eſt poſt noctem, fit dies, ita quòd li ex, dicit circunſtantiam ordinis, & non circunſtantiam naturalem.

ROBERTI LINCONIENSIS LIBRI SECVNDI PHYSICORVM, SVMMA.

IN ſecundo libro Phyſico. determinat Philoſophus de cauſis corporis mobilis. ſ. cauſa materiali, formali, efficiẽte, & finali. Et, quia natura dicit de cauſis vniuerſaliter, ideo definit primo naturã. Et primo dat iſtam diuiſionẽ. De numero entium, quædam ſunt naturalia, quædam non naturalia. Naturalia ſunt illa, quæ habẽt in ſe principium ſui motus, & quietis. Nõ naturalia ſunt illa quæ nõ habent huiuſmodi principium, cuiuſmodi ſunt artificialia, ſicut lectus et indumentum & huiuſmodi, quia talia non mouentur per ſe, ſed per naturam materiæ. Habẽs eſt illud quod habet huiuſmodi principium. Secũdum naturam ſunt paſsiones rerum naturalium. ſicut ignis ſurſum ſm naturã mouetur: terra vero, deorſum. nã moueri ſurſum eſt paſsio ignis: moueri deorſum eſt paſsio terræ. Definitio naturæ eſt iſta. Natura eſt principium motus & quietis eius, in quo eſt primo & per ſe, & non ſecundũ accidens. Dicit motus & quietis: quia ea, quæ naturaliter mouẽtur ad locum, naturaliter quieſcunt in loco. & hoc eſt verum de corpore naturali corruptibili. Sed non cuiuslibet corporis mobilis, quod mouetur naturaliter, eſt natura principium quietis: quia corporis cęleſtis natura eſt principium motus, et non quietis. ſed pro tanto dicit, ꝙ ſicut natura eſt principiũ motus, ſic eſt natura principium quietis. Sed iſta particula, eius in quo eſt, ponitur ad differentiam artificialium, in quibus non eſt natura: quia quę fiunt ab arte, nõ fiunt a natura. Dicit primo, ad differentiam compoſitorum, in quibus natura eſt principium

Quid nã ſint materiæ pto prietates.

Secunda.

Tertia.

Triplex ſoꝛ conſideratio altera ad Naturalem, altera ad Mate. altera ad Metho. ſpectat.

De prmatiõe

Tria de ptia ejꝰdẽ dñr.

Explanatio definitionis naturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pium motus,non tamen primo,quia non mouentur a natura,quæ composita sunt, sed per naturam elementi prędominantis. Dicit per se,ſm Commentatorem, quia illud quod est per se,est magis vniuersale ꝯ illud quod est primum,oē enim,quod est primum, est per se, & non conuertitur. Vel dicit per se, quia non per aliud. nā in quibus est motus per aliud,non naturaliter mouetur,sed per accidens. Dicit non ſm accidens ad differentiam eorum, in quibus aliquid cōuenit esse principium motus:non tñ per se, sed ſm accidēs. Sicut medicina in Medico est principium sanandi seipsum per accidens, & non per se inquantum Medicus. Similiter omnis ars nata est agere in aliud subiectū ab eo in quo est, et hoc per se. sed per accidēs potest agere in quo est,sicut ars medicinæ in Medico. Et ideo natura non est tale principiū, cum natura sit principium per se & non per accidens, sicut dictum est. Natura dicitur duobus modis. Vno modo natura est materia vel substantia subiecta vnicuiq; habentium in se principium motus & quietis. Alio modo dicitur natura,forma seu species,quæ non est separata a materia ſm esse & ſm rem. Sed veriori modo dicitur natura forma ꝯ materia,quia per formam est res in actu,per materiam in potentia. Dubitatur de definitione naturæ. Videtur ꝙ non sit principium, quia principium est in genere relationis, cum principium cuiusdam, aut quorūdam sit principium. Sed natura,cum sit substantia,non est in genere relationis:quia substantia est ens absolutum, ergo natura nō est principiū.

Quæstio de ędditate naturæ.

Item ꝙ non sit principium motus videtur, quia aliqua sunt,quæ semper quiescunt,sicut partes centrales terrę.igitur &c. Item ꝙ natura non sit principium quietis videt, quia aliqua sunt,quę semper mouentur.ſ.corpora cęlestia: igitur &c.et tñ in talibus natura non est principium. Itē ꝙ non sit principium motus eius in quo est probatur. Nā corpora cœlestia mouentur a principio extrinseco, sicut ab intelligentia,sicut dicit Commentator:igitur natura nō est principium motus eius, in quo est. Item videtur ꝙ definitio sit male data. quia in illa definitione ponuntur opposita,cum motus & quies opponantur priuatiue. Item vī ꝙ sit superflua.quia,si sit principium per se,non est ſm accidens:ergo superflue ponitur hæc particula, & non ſm accidens. Huic dicitur ꝙ definitio naturæ bene datā.sicut patet ex prædictis. Ad primā rationem dicitur, ꝙ licet substantia non sit in genere relationis per se, potest tū esse per accidens:cum sit illud in quo fundatur relatio. Ad secundum dicitur ꝙ in quibusdam natura est principiū motus tantum,sicut in corporibus cœlestibus. in quibusdam quietis tantum, sicut in partibus centralibus terræ:in quibusdā vtriusq;,sicut in generabilibus et corruptibilibus. Ad tertiam patet per idem. Ad quartum dicitur ꝙ in Cœlo est motus duplex,actiuus, & talis est extrinsecus: & passiuus, et talis est intrinsecus. Est.n.natura principium motus actiuum vel passiuum. Ad quintū dicitur ꝙ motus & quies respectu eiusdem tantum, sunt opposita. & sic non ponuntur hic.sed a termino,& in terminum,non sunt opposita,et sic ponunt hic. Ad sextam dicit ꝙ licet sequaſ, est per se: ergo non est per accidens. non tamen ꝓꝓ hoc sequitur ꝙ illa definitio sit superflua : quia non ponuntur respectu eiusdem,quod requiritur ad hoc ꝙ sit nugatio vel superfluitas in definitione. & etiam,ꝙ idem significāt,quod non est verum in proposito,quia aliquid potest esse per se aliquale,& per accidens tale,sicut terra grauis est per se,& per accidens aliquid tale. Causæ sunt quatuor. ſ. materialis, formalis, efficiens,& finalis. Causa materialis est illa ex qua fit res & manet in re:sicut æs causa statuæ,ligna lapides & huiusmodi sunt causa materialis domus,lana & linum , indumenti, & sic de alīs. Causa formalis est illa causa, quæ dat esse rei,& hoc siue sit causa formalis liberalis siue accidentalis: quia per formam est res in actu: v.g.anima, quæ est forma substantialis dat esse substātiale corpori animato. Albedo, nigredo,& huiusmodi, quæ sunt formæ accidentales dant esse accidentale rebus,quibus insunt,& ita quælibet forma dat esse rei. Causa finalis est illa, propter quam ista fiunt,

De causis.

Cā finalis.

E cum finis sit illud, gratia cuius oīa alia fiunt. Causa efficiens est illa,quæ est principium motus in his quæ fiunt,sicut patet. Carpentator enim, quia est causa efficiēs domus, primo mouetur ad formam domus, & sic de alīs. Modi causarum sunt octo,ſ.duo primi sunt ſm prius & posterius. causa prior est ars,siue scientia, causa posterior est Medicus, siue habens artem. Nam Medicus nō sanat, nisi quia habet primo artem medendi. Alij duo modi sunt per se & per accidens. causa per se alicuius rei est faciens rem,sicut faciēs vel factor statuę vel domus est causa p se statuę vel domus. Causa vero per accidens alicuius rei duplex est,quędā tantum per accidens , sic accidit facienti statuam, ꝙ sit Sor. vel Plato:quædam autem accidit per accidens,sicut album vel musicū siue grammaticum, & huiusmodi. Alij duo modi sunt ſm potentiam & actum.causa ſm actum est ædificator,qui actu ædificat, scriptor qui actu scribit,& huiusmodi. Causa ſm potētiam est ædificator.cum nō actu ædificat.

modi cāsarū.

Alij duo vltimi modi sunt ſm compositionem & simpliciter.vt Polycletus faciens statuam,est causa statuæ. Ista F causa est composita ex causa per se,quia dicitur causa faciēs statuam:& causa per accidens,quæ est Polycletus,siue Sortes.ideo dicitur causa composita. Causa simplex, vt Polycletus siue Sortes causa statuæ vel vt faciens statuam. Tres sunt proprietates causarū, prima est,ꝙ in omni genere causæ quærenda est causa vltima quæ est vltima in consyderatione.et prima in esse.vt,si quęratur,quare homo scribit,dicēdum, ꝙ quia est scriptor:quare est scriptor:quia habet artem scribendi. & hæc est vltima causa. Secunda proprietas est hæc, effectuum vniuersalium sunt causę vniuersales, & particularium particulares, quæ tertia est. Causatorū in potentia sunt causæ in potentia,sicut domus in potentia est ædificator,in potentia. causatorū in actu sunt causę in actu, sicut domus, vel ædificia in actu,dicitur ædificator in actu.

Proprietates causarum.

Nota ꝙ vnum & idem potest esse causa contrariorū, sed diuersimode ſm Philosophum , sicut præsentia nautæ est causa salutis nauis, & eius absentia est causa submersionis G eiusdem,& ista sunt contraria. Dubitatur de eo quod dicit , ꝙ causa materialis est causa . videtur ꝙ non:quia illud quod de se est indifferēs ad multa nullius est causa:sed materia est huiusmodi,cum sit indifferēs ad omnes formas ſm Philosophum:igitur nullius effectus est causa. Huic dicit, ꝙ materia ſm ꝙ est indifferens ad omnes formas,nullius effectus particularis est causa: sed ſm ꝙ determinatur ad vnā formam, sic est causa. Item videtur ꝙ causa formalis non sit causa:quia causa est illud,ad cuius esse sequitur aliud,sed ad formam sequitur quidditas rei , quæ non est aliud a forma, cum quidditas sit simul eadē cum forma,cuius est:igitur forma non est causa. Huic dicitur ꝙ quidditas in rebus cōpositis est materia & forma,& est aliud a forma,quæ est altera pars compositi : quia in talibus quidditas includit totum, ſ.materiam & formam . In rebus autem simplicibus, sicut in substātiis separatis, idē est forma & quidditas:quia in talibus non est compositio materiæ cum forma , sed esse cum essentia. Item videtur ꝙ causa efficiens non sit causa:quia effectus nō potest esse sine sua causa:sed effectus H potest esse sine causa efficiente , sicut patet, ꝙ domus vel cultellus potest esse , licet nullus ædificator vel fabricator sit, igitur &c. Huic dicitur, ꝙ causa efficiēs duplex est, quędam tantum efficiens , & quædam efficiens & conseruans effectum.sicut Sol est causa radij solaris, siue illuminationis medij.Primo modo loquendo de causa,est prima falsa,& secundo modo prima vera est,& secunda falsa. Item videt ꝙ causa finalis vel finis non habeat rationem causæ:quia finis habet rōnem vltimi. sed causa habet rōnem primi, siue principij,& principium , & primum sunt idem:sed primū & vltimum sunt opposita:igitur finis nō est causa. Item, si finis sit causa alicuius : igitur vel secundum quòd est, aut secundum quòd non est : non secundum quòd est, quia finis & terminus sunt idem : sed habito termino vel acquisito cessat motus, igitur finis, secundum quòd est, non habet rationem causę respectu motus. igitur nec secundum ꝙ nō est:

est: quia illud quod non est , nullius est causa. Item,finis est effectus omnium illarum causarum, cum sit illud gratia cuius fiunt omnia alia: igitur non est causa. Ad primum dicitur, ꝙ finis potest dupliciter consyderari, vel quantum ad intentionē agentis,& sic est in re principium: vel quantum ad executionem intenti,& sic habet rationem vltimi. Nam finis est primum in intentione, & vltimum in executione:sed cum hoc stat ꝙ sit causa:quia finis est causa causarum secundū Philosophum. Ad secundum dicitur,quòd finis secundum quod non est actu ens, est causa . & secundum quòd est in intentione agentis, mouet ipsum agentem, & sic habet rationem causæ . Tunc ad formam,quando dicitur , illud quod non est , nullius causa est: verum est de eo, quod non est in re . nec in intentione agentis . sed finis,licet non sit in re, tamen potest esse, & est in intentione agentis , & sic habet rationem causæ. Ad tertium dicitur, quòd licet finis sit effectus omnium aliarum causarum quantum ad esse : tamē nulla est causa nisi per finem , quia quantum ad rationem causalitatis , finis est causa aliarum B causarum. Casus est causa per accidens in illis, quæ fiunt in minori parte ab agente propter aliquid : verbi gratia, si aliquis iret ad forum causa emendi, & ibi inueniat debitorem, a quo recepit pecuniam, tunc inuentio debitoris & receptio pecunie , forent a casu: quia fuit in minori parte: quia debitor non fuerat consuetus in tali loco inueniri.

De casu ac Fortuna.

Fortuna est causa per accidens in his quæ fiunt ab agente propter aliquid , & in minori parte secundum propositum . Proprietates fortunæ sunt duæ. Prima . Fortuna est infinita : quia res fortunata potest esse ex causis accidentalibus infiniti . Secunda . Fortuna est duplex : quia quædam fortuna dicitur bona, & quædam mala.Bona, qñ aliquid bonum euenit,mala qñ aliquod malū euenit. Casus & fortuna differunt dupliciter. Vno modo, quia casus est in habentibus propositum, & non habentibus: fortuna vero solum in habentibus propositum . Alio modo , quia casus est in his,quæ inueniunt extra cursum naturæ, fortuna aūt non . Vnde si generaretur homo cum sex digitis vel tribus C manibus,hoc est a casu,et non a fortuna. Tertio modo, quia illa quæ fiunt a casu in naturalibus, fiunt a causa intrinseca ipsius rei:sicut,hominem generari cum sex digitis est ex superfluitate causę materialis,quę dicitur causa intrinseca rei, sed quæ fiunt a fortuna fiunt ex causa extrinseca,sicut a causa efficiente, cum causa efficiens rei non sit de natura rei, sicut ædificator nō est de natura domus,& sic de alīs. Sciē dum , ꝙ casus & fortuna reducuntur ad causam efficientē. Ratio est ista:Illa,quæ fiunt a casu & a fortuna, fiunt a natura vel intellectu: sed natura & intellectus sunt causæ efficiētes per se: sequitur igitur ꝙ casus & fortuna sunt causæ efficientes per accidens. Dubitatur vtrum aliqua eueniunt a casu & a fortuna. Videtur ꝙ non. quia quæcunq; habent causam determinatam sui euentus de necessitate eueniunt. sed omnia quæ eueniunt , habent causam determinatam sui euentus:ergo oīa quę eueniunt,de necessitate eueniunt, & per consequens non eueniunt aliqua a casu,et a fortuna. Probatio minoris. Omnia,quæ euenīunt,eueniunt ita ab D vna causa, quòd non ab alia: & sic habent causam determinatam. Item, ſi aliquid sit futurum , Deus scit illud fore: & per consequens nō potest non fore.& vltra, igitur de necessitate erit:& ita non erit a casu. Istud confirmatur. Nam Deus scit omnia, cuius scientia est infallibilis. Ad primū dicitur,quòd causa determinata potest esse dupliciter. Vno modo quia ita habet ordinem ad effectum , quòd effectus ille ab alia causa non potest produci,& talis effectus de necessitate producitur . Alio modo, quia est causa assignata ad producendum:non tamen habet ordinem ad effectum determinatum producendi: & talis effectus casualiter producitur. Ad secundum dicendum, quòd ſi aliquid sit futurum, Deus scit illud fore sicut erit: quia, ſi futurum scit necessariū Deus scit illud fore necessariſi : sicut Solem oriri cras, vel Lunam eclipsari, et sic de alīs:ſi autem futurum sit contingens ad vtrumlibet: Deus scit illud fore contingenter.

An aliqua a casu vel a fortuna eueniāt.

ROBERTI LINCONIENSIS IN TERTIVM LIBRVM PHYSICORVM, SVMMA.

De Motu.

IN tertio lib.Phyficorum determinat Philosophus de motu & infinito. Et primo dat definitionem motus duplicē. Prima est hæc. Motus est actus entis in potentia ſm ꝙ in potētia est.v.g.Rei alterabilis inquantum alterabilis est, & non inquantū alteratur actu , est alteratio actus , & sic de alīs speciebus motus.& hęc definitio est formalis . Alia definitio est illa,& est nobis manifestior cū sit materialis . Motus est actus mobilis secundum ꝙ mobile.v.g.Res,dum est in motu, tunc dicitur esse motus:et non qñ est in motus termino ad quem : quia tunc cessat motus acquisito termino, & sic de alīs speciebus motus. Et est sciendum,quòd motus est in mobili vt in subiecto: & in mouente vt in causa efficiente , cum motus sit actus mobilis inquantum mobile.& idem est actus quo mouens mouet , & mobile mouetur,Sicut eadem est via ab Athenis ad Thebas , & econuerso secundum subiectum , est tamen alia ſm rationem.Nam motus in mouente est actio, in mobili passio est, & tamen idem est motus realiter : licet non formaliter. Sciendum est etiam, ꝙ motus in cōmuni reperitur in quatuor generibus.ſ.substantia, qualitate, quantitate, & vbi:quia motus non est præter res motas , sed est in ipsis . Sed res motæ aut sunt in genere substantiæ, aut in qualitate,aut in quātitate, aut vbi, & non extra hæc genera:igitur motus reperitur in istis quatuor generibus & non extra:ita ꝙ in quolibet istorum quatuor generum reperitur motus:quia in vnoquoq; istorum quatuor generum sunt duæ formæ : quarum vna nobilior,& alia vilior. Sicut in substantia cum fiat trāsmutatio in formam substantialem , quæ est nobilior forma : erit sic vna species motus, quæ dicitur generatio. Cum igitur fit transmutatio in formam viliorem , quæ est priuatio formæ substantialis, tunc dicitur fieri alia species motus, vt corruptio:& sic in alīs tribus generibus . Ex quo sequitur, ꝙ tot sunt species motus, quot sunt species entis acquisiti per motum : sed octo sunt species entis cum in vnoquoque genere sint duæ.igitur species motus erunt octo. Dubitatur de prima definitione motus, & videtur ꝙ non sit actus entis in potentia ſm ꝙ in potentia . Nam, ſi sic sequitur ꝙ entis in potentia esset maxime motus , quod est contra Philosophum dicentem , ꝙ ens in potentia non mouetur. Item actus & potentia sunt differentiæ oppositæ.ergo non debent poni in definitione vna , igitur. Ad primum dicitur ꝙ ens in potentia dupliciter accipitur . Vno modo pro eo quod est in potentia pura idest in potētia nō permixta cum actu:& tale non mouetur,quia nullum actū includit . Alio modo pro eo quod in potentia immixta alicui modo cū actu : & tale mouetur. Vnde motus est actus entis in potentia , accipiendo potentiam secundo modo,& non primo modo. Ad secundum dicitur quòd duplex est actus scilicet perfectus, & imperfectus . vnde motus est actus imperfectus,& talis actus non opponitur potētiæ potentiæ in definitione motus , cum non sit pura potentia sicut dictum est. Item dubitatur de hoc quod dicit ,quòd motus est in quatuor generibus : quia in quinto dicit , ꝙ motus nō reperitur nisi in tribus generibus scilicet qualitate,quātitate , & vbi. Item.Omnis motus est a contrario in contrarium: sed substantiæ nihil est contrarium : igitur in substantia non est motus. Ad primum dicitur,ꝙ motus proprie dictus , est tantum in tribus generibus scilicet qualitate,quantitate,& vbi:secundum ꝙ est acquisitio partis post partem illius termini ad quem vadit:sed motus improprie dictus siue contractus, prout est egressio de potētia ad actū sic est in quatuor generibus siue etiam in omnibus, cum in quolibet genere sit propria potentia & proprius actus.

Genera motus sunt quatuor.

Quæstio. An Motus sit actus entis in potentia.

Ad aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad aliud dicitur, quòd in substantia non est motus proprie dictus primo modo, sed secundo modo licet ad substãtiam sit motus primo modo dictus. Infinitum dicitur quinque modis. Vno modo quod nullam habet magnitudinem, & sic dicitur punctus infinitus, & quodlibet indiuisibile. Alio modo quod habet magnitudinem & diminutionem indeterminatam tantum, & hoc modo loquitur philosophus de infinito. Alio modo, quod habet magnitudinem, quæ pertransiri potest, sed non faciliter: vt via longa dicitur infinita, quia cum difficultate est pertransibilis. Alio modo, quod habet magnitudinem de facili pertransibilem quãtum est de se, sed impeditur per aliquod extrinsecum, sicut profunditas maris. Quinto, in quo actus seruat potentiam, & nunquam est in vltimo actu: sed semper in potentia, vt appositio numeri, & diuisio continui. Vnde notandum est, quòd magnitudo infinitæ quantitatis esse non potest in actu: quia si foret talis magnitudo, esset maior cœlo, & occuparet cœlum etiam totum vniuersum. Infinitum est, cuius cum aliquid fuerit acceptum, semper contingit accipere aliquod extra, secundum quantitatem: & est semper in potẽtia & nunquam in actu. Dubitatur de infinito vtrum sit scientia, & arguitur quòd non. Nam omnis scientia est per demonstrationem, sed de infinito nõ est demonstratio: igitur de eo non est scientia. Minor patet, quia de subiecto demonstrationis oportet præcognoscere quid est: sed infinitum non habet quid, cum non sit: ergo de infinito non est demonstratio. Item Omne quod scitur, per formam scitur: sed infinito non habet formam: igitur non scitur. Minor patet: quia omne formatum est terminatum & non infinitum. Ad primum dicitur, quòd minor est falsa. Et ad probationem dico quòd duplex est quid scilicet rei & nominis. Vnde licet infinitũ non habeat quid rei, cũ nulla talis res sit, habet tamen quid nominis id est definitionem cõiter dictam: quid rei est definitio vera & propria. Ad secundum dicitur cp infinitum de se non cognoscitur, cum sit potentiæ priuatiuum: sed cognoscitur per suum habitum: quia fm Philosophum primo de Anima, rectum est iudex sui et obliqui. Dubitatur an aliqua magnitudo possit esse actu infinita: et videtur cp sic diuisio & appositio sunt opposita. & diuisio habet fieri circa magnitudinem & infinitum: igitur & appositio. Minor patet quia quælibet magnitudo sensibilis, est diuisibilis in infinitum. Et maior patet. Cũ opposita nata sint fieri circa idem, si magnitudo sit diuisibilis in infinitum, potest crescere in infinitum apponendo. Item fm Philosophum motus potest velocitari in infinitum: sed motus nõ est sine magnitudine: si igitur motus velocitatur in infinitum: igit magnitudo super quã est motus erit in infinitum. Item. Linea mathematica est magnitudo etiã in infinitum secundum Mathematicos: igitur magnitudo est infinita. Itẽ. Quod congruit quãtirati potest esse in magnitudine: sed finitum et infinitum quantitati congruunt secundum Philosophũ supra in primo. igitur potest esse in actu in magnitudine.

Quæstio. An sit magnitudo infinita actu.

Item. Oppositа nata sunt fieri circa idem: sed finitum & infinitum sunt opposita: igitur, si quantitas sit finita, potest esse infinita. Huic dubio dicitur, cp nulla magnitudo naturalis potest esse infinita actu: quia si sic, occuparet totum vniuersum. Et amplius quia careret terminis. Ad primum dicitur cp appositio in infinitum, quæ resultat ex diuisione in infinitum, potest addi in infinitum, sed alia appositio nõ potest addi in infinitum. Ad secundum dicitur, cp motus secundum rationem generalem potest velocitari in infinitum: sed non secundum rationem specialem: ideo non sequitur conclusio. Ad tertium dicitur, cp Mathematici non ponunt lineam simpliciter esse infinitam: sed dicũt lineam sic esse infinitam cp protrahent lineam secundũ magnitudinem vltra quancunque quantitatem naturalem.

Ad quartum dicitur, cp infinitum non repugnat magnitudini simpliciter: sed naturaliter. Ad quintum dicitur quòd finitum & infinitum habent fieri circa quantitatem siue magnitudinem, secundum quòd magnitudo, est & nõ secundum quòd naturalis est: sicut dictum est prius.

ROBERTI LINCONIENSIS
IN QVARTVM LIBRVM PHYSICORVM,
SVMMA.

De loco.

IN quarto lib. Physic. determinat Philosophus de Loco, & Vacuo, & de Tẽpore. Et primo de loco: cuius sunt quinq; proprietates. Prima, Locus cõtinet locatum, & nihil est ipsius locati. Per hoc patet cp nõ est materia nec forma sicut dixerũt antiqui. Quælibet. n, forma continet formatum: est tamen aliquid ipsius formati. Materia non continet sed continetur, & est aliquid ipsius rei. Secunda, Locus non est maior nec minor locato, cuius est locus proprius alicuius. Locus cõmunis est, qui habet locata multa: sicut Cælũ, aer &c. Tertia. Locus non deficit locato, separabile est tamen ab ipso. Quarta, omnis locus habet sursum & deorsum. Quinta, Omne corpus mouetur naturaliter ad locum sibi propriũ, cum fuerit extra ipsum, nisi impediatur: & cum fuerit ibi quiescit in illo naturaliter. Locus sic definitur. Locus est vltima superficies corporis cõtinentis rem in mobile primum.

F

Dubitatur vtrum locus sit. Et videtur cp non: quia locus non est elementatum, nec est natura corporea, nec incorporea: igitur locus non est. Probo assumptum. Non est elemẽtatum, quia, elemẽtatum non est corpus, neque est elementum: quia sic etiã foret corpus. nec est natura corporea: quia tunc forent duo corpora in eodem loco. nec est natura incorporea: quia habet magnitudinẽ. Item. Omne quod est, est in loco per se vel per accidens. Si igitur locus est, erit in loco: & per cõsequens loci erit locus in infinitum, quod est falsum. igit illud ex quo sequitur. Item. Locus non continet. probo. Continere est agere vel pati: sed loco non conuenit actio neq; passio: igitur locus non cõtinet locata. Maior patet. Minor ostenditur. Locus est quãtitas: sed ipsius quantitatis non est actio neq; passio. Item videtur cp locus sit mobilis. Locus est accidens corporis: igitur mouetur ad motum corporis cuius est: quia per Philosophũ motis nobis, mouentur ea quæ sunt in nobis: sed locus est in locato, cum accidens cõ sit in eo. Item. Locus est æqualis locato, & econuerso: sed corpus locatum aliquando est maius: aliquãminus. Minor patet. quia corpus augetur & diminuitur, ergo oportet locatum augeri et diminui. Ad primum dr̃ cp diuisio est insufficiens. Nam locus est vltimum siue terminus corporis: & tale non est corpus, nec pars integralis corporis. Ad secundum dicitur, cp maior est vera sic intellecta. Omne quod est corpus vel pars corporis integralis, siue accidens in compositione corporis: omne tale est in loco, vel sicut terminus in terminato. Ad tertium dicitur, cp locus habet potentiam actiuam, siue passiuam: fm cp est accidens naturale, sed non fm cp quantitas naturalis: licet hoc non sit perfecte. Ad quartum dicitur cp naturaliter est mobilis: formaliter immobilis. Ad quintum dicitur, cp, si locatum augetur, non sequitur, cp locus sit auctus: sed cp locum maiorem locata obtinẽt. quem prius obtinuerũt.

H

De Vacuo.

Vacuum dicitur tribus modis. Vno modo indiuisibile, & sic non est aliquod corpus, nec potest esse: sicut punctus dr̃ vacuus a quibusdam. Secundo modo dicitur vacuum a quibusdam antiquis, in quo nullum corpus sensibile grossum reperitur: vnde plenum aeris dixerunt vacuum. Tertio dicitur vacuum, priuatum omni corpore: susceptiuũ tñ eiusdem sicut dixerunt Democritus & Leucippus. primo & secundo modo vacuum possibile est. sed non tertio modo. Dubitatur an vacuum tertio modo dictum possit esse in natura. Et videtur cp sic. Nam, si vnum contrariorum, siue priuatiue oppositorum sit in natura, possibile est reliquum esse in natura: sed vacuum & plenum sunt priuatiue opposita, est enim vacuum priuatio pleni: igitur si plenum sit in natura possibile est vacuum esse. Item. De nõ ente non est scientia, sed de vacuo est scientia: ergo vacuum est

est ens. Item. Vacuum habet definitionem: ergo vacuũ est ens. Item mobile aut recipitur in pleno aut in vacuo. Nõ in pleno: quia tunc essent duo corpora in eodem simul. igitur recipitur in vacuo: & per consequens vacuum est.

Quo intelligitur si vnũ oppositorum est in natura, & reliquum.

Ad primum dicitur cp maior sic habet intelligi. Si vnum priuatiue oppositorum fuerit in natura: reliquum potest esse: hoc est. si habitus alicuius priuationis sit in natura, ita cp potest esse & non esse, & sua priuatio potest esse in natura: sicut patet de visu & de cœcitate. Sed plenum, ita se habet in natura cp non potest non esse, igitur vacuum non potest esse. Ad secundum dicitur, cp de vacuo est scientia per accidens: non per se aliquo modo. Ad tertium dicitur, cp vacuum non habet veram definitionem cuiusmodi est definitio speciei: sed definitionem nominis tantum, ideo non sequitur cp sit ens nisi secundum vocem tantum. Ad quartum dicitur, cp hoc verbum, recipitur, potest denominare duo, s. receptum esse vel ipsum recipi & vtroq; modo mobile recipitur in pleno: non tamen ex hoc sequitur duo corpora esse simul in vno loco. Tempus sic diffinit. Tempus est numerus motus secũdum prius & posterius. Sed numerus fm Philosophum dicit dupliciter, s. quo numeramus, sicut duo, tres: et quem numeramus, sicut res numeratæ: sicut duo homines vel tres. Secũdo modo accipitur in definitione temporis. Dubitatur an tempus sit. Et videtur cp nõ: quia quod est compositum ex non entibus est non ens: sed tempus componitur ex præterito & futuro, quæ non sunt: igitur ipsum nõ est. Item. Omne habens partes, si ipsum sit, necesse est omnes eius partes esse simul cum eo: sed tempus habet partes, quarum nulla est in actu: igitur tempus non est. Minor probatur: quia nihil stat de tempore, nisi ipsum nunc, quod est indiuisibile, & tale non est tempus, nec pars temporis, cum diuisibile non fiat ex indiuisibilibus.

De rpe.

Totũ & pars dupliciter.

Propter illas rationes sciendum, cp totum & pars dupliciter possunt cõsyderari. Quoddam est enim totum permanens, cuius omnes partes simul sunt, sicut domus lapis &c. Aliud est totum successiuũ, sicut dies, annus, cuius vna pars præcedit aliam, & alia subsequitur. sicut præteritum & futurum. Ad primum igitur dicitur, cp omne permanens compositum ex non ente permanente est nõ ens: sed de successiuis non est verum. Ad secundum dicitur, cp hæc maior sic intelligiẽ, de toto & partibus permanentibus et non successiuis. Proprietates temporis sunt sex. Prima, Vno modo conuenit accipere numerum in tempore, & alio modo non. prout enim est numerus, conuenit accipere numerum: sed prout est numerus motus, nõ: cum sit continuum, & omne continuum est diuisibile in infinitum. Secunda, Tempus nec est velox nec tardum, sed multum & paucũ, breue & longum. Tertia, vnum & idem instans est in toto tempore. Quarta, Tempus resoluitur in se secundum circulum, vt annus quia tempus est mensura motus circularis, sicut motus primi mobilis, & non recti. Quinta, Motus non solum mensuratur a tempore, sed tempus a motu. Sexta, In vnoquoq; genere est reperire vnum primum, p quod mensurantur & numerantur omnia illius generis, vt in numero vnitas, in genere ponderum vncia. consimiliter esset accipere in tempore aliquod primum, quod erit mensura ipsius, cuius est ipsum instans. Dubitatur an vnum & idẽ instans maneat in toto tempore. Et videtur cp non. Nam cuiuslibet temporis determinati sunt duo instantia, scilicet principium & finis, sicut diei & horæ: non igitur est vnum instans in toto tempore. Item. Illa, quę fuerunt in vno anno præterito fuerunt in aliquo instanti: & illa, quę erunt in vno anno futuro, erunt in aliquo instanti: & illa quæ modo sunt, sunt in aliquo instanti. Si igitur idem instans sit in toto tempore: sequitur cp omnia illa, quæ fuerunt in medio anno præterito, & quæ erunt in medio anno futuro, modo sunt: quod videtur impossibile. Ad primum dicitur, cp cuiuslibet temporis terminati sunt duo instantia secundũ esse accidentale: licet sit vnum per se & secũdum suam substantiam. Ad aliud dicitur negando cõsequentiam: quia instans manet vnum & idem in tempore secundũ substantiam variatam solum fm esse accidentale. sicut aliquis homo vnus & idem potest esse aliquando albus, & aliquando niger: sic instans vnum & idem est præsens aliquando, aliquando futurum, aliquando præteritum. Nota secundum Philosophum cp instans se habet ad tempus sicut punctus ad lineam: quia sicut punctus non est pars lineæ, sic instans non est pars temporis. Et sicut punctus diuidit duas lineas, & continuat eas adinuicem, sic instans diuidit præteritum tempus a futuro, et continuat ea adinuicem. Sed per hoc differunt instans & punctus: quia punctus quiescit & manet in linea: instans autem nunquam quiescit in tempore: et hoc quia sequitur ipsum mobile quod nõ quiescit.

A

B

Nota differentiam inter illa vocabula nunc, tunc, quando, iam, modo, olim, repente. Nam tunc, vno modo dicitur tempus propinquum instanti præteriti, licet improprie: secundum cp dicitur venit nunc, quia hodie venit. Tunc, siue quando, est tempus determinatum per instans præcedens, & subsequẽs: qui sunt termini illius facti de quo fit inquisitio, vt tñc destructa est Troia. Tunc erit diluuium. Iam, est tempus propinquum præteriti instanti siue fuerit pars præteriti, siue pars futuri vt quãdo vidit, iam videt, iam vidit. Modo est tempus propinquum præteriti instanti, dummodo sit pars præteriti: vt modo fuit bellum Troiæ. Repente est illud quod est in nunc tempore insensibili. Siue repente est tempus non sensibile propter eius paruitatem & subito similiter, secundum cp dicitur, generatio & mutatio subita.

ROBERTI LINCONIENSIS
IN QVINTVM LIBRVM PHYSICORVM,
SVMMA.

C

IN quinto lib. Physi. determinat Philosophus de diuisione motus in suas species. Et dicit primo cp aliquid transmutari dicitur tribus modis. Per accidẽs. vt cum dicitur musicus ambulat. Secundo secundũ partes: vt cũ dicitur corpus sanatur: quia oculus siue pectus sanatur. Primo & per se. per hoc excludit modum primo modo et secundo modo dictum: ex eo cp ipsum mouetur primo & per se. Et per hoc cp dicit [primo] excluditur motus fm partem. p illud vero quod dicit [per se] siue [fm se] excluditur motus per accidens. Est aũt per se mobile aliquid fm diuersas species motus: sicut alterabile est motus fm alterationem: & augmentabile fm augmentum: & iterum in specie alterationis dicitur sanabile: quod mouetur fm sanationem: et calefactibile quod mouetur fm calefactionem. Dicit autem Philosophus cp quinque requiruntur ad motum, scilicet mouẽs & mobile: terminus a quo: & terminus ad quem: & tempus.

Et nota cp motus capit denominationem a termino ad quem, quia iste terminus acquiritur p motũ: terminus vero a quo deperditur. Et sciendum cp motus per se non est nisi in contrarijs extremis: vel mediꝰ, vel contradictoꝰ. Mutatio per se quadruplex est, s. a subiecto in subiectum vt alteratio: a non subiecto in subiectum vt generatio: a subiecto in non subiectũ vt corruptio. Sed quartus modus a non subiecto in non subiectum: est impossibilis. Et vocatur hic subiectum oẽ quod affirmatiue dr̃: & nõ subiectũ id quod dr̃ negatiue: nõ quod suscipit formã. Postea dicit Philosophus cp motus, pprie dictus est tñ in tribus generibus. s. in quãtitate, qualitate & vbi. Sed cp sit in istis tribus probatur. Nam in istis est sufficiens contrarietas requisita ad motum: igitur in istis proprie est motus. probatur consequentia. Nam oꝰ motus est a contrario in cõtrarium. Quod aũt non sit in pluribus q̃ in istis, pbatur. Nam si in aliquibus alꝰ esset, hoc maxime videretur de substãtia: & relatione: & de actione & passione. Sed in substantia non est motus. Nam oꝰ motus est a contrario in contrarium: sed substantiæ nihil est contrarium. ergo in substantia non est motus. Nec ad relationem est motus, quia ad illam formã quę põt

D

acquiri

Universidad de Deusto
Biblioteca

acquiri alicui sine aliqua mutatione reali facta in ipsa non est motus: sed sic est de relatione. igitur etc. Maior probatur. Nam dextrum & sinistrum possunt acquiri alicui nulla facta in ipso mutatione reali. Nec ad actionem nec ad passionem est motus: q/nia si sic cum actio & passio sint motus: ad motū esset motus. consequens est falsum: ergo et antecedēs. Nec ex hoc sequitur q̄ actio & passio sint motus: quia Philosophus arguit a simili. nam simile est actionem & passionem esse motum: & ad motum esse motū. Relinquitur igitur, q̄ motus proprie dictus est tm̄ i tribus generibus. s. quātitate: qualitate: & vbi. Motus in qualitate est alteratio a qualitate imperfecta ad qualitatem perfectam & è conuerso. ad quantitatem perfectam est augmentatio: è conuerso est diminutio. Motus ad vbi dicitur loci mutatio. Immobile dicitur tripliciter. Vno modo quod non est aptum natum moueri. Alio modo quod est de difficile mobile. sicut lapis excellens magnus. Tertio mō quod est aptum natum moueri: impeditur tū per suum contrarium. Similiter dicē dum de illis quę sunt necessaria ad cognoscendum motū. s. quid sit esse simul: & quid sit esse separatum: & quid tangere: & quid contiguum: & quid medium: & quid consequenter ens: & quid habitum: & quid cōtinuum. Similiter aūt sunt ea quæ sunt in eodem loco: sed proprie fm se: & non fm aliud. Separatim sunt quæ nō sunt in eodē loco. Tangere dicuntur siue cōtiguat quorum vltima sunt simul. Mediū est illud in quo continue mutatur fm naturam quod natum est mutari prius q̄ in extremis. Cōtinue mutatū aliquod dr̄ quod nō deficit rei super quā mouetur aut paulat. Consequenter sunt ea inter q̄ nihil cadit eiusdem generis: vt linea lineæ vnitas vnitati: & huiusmodi.

Habitum est qn̄ aliquid alteri consequenter est: & tangit ipsum. Continuum sunt quorū: vltima sunt vnū. i. terminus vnus. Motus dr̄ vnus tripliciter. s. gn̄e, spē. numero. Vnus genere dicit ab vnitate formæ generalis, a quo dr̄ mutatio vnū, sicut oīs loci mutatio dicitur motus vnus fm genus of loci mutationi. Vnus spē dicitur ille motus qui est vnus ab vnitate specificę formæ. sicut dealbatio est of dealbationi eadē specie: & similiter denigratio. Sed motus de albedine in nigredinē: & de nigredine in albedinē: nō est eadem spē: sed gn̄e. Et nota q̄ nō sufficit ad vnitatē motus specifici q̄ termini sint idē specie: sed oportet q̄ spatium sit idem super quo fit motus: quia aliter motus circularis: et rectus forent idem spē. Motus vnus numero est qui habet vnum subiectū numero: & vnā speciem spāliſimā in qua fit: et vnum tp̄s continuum sine interruptione. Iō ad hoc q̄ motus dicatur vnus simpliciter numero, requirit̄, q̄ idē in quo fit motus sit simpliciter vnū: & oportet q̄ tp̄s sit vnū & nō interruptū, insup̄ oportet q̄ spatiū vel forma sit vnū & continuū. oportet ēt q̄ mobile sit vnum simpliciter per se. Sequit̄ de cōtrarietate motus ad motū: qui est in quīq̄ modis. Primus est. qui est ex cadē in idē. Secūdus qui fit ex contrarijs terminis. Tertius est qui fit in contrarios terminos. Quartus qui est a cōtrario incōtrariū. Quintus est. qui est fm contrarietatē vtriusq̄ termini: vt qui est ex vno cōtrario in aliud contrariū contrarius ei est: et è cōuerso. et nota q̄ quies contrariat̄ motui fm principiū cū sit principiū motus. Sciendū q̄ nō q̄libet quies cōtrariat̄ cuilibet motui sed quies fm locū motui fm locū. quies fm alterationē motui fm alterationē: et sic de augmentatione & de alijs motibus. Motus qui est ex vno contrario in reliquū, contrariat̄ quieti q̄ est in alio. & quies q̄ est in vno, cōtrariat̄ ei quę est in alio: vt ea quę in sanitate ei quę est in ęgritudine. Dubitat̄ vtrū motus sit in qualitate, q̄titate et vbi. Et primo, p̄bat̄ q̄ nō in qualitate. Nā motus est acqsitio ptis post partē illius termini ad quē rēdit: sed in qualitate nō est ps post ptē: iō in qualitate non est motus. Maior patet per Philosophum. Minor oñdit̄ p̄ auctorē sex principiorū, qui dicit q̄ forma accītalis est cōponi cōtingens quæ simplici & inuariabili natura cōsistit. Sed illud quod in tali natura cōsistit non hēt partē post ptē. igit̄ forma accītalis non acquirit̄ p̄ motū: igit̄ in qualitate non est motus. Itē q̄ in quantitate non fit motus: p̄bo. Nā oīs motus est p̄ contrarietatē: sed in quātitate nō est cōtrarietas: igit̄ motus nō est in quātitate.

Itē q̄ motus nō fit in vbi, videt̄. Nā vbicūq̄s nō est reperiri magis & minus, nec contrariū. Sed in vbi nō est reperire magis & minus p̄ auctorē sex principiorum: ergo in vbi nō est motus. Itē. Si in vbi esset motus: cū talis motus sit motus localis, contingeret ptransfire medietatē spatij super quod fit motus in medietatē illius motus: & sic in infinitū: sed talis diuisio quæ est in infinitū non est pertrāsibilis. igit̄ in spatio siue in vbi non est motus. Ad primū dicit̄ cōcedendo maiorē. Ad minorē dr̄ q̄ qualitas siue forma accidētalis pōt dupliciter considerari. Vel fm essentiā: vel fm esse in subiecto. Primo mō est indiuisibilis. f. fm essentiā, nec habet partē post partē fm essentiā. Secundo modo est diuisibilis. f. fm esse in subiecto: et habet partē post partē. Sicut patet q̄ vnū subiectū habet plus de albedine q̄m aliud: et similiter de colore: & sic de alijs quę sunt qualitates: siue formæ accītales. Ad secundū dr̄ concedēdo maiorē. Ad minorē dr̄ q̄ quantitas pōt dupliciter considerari. Vno modo fm suam essentiā: fm q̄ quantitas est. & sic non habet contrariū. Alio modo fm esse naturale, quod habet in rebus naturalibus: & sic habet contrariū. Nā fm esse naturale conuenit dare quantitatē p̄fectā et impfectā. Minimū et maximū & infra: & extra: sunt contraria quātitati fm esse naturale: ergo pōt inesse contrarietas licet non p̄ se. Ad tertium dr̄ concedēdo maiorē. Ad minorē dr̄, q̄ suscipere magis & minus est duplex: vel intensiue & fm essentiā, & sic vbi non suscipit magis & minus, nec habet cōtrarietatē. Alio mō extensiue, & sic suscipit magis et minus & habet contrarietatē. Ad quartū dr̄ concedendo totum argumentum vsq̄ ibi, talis diuisio procedit in infinitum. Vbi dicendum est, q̄ ire in infinitū duplex est: vel fm actum vel fm potentiā. Primo mō non potest pertrāsiri. secundo mō pōt. Et argumētum procedit ac si contingeret actualiter diuidi in infinitū.

ROBERTI LINCONIENSIS IN SEXTVM LIBRVM PHYSICORVM, SVMMA.

IN sexto lib. Physicorum determinat Philosophus de motu, diuidēdo ipsum in partes quantitatiuas, & hoc secundum q̄ motus est quoddam cōtinuum. Dat igitur quatuor proprietates. Prima est. q̄ nullū continuum cōponitur ex indiuisibilibus, vt linea ex punctis: quia indiuisibilia siue puncta non sunt continua, nec contigua, nec consequentia, quia vltima eorū non sunt simul entia: nec sunt vnū, cum indiuisibile nō habeat partes, quarū vna pōt esse terminata: et altera eius vltimū. Silr̄ indiuisibile additū alicui non facit maius: igit̄ nec compositū, nec indiuisibile erit cōsequenter se habēs indiuisibili. sicut punctus pūcto: vel instans instanti: quia inter quęlibet duo puncta cadit mediū: sicut linea: & inter quælibet duo instātia cadit tp̄s mediū: & per consequens instantia non sunt cōsequenter entia inter quæ nō cadit mediū eiusdem generis. sicut duæ domus, sunt consequenter entia: inter quas nō cadit domus media: & sic sequitur q̄ non est immediatus instanti: vt punctus puncto, nec aliquod indiuisibile simpliciter alteri. Item si cōtinuum componeretur ex indiuisibilibus, igitur esset diuisibile in indiuisibilia. consequens falsum. eum cōtinuum fm Philosophum sit diuisibile in semper diuisibilia. igitur nec motus: nec magnitudo: nec tp̄s: nec aliquid continuum pōt componi ex indiuisibilibus simpliciter: eū vnūquodq̄ diuidat̄ in illa ex quibus componit̄. Secūda proprietas est illius in quo fit motus. f. ipsius tp̄is: & hoc est q̄ in instanti non est motus neq̄ quies sed in tp̄e: accipiendo instans fm q̄ est simplr̄ indiuisibile, & non pro tp̄e: quia si in instanti foret motus vel quies: sequeretur q̄ instans esset diuisibile.

Tertia proprietas est: illius in quo aliquid mutat̄: & hoc est q̄ oē quod mutatur: q̄n̄ mutatū est in illo in quo primo mutatum est, v.g. posito q̄ aliquid mutet̄ a non esse in esse, tunc deficit ab eo ex quo mutatū est: igitur illud quod mutatum est a non esse in esse deficit. a non esse igitur de necessitate erit in esse: cum inter esse & nō esse non cadat mediū.

Et sciendum, q̄ in nulla mutatione est accipere primum in quo cœpit aliquid mutari nec mutatum esse: sed ante quodlibet mutatum esse, præcedit mutari: & è conuerso in infinitum. & non fm actum sicut nec in motu est dare primum: quia oē quod mouetur, prius mouebatur per Philosophum. Cuius cā hæc est, quia tempus in quo fit motus & magnitudo, siue spatium super quod fit motus, & ipsum quod mouetur: quodlibet istorum est continuum, & etiam ipse motus: et per consequens sunt diuisibilia in infinitum. Vnde nec in tp̄e. nec in aliquo continuo successiuo est sumere primum, quare nec in motu, vltimum cōtingit sumere. vnde in permanentibus contingit sumere primum, sed nō vltimū: quia per Philosophum nō est dare vltimū rei permanentis in esse: sed in successiuis est dare vltimum, sed nō primum, sicut dictum est. Sed videtur per rōnem Zenonis q̄ nihil possit moueri localiter. & per cōsequens motus localis nihil est. Nam si aliquid determinate secundum locum mouetur, oportet q̄ primo pertrāseat medietatem spatij antequam ad terminum perueniat et medietatem illius medietatis: & sic in infinitum: sicut argu. est in dictis præcedentibus. Item. Si aliquid moueretur localiter velocissime motum, nunquam attingeret tardissimum. consequens est impossibile: igitur ex quo sequitur. Consequentia ostenditur sic. Prędcedat tardum ipsum velox per aliquod spatiū, & mouentur vtrunq̄ continue. igitur antequam attingat terminum a quo ipsius tardi, ipsum tardū aliquid pertransibit de spatio: quia non quiescit, sed continue mouetur. Et vltra antequam velox pertranseat illud quod pertransiuit tardum: tardum aliquid pertransibit de spatio: sicut prius in infinitum: ergo velox nunquam attinget tardum vtrisque continue motis. Item quod est in spatio sibi æquali: aut mouetur in eo: aut quiescit in eo. cum igitur non conuenit moueri in tali spatio & in quolibet instanti mobile est in spatio sibi æquali: igitur in quolibet instanti quiescit: & per consequēs nunquam mouetur. Ad primum dicitur (licut prius dictum est in dubitatione præcedenti), scilicet q̄ continuum est infinitum fm potentiam et tale potest trāsiri. Et sic patet ad secūdam rationem. Ad tertium dicitur q̄ Zeno dixit ipsum tempus componi ex instantibus: quod non est verum: ideo nec motus nec quies est in instanti: sed in tempore (sicut dixit Philosophus) ideo mobile non est in spatio sibi æquali nisi tantum in instanti. Et cum dicitur. Aut mouetur aut quiescit: negatur propositio, quia habet veritatem de eo quod est in aliquo in quo est aptum natum moueri aut quiescere pro tali mēsura tēporis. Nota q̄ ista sunt proportionabilia, magnitudo, motus, & tempus: & ideo si vnum istorum sit infinitum, quodlibet erit tale. Dubitatur vtrum aliquod continuum componatur ex indiuisibilibus. Et videt̄ q̄ sic. Nam punctus est vbiq̄ in linea, quod non esset verum, nisi componatur ex pūctis.

Item Arist. in Primo Poste. dicit. q̄ substātia lineæ est ex pūctis: igit̄ linea componit̄ ex punctis. Item si sphęra moueat̄ super planum, non tangit ipsum nisi in punctis (per Philosophum) cum sphærico & plano non sit aliquod commune nisi punctus. igitur causat superficiem descriptam punctis: & per consequens continuum potest componi ex indiuisibilibus. Item per Commentatorem instans fluēs, causat tempus: sed instans est indiuisibile, ergo indiuisibile causat diuisibile: & hoc non nisi componendo. Item corpus naturale ex minimis componitur, igitur continuum ex indiuisibilibus. Antecedens est verum, ergo conclusio. consequens patet cū sit dare corpus minimum naturale secundū Philosophum in lib. Phy. Ad primum dicitur q̄ pūctus est vbiq̄ in linea potentialiter: non actualiter. Ad secundum dicit̄, q̄ Philosophus intelligit q̄ in formali definitione lineæ cadit punctus & non aliter. Ad tertium dicitur q̄ non est dare aliquod sphæricum simpliciter hic inferius naturaliter. Ad quartum videtur, q̄ Commentator intelligit sic q̄ instans fluit secundum q̄ est diuersum: & diuersum aliquo modo est causa tēporis: sed non instans proprie fluit ita q̄ moueatur. Ad quintum dicitur q̄ corpus potest dupliciter considerari & eisdem modis minimum, i. vt est quoddam naturale: & vt est quoddam quātum: & ex talibus minimis pōt consyderari maximum. Secūdo igit̄ modo pōt dari minimum, non aūt primo modo. quia corpus naturale fm q̄ est quantum, est continuū & per consequēs diuisibile in infinitum. Dubitatur an motus possit esse in instanti accipiendo motum proprie, & instans simpliciter. Et videtur q̄ sic per Philosophum in Septimo Physi. Si aliqua virtus moueat aliquod mobile in aliquo tp̄e: potētia duplicis virtutis mouebit in medietate tp̄is: igitur prima cā causabit motum in instanti. Huic dicitur q̄ regula philosophi habet intelligi de agentibus per motum et trāsmutationē. Prima aūt causa agit sine motu et trāsmutatiōe.

ROBERTI LINCONIENSIS IN SEPTIMVM LIBRVM PHYSICORVM, SVMMA.

IN septimo libro Physi. determinat Philosophus de motibus: & de motoribus & mobilibus eorum dicens q̄ in omni motu violento & naturali motor differt fm substantiam ab eo quod mouetur. Postea ostēdit q̄ in mouentibus & motis nō est procedere in infinitum: quia sic in tempore finito foret motus infinitus: quod est inconueniens: cū motus & tempus in quo est motus sint proportionabilia. ideo est dare motum primum, & motorem primum. Itē in omni motu tam violento q̄m naturali: mouens et motum sunt simul. Sed q̄ hoc sit falsum. probo. Nā in motu proiectionis nō est mouens simul cum moto. sed distat ab eo. igitur nō in oī motu sunt simul. Huic dicit̄ q̄ non requiritur q̄ sint simul fm vltima eorum. sed sufficit q̄ fm virtutem. vnde quādiu proiectum mouetur. virtus proiicientis manet in eo siue fuerit ille motus fm rectum: siue fm reflexionem: sicut pila proiecta contra parietem reflectit̄. Itē sciendum, q̄ violentum est cuius principiū est ab extrinseco non conferente vim passo. Spēs motus violēti sunt quatuor. s. impulsio, tractio, vectio, & vertigo. & in his quatuor modis reducūtur oēs motus q̄ sunt a principio extrinseco.

Postea agit de comparatione motuum adinuicem: et dicit q̄ ad hoc q̄ aliqua sint adinuicem comparabilia tria requiruntur. Primo q̄ sint vniuoca: ideo stilus: & vinum: & corda non sunt comparabilia in acutie æquiuocе dicta de istis: in stilo. n. pertinet ad tactum: in vino ad gustum: in corda ad audiendum. ideo per aliam rōnem & aliā est acuties in illis. Secundo requiritur, q̄ sint in aliquo subiecto proximo recipiente. iō equus est comparabilis fm albedinē cuicunq̄ habenti albedinem: quia subiectum proximū albedinis est idem, sicut superficies est idem fm recipiens albedinē. Tertio requiritur q̄ sit vna natura specialis: & nō generalis ipsorum comparabiliū. quia in genere multę latent æquiuocationes diuersæ naturæ: ideo album & nigrū licet conueniant in natura generali: sicut in colore, non tū in natura spāli: ideo non sunt comparabilia. Nec motus circularis est comparabilis motui recto: quia non sunt in eodē subiecto proximo nec in eadem natura spāli. Contra videtur q̄ fm æquiuocum fiat comparatio: quia bene dicitur substantia est prius ens q̄m accidens, sed prius & posterius dicunt comparationem. & ens est æquiuocum: ergo secundum æquiuocum est comparatio. Huic dicitur q̄ cōparatio proprie dicta, non fit fm æquiuocum. Extendēdo tamē vim comparationis ad vnitatem ordinis vel analogiæ fm equiuocum fit comparatio. Consequenter ponit pro cōparatione motuum regulas quæ sunt septē. Prima est, si aliqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliqua potentia moueat aliquod mobile ꝙ aliquod ſpatiū E
in aliquo tempore, æqualis potentia mouebit medietatem
illius mobilis ꝙ duplū ſpatium in eodem tpe. Secūda eſt
hoc. Retenta priori potentia æqualis potētia mouebit media
tatē mobilis ꝙ totum idem ſpatiū in medietate tpis. Ter
tia eſt. Retenta priori potentia, potētia duplicis virtutis mo
uebit mobile per idē ſpatiū medietate tpis. Quarta. Me-
dietas illius potentię mouebit medietatē mobilis ꝙ idē ſpa
tiū in toto tpe. Quinta. Retenta priori potentia nō eſt ne
ceſſe, ꝙ cadē potentia moueat duplū mobile in æquali tpe
per medietatem ſpatij. Sexta nō eſt neceſſe ꝙ media vir
tus moueat idem mobile per aliquam partem ſpatij in toto
tempore. Septima dupla virtus mouebit duplex mobile
per æquale ſpatium in æquali tempore. Eſt aūt ſciendū,
ꝙ iſtæ comparationes habent intelligi de motore corpore
naturali, & non de motore ſupra cœleſti. Et ſimiliter ha-
bet intelligi quātum ad rationem ipſius motus, et nō quan
tum ad rationem ſpecialem. multa. n. poſſunt alicui conue-
nire ſm rationem generalem: quæ ſibi repugnant ſm ratio F
nem ſpecialem. v. g. non repugnat homini inquantum ani
mal habere alas: ſed inquantum homo ſibi repugnat. Simi
liter iſtę conditiones poſſunt in eſſe motui inquantum mo
tus: non tamen inquantum iſte motus.

ROBERTI LINCONIENSIS IN OCTAVVM LIBRVM PHYSICORVM, SVMMA.

NOctauo lib. Phyſic. oñdit Philoſophus
primo ꝙ aliquis motus eſt æternus, et ali
quis motor eſt æternus: ſecundo quis mo
tus eſt æternus. & qui motor eſt æternus.
Quod motus ſit æternus oſtendit, tali rō-
ne. Oīs motus præſupponit mobile. Poſi- G
to igitur aliquo motu, quęro de illo mo-
bili: aut eſt factum, aut eſt æternum. Si ſit factum: cū illa fa-
ctio ſit mutatio, præcedit primum motū. Si ſit ęternū prius
igitur quieuit: ſed impoſsibile fuit ab illa quiete deducere
mobile ad motum, ſine diſpoſitione aliqua in mobili, vel
in moto: quæ in ipſo eſſe non poteſt, ſi non ſit aliqua muta-
tio: poſito igitur illo mobili diſpoſito, ſequiē ꝙ aliqua muta
tio eſt prior mutatione prima. Hoc aūt eſt impoſsibile. igi-
tur ex quo ſequitur. Item. Vbicunq; eſt ponere tēpus, ibi
eſt ponere inſtans: cum inſtans ſit tota ſubſtantia tēporis,
eſt. n. finis prēteriti, & initium futuri. igitur vbicūq; eſt vel
conuenit reperiri inſtans, cōuenit reperiri tp̄s prēteritum:
ſed in oī tpe cōuenit reperiri inſtans: igitur in omni tpe cō-
uenit reperiri tp̄s prēteritum, & per conſequens ad nullū
tp̄s conuenit deuenire, ante quod non ſit aliquod tēpus: &
ſic tēpus eſt æternum ex parte ante. Et ſi tp̄s ſit' æternū, mo
tus erit ęternus. Item ꝙ motus ſit incorruptibilis, probo.
quia, cum corrumpitur motus nō neceſſe eſt mobile corrī- H
pi, cum mobile ſit prius motu, igitur poſt corruptionē vlti
mi motus: facta eſt corruptio mobilis: et ſic poſt vltimā mu
tationem eſt mutatio. Et rōnes procedunt de motu primi
mobilis qui eſt circularis, & non de aliquo alio motu recto
nec circulari. Poſtea probat Philoſophus, ꝙ motus nō ſit
æternus. Primo ſic. Oē quod fit a quodā in quoddam, tan-
quā a termino contrario in terminum contrariū, eſt finitū:
omnis motus eſt huiuſmodi ergo &c. Secundo ſic. Vide-
mus in animatis ꝙ hūt principium motuū ab extrinſeco,
& aliq̄n mouenē, aliq̄n quieſcunt. ſic igit motus habet eſſe
poſt non eſſe. Et ſic perpetuo non conuenit ſemper moueri:
aut nunc̄ji. Tertio ſic. Animalia quæ hūt principium ſui
motus intrinſecum, aliq̄n mouentur, aliquando vero quie-
ſcunt: igit ſicut eſt in minori mundo, ſic eſt in maiori: ꝙ ali-
q̄n motus ceſſabit, vel ceſſet: et ſic non eſt perpetuus. Ad
primum dicitur ꝙ aliquis eſt motus, qui fit de contrario in
contrarium: et talis non eſt perpetuus ſicut argumentatum
eſt: alius motus eſt de termino in terminum, & eoōtra. ſicut
q̄n aliquis percutit cordā lyræ, talis motus non eſt vere cō-
tinuus nec perpetuus: quia ſuus motus quieſcit in minimo.
tertio mō eſt motus circularis: & hic eſt continuus & perpe
tuus. Ad ſecundum dicendū, ꝙ non eſt inconueniens mo
tum inanimatorū deficere: quia ſuus motus nō eſt primus,
et ideo deficit. et propterea ſic ſumere non eſt ad propoſitū.

Ad tertium dicitur, ꝙ aliquis eſt motus animalis qui nō
eſt continuus, vt ille, qui eſt a principio extrinſeco: alius eſt
motus animalis, qui eſt continuus ad ſimilitudinem huius
motus, ſecūdum ꝙ dicitur motus primi mobilis perpetuus
& continuus. Et ſciendum eſt, ꝙ cā motus nō ſit ſine mo
tore. Et motus ſit ęternus. igitur motor eſt ęternus. Corel
larie arguit Philoſophus, ꝙ eſt vnum immobile primum,
quod non mouetur ab aliquo aliò, ſed a ſeipſo ideſt a prin-
cipio intrinſeco. & ad quod omnia mota reducuntur. Pro-
bo. quia, ſi moueatur a principio extrinſeco, erit proceſſus
in infinitum in mobilibus & mouentibus: quod eſt impoſ-
ſibile, ſi igitur moueatur a ſeipſo, mouet a principio intrin-
ſeco. Secundo dicit, ꝙ omne mouens ſeipſum diuiditur in
duas partes: quarum vna eſt mouēs & alia mota. Sed, ſi ve
rum eſſet motorem & motum vnum eſſe idem penitus, in-
diuiſibile ferret & ferretur ſecundum loci mutationem: &
idem alterabit & alterabitur: infirmabitur & ſanabitur ſe-
cundum idem, quod eſt impoſsibile. Item. Omne mobi
le inquantum tale, eſt in potentia. & omne mouens inquā-
tum tale, eſt ens actu & non in potentia. Si igitur aliquod
mouens ſit penitus idem motu & mobili, tunc idem ſecun-
dum idem eſt in actu, & non in actu. in potentia & non in
potentia, quod eſt impoſsibile. igitur aliqua pars, quæ eſt
mouens, eſt ommino immobilis. ad quem motorem im-
mobilem omnia mota reducuntur. Tertio dicit ꝙ motus
circularis eſt primus & perpetuus. Et ꝙ ſit primus arguit
ſic. Motus localis eſt prior omnibus aliis motibus: ſed
circularis motus eſt prior inter omnes alios motus locales:
igitur motus circularis eſt prior aliis. & hoc tam prioritate
naturę quàm prioritate temporis & definitione ſecundum
Philoſophum. Quarto dicit, ꝙ omnes alij motus reducun-
tur ad motum localem, & non econuerſo. igitur eſt prior.
aſſumptum paret inductiue in omnibus motibus, qui re-
quirunt ipſum. Secundum oſtenditur ſic. Omnis motus lo-
calis aut eſt rectus, aut eſt circularis. aut mixtus ex recto &
circulari. Sed motus rectus & circularis, ſunt priores motu
mixto, ſicut compoſita præcedunt compoſitum. Similiter
motus circularis eſt prior motu recto ſicut perfectum prius
eſt imperfecto: & incorporale corporali, & regulare irregu-
lari. Manifeſtum eſt igitur motum localem circularem eſſe
primum inter omnes motus. et ſic ęternum. probo. quia eſt
continuus: quia in tali motu non intercedit quies media,
ſicut accidit in aliis motibus & mutationibus: igit motus
localis circularis primi mobilis eſt motus æternus ſicut
prius eſt oſtenſum. Ex hoc ſequitur, ꝙ motor eſt ęternus, ſci
licet Deus omnino immobilis: & omnino infatigabilis, im
mortalis, nullam habens magnitudinem. Quòd ſit immo-
bilis. probat ſic Philoſophus. quia dato ꝙ ſit mobilis: tunc
oportet ipſum cum mouente ſimul moueri ab aliquo: quā-
re, cum nō ſit proceſſus in infinitum in mouentibus & mo
tis (vt prius oſtēſum eſt) erit neceſſe ſtare ad aliquod mouēs
immobile. Infatigabilis autē, quia cum moueantur iſta in-
feriora per ſuperiora mouentur ab aliquo primo. Talis au-
tem motor eſt infatigabilis a ſua motione. Cauſa enim fati-
gationis nihil aliud eſt, niſi id quod mouet moueri. Sed pri
mus motor non mouetur ab aliquo: igitur eſt infatigabilis
et ingenerabilis & incorruptibilis: quia, cum oſtenſum ſit
omnino eſſe immobilem: ideo nō eſt generabilis nec corru
ptibilis. Et etiam indiuiſibilis ſiue impartibilis nullam ha-
bens penitus magnitudinem neque finitam: cum moueat
per tempus infinitum: igitur non habet finitam magnitu-
dinem. Nec infinitam (vt oſtenſum eſt) igitur primum mo-
uēs eſt indiuiſibile, impartibile, immobile, infatigabile, nul
lam habens magnitudinem, cui ſit honor & gloria per in-
finita ſecula ſeculorum. Amen. Deo gratias.

S. Thomæ

S. THOMAE AQVINATIS ORDINIS PRAEDICATORVM DE PRINCIPIIS NATVRÆ LIBELLI.

SVMMA TOTIVS LIBELLI.

Quæ principia, cauſæ, & elementa, & quot ſint rerum naturalium, proprietates: item, & cauſarum nonnullæ diuiſiones afferuntur.

Ex natura generationis quænam principia, cauſæ, elementa ſint rerum naturalium & quid. Cap. I.

Ad primū libru Phyſicorum libellus iſte ſpectat.

QVoniam quoddam poteſt eſſe licet nō ſit,
quoddam vero iam eſt: illud quod poteſt
eſſe & non eſt, dicitur eſſe potentia: illud B
autem, quod iam eſt, dicitur eſſe actu: ſed
duplex eſt eſſe, ſcilicet eſſe eſſentiale, ſiue
eſſe ſubſtātiale rei, vt hominē eſſe, & hoc
eſt eſſe ſimpliciter. eſt autem aliud eſſe ac-
cidentale, vt hominem eſſe album, & hoc eſt eſſe ſm quid.
Materia prima quo diſtinguitur a ſubiecto.
At vtrumq; autem eſſe eſt aliquid in porētia. aliquid enim
eſt in potentia, vt ſit homo, vt ſperma et ſanguis mēſtruus.
aliquid in potentia, vt ſit album, vt homo. Tam autem il-
lud, quod eſt in potentia ad eſſe accidentale, quàm illud,
quod eſt in potentia ad eſſentiale poteſt dici materia, ſicut
ſperma, hominis, & homo, albedinis. Sed in hoc differunt,
quia illud, quod eſt in potentia ad eſſe ſubſtantiale, dicitur
materia ex qua. quod aūt eſt in potentia ad eſſe accidenta-
le, dicitur materia in qua. Itē proprie loquendo, illud, quod
eſt in potentia ad eſſe ſubſtantiale, dr̄ materia prima. quod
autem eſt in potētia ad eſſe accidentale, dicitur ſubiectum.
Subiectum. n. dat eſſe accidenti. ſ. eſſe exiſtēdi: quia accidēs
non habet eſſe, niſi ꝙ ſubiectum. Vnde dicitur, ꝙ accidētia C
ſunt in ſubiecto, non autem dicitur, ꝙ forma ſubſtantialis
ſit in ſubiecto: & ſm hoc differt materia a ſubiecto, quia
ſubiectum eſt, quod non habet eſſe ex eo, ꝙ aliquid ei ad-
uenit: ſed quod eſt per ſe, & habet eſſe cōpletum, vt homo
non habet eſſe per albedinem, ſed materia dicitur, quod ha
bet eſſe ex eo quod ſibi aduenit: quia de ſe eſt incōpletū: im
mo nullum eſſe habet, vt dicit Cōmentator in Secundo de
Anima. Vnde ſimpliciter loquēdo forma dat eſſe materiæ.
accidens autem non dat eſſe ſubiecto, ſed ſubiectum accidē
ti: licet aliquando ponatur vnum pro alio, ſ. materia pro ſu-
biecto & econtrario. Sicut aūt oē, quod eſt in potentia pōt
dici materia. ita oē, a quo habet aliquid eſſe, quodcūq; eſſe
ſit illud, ſiue ſubſtantiale, ſiue accidentale, pōt dici forma: ſi-
cut homo, cum ſit porētia albus, fit ꝙ albedinē actu albus: et
ſperma, cum ſit potentia homo, fit actu homo ꝙ animam:
& quia forma facit eſſe in actu, ideo dicit ꝙ forma eſt actus.
Quod aūt facit eſſe actu ſubſtantiale dicitur forma ſubſtan-
tialis. & quod facit actu eſſe accidentale, dicitur forma acci- D
dentalis. Et, quia generatio eſt motus ad formā, duplici for-
mæ reſpondet duplex generatio. Formæ ſubſtantiali reſpō
der generatio ſimpliciter, formę accidētali rīndet gñatio ſm
quid. Qñ. n. introducitur forma ſubſtantialis, dicitur ali-
quid fieri ſimpliciter. ſicut dicimus homo fit, vel homo ge-
nerat, qñ autem introducitur. Forma accidentalis, nō dicit
aliquid fieri ſimpliciter, ſed fieri hoc: ſicut, qñ homo fit al-
bus, non dicitur ſimpliciter hominem fieri, vel generari, ſed
fieri vel generari album. & huic duplici generationi oppo
nitur duplex corruptio: ſcilicet ſimplex, & ſecūdum quid.
Gñō ſm quid in alijs generibus a ſubſtātia inuenitur.
Generatio vero & corruptio ſimpliciter non ſunt niſi in ge
nere ſubſtantiæ. Generatio vero & corruptio ſm quid ſunt
in omnibus alijs gñibus: & quia generatio eſt quædā muta
tio de non eſſe, vel de non ente ad eſſe, vel ad ens: econtrario
autem corruptio debet eſſe de eſſe, vel ente, ad non eſſe
vel non ens. Non autem, ex quolibet non eſſe fit generatio,
ſed ex non ente, quod eſt ens in potentia: ſicut idolum ex
cupro, quod eſt idolum in potentia, & non actu. Ad hoc au
tem ꝙ fit generatio tria requiruntur, ſ. ens in potētia, quod
eſt materia: & non eſſe actu. quod eſt priuatio: & id per
quod fit actu, quod eſt forma. ſicut, quādo ex cupro fit ido-
lum, cuprum, quod eſt in potentia ad formam idoli, eſt ma-
teria. hoc aūt, quod eſt in figuratum, ſiue incompoſitum, eſt
priuatio. figura autē, a qua dicitur idolum, eſt forma. non
autem forma ſubſtantialis: quia cuprum, ante aduētum fi-
guræ, habet eſſe actu, & eius eſſe non dependet ab illa figu-
ra, ſed eſt forma accidentalis. omnes enim formæ artificia-
les ſunt accidētales. ars enim non operaē niſi circa id, quod
iam cōſtitutum eſt in eſſe perfecto a natura. Sunt igitur tria
principia naturæ, ſ. materia, forma, & priuatio, quorum, ſ.
forma eſt id, propter quod fit generatio: alia duo ſunt ex
parte eius, ex quo eſt generatio. Vnde materia & priuatio
ſunt idem ſubiecto, ſed differunt rōne. idem enim eſt æs &
inſiguratum ante aduentum formę, ſed ex alia rōne dicitur
æs, & ex alia inſiguratum. Vnde priuatio dicitur principiū
non per ſe, ſed per accidens, quia, ſ. coincidit cū materia, ſi-
cut dicimus ꝙ eſt per accidēs ꝙ Medicus ędificat. Nō enim
ex eo ꝙ Medicus, ſed ex eo ꝙ domificator eſt: quod coinci-
dit Medico in eodem ſubiecto. Sed duplex eſt accidens, ſ.
neceſſariū, quod non ſeparatur a re, ſicut riſibile homini. et
non neceſſarium, quod ſeparatur, ſicut album ab homine.
vnde licet priuatio ſit principium per accidens, non tū ſe-
quitur ꝙ non ſit neceſſarium ad generationem, quia mate-
ria a priuatione nunc̄ji denudatur. inquātum enim eſt ſub
vna forma habet priuationem alterius, & econtrario, ſicut
in igne eſt priuatio aeris, et in aere eſt priuatio ignis. Et ſciē
dum, ꝙ, cum generatio ſit ex non eſſe, non dicimus ꝙ nega
tio ſit principium, ſed priuatio, quia negatio non determi-
nat ſubiectum. Non videre enim poteſt dici etiam de non
entibus, vt chimera non videt, & iterum de entibus, quæ
nō ſunt nata habere viſum, ſicut de lapidibus: ſed priuatio
non dicitur niſi de determinato ſubiecto, in quo, ſ. natus eſt
fieri habitus, ſicut cæcitas non dicitur, niſi de his, quæ ſunt
nata videre: & quia generatio non fit ex non ente ſimplici-
ter, ſed ex non ente, quod eſt in aliquo ſubiecto, & non in
quolibet, ſed in determinato: non. n. ex quolibet non igne
fit ignis, ſed ex tali non igne, circa quem nata ſit fieri forma
ignis: ideo dicitur, ꝙ priuatio eſt principium & non nega-
tio, ſed in hoc differt ab alijs: quia alia ſunt principia & in
eſſe & in fieri: ad hoc. n. ꝙ fiat idolum, oportet ꝙ ſit æs, &
ꝙ vlterius ſit figura idoli, & iterum, quando eſt iā idolum,
oportet hæc duo eſſe, ſed priuatio eſt principium in fieri, &
non in eſſe: quia dum ſit idolum, oportet ꝙ non ſit idolum.
ſi. n. eſſet, non fieret: quia quicquid fit, non eſt niſi in ſucceſ-
ſiuis, vt in tempore, & motu. Sed ex quo iam idolum eſt,
non eſt ibi priuatio idoli: quia affirmatio & negatio non
ſunt ſimul. Similiter nec priuatio & habitus: item priuatio
eſt principium per accidēs, vt ſupra eſt expoſitum. Alia ve-
ro ſunt principia per ſe. Ex dictis ergo patet, ꝙ materia ꝓ
ſe differt a forma, & priuatione ſm rōnem. Materia enim
eſt id, in quo intelligitur forma & priuatio, ſicut in cupro
intelligitur forma & inſiguratum. Quandoque tñ materia
denominatur cū priuatione, qñq; ſine priuatione, ſicut æs,
cū ſit materia idoli nō importat priuationē: quia ex hoc ꝙ
dico æs, non intelligitur incompoſitū, ſiue inſiguratū. Sed
farina cum ſit materia reſpectu panis, importat in ſe priua-
tionē formæ panis: quia ex hoc ꝙ dico farina, ſignificatur
incompoſitio ſiue inordinatio oppoſita formæ panis. Et
quia in generatione materia ſiue ſubiectū permanet, priua
tio vero non, nec compoſitū ex materia & priuatione, ideo
materia quæ non importat priuationē, eſt permanens. quę
aūt importat, eſt tranſiens. Et eſt ſciendum ꝙ quædam ma
teria habet compoſitionem formę, ſicut æs, cū ſit materia re
ſpectu idoli, ipſum tñ æs eſt compoſitum ex materia & for
ma: & ideo æs non dicitur materia prima, quia habet for-
mam. Illa aūt materia, quæ intelligitur ſine qualibet forma
& priuatione, ſed eſt ſubiecta formæ & priuationi, dicitur
materia prima ꝓp hoc, ꝙ ante ipſam non eſt materia alia.

Magis priuatio principiū eſt naturæ, quā negatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Materia prima ex se ī eo g possibilis ē, sed analogice ad formā cognosci potest.

& hæc etiam dicitur hyle, hoc est chaos, vel confusio græce. Et, quia oīs definitio & oīs cognitio est per formā, ideo materia prima non pōt per se definiri nec cognosci, sed p̄ comparationem ad formam, vt dicatur, q̄ illud est materia prima, quod hoc modo se habet ad oēs formas & priuationes, sicut est idolum & insiguratum, & hæc dicitur simpliciter prima. Potest etiam aliquid dici materia prima respectu alicuius generis, sicut aqua respectu liquabilium, quę tamē nō est prima simpliciter: quia est cōpositum ex materia & forma, vnde habet materiam priorē. Et sciēdū est q̄ materia prima & etiam forma nō generāt, neq; corrūpit̄, quia omnis generatio est ex aliquo ad aliquid. Id autē, ex quo est generatio, est materia. id autē, ad quod est generatio, est forma. Si ergo materia & forma generarentur, materię esset materia, & formæ esset forma, & sic in infinitum: vnde generatio non est nisi compositi proprie loquendo. Sciēdum est etiam, q̄ materia prima dicitur vna numero in omnibus, sed vnum numero dicitur duobus modis, s. quod habet vnam formam determinatam in numero, sicut Soc. & hoc modo materia prima non dicitur vna numero, cum in se nō habeat aliquam formam. Dicitur etiam aliquid vnū numero, quia est sine dispositionibus, quæ faciunt differre ſm numerum, & hoc modo dicitur materia prima vnum numero, quia intelligitur sine oībus dispositionibus, quæ faciunt differre numero, vel a quibus est differentia in numero. Sciendum etiam q̄ licet materia prima nō habeat in sua ratione aliquam formam vel priuationem, sicut in ratione æris non est figuratum vel insiguratum, materia tñ nunquam denudatur a forma & priuatione: quandoq; enim est sub vna forma, quandoque sub alia, per se autem nunquam pōt esse: quia, cum in ratione sua non habeat aliquam formam, non potest esse in actu, (cum esse actu nō sit nisi a forma,) sed est solum in potentia: & ideo quicquid est in actu non potest dici materia prima. ex dictis ergo patet, tria esse principia naturæ, s. materiam, formam, & priuationem. Sed non sunt hæc sufficientia ad generationem: quod enim est in potentia non potest se reducere ad actum, sicut cuprum, quod est in potentia ad idolum, non facit se idolum, sed indiget operante, ad hoc q̄ forma idoli exeat de potentia in actum. Forma etiam non potest se extrahere de potentia in actum. et loquor de forma generati, quam dicimus esse terminum generationis. Forma enim non est nisi in facto esse: quod autem operatur est in fieri, idest dum res fit. oportet ergo prēter materiam & formam aliquid principium esse quod agat. Et hoc dicitur causa efficiens, vel mouens, vel agens, vel vnde est principium motus: & quia vt dicit Aristo. in Secundo Meta. omne quod agit non agit nisi intendēdo aliquid: oportet esse aliud quartum, id, scilicet quod intenditur ab operante: & hoc dicitur finis. Et sciē dum q̄ licet omne agens tam naturale q̄m voluntarium intendat finem, non tamen sequitur q̄ omne agēs cognoscat finem vel deliberet de fine. Cognoscere autem finem, est necessarium in his, quorum actiones non sunt determinatæ, sed se habent ad oppositа, sicut sunt agentia voluntaria: & ideo oportet, quòd cognoscant finem, per quem suas actiones determinent. Sed in agentibus naturalibus sunt actiones determinatæ: vnde non est necessarium eligere ea, quæ sunt ad finem. Et ponit exemplum Auic. de Cytharedo, quem non oportet de qualibet percussione cordarum deliberare, cum percussiones sint determinatæ apud ipsum: alioquin esset inter percussiones mora, quod esset absonū. Magis aūt videtur de operante voluntarie, q̄ deliberet q̄m de agente naturali. Et ita patet per locū a maiori, q̄, si agēs voluntarie, de quo magis videtur, non deliberat aliquando, ergo nec agens naturale. ergo possibile est agens naturale sine deliberatione intendere finem, & hoc intendere nihil aliud est q̄m habere naturalem inclinationem ad aliquid. Ex dictis patet q̄ sunt quatuor causæ, scilicet materialis, efficiens: formalis: & finalis. Licet autem principium & causa dicantur conuertibiliter, vt dicitur Quinto Meta. tamen Aristo. in libro Physicorum. ponit quatuor causas, & tria principia. Causas enim accipit tam pro extrinsecis, q̄m pro intrinsecis. materia autem & forma dicuntur intrinsecæ rei, eo q̄ sunt partes constituentes rem. efficiens autem & finalis dicuntur extrinsecę, quia sunt extra rem. Sed per principia, accipit solum causas intrinsecas. priuatio autem non nominatur inter causas, quia est principium per accidens, vt dictum est. Et cum dicimus quatuor esse causas, intelligimus de causis per se, ad quas tamen omnes causæ per accidens reducuntur: quia omne, quod est per accidens, reducitur ad id quod est, per se. Et licet Aristo. ponat principia pro causis intrinsecis in Primo Physico. (vnde, vt dicitur Quinto Metaphysi. principium proprie dicitur de causis extrinsecis: elementum vero de causis, quæ sunt partes rei, scilicet de causis intrinsecis, causa vero de vtrisq;) tamen aliquādo ponitur vnum pro alio. Omnis enim causa potest dici principium, & omne principium causa. sed tamen causa videtur addere supra principium communiter dictum: quia id, quod est principium, siue ex eo consequatur esse posterioris, siue nō potest esse principium, sicut faber dicitur principium cultelli, quia ex eius operatione, cultelli est esse. Sed, quando aliquid mouetur de albedine in nigredinem, dicitur q̄ albedo est principium illius motus: & vniuersaliter omne id, a quo incipit motus, dicitur principium: tamen albedo non est id, ex cuius esse cōsequitur esse posterioris, scilicet nigredinis, sed causa solum dicitur de illo principio, ex quo cōsequitur esse posterioris. Vnde dicitur q̄, causa est id, ex cuius esse consequitur aliud: & ideo illud principium, a quo incipit motus, non potest dici per se causa, & si dicatur principium. & propter hoc priuatio ponitur inter principia, & non inter causas: quia priuatio est id, a quo incipit generatio. sed potest dici etiam causa per accidens, inquantum coincidit cum materia, sicut supra dictum est. Elementum autem non proprie dicitur nisi de causis, ex quibus est compositio rei, quæ proprie sunt materiales: & iterum non de qualibet causa materiali, sed de illa, ex qua est prima compositio: sicut non dicimus q̄ membra sint elementa hominis, quia membra etiā componuntur ex alīs. Sed dicimus q̄ terra & aqua sunt elementa, quia non componuntur ex alīs corporibus, sed ex ipsis est prima compositio corporum naturalium. Vnde Aristo. Quinto Meta. dicit q̄ elementum est, ex quo componitur res primo, & est in ea, & non diuiditur secundum formam. Expositio primæ particulę, s. id ex quo componitur res primo, patet per antedicta. Secūda particula, scilicet & est in ea, ponitur ad differentiam illius materiæ, quæ ex toto corrumpitur per generationem: sicut panis est materia sanguinis, sed non generatur sanguis, nisi corrumpatur panis. Vnde panis non remanet in sanguine. vnde non potest dici panis elementum sanguinis, sed elementa oportet aliquo modo manere, cum non omnino corrumpatur, vt dicitur in lib. de Generatione. Tertia particula, scilicet et non diuiditur secundum formam, idest speciem, ponitur ad differentiam eorum, quæ habent partes diuersas in forma, idest in specie, sicut manus, cuius partes sunt caro & ossa, quæ differunt secundum speciem, sed elementum non diuiditur in partes diuersas secundum speciem, sicut aqua, cuius quælibet pars est aqua. Non enim oportet ad esse elementi vt non diuidatur per quantitatem, sed sufficit si non diuidatur secundum formam. Et si etiam nullo modo diuidatur dicitur elementum: sicut literæ sunt elementa dictionum. Patet ergo ex dictis, q̄ principium aliquo modo est plus q̄m causa, & causa plus q̄m elementum. Et hoc est quod dicit Commentator in Quinto Metaphy.

Præter materiam, & formam, ad priuationē sunt alia ex parte naturalium principia.

Cāe quatuor sunt & q̄ principia de quibus etiā lege Primo Physi.

Eleméta naturalium quæ.

Quorundam, quæ de causis dici solent redditur ratio. Cap. 2.

VIso autem q̄ sunt quatuor genera cārum, sciendum est, q̄ non est possibile q̄ idem habeat plures causas, vt idolum, cuius causa est cuprum, et artifex: Artifex vt efficiens, cuprum aūt vt materia. Nec est impossibile, vt idē sit cā cōtrariorum sicut gubernator est cā salutis nauis, & submersionis, sed huius per suam absentiā, illius per suā p̄sentiam, vt dicit Philosophus Secundo Physi. Sciendum est etiā q̄ non est impossē vt aliquid idem sit cā & causatū, nō quidē respectu eiusdē, sed diuersimode, vt ambulatio est aliq̄n cā sanitatis, vt efficiens, sed sanitas est causa de ambulationis, vt finis. deambulatio. n. est aliquando causa sanitatis, & propter sanitatem. & etiam corpus est materia aīæ: anima vero forma corporis. Efficiens vero dicitur causa respectu finis, cum finis non sit in actu, nisi per operationem agentis. sed finis dicitur causa efficientis, cum efficiens non operetur, nisi per intentionem finis: vnde efficiens est causa illius, quod est finis, vt puta deambulatio, vt sit sanitas: non tamen facit finem esse finem. & ideo non est causalitatis finis, idest non facit finem esse causam finalem, sicut Medicus facit sanitatem esse in actu. non tamen facit q̄ sanitas sit finis. Finis etiam non est cā illius, quod est efficiens, sed est causa vt efficiens sit efficiens. Sanitas. n. non facit Medicum esse medicum: & dico de sanitate, quæ fit operante Medico, sed facit q̄ Medicus sit efficiens. Vnde finis est causa causalitatis efficientis. quia facit efficientem esse efficiēs. Et similiter facit materiam esse materiam, & formam esse formam: cum materia non suscipiat formam nisi propter finem. & forma non perficiat materiam nisi per finē. vnde dī, q̄ finis est causa causarum, quia est causa causalitatis in omnibus causis. materia etiam dicitur cā formæ, inquantum forma non est nisi in materia: et similiter forma est causa materię, inquantum materia non habet esse in actu, nisi per formā. Materia. n. & forma dicuntur relatiue adinuicē, vt dicitur Secūdo Physi. Dicuntur etiam relatiue ad compositum, sicut pars ad totum, & sicut simplex ad cōpositū et fiit compositū dī ad partes. Sed, quia oīs causa, inquantū est causa, est naturaliter prior suo causato, sciēdū est, q̄ prius dicitur duobus modis, vt dicit Arist. in Tertio de Aīali. per quorum diuersitatē pōt dici aliquid prius & posterius respectu eiusdem, & causa et causatū. Dicitur. n. aliquid prius altero generatione, & tpe. & iterum substantia, & complemento. Cū. n. operatio naturæ procedat ab imperfecto ad pfectum, & ab in completo ad cōpletum, imperfectum est prius perfecto, s. generatione & tpe. sed perfectum est prius imperfecto substantia, sicut pōt dici q̄ vir est aī puerū ſm substantiam & complementum, sed puer est aī virum generatione & tpe. Sed licet in rebus generabilibus imperfectum sit prius perfecto, & potentia actu, consyderādo q̄ in vno & eodē prius est imperfectum q̄m perfectum, & potentia q̄m actus: simplr tñ loquendo oportet actū & perfectum prius esse. quia quod reducit potentiā ad actū, actu est, & quod pficit impfectū perfectū est. Materia quidē est prior forma gñatione & tpe. prius est. n. id, cui aliquid aduenit, q̄m id quod aduenit. Sed forma est prior materia substantia & cōplemento quia materia non habet esse cōplemētū nisi p formā. Similiter ēt efficiens est prius fine generatione & tpe: cū ab efficiente fiat motus ad finē. Sed finis est prior efficiente, inquantū est efficiēs substātia et cōplemēto: cū actio efficiētis nō cōpleat nisi p finē. Ergo istæ duæ causæ, s. materialis & efficiēs sunt prius p viā generationis, sed forma & finis sunt prius per viā perfectionis. Et notandū q̄ duplex est necessitas, absoluta, & conditionalis. Necessitas quidem absoluta est, quæ procedit a causis prioribus in viā generationis, quæ sunt materia & efficiens, sicut necessitas mortis, quæ prouenit ex materia & dispositione contrariorū, cōponentū. & hæc dī absoluta quæ non habet impedimētum. dicitur etiam necessitas materiæ. Necessitas autem conditionalis procedit a causis posterioribus in generatione, s. forma, & fine. sicut dicimus q̄ necessarium est esse conceptionem, si debeat generari homo, & ista dicitur conditionalis quia hanc mulierem concipere non est necessarium simpliciter, sed sub cōditione, scilicet si debeat generari homo. & hæc dicitur necessitas finis. Et notandum quod tres causæ possunt incidere in vnum, scilicet forma, finis, & efficiēs. sicut patet in generatione ignis. Ignis enim generat ignem. ergo ignis est causa efficiens inquantum generat & iterum ignis est causa formalis, inquantum facit esse actu, quod prius erat in potentia. & iterum finis est, inquantum terminantur ad ipsum operationis agentis. & inquantum est intentus ab agente. sed duplex est finis, scilicet generationis & rei generatæ, sicut patet in generatione cultelli. Forma enim cultelli est finis generationis. Sed incidere. quod est operatio ipsius cultelli, est finis generati. s. cultelli. Finis autem generationis coincidit cum duabus dictis causis aliquando, s. quādo fit generatio a simili in specie: sicut homo generat hominem, & oliua oliuam: quod non potest intelligi de fine rei generatæ. Sciendum tamen, q̄ finis incidit cū forma in idem numero, quia est idem numero, quod est forma generati, & finis generationis, sed cum efficiente nō incidit in idem numero. sed in idem specie. Impossibile est enim vt faciens & factum sint idem numero, sed possint esse idem specie. Vnde, quando homo generat hominem, homo generans & generatus sunt in numero diuersi, sed idem specie. Materia autem nō coincidit cum alīs, quia materia ex eo q̄ est ens in potentia habet rationem imperfecti. sed alię causæ, cum sint actu, habent rationem perfecti. perfectum autem & imperfectum non coincidunt in idem.

Qđo cā semp effectu priotas.

Necessitatis absolutæ, & conditionatæ naturæ.

Causarum nonnullæ afferuntur diuisiones, earum etiam proprietates quædam emanantur. Cap. 3.

VIso ergo q̄ quatuor sunt causæ, s. efficiens, formalis, materialis, & finalis, sciendum est, q̄ quęlibet ipsarum causarum dicitur multis modis. Dicitur enim aliquid causa per prius, aliquid causa per posterius. sicut dicimus q̄ ars, & Medicus sunt causa sanitatis, sed ars est causa per prius, & Medicus per posterius. & similiter in causa formali & in alīs causis. Et nota q̄ semper debemus ducere quęstionem ad causam primam, vt si quæratur, quare iste sanus. Respondendum est, q̄ Medicus sanauit eum, & & iterum quare Medicus sanauit eum: propter artem sanandi quam habet. Sciendum est etiam q̄ idem est dictum, causa propinquior, quod causa posterior, & causa remota, quod causa prior. Vnde istæ duæ diuisiones causarū, aliqua per prius, aliqua per posterius, & causarum aliqua propinqua, aliqua remota, idem significant. Hoc autem obseruandum est q̄ semper illud quod vniuersalius est, causa remota dicitur: quod autem specialius causa propinqua, sicut dicimus, q̄ forma hominis propinqua est sua definitio, scilicet animal rationale, sed animal est magis remotum & iterum substātia remotior. Omnia enim superiora sunt formæ inferiorum. & similiter materia idoli propinqua est cuprum, sed remota est metallum, et iterum remotior corpus.

Perfectum & imperfectū i idem nequaq̄ coincidunt.

Propiqua ac remota causa quo dicat.

Item causarum, alia est causa per se, alia per accidēs. Causa per se dicitur, quæ est causa alicuius rei inquātum huiusmodi, sicut ædificator est causa domus, & lignum materia scamni. Causa per accidens dicitur illa, quæ accidit causæ per se. sicut dicimus q̄ Grammaticus ædificat. Grammaticus enim dicitur causa ædificans per accidens, non inquantum Grammaticus, sed inquantum accidit ædificatori, q̄ sit Grammaticus. & similiter est in alīs causis. Item causarum quædam est simplex, quædam composita. Simplex causa, quando, solum causa dicitur illud, quod per se est causa. vel solum id, quod per accidens est, vt si dicamus ædificatorem esse causam domus, et similiter si dicamus Medicum esse causam domus. Cōposita aūt causa est, q̄ vtraq; dicitur cā. vt si dicamus ædificator medicus est cā domus. pōt etiā dici cā simplex ſm q̄ exponit Auic. illud, quod sine adiunctione alterius est cā. sicut cuprum est cā idoli sine adiūctione alterius materiæ. ex cupro. n. fit idolum, & sicut dicitur q̄ Medicus facit sanitatē, vel q̄ ignis calefacit. Cōposita aūt causa est, q̄ si oportet plura aduenire ad hoc q̄ sit causa. sicut vnus homo non est causa motus nauis, sed multi. & sicut vnus lapis nō est materia domus, sed multi. Item causarum quędam est actu quædā potētia. Causa in actu est quę causat actu rem: vt ædificator dum ędificat. vel cuprum cui ex eo fit idolum. Causa in potentia est, quæ licet non causet rem in actu, potest tñ causare, sicut ædificator non q̄ ędificet, sed quia potest ædificare, & cuprum dum non est idolum. Et sciendum, q̄ loquendo de causis in actu, necessarium est cām & causatum simul esse, ita q̄ si vnum sit, &

Causa per se, & per accēs.

Cāsum alia simplex, alia composita.

Causarū quæ dā actu, quædā potentia, politaq; cā in actu ponit esse i actu

alterum. Si enim sit ædificator in actu, oportet ꝙ ædificet. & si sic ædificatio in actu, oportet ꝙ sit ædificator in actu sed hoc non est necessarium in causis quę solum sunt in potentia. Sciendum est autem, ꝙ causa vniuersalis comparatur causato vniuersali, & causa singularis comparatur causato singulari. sicut dicimus ꝙ ædificator est causa domus, & hic ædificator, huius domus. Sciendum est etiam ꝙ loquendo de principijs intrinsecis, ſ. materia & forma secundum conuenientiam & differentiam principiatorum, & conueniẽtiam & dr̃iam principiorum, quædam sunt idem numero, vt Socra. & hic homo demonstrato Socr. quædam sunt diuersa numero, & idem specie sicut Socr. & Plato, qui licet differant numero, conueniunt tñ in specie humana. Quædam vero differunt in specie, sed sunt idem genere, sicut homo & asinus conueniunt in genere animalis. Quædam vero non sunt diuersa in genere, sed sunt idem solum ſm Analogiam. sicut substantia & quantitas, quæ non conueniunt in aliquo genere: sed conueniunt solum ſm Analogiam. Conueniunt enim solum in eo quod est ens. ens autem non est genus, quia non prædicatur vniuoce, sed analogice. Et ad huius intelligentiam sciendum est, ꝙ tripliciter aliquid prædicatur de pluribus, ſ. vniuoce, æquiuoce, & analogice, vniuoce quidem prædicat̃ aliquid ſm idem nomen & ſm rationem eandem, i. definitionem, sicut animal prædicatur de homine & asino. vtrunq; n. dicitur aſal, & vterq; est substantia animata sensibilis, quod est definitio animalis. Æquiuoce prædicatur quod prædicatur de aliquibus ſm idem nomen, & ſm diuersam rõnem, sicut canis dr̃ de latrabili & de sydere cœlesti, qui cõueniunt in nomine, & non in definitione neque significatione. Id enim, quod significatur per nomen, est definitio sicut dicit Quarto Meta. Analogice dicit̃ prædicari quod prædicat̃ de pluribus, quorũ rõnes & definitiones sunt diuersæ, sed attribuũtur vni alicui eidẽ. sicut sanũ dr̃ de corpore aſalis, & de vrina, et potione. sed non ex toto idẽ significat in oĩbus tribus. Dr̃ enim de vrina, vt de signo sanitatis: de corpore. vt de subiecto: de potione, vt de causa. sed tñ oẽs istæ rationes attribuuntur vni fini, ſ. sanitati. Aliqñ. n. ea, quæ cõueniunt ſm analogiam & proportionẽ & cõparationẽ, attribuunt̃ vni fini, sicut patuit in prædicto exemplo sanitatis. Aliqñ vni agenti. sicut Medicus dr̃ de eo, qui operatur per artem, et de eo qui operatur sine arte, vt vetula, & etiã de instrumentis, sed per attributionem ad vnum genus, quod est medicina. Aliqñ autẽ per attributionem ad vnũ subiectum, vt ens dr̃ de substantia, quantitate, qualitate, & alijs p̃dicamẽtis. Nõ enim ex toto est eadẽ rõ, qua substantia est ens, & qualitas, & oĩa alia. Sed oĩa dicuntur ens ex eo ꝙ attribuũtur substãtiæ, quæ est aliorum subiectũ: & iõ ens dr̃ p prius de substãtia, & per posterius de alijs: & iõ ens non est genus substantiæ & aliorũ p̃dicamentorũ: quia nullũ genus prędicat̃ ſm prius & posterius de suis spẽbus, sed ens prædicatur analogice. & hoc est quod dicimus, ꝙ substantia & quantitas differunt genere, sed sunt idẽ ſm analogiam. Eorum ergo, quæ sunt idẽ numero, etiam forma & materia sunt idem numero. sicut Tulĺ, & Ciceronis. Eorum autem, quæ sunt idem specie diuersaq; numero, materia & forma non sunt eadem numero, sed specie, sicut Socratis, & Platonis. & similr eorũ, quæ sunt idem genere, principia sunt idẽ genere, vt aſa & corpus asini, & equi differunt specie, sed sunt idẽ genere. & similiter eorum, quæ conueniunt ſm analogiã, siue proportionem tñ principia quidẽ sunt eadem ſm analogiam tm̃, siue proportionem. Materia enim & forma & priuatione, siue potentia & actus sunt principia substantiæ, & aliorum generum. tñ materiæ substantiæ, & quantitatis, & formę, similr et priuatio differũt genere, sed cõueniunt ſm proportionem solum in hoc, ꝙ sicut materia substãtiæ se habet ad substãtiam in ratione materiæ, ita se habet materia quantitatis ad quantitatem, sicut tñ substantia est cæterorum causa, ita principia substantiæ sunt principia omniũ aliorum.

Tripliciter aliqua de aliquibus prædicantur vniuoce, equiuoce & analogice.

F

G

H

Libelli de principijs rerum naturalium finis.

S. THOMAE AQVINATIS
DE NATVRA MATERIÆ
LIBER VNVS.

Quòd materia prima non potest, nisi per creationem in esse produci: & quòd ipsa est primum subiectum in generatione Physica. Cap. 1.

DOstquam de principijs sermo habitus est, remansit plenius naturam materiæ considerare. Sciendum est ergo, ꝙ ad materiã causalitas creaturæ non se extendit, quia actio creaturæ super aliud fundatur. materia autem non habet subiectum aliquod, de quo per actionẽ educi possit: quia materia non est materia, vnde materia non est generabilis, nec corruptibilis. quia omne quod generatur ex materia generatur. & quod corrumpitur in materiam corrũpitur: quia materia est principium primum, ex quo aliquid fit, & vltimum, in quod abĳt quod corrumpitur, ſm Philosophum primo Physi. Vnde ipsa non nisi ex nihilo producitur, et nõ nisi in nihilum desinere potest. Sicut autem ex nihilo creatura non potest aliud producere, ita ex subtractione virtutis creatæ corrumpitur aliquid in nihilum. Creatura ergo materiam causare non potest. Et quia omne agens Physicum mediante instrumento corporeo agit, actio autẽ quę per corpus exercetur motus est, ideo omnis actio agentis Physici in motu est. motus aũt in mobili est, vt in subiecto. sicut dicitur. 3. Physi. Materia autem mobilis non est: quia in omni eo quod mouetur, necesse est materiam imaginari, vt dicitur. 2. Metaphysicę. Omne enim mobile habet partem & partem: materia autem non habet partem, nisi sub quantitate: Subiectum ergo actionis Physicæ erit mobile inquantum actu existens. Vnumquodq; vero mobile mouetur motu proprio per qualitatem sibi inhærentem, quæ est sibi principium paſsiuum sui motus, cuiusmodi sunt grauitas & leuitas, in motu locali. his enim qualitatibus inest virtus generantis ad motum localem in istis inferioribus. Inde est, ꝙ quandoque hæ qualitates dicuntur principia actiua motus, inquantum sunt instrumenta generantis: quod est mouens principale grauium & leuium: quandoq; vero paſsiua, inquantum sunt effectus generantis. Effectus enim rationem paſsiui habet. quia per paſsionem subiecti efficitur, de quo educitur. Quædam enim agentia nõ solum proprios effectus causant, sed etiam simul sua instrumenta: vt generans ignem, non solum causat motum eius, sed ad motum eius facit leue in igne. Vnde leue quandoq; actiuum, quandoq; paſsiuum principium motus dicitur. Hæ autem qualitates mobilium, non possunt esse qualitates primæ: quia solum ordinantur ad ea, quæ sunt extranea rei, ad motum, scilicet localem, per quem nõ acquiritur rei aliqua forma substantialis. & ideo necesse est aliquas formas præcedere in re, quæ sunt instrumenta generantis in acquisitione formæ substantialis. Hanc enim necesse est præcedere omnem motum localem ipsius: quia motus localis requirit quantitatem in mobili, & partem & partem. Forma autem substantialis omnem quantitatem præcedit, actio autem generantis in productione formæ substantialis est alteratio: cuius terminus est spoliatio materiæ a forma prioris, & inductio nouæ formæ. & sic corruptio vnius est generatio alterius. Quoniam ergo alteratio est actio Physica: actio autem Physica per instrumentum corporeum perficitur vt dictum est: & omnis talis actio per motum exercetur, ideo alteratio, cuius terminus est generatio, requirit subiectum actu existens vt mobile, graue, vel leue. Alteratio autem motus est, vt dicitur Quinto Physic. Quia ergo in termino cuiuslibet motus quædam quies inuenitur secũdũ naturam ipsius motus, vt in motu locali est quies ſm locum terminans ipsum motum. in motu autem dealbationis, quies est ipsa albedo terminans ipsam dealbationem,

bationem, ideo in fine dealbationis quies est inductio formæ substantialis. Alteratio ergo per quã spoliatur materia priori forma, in se requirit subiectũ actu existens: quia ipsa motus est, vt dictum est. In suo autem termino nõ requirit subiectum actu existẽs. terminus aũt eius est generatio. Vnde generatio nõ requirit subiectum: nisi in potẽtia tm̃. Hoc aũt solum manet in generatione: quia subiectum necessario manet cum eo, cuius est subiectum. Qm̃ ergo generatio non est motus, sed mutatio. vt dicitur Quinto Physi. cũ generatio sit terminus actionis Physicæ, ſ. alterationis quæ propter naturam motus requirit semper subiectũ actu existẽs: materia quę est subiectum generationis nunquã est sine forma. ideo agens, in cuius actione non oportet præcedere aliquem terminũ actionis potest ex materia aliquid educere sine alteratione aliqua: siue ex nihilo: siue aliquo motu prę supposito. Actio nãq; sua, cum non sit motus, neq; terminus motus ens in potentia tm̃: transmutare potest subito sine vlla alteratione præcedente. quia tps non requiritur, ꝙ mẽsuret actionem rei naturalis, nisi propter motum adiunctum. Vnde non foret necessariũ materiam vniri formę per actionẽ diuinam, cui subĳceretur forma vnita: sed p actionem physicam, quæ non attingit ens in potentia tantum: sed in suo termino: vbi cessat motus. Ex termino ergo actionis physicæ sumi potest via ad naturam materiæ inquirendam, sicut facit Philosophus in Primo Physi.

Qualiter per mutationem formarum deuenitur in cognitionem materiæ, & secundum quam rationem materia est principium indiuiduationis. Cap. 2.

COnsyderandum est ergo, ꝙ terminus actionis physicæ est duplex, ſ. primus & secundus. Primus est generatio, quæ est terminus alterationis physicę. Secũdus vero est forma, quæ est finis generationis: licet non semper vi generationis inducat̃ forma, quæ est finis generationis: sicut patet de anima humana, quæ non introducitur per agens physicum. vnde primus terminus actionis physicæ in generatione humana est dispositio sufficiens ad introductionem animæ, quæ a Philosopho dicitur generatio in Secundo Phy. quia homo generat hominem & Sol. Proprie vero generatio est, quando forma ex natura generantis generato adiungitur: quod fit, quando principium actionis non excedit modum agendi in nulla sua virtute sicut patet de omnibus formis materiæ immersis. Tales enim formæ non secũdum aliquid sui sunt principium agendi, quasi aliquid sui sit nõ immersum materiæ, aliquid vero ĩmersum. sed omnino sunt principium actionis rerum, quarum sunt forma: ideo ex vi actionis fit aliquid simile in specie in genere talium rerũ. Sed anima hominis excedit modũ actionis suæ, et generationis: quia anima hominis non est forma materię penitus immersa: Generatiua enim potentia hominis non est tota virtus animæ humanæ: sed vna pars eius, quæ conditiones materiæ non excedit: & ideo in generatione hominis non attingitur ad idem specie ex vi generationis, sicut in alijs. Quantuncunq; enim materia secũdum naturam disponatur ad animam humanam: Deus tamen posset eam non creare. Ex generatione ergo, quę est primus terminus actionis physicæ, accipi potest, quæ sit natura materiæ. Cũ enim non requiratur aliud subiectum actu in actione physica, nisi propter motum: sicut de alteratione dictũ est: & subiectum necesse sit manere in toto motu. sequitur necessario, ꝙ quandiu est aliquid de natura alterationis & motus, subiectum esset in actu. Cum vero motus alterationis deficit: deficit subiecti actualitas. hæc autem est in eius termino, qui est generatio. vnde in generatione necessario tota actualitas subiecti alterati peribit. Solum ergo ens in potentia manet in generatione. Ens autem in potentia est materia solum. & ideo materia nuda est subiectum generationis. Cum ergo materia impediat cognitionem. & vnũquodq; non cognoscatur, nisi secundum ꝙ est actu: vt dicitur. 9. Metaphysi. ideo materia non est scibilis, nisi in ordine ad formam, vt dicit Philosophus Primo physi. ideo formã per prius oportet cognoscere: & per eam requirere naturam materiæ. Forma enim est terminus actionis physicæ, vt dictum est. Sciendum est ergo, ꝙ in termino cuiuslibet motus nihil est in isto, quòd per motum derelinquitur, sicut in termino motus localis nihil est de loco a quo incipit motus localis, & in termino dealbationis nihil est de nigro, a quo incipit dealbatio. Cum ergo alteratio ab actu formæ substantialis incipiat: & ipsum compositum alteretur alteratione materiæ ad denudandam ipsam ab omni actu quem prius habebat, vt dictum est in termino eius nec essario denudabitur ab actu primo quem habebat. Primum enim in cõstitutione est vltimum in resolutione. Hoc autem est actus formæ substantialis. Quod ergo manet derelictum a forma substãtiali, hoc est materia: quia per actionem creaturæ non deuenimus in nihil, vt dictum est. Sic ergo per formam cognoscibilis est materia.

A

B

C

D

Quòd tria sunt genera formarum. Cap. 3.

SCiendum autem, ꝙ tria sunt genera formarum. Quædam enim est forma, quæ est ipsum suum esse, & non recipitur ab aliquo priori: nec cõmunicatur alicui posteriori: & talis forma est Deus, & ideo ipse solus est infinitus absolute. Aliæ vero sunt formæ, quæ licet non sint receptę in materia: tamen non sunt ipsum suum esse: cum in eis cadat compositio essentiæ & esse. & ideo ex vna parte sunt finitæ: & ex alia infinitæ. Finiuntur enim secundum suum esse sursum terminatum ab alio, sed non deorsum cum non rẽcipiantur in aliquo inferiori. Et hæc est doctrina Cõmẽtatoris in lib. de Causis. Aliæ autem sunt formæ, quæ vndiq; sunt finitæ: quæ & esse aliunde habẽt quod est commune omni creaturæ. & nihilominus recipiũtur in aliqua materia. Inter quas tamẽ est magna differentia: quia quãto minus in materia immerguntur: tanto minus finiuntur. & ideo anima humana quodammodo est omnia, vt dicitur. 3. de Anima. Eo enim ꝙ non immergitur materiæ, sicut aliæ formæ, remanet in ea quædam infinitas. Vnde intellectus ad plura se extendit: sensus vero ad pauciora: nec propter hanc maiorem eius extensionem spargitur ad multa. sed magis vnitus remanet in acceptione plurium intelligibiliũ ꝗ̃ sensus in paucis sensibilibus: & hoc est propter vnitatem maiorẽ medĳ, per quod ipsa cognoscit, quod est magis vnũ, ꝗ̃ mediũ quo perficitur sensus cognitio. Ex his ergo constat & manifestum est ꝙ formæ in se acceptæ vnitæ sunt, & non dispersæ. Cum vero in materia recipiuntur, et ei immerguntur, patiuntur diuisionem in sui natura. & ideo cum species formam sequatur; in formis separatis a materia non est differentia suppositorum, vel multitudo in eadem specie: seu ratione formali. sed quodlibet suppositũ vnitę colligit in se totam suam speciem. In formis vero in materia receptis vna species reperitur in multis suppositis, sed hoc non est a natura materiæ qualitercunq; acceptæ: cũ materia sit de natura specierum in rebus materialibus, sed hoc est per receptionem formæ in materia, ſm quod est subiectum primum. Cum enim subiectum in aliqua specie, seu aliqua pars subiectiua sit prima substantia, quæ indiuiduum dicitur: illud quod tenet rationem primi subiecti est causa indiuiduationis, & diuisionis speciei in suppositis. primum aũt subiectum est, quod in alio recipi non potest: & ideo formæ separatæ: eo ipso ꝙ in alio recipi nõ possunt habent rationem primi subiecti. & ideo seipsis indiuiduantur. Et, cum in ipsis non sit, nisi forma, est in eis forma ſm rationem formæ. & ideo cum in eis sit idem suppositum: & forma ex quo seipsis indiuiduantur, inquantum habent rationem primi subiecti ad multiplicationem suppositorum multiplicatur in eis forma ſm rationem formæ secundum se, & non per aliud, quia non recipiuntur in alio. Omnis enim talis multiplicatio multiplicat speciem. & ideo in eis tot sunt species, quot sunt indiuidua. In alijs vero formis, vbi est multitudo formæ per receptionẽ in alio quod habet rationem primi subiecti: & non ſm rationem formæ manet eadem species in diuersis suppositis. Hoc autem recipiens est materia non qualitercunq; accepta, vt dictum

est eē ipsa sit de intellectu Physicæ speciei: sed ſm quod habet rōnem primi subiecti: & signatio eius est esse sub certis dimensionibus, quę faciūt esse hoc, & nūc ad sensum demōstrabile. Ad hanc igitur diuisionē formæ non requiritur in materię dimēsio aliqua interminata. Materia enim est principium indiuiduationis, vt est primum subiectū, vt dictū est & solum sic. Quandiu enim manet aliquid vlterius recipibile, nō inuenitur vltimum, quod in nullo natum est recipi, si autē sint diuersiones interminatę, necessario erit in materia, vt in subiecto. Materia aūt cum tribus dimensionibus nō est primū subiectum, sed ſm se, & in natura sua, per quē modum nō pertinet ad naturā speciei: sed prout est in acceptione intellectus, cuius est determinationem, seu intētionem speciei percipere. Cum ergo forma recipitur in materia circūscriptis omnibus per intellectum dimēsionibus, fit aliquid existens in genere substantiæ, & vltimum completam habens rōnē indiuidui in substantia. sed nō fit hoc, et nunc demonstrabile sine dimensionibus determinatis et certis, quas habere necesse est. eo ꝙ forma recipitur in materia: cū impossibile sit eam recipi in materia, quin constituatur corpus substantiæ, sub cuius propria figura sunt dimēsiones ipsę, & ideo dicitur ꝙ materia sub certis dimensionibus est causa indiuiduationis: nō ꝙ dimēsiones causent indiuiduum: cum accidens nō causet suum subiectū: sed quia per dimensiones certas demonstratur indiuiduum hoc, & nunc, sicut per signum ,pprium indiuidui, & inseparabile.

In quo ponitur opinio Commentatoris, de dimensionibus interminatis, et reprobatur. Cap. 4.

EX dictis ergo patet, ꝙ Auer. errauit in libro de Substātia orbis, pōnendo dimensiones interminatas præesse in materia. & hoc necessario ad productionem formarum substātialium. Cuius ratio distissima est de diuisione: quia diuersæ formæ non possunt recipi in eadē parte materiæ: nec materia habet partem & partē, nisi per quantitatē, nec potest quantitas terminata intelligi, nisi præcesserit forma substantialis. ideo dicit Philosophum posuisse dimēsiones interminatas necessarias ad cōstitutionem rerum naturalium: & has præexistere in essentia materię, quę in aduētu formæ substantialis terminantur. Essentia vero materiæ dicit spoliari non posse his dimensionibus: aliter non fieret de corpore corpus: & de dimensionibus dimēsiones, quod ipse pro conueniēti habet. Si vero est aliqua forma, quę nō diuiditur per materię receptionem, sicut forma cœli, nō est necesse ponere tales dimēsiones. & ideo dicit Auicen. errasse: quia non posuit tales dimensiones. sed voluit primum, quod ineſt materię, esse formam substātialem. & ideo multa incōuenientia sequunt ex dictis Auic. ſm Cōmen. quia sic nō diuideretur forma per materiam: nec reciperet in materia, nisi forma vna tantum: & illa duraret in ea perpetuo. Hæc est opinio Auer. de dimensionibus interminatis: contra quam rationes ponere necesse est, vt verus modus generationis rerū inueniatur. Posterius vero, quomodo impossibile, et incōueniēs est ponere dimēsiones interminatas ostēdetur. sic enim credimus intentionē nostram posse impleri. Arguiſ itaq; sic. Prędictę dimēsiones, quę essentialiter quātitates sunt, & si non actu ad genus quantitatis pertineant: aut sunt eductæ de potentia materiæ ei subiectæ: aut non: si sunt eductæ de potentia materiæ, ergo prius ibi non erāt in materia, nisi in potentia materiæ per modum aliquorum, quę de potentia materię educūtur. Spoliari ergo potest materia talibus dimensionibus: cuius contrarium ipse dicit. et iterum quod deducitur de potentia materię educi per trāsmutationem materiæ. Non autem est transmutatio in materia, nisi transeundo de potentia materiæ in actum formæ substantialis. oportet igit tales dimensiones sequi inductionem alicuius formæ substantialis in materia: sed omnes dimensiones quæ sequuntur formā, sunt terminatæ ſm eundem. igitur non erunt dimensiones interminatę eductæ de potentia materiæ. Si vero nō sunt eductę de potentia materiæ, non erunt tū duo principia in constitutione rerū naturalium: materia. s. & forma, sed ēt tertiū. s. dimensiones prædictę. Omne enim quod manet, et non fit ex aliquo, necesse est esse principium, vt dicitur Primo Physi. Et iterum accidentia habent aliqua alia principia a principijs substātię. s. dimensiones prædictas, quod ipse Cō. habet pro se dicēs dimēsiones terminatas fieri ex interminatis. Præterea illę dimēsiones interminatæ, aut distinguūt partes materiæ abinuicē, aut nō. Si distinguunt, cum oīs distinctio fit ab aliquo actu materia haberet distictas partes actu: & nō ab aliqua forma substātiali: quod est impossē: cū materia nō habeat esse, nisi a forma substantiali. Si vero non distinguunt, nisi in potentia ad nihil, ponunt in materia: quia in materia nuda est potētia ad distinctionē partiū, quā acquirit introducta forma: quod est totū cōpositum ex diuersis partibus. Præterea in substantijs prius est intelligere essentias rerum, ꝙ esse earum: sicut recipiens prius est recepto naturaliter: sed cū accidētia non habeāt esse in suis essentijs: sed per eorum receptionem in suis subiectis, in quibus habēt esse, naturaliter prius est esse, quod habent in suis subiectis, ꝙ essentia in consyderatione sui generis. impossibile est ergo dimensionum essentias intelligere in materia sine esse. Esse aut ē est primum omnium actuum. ergo sine actu non est intelligere dimensiones in materia. Præterea, aut fit vnum ex dimensionibus interminatis, & ex materia: aut nō. Si fit vnū, aut per se, aut per accidens. non per se: quia tūc ex subiecto, et accidente fieret vnum per se: quod est cōtra Philosophū. Si per accidens, cum omne per accidens ad per se habeat reduci, ergo oportet præexistere aliqua, ex quibus fiat vnum per se. hoc autem non est nisi compositum ex materia et forma substantiali. necessario ergo præexistit forma substantialis quibuscunq; dimensionibus. Si non fiat vnum ex materia, & talibus dimensionibus: tunc esse accidentis connumerabitur illi, in quo est: quod est impossibile, nisi essent duo distincta abinuicē: non ergo erūt dimensiones interminatæ in materia ante formā substantialem. Præterea omne quod pertinet ad genus aliquod: aut est contentum in illo genere: vt est species, vel genus: vel indiuiduū: vel est reducibile in illud genus, vt principium reducitur ad genus principiati. & priuatio ad genus sui habitus, & pars ad genus sui totius. Prædictæ autem dimensiones non sunt in genere quātitatis, vt species, vel indiuiduum: cum omnis species sit denominata, seu determinata respectu sui generis, et indiuiduū respectu speciei: nec sunt in genere quantitatis, vt principium est in genere sui principiati: principiū. n. dimensionū nō est dimensio. Prima enim dimensio est linea, cuius principium est punctus: qui omni dimentione caret: cū partem & partem non habeat. Cum ergo quædam indiuisibilia sint principia omnium dimensionum terminatarum, impossibile est ponere dimensiones interminatas in materia, vt principia dimēsionum terminatarum, nec sunt reducibiles in genere quātitatis, vt priuationes: quia priuationes non habent essentias: illæ autem dimensiones essentię quędam dicūtur. Non reducuntur etiam, sicut partes ad totum. Totum. n. in quātitate habet partes determinatas p certas dimensiones: quantitates autē interminatæ, nō sunt partes alicuius quantitatis terminatæ. Præterea quod habet essentiam, definiri potest, & si esse non habeat: quia definitio indicat essētiā rei. sed in accidētibus impossibile est definitionē assignare: nisi per subiectum, in quo esse habēt, quia esse eorum nō sequitur eorū essentias in proprio genere. Impossibile est ergo ponere essentias accidētium sine esse sui subiecti: materia autem non habet esse sine forma. impossibile est ergo ponere dimēsiones in materia sine forma substātiali. Præterea interminatum aufert certitudinē a quantitate, sed in qualibet re naturali est certitudo quātitatis posita, vltra quā, & citra quā non extenditur consyderatio physica, ſm Philosophū. 2. de Anima (vnde nec de materia loquitur Philosophus, cum accipitur aliquid citra minimam carnem. vt patet Primo Physi, sed est tantum metaphorica, siue intelligibilis: quia cum de ea loquitur Philosophus accipit eam in ordine ad formam physicam, quæ est semp terminata) de dimēsionibus ergo interminatis nihil ad naturalem spectat. Ipse tamē Commenta. dicit Philosophum

phum eas inuenisse, non consyderās ꝙ Philosophus extendit consyderationem suam vsq; ad mathematicā, tanquam ad terminum non sui generis. Vnde dimensio interminata excluditur a consyderatione physica: et nō includitur in ea.

8.° Præterea ſm Philosophum, primo Phy. si generatur homo, de necessitate generatur homo animal ex nō hoc aīali: & non ex non aīali simpliciter. Sed si generaretur aīal simpliciter, de necessitate generaret ex non aīali simpliciter. Et hoc est sufficiens ratio, ad ostendendū res a Deo esse productas ex nihilo, cum sit cā entis absolute, quod necessario erit ex non ente simplr, hoc aūt est nihil. Cum ergo dimēsiones simpliciter sint dimensiones terminatæ, & perfectę: necessario erunt ex non dimensionibus simpliciter. Hoc aūt est nihil ante dimensiones. & hoc ipse Commenta. pro inconuenienti habet. 9.° Præterea principium omnium dimēsionū est punctus. vnde in definitione lineæ, quę est prima dimēsio, pūctus ponitur: Linea. n. est, cuius extrema sunt duo pūcta, vt dicit Euclides. Impossibile est aūt ponere rē aliquā, & non rei principiū. impossibile est igitur linea sine pūcto poni. Punctus aūt sicut est principium lineæ, sic est eius terminus, vt patet per definitionem lineę. impossibile est ergo dimensionē interminatā ponere: cum nulla possit esse sine puncto. Punctus aūt interminatus non est, cū ipse sit terminus aliarū dimensionū. ergo interminatus non est: nec esse pōt. 10.° Præterea, cum dimensio interminata, fiat terminata per introductionē formę: ipsa aūt dimēsio interminata, aut est in materia, sicut in subiecto: aut in compolito. Sed in materia nō potest poni, cū nihil sit immediatius materię, cui forma substantialis, nec iterū foret hęc dimensio mēsura ipsius compositi, sed materię tantū: quantitas enim solum est mēsura sui subiecti: & hoc est falsum: Nec erit in ipso composito: quia, cum terminatum & interminatū nō varient essentiam dimēsionum: idē accidēs per essentiā mutaretur de subiecto in subiectū: aliud enim est ipsum compositū. et aliud materia nuda: Ex dictis ergo manifestum est, ꝙ dimensiones interminatas in materia ponere, & præcedere omnem formam substātialem est impossibile: nisi intellectu tantū: sicut ponunt mathematici. Sed de hoc posterius erit sermo.

Qualiter res naturales generantur generatione Physica ex materia, & de modo constitutionis rei. Cap. 5.

NVnc vero restat modum cōstitutionis rei consyderatæ. Vbi primo attendendum est, ꝙ nihil est cōe penitus formæ, & priuationi, nisi materia nuda: quia terminus actionis physicæ. s. generatio attingit nudā essentiā materiæ: quia generatio non est motus, vt dictum est. Alteratio enim nō attingit nudam essentiā materiæ: cū nullū accidens sit præter suum subiectum. Subiectum aūt alterationis est ens actu habēs diuersas partes: quia alteratio motus est, qui requirit diuersitatē partiū. Nos. n. loquimur de ea, quæ semper est abīciens aliquid a re alterata. talis. n. alterationis terminus est generatio. Materia aūt habere diuersas partes ſm se est impossibile: quia diuersitas partiū proprie est ipsius cōpositi constituti ex partibus diuersis. vnde materia, sicut est in potētia ad formam: cuius acquisitio est generatio compositi ex partibus constituti, ita est in potentia ad diuersitatē partium ipsius cōpositi ex ea generati. Ex materia. n. non generatur forma per se, ſm Philosophum, quia illud ex quo generā aliquid per se est pars eius: materia autem non est pars formæ, sed ipsius compositi, ideo cōpositū per se generatur, vt dicitur. 7. Meta. Compositū autē dicitur, quod habet diuersas partes. Vnde diuersitas partium non est materiæ, nec formæ, sed compositi. Compositum aūt est nihil aliud esse, ꝙ materiam transmutari ad formam, ad quam erat in potentia. Ex quo manifestum est, ꝙ non aliunde materia est in potētia ad partes terminatas, & distinctas, ꝙ per id, per quod est in potētia ad formam, cuius inductio est generatio cōpositi ex partibus, vt dictū est. Et ex hoc vlterius manifestū est, ꝙ nulla potentia ponenda est a parte materię, nisi illa quæ perficitur per formam substantialē, cū ad idem genus spectent materia, & sua forma. potentia autem, in qua prædicte dimensiones ponuntur, non informatur forma substatiali: cum ad idem genus substantiæ nō pertinent. impossibile est ergo ponere aliquam aliam potentiam ex parte materiæ, respectu formæ substātialis: & respectu diuersarum partium ipsius compositi generati per inductionem formæ in materiam. Et ideo manifestus est error Auerro. qui posuit dimensiones interminatas in materia potentiam quandam ad dimensiones terminatas: aliam potentiam materiæ, respectu formæ substantialis, & de hoc satis dictum est supra. Quando ergo aliqua forma substantialis perficit materiam: sicut potentia materię est reducta per formam ad actum, ita per illud idem esse permutatur ad distinctionem, & terminationem partium totius compositi. In forma enim substantiali non solum est vis perfectiua materię, sed etiam distinctiua totius per partes: & huic necesse est respondere a parte materiæ potentiā quæ respiciat ipsam perfectionem suam per formam, & etiam partium sequentium diuersitatem. Ad cuius euidentiam consyderandū est, ꝙ si tota materia actiuorum, & passiuorum attenditur, inuenitur eius potētia in quadam latitudine esse, quę nihil aliud est, ꝙ amplitudo proportionis suæ ad omnes formas, quæ in ea simul esse possunt. Si enim possibile esset ipsam totā spoliari, & denudari ab omni forma, quam modo habet, certum est ꝙ nihil diuersitatis in ea reperiretur in aliqua partium distantia, cum quantitas sine forma substantiali in materia esse nō possit, vt dictum est. Sed non propter hoc aliquid de potentia receptibilitatis formarū, quę de ea educi possunt: si simul de ea omnes formę, quę modo in speciali inueniuntur per agens sufficiens educerentur. Si vero aliqua particularis materia, puta ignis, vel aeris a sua forma spoliaretur, manifestum est in ipsa non relinqui, tā amplam potentiā ad formas de ea educibiles, sicut inuenitur in materia in sua vniuersalitate. Vnde nec tot formæ sensibiles, nec tanta quantitas de ea educerent per quodcunq; agens sola sua potentia trāsmutata ad actum. Patet ergo, ꝙ diuersę formę simul in materia recipi possunt, vt sunt quatuor formæ elementares, & diuersę formę mixtorū ex amplitudine proportionis materię ad suas formas, & non ex aliqua diuersitate præexistente in materia per aliquam quantitatem. Vnde ad susceptionem diuersarum formarū, si est necesse in materia præexistere aliquā diuersitatem partium: & subsequi necesse est. & hoc ideo: quia inductio diuersarum formarum est generatio diuersorum compositorum habentium partes, & formas diuersas, vt dictum est. Præcedit tamē in materia, necessario proportio capacitatis, quam scire non possumus, nisi ſm ꝙ videmus ī ea simul plures formas, sicut in tota materia: vel vnā tantum, sicut in materia alicuius particularis. Vnde ponere qualemcunq; partitionem a parte materię, quasi necessariā ad inductionem diuersarum formarum simul, & hanc præexistere sequitur imaginationem, quæ ponit formas dari ab extra, quæ cum in se diuersitatem habeant per suam naturam sequi videtur materiam diuersitatē partium habere per naturam quātitatis ad suscipiendas diuersas formas: cum in vna parte recipi non possint. Sed cū formę non educantur ab extra, sed educantur de potentia materię per eius transmutationem ſm Philosophum: materia autem illud, quod est in potentia ad formas substātiales, quæ sunt actus eius: impossibile est quamcunq; partitionem ante formam substantialem in ea ponere: cum inductio formæ sit generatio cōpositi, cuius solum est habere partes p se: materia aūt & forma non habent partes per se, sed tantū per accidens, vnde non diuiditur, nisi per accidens ad diuisionē. s. totius. Ex quo manifestū est, ꝙ priusquā cōpositum constitueretur, nulla partibilitas fuit ex parte materię: cum hoc nō cōpetat sibi, nisi per accidēs. Ex dictis ergo manifestum est, ꝙ ratio Commenta. nō cogit ponere dimensiones interminatas necessario præcedere, vel præesse in materia ad inductionem formarum substātialium diuersarum: cum aliud possit esse ratio sufficiens, vt dictum est. Deceptus autē fuit ex cōsyderatione materię particularis, ad cuius similitudinem locutus est de tota materia. Videmus enim, ꝙ in ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

teria in re particulari habet reperiri duplex totum scilicet totum essentiæ, & totum quantitatis, et istud totum nõ debetur materiæ, nisi per accidens. et similiter est de forma rei particularis. Materia autem secundum totalitatẽ suę essentiæ est in qualibet parte rei, non autem fm totalitatẽ quantitatis: & similiter est de forma rei particularis. Tota enim forma ignis fm totalitatem suæ essentiæ est in qualibet parte suæ materiæ. cum tota definitio ignis, cuilibet partieius conueniat: non autem respiciendo totum quantitatis suæ.

Quantum autem ad formas particulares, sciendum est cp anima humana non est quanta fm se, nec secundum accidens. Per hũc ergo modum opinatus est Auer. ipsam materiam in sua vniuersalitate fm totum essentiæ suæ in qualibet re particulari esse, quę est pars totius ex materia generati. & ideo posuit in ea quantitatem secundum se totam, vt per quantitatem diuersificetur per accidens: & non esse toto totalitate quãtitatis, in qualibet re particulari: in qua tamen esset tota totalitate essentię. Sed cum de materia nõ sit loquendum: nisi in ordine ad formam suam fm Philosophum: manifestum est non esse simile de materia vniuersali: & de materia particulari, sicut non est simile de forma in vniuersali, & in particulari. Forma enim in vniuersali est, quicquid in materia, vel de materiæ potentia potest educi. Manifesta ergo differẽtia: quia forma particularis tota, fm suam essentiam est in qualibet parte materiæ: & materia similiter sub qualibet parte formæ, vt dictum est. Tota autem forma in vniuersali, etiam secũdum totalitatem essentiæ non est in qualibet parte materiæ: alioquin in materia, quæ est sub forma aeris esset essentia formæ ignis, & omnium aliorum, quæ de materia generantur. Vnde necessario propter proportionem materiæ ad formam tota materia in communi fm totum essentiæ suæ, non erit sub forma vnius eorum, quę generantur de materia. Hæc ergo totalitas materiæ est ipsa proportio capacitatis suæ essentiæ ad formam, et non aliqua diuersitas introducta per vllã quantitatem. Sicut enim forma in quadam amplitudine essentiæ consistit, in qua comprehenditur quicquid de materia educi potest: ita fm propriam rationem materiæ corruptibilium inuenit amplitudo capacitatis eius correspondens, vt dictum est. Aliter enim ex materia in qualibet re particulari totum posset generari, quod generatur ex tota materia: quod manifeste est falsum esse, cum ex minimo quod potest esse in genere, nulla alia forma educi possit.

Quid sunt dimensiones interminatæ secundum veritatem. Cap. 6.

NVnc ergo restat ostendere, quomodo possibile sit dimensiones ponere. & quomodo possunt dici interminate. Ad cuius euidẽtiam sciendum est, cp quidam alio modo, & rationabilius eas posuerunt cj; Auer. Dixerunt enim cp forma secundi generis. s. corporis aduenies materiæ, dat materiæ quoddam esse incompletum ordinabile ad esse actu cõpletum: quod aduenit materiæ per vnã aliam formam perfectiorem. Per istam ergo formam incõpletam dicunt in re esse tres dimẽsiones interminatas, quæ postea terminantur ad aduentum alterius formæ perfectioris. Et pro tanto rationabilius dixerunt isti, cj; Auer. quia non posuerũt materiam nudam subiectum aliquarum dimensionum, sed compositum ex materia & forma substantiali. Sed isti iterum errauerunt, quia impossibile est ponere plures formas substãtiales ordinabiles adinuicem in materia: quia materia est in potentia ad formas, quæ de ea educuntur. Si ergo essent plures formæ substantiales ordinabiles adinuicem in materia, forma completior, aut educeretur de potentia nuda materiæ, aut de potentia totius compositi ex materia, & tali forma incompleta. Sed non educitur de potentia totius compositi ex materia & tali forma: quia sicut dictũ est terminus actionis physicæ, s. generatio attingit nudam essentiam materiæ. Cum ergo forma, quæ est terminus actionis sit tantum illius subiecti, quod attingitur per generationem simpliciter, impossibile est, cp talis forma cõpleta educatur de potentia talis compositi ex materia, & forma incompleta. Vnde necesse est, ponentes plures formas ordinatas adinuicem destruere generationẽ simpliciter: & consequenter necesse est ponere oẽs formas preter vnam, scilicet primam esse accidentia. Si autem forma posterior educitur de potentia nuda materię: omnis autem forma substantialis solum illam potentiã informat, de qua educitur. ergo forma, quã dicunt posteriorem non erit perfectio talis compositi, sed materiæ nudæ tantummodo. & sic non erit ordo informis substãtialibus in eadem materia cõmanentibus, & hoc idem dicitur. 7. Metaphy. Sciendũ est ergo: cp omnes dimensiones sunt accidentia, quæ sequũtur materiam in ordine ad formam: quã primo materia nata est induere. hęc autem est forma corporis, quia totam materiam necesse est sub forma corporis contineri. Quod non est intelligendum, cp sit vna creata, vel increata forma corporis, qua prima materia primo informetur: quia secundum Commen. materia prima primam habilitatem habet ad formas elementares, & postea ad formas mixtorum. Ex quo manifestum est, cp eadem est forma corporis simplicis cum forma elementi, & mixti corporis. sed oportet primo, cp per has formas constituat genus corporis: deinde speciem perfectarum. Materia nanq; in quiditate sua indiuisibilis est penitus. ablata enim quantitate substantia manet indiuisibilis, vt dicitur Primo Physi. Sed ex corporeitate, quam sequuntur dimensiones quantitatis in actu sequitur diuisio materiæ, per quam materia ponitur sub diuersis sitibus. & secundum hoc acquiritur in ea diuersę formæ. Ordo enim in situ corporum ostẽdit nobilitatem eorum, sicut ignis est supra aerem. Hæc autem acquisitio formarum nõ ostendit ordinem temporis, sed naturæ. Patet ergo, cp dimẽsiones interminatæ non trahunt originem a quocunq; gradu, quem facit forma ignis in igne, sed solum a primo: nihilominus ignis fm totum est subiectum dimẽsionum, & fm totum etiam mensuratur. & idem secundario inuenitur in formis corporum mixtorum. Sed consyderandum est, cp in mixtis corporibus quædam formæ trahunt de potentia materię, quædam non, vt hominum animæ, quę diuisionẽ nullo modo patiuntur, cum non sint dimensionatę, nec per se, nec per accidens. Formæ. n. quæ nullo modo sunt eductę de potentia materiæ nullo modo dimensionem recipiunt etiã in materia existẽtes. Vnde animæ humanę aliter terminãt ordinem materiæ ad dimensiones, q; formæ, quæ de materia educuntur. Cum enim accidentia inseparabilia oriãtur a principijs rei: in ipsa re cõstituta in actu erunt accidẽtia, vt in subiecto. Si autẽ forma rei sit educta de materia ipsa, quam sequuntur dimensiones, ipsa forma erit (non tñ semper, sed vt in pluribus) dimensionata, & diuisibilis per accidens, sicut est in lapide, & in ligno, in quibus dimensiones redeunt semper supra formam ipsarum rerum. Si vero forma non sit educta de materia, non redeunt dimensiones super formam. & ideo aĩa hominis omnino indiuisibilis est. Patet ergo, cp anima hominis non terminat ordinem materiæ ad formam in acquirendo dimensiones actu, nisi altero modo tantum. s. constituendo eas in actu: & hoc est in hoc homine, in quo sunt vt accidentia in subiecto. Ordo vero materię in acquirendo dimẽsiones non redeuntes sup formam, solum terminatur per formã, quę de ea educitur. Nec propter hoc minus potest aĩa humana, cj; alia forma, quia hoc accidit illi formę, inquãtũ educta est de materia, quod non est de ratione formę, vt forma est: aliter oĩs forma educeretur de materia, quod est falsum. quicquid enim põt forma imperfectior, vt forma est, potest anima humana & amplius. Quia ergo dimensionalitas formę potentiã sonat, & non actum, possibile est ponere ordinem materiæ ad talem formã terminari in potentia: & dimensiones in potentia sequi ordinẽ materiæ ad ipsam formam. Et quia dimẽsio dicit formam propinquam actui, siue ipsi esse, quod per dimẽsionẽ acquiritur, ideo dimensiones sequuntur materiam in ordine ad formã, quę est in maxima propinquitate ad actũ qui est esse. Nec propter hoc erunt diuersæ essentiæ dimensionum in eadem re, quia vnum & idem potest simul esse in actu in vno ordine, & in potentia in alio ordine.

Quomodo

Quomodo dimensiones possunt dici interminatæ: & quomodo eædem manent in generato, & corrupto. Cap. 7.

EX his ergo facile est scire, quomodo dimensionis possunt dici interminatæ. Sicut enim essentiæ rerum terminantur per sua esse, quæ sunt in rebus maxime formalia, ante vero cj; essentiæ dicãtur non consyderantur in actu, nec terminatæ: sic dimensiones prædictę sunt interminatę, antequam dicãtur esse in actu. Et licet actu sint in homine, vt in subiecto, in quo habent rationem mensurandi quod est eis proprium: cum esse actu habẽt, tũ habente esse in potentia: & non sunt actu in illo, ad quod dependent secundum originẽ in subiecto, & vt redeuntes super formas vtroq; modo, antequam ipsum actu fuerit, nec mensurant illud, quia nihil habet propriam mensurã, quod nondũ habet proprium esse. Cum aũt corrumpitur homo, succedit forma dans nouũ esse, & hoc erat forma in ordine, ad quã dimensiones ipse sequebantur, vt ad materiã, vel formam redeuntes. Vnde eædẽ dimensiones sunt in viuo & in mortuo per essentiam, quia idem ordo manet in materia, & ad eandem formã, sed secundum esse actu non manent, nisi in quadã æqualitate. Et idem est de alijs accidentibus, quæ sequũtur mixtionem elemẽrorũ, vt album & nigrum, quę non remanẽt in mortuo, quo ad ipsum esse actu, nisi eorũ similitudo quædam. Essentiæ vero huiusmodi accidẽtium non aliter auferuntur, nisi destructa origine ipsa, cui immobiliter inhærent, & contrahuntur ad esse actu cũ materia, quam sequuntur in ordine prædicto ad formam. vnde homo est homo. & ideo hæc accidẽtia non migrant derelinquẽdo suum subiectũ: quia quod a subiecto acceperunt in subiecti corruptione corrũpitur. Et ideo respectu esse actu posterioris subiecti, a quo etiam ordinem seu originem habent, indeterminatæ erant dimensiones in vno, terminantur aũt, cum acquirunt esse actu talis subiecti, ad quod pendent secundum radicem. vnde sunt propria eius mensura etiam homine mortuo. Ex dictis ergo manifestũ est necesse esse ponere essentiã alicuius formæ in homine sine esse, per cuius naturam dictæ dimensiones manent prædicto modo, de quo in sequentibus agetur. Manifestum est etiam subiecto eodẽ manente, dimensiones eaĩdem manere, & ipso corrupto redigi in materiã eandem, de qua iterum eædẽ numero educi nõ possunt per naturam. Vnde si per naturã eædem specie eductæ essent, non forent aptæ trahi ad esse actu eiusdem animę. si tñ per miraculum educẽtur eædem numero natæ erant ad eundem actum animæ recipi. Ex quo patet, cp idem homo numero resurget: & non alius, cũ omnia sua principia redeant adinuicem eadẽ numero. Anima enim humana simpliciter eadem numero manet post mortem cum plenitudine virtutũ suarum ad perficiẽdum materiam in omni gradu eodem, quo prius eam perficit. Etiam materia maner eadem numero, cum ipsa sit incorruptibilis. Eaĩdem etiã dimẽsiones, necesse est manere in materia, licet non nisi in potẽtia. Aliter agens physicũ eaĩdem numero produceret, quod falsum est. Manẽt ergo in potentia materiæ eædem numero respectu agentis diuini: quia aliter non foret idem numero indiuiduum: cum dimensiones agãt ad indiuiduationem, vt supra dictum est. Et ideo ex eadem materia, & eisdem dimẽsionibus, cum anima eadem resurget idem homo, numero, & non alius.

Quomodo in homine sunt plures formæ secundum essentiam, sed vna tantum secundum esse. Cap. 8.

NVnc restat ostendere, quomodo possibile sit essentiã alicuius formæ ponere in homine, sic quòd ad eam nõ sequatur aliquod esse substãtiale. Hoc enim suppositum est superius. Ad huius ergo euidentiam consyderandum est, cp proprium est substantiæ esse simpliciter. vn de generatio quæ terminatur ad formam siue esse substantiæ, est generatio simpliciter, proprium vero per accidens, est esse secundum quid sicut generatio rei, quę terminatur ad esse rei sub forma accidẽtali est generatio fm quid. Esse autem simpliciter, est esse absolutum nõ dependens ab esse alterius, sicut ei inhærens: licet omnia dependeant a Deo, sicut a causa prima. Sic aũt aliquid continet perfectũ rationem essendi, fm cp perfecta ratio essendi reperitur in eo, vt in substantia, vt dicitur. 6. Metaphys. Ad istud ergo esse absolutum participandum accedunt partes substantiæ, per quod trahuntur ad genus sui totius. Esse vero accidentis dependens est per modũ inhærentis. Vnde accidentia non trahuntur in genus illius, cui inhærent. Ex quo patet differentia inter esse partis alicuius totius, & esse accidẽtis. Esse autem alicuius totius absolutũ aliquando est propriũ effectus Dei. s. quando tota res fm omnia principia sua deducitur ex nihilo ad esse perfectũ: sicut fuit in prima productione rerũ in qua causalitas Dei extendebatur vsq; ad ipsam materiã. quandoq; vero esse est effectus creaturæ. s. quando agens physicum agit ex suppositione subiecti non producens totum illud, quod pertinet ad esse rei, sed formam tantum, transmutãdo materiã ad talem, vel talem formam: ad materiam. n. actio creaturæ non se extendit, vt supra dictũ est. In hoc enim conuenit agens diuinum cum agente physico, quia vtrunq; ad esse absolutũ terminat actionem suã, quod est vltimũ transmutationis, siue simplicis emanationis: licet in simplici emanatione non sit pri⁹ & posterius, nisi fm intellectum tantum. Cum ergo tale esse absolutum sit terminus vtriusq; actionis, vt dictum est, Materia aũt non est esse vt subiecti, quod est esse absolutum: nec etiã formæ materialis cum ipsa nõ sit habens esse, licet sit quo aliquid est, sicut materia est, in quo aliquid est, & neutra actio terminatur ad materiã, vel formã materialem, sed ad esse compositi, cuius est per se, & absolute subsistere. De intellectu enim eius est habere esse, quod non est de ratione & intellectu essentiæ. In tali enim composito necessario est compositio duplex, suppositi. f. & essentiæ, quæ in re materiali differunt necessario, cum indiuiduũ in materialibus multa addat supra naturã specici, quæ essentiam tantum complectitur. & ideo alia est compositio totius rei, sui esse. In rebus vero immaterialibus, creatis tñ, altera cõpositio inuenitur, rei, s. & esse. In ipsis ergo non est essentia habens esse per aliquid, quod realiter a se differat. cum idem sit essentia, & res quæ significatur, vt habens esse. Ideo essentia in eis est, non tanquam principiũ tantum, quo aliquid dicitur esse, sed licet habens esse absolutũ non inhærens. In substantijs vero compositis, & materialibus, in quib⁹ essentia realiter differt a suppposito, essentia nõ habet esse, nisi per suppositum, cuius est esse simpliciter, et absolutũ. vnde essentia in eis nõ est, vt habẽs esse, sed vt reductum ad esse per suppositũ aliquod & indiuiduũ, cuius est habere esse absolutũ, ad quod terminatur actio producentis. Cum ergo forma materialis, sit ad quam non sequitur aliquod suppositum, vel indiuiduum, cuius est habere esse absolutum, ad quod termine tur actio producentis, vt dictũ est: possibile erit ponere formam aliquam substantialem sine esse, sicut possibile est ponere id, quod est principium sine relatione principij, et sine principiato. In immaterialibus vero non est hoc inuenire. cũ in eis non sit essentia, quæ non sit suppositũ. vnde posita essentia in eis necessario ponit esse, quod est suppositũ. Ad constitutionem aũt suppositi materialis, siue indiuidui q;tas terminata requiritur: quæ vbicunq; fuerit, tale indiuiduum necessario erit, cum ipsa sit proprium & inseparabile signum indiuidui, vt supra dictum est. Omnes aũt formę elementares terminatas quantitates requirunt, & diuersas adinuicẽ. Vnde vbicunq; fuerit forma elementaris necessario erit suppositum, cuius est habere esse completũ, et termi natam quantitatem. Vnde formæ elementares non possunt in essentijs suis simul esse in vna re, vt patet libro de generatione, & corruptione. In mixtis aũt rebus, in quibus forma non educitur de materia quantitatis, non sequitur materiã

in or-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ordine ad talem formam: licet esse actu per eam in re habeat, vt dictū est, cum quātitas semper respondeat illi principio, vel redeat in principium, a quo originem sumpsit. Anima aūt hominis non est quanta, nec per se, nec per accidēs, vt dictum est. vnde nō repugnat in tali re ponere essentiam formæ, a qua dependeat quantitas fm originem, siue cum esse, quod se habeat ad illam formam, vt principium ad principiatum. Vnde tali essentiæ formę, ratio actus nō conuenit, sicut nec materiæ, cum esse sit actus cōmunis & primus, nō solum materiarum, sed etiam formarum. Vnde sine esse forma non dicitur actus. Solum enim naturæ substantialis esse in substantijs, impedit duas formas substātiales simul esse in eadem materia, quia esse substātiæ est esse simpliciter. Vnde quod aduenit tali esse est accidēs necessario. Esse etiā substantiæ habet se, sicut vnitas rei, quia vnū & ens conuertuntur. Vnde vna res non potest habere duo esse substantialia, nisi amittat vnitatem suam. Vnde in re cōposita ex substantia, & accidente non est vnitas, nisi fm quid. Nihil ergo contradictionis substinebimus, si posuerimus in re aliquas formas, ad quas tū non sequatur esse simpliciter. Solū enim per naturā ipsius esse simpliciter, quod substantia reperitur simpliciter, impeditur pluralitas formarum substantialium eiusdem rei. Vnde certum est, & a Philosophis ostensum, cp impossibile est plura esse substantialia in vna re ponere, sed solū forma, ad quam esse sequitur, in re ipsa ponitur. aliæ vero ei non connumerantur.

Quomodo autem hoc intelligi possit diligēter consyderandum est in rerum progressu. Sciendum est igitur, cp materia est in potentia ad omnes formas, quæ de ea educi possunt. Vnde quanto ad plures earū simul accedit, tanto plus perficitur eius potentia. & ideo in elemētis materia est minime perfecta, quia solū vnica forma vnius elementi perficitur simul. & si quandoq; virtus formæ alterius elementi sibi adsit, hoc non est per modū manentis sed per modum alterantis, sicut patet quando calor ignis agit in aerem ad inductionem formæ ignis. In corporibus vero mixtis magis perfecta est materia. Ibi enim cū vna forma mixti, quæ dat esse sunt omnes formæ elementorum, virtute tū, & nō in essentia, quia quelibet illarū requirit debitā quantitatē, & terminatā, vt dictū est. Vnde cum vnum sit suppositum mixti, & esse vnū, vna est forma eius. Supposita aūt mixta quædā sunt animata, & præcipue homo cuius forma non producitur ex materia dispositā per qualitatē mixti. Vnde conueniens est vt in animatis sint essentiæ aliquarū formarum sine esse. Hoc enim est propinquissimū, in quo anima ta possunt transcendere simpliciter mixta, s. perficiendo suā materiam in acquisitione plurium formarū simul, sicut videmus cp alio modo fit simplex ex mixtis, & alio modo ex materia prima, in qua nihil est de actu formæ educendæ, anteq̄ fiat, sicut in ære non est aliquid de forma phialæ, anteq̄ phiala fiat, & in ligno similiter nihil est de lecto anteq̄ fiat. Sic enim se habet materia prima ad ea, quæ ex ea fiunt, sicut se habet argentum ad statuā, et lignum ad lectū, vt dicitur Primo Physicorum. in mixto vero manent formæ miscibilium secundum virtutem, secundum Philosophum. virtus aūt ad actū pertinet. & ideo in mixto est vnde agatur ad generationem alterius miscibiliū, secundum quod virtus vnius miscibilium vincit proportionem, in qua saluatur forma mixti, vnde corrupto mixto generatur corpus simplex. In hac nanq; transmutatione fit spoliatio omnium, quæ erant ipsius mixti, nec aliquid manet, nisi materia prima tantum, sed in generatione ipsius mixti nō fit spoliatio simplicium vsq; ad materiam primam: aliter virtus simplicium nō manerent in mixto: nunc autem manent. vnde non est corruptio simpliciter, per quam fit generatio composita: cum elementa non corrumpantur penitus sicut dicitur Primo Meteororum: quia eorum est mixtio, quorum est separatio, non enim miscētur, nisi ea quæ apta sunt p̄ se existere. Idem. n. est de materia dispositā per aliquam alterationem factam circa ipsam, & de mixto. tunc enim virtus formæ inducenda est in ea potentia. Vnde potentia sua non est iam adeo remota ab actu formæ, sicut ante alterationem. Ante nanq; alterationem ipsa materia erit in potentia remota ab actu. Inchoata vero alteratione incipit potentia appropinquare actui, sicut vincente altero miscibilium appropinquatur ad actum simplicis elementi. Cum vero alteratio magis, ac magis intēditur, plus, et plus ad actum acceditur. vnde completa alteratione materia est in actu constituta. Alia igitur est potentia materiæ nudæ, & nondū alteratę, a potentia mixti, in qua est virtus alterativa. Vnde hæc est propinquior actui, quàm illa, & perfectior, quia magis procedit ad suum actum. Si igitur foret in mixto forma elementi simplicis, quod est impossibile, sicut supra ostensum: statim vnico virtutis suæ actu foret per se existens. Esse enim est propinquissimū essentiæ formæ, licet abinuicem differant in materialibus. Ideo licet propinquior sit potentia materiæ, in qua sunt miscibilia in mixto actui suo, quàm potentia materiæ nudæ, in qua nihil de actu est: alteratione tamen indiget, ad hoc, quod hæc potentia actui suo coniungatur. Vnde miscibilia in mixto tunc sunt in potētia, maxime appropinquata actui, quando mixtum est in optima sui proportione. Sed tunc maxime elongata sunt ab actu suo in tali genere, non tamen tantum distant, sicut potentia materiæ nudæ. Potentia autem, in qua sunt partes organicæ ad esse per se est in maiori propinquitate ad esse seorsum, quā sit potentia ipsius mixti: quia sicut dicitur Septimo Metaphysi. partes animatorum sunt in potentia propinqua actui eorū proprio per separationem a toto: quod verum est de toto etiā in imperfectissimo gradu suo manente. Vnde quandoque virtus alterativa quæ in rebus inuenitur animatis inquantum mixtæ sunt ex quatuor primis corporibus minime agit scilicet quando elementa maxime ducta sunt ad medium, vt est in homine, in quo inter omnia mixta maxima est elongatio a contrarietate, adhuc tamē partes animatorum sunt in potentia maxime propinqua actui, alteratione tamen maxime distante a suo termino. Ex quo concludit, cp hæc propinquitas non est per dispositionem materiæ, per alterationē aliquam, cuius terminus sit inductio nouæ formę per essentiam. Essentia vero formæ nouiter inducī non potest, nisi recedente alteratione, cuius terminus est productio formæ de nouo. Constat tamen cp in parte a toto separata fit forma substantialis. Vnde cū sposse sit duo esse substantialia in eadem reponere, vt supra dictum est: nec per aliquam alterationē præcedētem pars est in potentia in suo toto maxime propinqua actui, nec forma de nouo inducitur, nisi per alterationem. Vnde nec cœlum quod est agens vniuersale respectu istorum inferiorum, nec aliquod particularium agentium aget, nisi alteret. & ideo cœlum est primum alterans, secūdum Philosophum. Necessario ergo sequi videtur aliquam formā in parte rei fine esse ponere: & ideo partem esse in potētia maxime propinqua actui. Esse enim est maxime propinquū formæ, vt dictum est, quia non requiritur ad hoc, cp esse substantię propriam sequatur formā, nisi cp res per se ponatur, quod vnica actione fieri potest.

Quomodo impossibile est duo esse substantialia simpliciter esse in eodem composito materiali. Cap. 9.

EX dictis ergo manifestum est triplicem esse potentiæ differentiam, in qua aliquid dicitur esse, scilicet potentia materiæ, in qua nihil est de illo, quod de potentia educitur. Secunda est potentia mixti vel materiæ, quæ est in alteratione, in qua licet nō sit essentia formæ inducenda, est tamen virtus. Tertia est potentia totius, per quam partes sunt in toto, quæ est maxime actui proprio propinqua, secundum Philosophum. Vnde in eis nihil est, sicut agens ad proprium actum. Sicut est, quando harmonia est perfecta, necessario erūt essentiæ formarum prope sua esse.

Hoc

Hoc autem facilius scietur, si gradus, & ordo rerum naturalium diligenter discutiatur. Sciendum igitur, quòd communissimus vnitatis modus reperitur in rebus materialibus, quæ est vnitas continuitatis. In omnibus enim rebus materialibus hæc vnitas reperitur. Primum nanq; accidēs quod sequitur materiam est quātitas. Super hāc vnitatem reperitur in diuersis rebus vnitas suæ propriæ formæ: in quibusdam quidem magis, in quibusdam vero minus perfecte, vt habetur Quarto Meta. Vnitas continuitatis in re re perta, maxime potentialis inuenitur, quia omn econtinuū est vnum actu, & multiplex in potentia, sicut partes lineæ non sunt aliqua duo actu, sed vnum, ipsa vero linea est duo in potentia, & facta diuisione fit duo actu. Sola enim diuisio continui facit esse actu. Vnde in diuisione lineæ non inducitur aliquid noui in ipsis diuisis, sed eadem essentia lineæ, quæ prius erat actu vna, & multiplex in potentia, per diuisionem facta est multa in actu. Est tamen hic simili tudo cuiusdam corruptionis: quia actus prior qui erat totius, ablatus est: & potētia ducta est ad actum posteriorem per diuisionem solam. Consimile penitus reperitur in lapide, & in igne, & in omnibus corruptibilibus, & generabilibus inanimatis. Forma enim totius in eis, per quam habēt quandam vnitatem suæ naturæ super vnitatem quantitatis secundum totam rationem formæ, est in qualibet parte talium rerū. Vnde facta diuisione manet essentia eiusdem formæ in partibus abinuicem diuersis. quelibet enim pars ignis est ignis, & quælibet pars lapidis est lapis. Est tamen in istis diuisionibus quædam similitudo corruptionis, & generationis, non cp nouæ formæ per diuisionem talium inducantur: sed quia esse, siue actus prior aufertur per diuisionem ipsam, & potentia ducitur ad actum proprium. Super hæc autem sunt animata imperfecta vt plantæ, & quædam animalia imperfecta, vt sunt animalia anuloſa. & in ipsis idem inuenitur: quia cum auellitur ramus ab arbore non aduenit noua essentia vegetabilis, sed eadem essentia vegetabilis, quę vna erat in arbore tota, etiam actu vno simul erat multiplex in potentia, & per diuisionem nouum esse perdit, & actus alius & alius secutus est. Similiter est in animalib⁹ anuloſis. vna anima in actu, & vnum esse, sed multiplex in potentia accidentali. vnde facta diuisione remoto actu priori, & vnitate actus, sunt multa in actu. Et sic facile est videre, quomodo essentia alicuius formæ est in potentia accidētali ad esse, quod tamen nondum habet. Et hoc totum contingit propter imperfectionem talium formarum: quia cum sint sub vno actu simul sunt sub potentia simplici respectu esse diuersorum, quæ acquiruntur eis sine aliqua corruptione in suis essentijs, sed sola diuisione. In animalibus vero perfectis, præcipue in homine: forma, quæ est vna in actu non est multiplex in potentia: per diuisionem constituatur eadem essentia formæ sub diuersis esse, & sub diuersis actibus, cum anima hominis non diuidatur, nec per se, nec per accidens, vt dictū est. Vnde cum in homine sit vnitas cuiusdam continuitatis, quæ manifestior est in carne sua & ossibus, quàm in alijs membris, quę sibi coniunguntur per naturam ipsam continuitatis, necessario erit alia essentia formæ in eo, quæ per solam diuisionem a toto habeat esse actu. hoc enim in omnibus continuis inuenitur. Hæc enim est forma, respectu cuius quantitas sequitur materiam super ipsam formam rediens vt supra dictum est. Semper nanq; forma, a qua quantitas secundum originem pender, est diuisibilis per accidens. Et hoc satis manifestum est, quia cum partes hominis sint in eadem propinquitate ad per se esse sicut partes aliarum rerum perfectarum, sicut dictum est, ideo nulla noua esse essentiæ formæ introducuntur per diuisionem, sed esse nouum acquiritur. forma vero hominis diuidi non potest, vt in ea acquirantur multa noua & diuersa esse. ideo necessario erit in eo alio essentia formæ suæ ab essentia formę, quę per diuisionem solam esse acquirit. Sed in hoc est differentia inter animalia perfecta & imperfecta, quia in imperfectis non erat illa essentia sine esse simpliciter, licet esset sine esse acquisito per diuisionem. In perfectis vero erat sine esse simpliciter sibi debito, quia duo esse substantialia, impossibile est simul ponere in vna re, vt dictū est. Est etiam alia differentia a parte diuisionis ipsius, quia cum diuidi non possit, nisi quod est actu quātum: quantitas autem in homine non est actu per formam, respectu cuius sequatur materiam, vt rediens super formam, per solam animam, a qua est totus actus, qui est in homine: in igne vero & lapide quantitas est actu per formam, quam ipsa quantitas sequitur in materia: inde est quòd diuisio in homine est in quātitate actu per animam. Sed quod efficitur per diuisionem in esse acquisito non est aliquid de essentia animæ secundum aliquid esse, sed est aliquid de essentia formæ originalis ipsius quantitatis, cui datur esse actu per diuisionē. In rebus vero imperfectis diuisio est in quanto actu, & hoc per formam ad quam sequitur ipsa quantitas, cui per diuisionem aufertur vnum esse actu prius habitum, & acquiritur duo, vel plura, sub quibus essentia ipsa diuiditur, quę prius erat vna, secundum quam erat vnum esse in re ante diuisionem. Licet autem esset vnum esse ante diuisionem in rebus nihilominus illa eadem essentia formæ erat in potentia actuali ad multa esse simul cum vno esse actu, quod habebat: & eius subiectum erat materia vna, & eadem numero. Et tamen constat cp alium respectum habet materia ad esse actu primum: & alios respectus ad alia esse actu per diuisionem acquisita, quibus tamen respectibus materiæ respondebat eadem essentia formę ante ipsa esse actu. Licet enim potentia materiæ non differat ab eius essentia, secundum cp potentia dicit principium receptiuum: differt tamen secundum cp dicit relationem materiæ ad formam. & isto modo possunt esse in materia multi respectus, essentia tamen eius manente vna. Sicut ergo materia per vnum respectum tantum habet vnum esse, cum alijs tamen respectibus multa habet, essentia etiam formæ sine esse per diuisionem acquisito respondentę: ita sub forma perfecta cuiusmodi est anima humana reperiſ in materia hominis vnum esse tantum, licet in eadem materia sint essentiæ aliarum formarum sine esse, quod tamen eis sola diuisione acquiritur. Huius exemplum est reperire in linea, & puncto. Protracta enim vna linea punctus, qui eam terminat esse habet. secundum cp illam lineam terminat. in ipso autem puncto sunt multi, & diuersi respectus, secundum cp potest esse terminus multarum linearum, sed per vnū respectum impossibile est, nisi vnam lineam recipi in puncto. Vnde per alias lineas, quæ in eo recipiuntur simul cum linea prima protracta, non acquiritur puncto aliquod esse in earum terminatione nec illis non protractis minus haberet punctus esse in terminatione primæ lineæ: per quem modum de materia & eius respectibus imaginari possumus, cum ipsa in sui natura indiuisibilis, & sine partibus sit omnino vt punctus licet in multis sint dissimilia. Secundum ergo vnum respectum eius esse, quasi per vnam lineam, impossibile est sibi inesse nisi vnam formam, quæ det sibi esse. vnde cum prædictæ substantiæ accipiantur, quasi in vno respectu: veluti cum ex vna parte linea accipitur in puncto, impossibile est vt prædicta contenta in linea prædicamentali substantiæ per diuersas formas prædicentur de Socrate, sed per vnam & eandem. Secūdum alios vero respectus, quos habet de prope ad esse per se, sine tamen esse, poterit essentias formarum recipere. Mirabilis enim est potentia materię, nec sciri potest, nisi cognoscendo ea, quę in ea esse habent scilicet conferendo de formis, quę in ea esse habent: vt patet Primo Physicorum.

S. Thomæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. THOMAE AQVINATIS ORDINIS PRAEDICATORVM DE NATVRA LOCI TRACTATVS.

SVMMA TRACTATVS.

De loci natura ac Quiditate, quidq; naturalium corporum locus sit: Quomodo item & quibus locus conueniat, tum ex propria, tum ex aliorum sententijs inquiritur.

Locum non esse formam: nec materiam, nec spatium, sed immobile primum continentis: Quisq; prius sit locus naturalium corporum, tam mixtorum, quàm simplicium. Cap. 1.

Quærit locus propter motū, qui in loco.

AD sciendum naturam loci consyderare oportet q̃ nō quæreretur locus, nisi esset aliquis motus secūdum locum. Sic enim ex transmutatione diuersarum formarū circa materiā, scimus materiā esse aliud ab omnibus formis. Sic ex transmutatione diuersorum corporum, circa eundem locum scimus locum aliquid esse, tanquam receptaculum corporum aliud ab omnibus corporibus. Locus aũt natura his non nominat solum aliquid continens, sed continens, & conseruans & formans locata: propter quod vnumquodq; corpus naturaliter mouetur ad locū suum, tanquā ad conseruatium esse sui. Locus vero fm id, quod est, nec materia est, nec forma locati: quia materia & forma non separantur a re, locus aũt separabilis est a locato. Nec etiam est spatiū dimensionatum infra terminos corporis continentis existens: quia nihil est infra terminos corporis continentis cir cunscripta magnitudine corporis contenti. Cuius ratio est: quia, si circunscripta magnitudine corporis contenti esset aliquod spatiū infra terminos corporis cōtinentis, tale esset dimensionatum longitudine, latitudine, et profunditate: dimensiones autē sunt accidentia, cum sint quantitates: ergo non possunt esse in subiecto, nisi in corpore. si ergo esset aliquod spatium infra terminos corporis continentis præter magnitudinem corporis contenti, sequitur q̃ esset aliquod accidens sine subiecto: quod est impossibile. locus neq; est materia, neq; forma, neq; spatium infra terminos corporis continentis contentum. Quòd non sit spatium probatur aliter, sic: quia, si locus esset spatium infra terminos corporis continẽtis, sequitur q̃ infinita loca essent simul, sicut deducit Philosophus: quia, cum aer & aqua, et quodlibet corpus, & quælibet partes corporis habeant proprias dimensiones, & proprias distantias, idem faciunt omnes partes in toto, quod tota aqua in vase, quia secundum positionem eorum, qui tenent sententiam de spatio, q̃ sit locus: cum aqua est in vase p̃ter dimensiones aquę, sunt ibi aliæ dimensiones spatij penetrantes dimẽsiones aquæ. Constat aũt, q̃ eodē modo pars continẽt in toto, sicut aqua in vase: nisi q̃ locatū est diuisum a loco, pars autem non est actu diuisa a toto. si ergo diuidatur pars a toto, præter dimensiones partis essent ibi alio dimensiones totius penetrantes dimensiones partium. manifestum est autem q̃ diuisio non facit de nouo esse ibi dimensiones, sed præexistentes diuidit. sicut aũt post diuisionem sunt ibi aliæ dimensiones totius penetrantes dimensiones partium, sic erunt ante diuisionem. quot ergo partes conuenit accipere in aliquo toto, quarum vna continet aliam, tot erunt dimensiones se inuicem penetrantes: sed in aliquo toto cōtinuo est accipere infinitas partes, quarum vna continet aliam, eo q̃ quodlibet totum continuum diuisibile est in infinitum: ergo in aliquo toto continuo erunt infinitæ dimensiones se inuicem penetrantes, si ergo dimensiones sunt locus, sequitur q̃ infinita loca sunt simul: quod est impossibile. Ex quo ergo locus non est materia, nec forma nec spatium. sequitur q̃ sit quartum, scilicet terminus corporis continentis. locus autem non solum est terminus corporis continentis, sed etiam est immobilis: & hanc immobilitatem quidam intelligunt esse respectu locati. locus enim licet moueatur motu continentis, quia eius vltimum est, non tamen mouetur motu locati. Illud est insufficienter dictum, nec est secundū mentem Philosophi: qui vult q̃ sicut vas est locus mobilis, ita locus est vas immobile. Maiorem ergo immobilitatem oportet dare loco naturali, q̃ vasi. cum ergo vas sit immobile motū eius, quod est in vase: & locus sit magis immobilis q̃ vas, sequitur q̃ locus non sit immobilis motu cōtenti sed etiam continentis. Et confirmatur q̃ circa aliquod contentum manens immobile, puta circa domum, vel arborem, contingit mutationem fieri cōtinentis, puta aeris. si ergo locus moueretur motu continentis, sequitur q̃ idem manens immobile fieret in diuersis locis, quod est impossibile. Locus ergo non solum est immobilis motu locati, sed etiam motu continentis. Propter quod dicit Philosophus, quòd si nauis sit in aqua fluuij, quæ mouetur magis vtitur ea tanquam vase, q̃ sicut loco continente: de natura enim loci est q̃ sit immobilis. vnde totus fluuius, qui secundum se totum est immobilis, magis debet dici locus nauis, quàm hęc aqua, quę fluit, & mouetur. Totus enim fluuius nō est locus proprius nauis, sed communis: & ideo locum proprium nauis in fluuio oportet accipere per comparationē ad totum fluuium, qui est immobilis. Est ergo accipere locum proprium in fluuio non secundum hanc aquam, quæ fluit & mouetur, sed secundum ordinem & situm, quem habet ad totum fluuium: qui quidem ordo et situs manet in aqua succedente, qui erat in aqua recedente respectu totius fluuij. Quamuis enim aqua materialiter fluat, tamen, quia manet idem ordo & situs respectu totius fluuij, manet etiam idem locus. Et secundum hunc modum debemus intelligere, q̃ extremitates corporum naturalium sint locus, scilicet per comparationem, & ordinem, & situm, quem habent ad totum corpus ipsius cœli, quod est primum continens & conseruans, & locans. Quamuis enim moueatur superficies aeris, vel aquæ, secundum q̃ est vltimum huius corporis, vel illius, succedit tamen aliud corpus, quod eundem situm, & ordinem secundum naturam habet ad primum ordinans, siue locans, quod est cœlum: propter quod manet idem locus numero. Vnde cessat obiectio quam faciunt aliqui fic. Locus est vltimum continentis, sed continens mouetur: ergo locus mouetur. hæc enim ratio bene procederet, si vltimum continentis, secundum quòd hoc continens est, esset locus. Hoc autem non est verum: quia nihil habet rationē loci, vel locantis, nisi per comparationem ad primum locans. Quod autem diuersitas superficierum non impediat vnitatem loci, patet quia vni locato secundum numerum correspondet vnus locus secundum numerum simul & semel. sed baculus vnus dimidius existens in aqua, & dimidius in aere est aliquod vnum locatum secundū numerū: ergo est in aliquo vno loco secundū numerum, sed est in diuersis superficiebus aeris & aquę: ergo diuersitas superficierum non impedit vnitatem loci. Vnitas ergo loci accipienda est secundum ordinem & situm ad primum locans. Et causa omnium istorum est: quia sicut dictum est prius, locus non solum est continens, sed est continẽs, et conseruans: nihil autem habet rationem conseruantis alium, nisi per virtutem & influentiam corporis cœlestis: quam recipit, secundum q̃ est in determinato situ, et in determinata distantia. Et hæc est causa quare aliquid habet rationem loci, scilicet per comparationem ad primum locans. Quia vero locus immobilis est, propter hoc medium cœli quod est centrum, & vltima superficies corporis circularis, quæ est cœlum, sic se habent, quod hoc dicitur sursum, illud vero deorsum, quæ sunt duæ loci differentiæ. hæc enim maxime manent immobilia. Cētrum semper est immobile, cœlum autem, licet semper moueatur, tamen semper est in eadem distantia ad nos. Hoc autem quod dictum est de loco intelligimus de loco naturali, qui est conseruatiuus corporum naturalium. Et iste locus naturalis, primo debetur elementis elementatis per elementa. locus enim naturalis ignis, est superficies concaua orbis Lunæ, quæ manet semper in eadem distantia ad ignem: & ideo dicitur esse immobilis. locus autem aeris est superficies cōcaua ignis. & sic de alijs suo modo, locus autem omnium elementatorum est locus deorsum quia in omni elementato dominatur terra secundum quantitatem. Contra ea quæ dicta sunt potest obijci: q̃, scilicet locus terræ non sit vltimum aquę, nec locus aquę sit vltimum aeris: quia vnumquodq; corpus naturale mouetur ad locum suum: terra autem non mouetur ad superficiem aquę, sed mouetur ad centrum, ergo superficies aquæ non est locus terræ, sed potius centrum. Præterea si terra moueatur a loco suo, aqua descēderet, vt vult Philosophus Quarto Cœli & Mundi. & similiter aer in locum aquæ, si amoueretur aqua: ergo locus aquæ non est superficies concaua aeris, nec locus aeris est superficies cōcaua ignis: quod est contra prius determinata. Pro solutione horum intelligendum est q̃ in loco non est tantum continentia locati, sed est ibi virtus conseruans, & formans locatum. Et propter hoc dicit Alpharabius, q̃ causa, quare ex hac parte materiæ generatur terra, & ex alia aqua, vel aer, vel ignis non est, nisi locus cum virtute cęlestis. Quia enim frigiditas tanta quanta causatur ex distantia, quę est ex orbe vsq; ad centrum inuenit hanc partem materiæ in loco terræ, propter hoc inspissat eam inpissatione vehementi, ita q̃ exprimit ex ea humidum, & facit elementum siccum, & frigidum: quod est terra. Frigiditas vero inspissans materiā, sic tamē q̃ non est ex ea exprimens humidum, sed faciens ad se fluere, generat aquā: & hæc frigiditas est solum in tanta distantia, quanta est locus aquæ ab orbe. caliditas enim non consumens humidum, sed secum compatiens, generat aerem: quæ quidem caliditas causatur ab orbe in tanta distantia, quæ est eius ad locum aeris. Ignis enim cum sit summe calidus generatur in loco immediato sphæræ Lunæ ex motu disgregante & calefaciente materiam. Hoc supposito intelligendū est q̃ motus locati non est ad ipsam superficiem locantis propter superficiem, sed propter virtutem conseruatiuam, & formatiuam locati. & ideo, cum virtus formatiua terræ sit frigiditas, quæ causatur ex tanta distantia ad primū calefaciēs, quod est cœlū: & inchoatio huius virtutis est in concauo aquæ, perfectio autem eius est in cētro, ideo terra mouetur ad centrum, & non ad superficiem aquæ: & inde est q̃ terra est simpliciter grauis. virtus autem formatiua ignis est caliditas perfecta, quæ est completa in concauo orbis Lunæ: propter quod ignis est simpliciter leuis. Virtus autem formatiua aeris incipit in concauo ignis, & deficit in conuexo aquæ: perfecta autem est in medio: & sic est de aqua suo modo. & ideo motus aquæ est a terra, & ab aere ad medium eius: & motus aeris secundum naturam est ab aqua, & igne ad medium locum: propter quod aqua & aer, non sunt simpliciter leues, neq; graues, sed in respectu. Sic igitur patet causa, quare terra mouetur deorsum simpliciter, & non ad cōcauum aquæ, licet sit locus eius: quia hoc facit virtus formatiua, quæ est in loco, propter quā vnumquodq; locatum mouetur ad locum suum. Ad aliam rationem respondet Alpharabius, q̃ motus aeris ad locum terrę non est motus naturalis aeris, vel aquę, sed est violentus: quod patet, quia est corruptiuus vtriusq;. Nam, cum aqua mouetur ad locum terræ, inspissatur a frigiditate ipsius loci maiori inspissatione, q̃ requiratur ad formam aquæ: vnde conuertitur in terram. Similiter, cum aer descendit ad locum aquæ, infrigidatur a frigidatione loci illius, & conuertitur in aquam. Qualiter autem hoc non obstante, aqua dicatur frigida primo, & terra non, quamuis causetur ex maiori frigiditate, patet ex. 2. de Generatione.

Immobilitatē loci, quā intelligere oportet, & cuius nā respectu nā immobilē cēsendum est ipsum esse, nō ex cōtento, sed ex ratione continentis.

Extremitates naturalium corporū sunt locus, extra ordinem sitq; quē fortiūtur a cœlo, quod est primū cōtinens immobile.

Cur terra potius ad cētrū, q̃ ad aquæ superficiē moueatur, & naturaliter grauis est.

Responsio. Cōtra ea, quæ dicta sunt argumenta. Alpharabij intellectus, de elementorū ex inuicem generatione.

Ad secundū.

4. Phy. t. c. 66

Quænam sint vel non sint in loco. Multorum etiam afferuntur sententiæ, ac diluuntur, quomodo videlicet vltimæ sphæræ: locus debeatur. Quomodo demum superficies ac locus vltimi continentis, locus cum sit, duæ sint species quantitatis diuersæ. Cap. 2.

EX his, quæ dicta sunt de loco, q̃ locus est vltimum continentis, concludere possumus, q̃ corpus, cui inest aliquid extra ipsum continens, tale est in loco: cui aũtē non est corpus extra cōtinens ipsum tale in loco non est, tale autem est vnum solum, s. vltima sphæra: propter quod vltima sphæra non videtur esse in loco. Sed hic est dubitatio, cum nihil videatur moueri in loco, nisi sit in loco: si vltima sphęra nō est in loco, motus eius non erit localis: quod est inconueniens. Propter hanc rationem, & quasdam alias. Ioannes Grāmaticus dixit locum non esse terminum continentis, sed spacium, quod est infra terminos corporis continentis: vnde dixit, cœlum per se esse in loco, & per se moueri in loco: quia per se dixit ipsum esse in tali spacio.

Ioānis Grammatici sententia.

Istud non potest habere vnitatem secundum ea, quę determinata sunt de loco, cum ostensum sit, q̃ locus nō est spatium, sed terminus continentis. Est etiam contra intentionem Philosophi, qui dicit cęlum non esse in loco per se, sed per accidens: Propter quod dixit Alexan. cœlum non esse in loco nec per se nec per accidens, nec moueri in loco: quia non est de ratione corporis, vt sit in loco, cum locus non ponatur in definitione corporis. Quia tamen oportet omnem motum contineri sub aliqua specie motus, ideo Auicen. secutus cum dixit motum cœli non esse in loco, sed in situ vel ad situm. Hoc est contra intentionem Philosophi Quinto Phy. vbi dicit motum tantum esse in tribus generibus, scilicet quantitate, qualitate, & vbi. sed q̃ illud sit falsum patet: quia ad nullum genus est motus: cuius specierum ratio cōsistit in indiuisibili: propter quod dicimus, q̃ ad substantiam non est motus: quia ratio substātiæ in indiuisibili consistit: non sic autem ratio albedinis: quia potest participari secundum magis & minus a subiecto: nunc aũt ita est, q̃ ratio situs in indiuisibili consistit. ergo ad situm non est motus. Præterea situs nominat ordinem partium in loco: locus ergo ponitur in definitione situs. motus ergo qui nō potest esse ad locum nō potest esse ad situm: sed motus cœli secundum eos non est ad locum: ergo nō est ad situm. Ideo aliter dixit Auempace. Dixit enim, q̃ linea recta & corpus rectū vtrumq; indeterminata sunt de se: & ideo indigent aliquo finiente, & terminante, & continente. linea autem circularis per se ipsam finitur, & similiter corpus circulare. & ideo non indigent aliquo finiente & continente: propter quod dixit non esse de necessitate corporis circularis, vt sit in loco: ideo dixit, quòd cœlum nō est in loco, nec habet motū localem. Huius enim opinionis fuit Alpharabius, quem adducit Auempace pro testimonio sui dicti. Sed hoc dictum videtur inconueniens quia sicut vult Philosophus Octauo Phylicorum, motus localis est primus motuum: sed ficut dicit ibidem, motus cœli est primus motus: ergo est localis. Præterea Philosophus Quarto Phylicorum vult, q̃ cœlum est in loco saltem per accidens: propter hoc dixit aliter Themistius, quòd cœlum est in loco per partes. Ad cuius intellectum cōsyderandum est, q̃ non esset locus nisi esset aliquis motus secundum locum. Licet enim de ratione corporis non sit locus, est tamen de ratione corporis moti localiter. vnde secundum q̃ diuersa corpora succedūt sibi in eodem loco, secundum hoc debetur locus alicui moto localiter. Aliqua enim inueniuntur moueri motu recto, sicut sunt leuia & grauia: & hæc secundum se tota mutant locum: & ideo secundum se tota sunt in loco. Quædam aũt sunt quæ mouentur motu circulari: & hæc secundum se tota non mutant locum, nisi secundum rationem: sed secundum partes mutant locum, & fiunt in alio loco secundum subie-

Auicen. Improbatio. Ad quæ natura generata fit motus.

Opio Alesā.

Auempace.

Alpharabius.

Improbatio.

subiectum: propter quod illud, quod mouetur circulariter, non de necessitate est in loco secūdum se totum, sed solum secundum partē. Et propter hoc vltima sphæra, cum moueatur circulariter, non est in loco per se, sed per partes suas.

Vltima sphæra nō est in loco, per se, sed per partes. improbatio.

Sed hoc videtur esse falsum, quia toti conuenit moueri, esse in actu, & non partibus: ergo & toti conuenit esse in loco, & non partibus: quia sicut conuenit alicui motus, sic & loco. Propter hoc dicendum est q̄ partibus sphæræ, vltimæ, licet non competat esse in loco actu, sunt tamen in loco in potentia quia pars, si diuidatur a toto, erit in toto, sicut in loco. Sic igitur cōuenit cœlo, vel sphæræ, q̄ sit in loco per partes: quibus conuenit solum in potentia esse in loco. & ideo, si volumus accipere illud veritatis, quod continet hęc opinio, possumus dicere, q̄ cœlum simpliciter in loco non est, nisi per accidens, quia est circa locum. Ad cuius intellectum sciendum est, q̄, sicut vult Auerro. omne naturaliter quiescens de necessitate est in loco, non tamen omne motum de necessitate est in loco. Cuius ratio est. quia omne, quod quiescit propter connaturalitatem ad suum continens quiescit: & ideo omne quod quiescit naturaliter est in continenti sibi connaturali: propter quod de necessitate est in loco. Illud autem, quod mouetur, non de necessitate est in loco: quia eorum, quæ mouentur, quædam indigent motu ad suum esse, & ad suam perfectionem: & talia sunt, quæ sunt in continente non connaturali, propter quod mouentur ad continens sibi connaturale: & omnia talia de necessitate sunt in loco. Alia sunt, quæ nō indigent motu ad suum esse, nec ad sui conseruationem, sicut est corpus cœleste: & tale non mouetur ad cōtinens sibi connaturale, nec in continente sibi connaturali, sed mouetur ab intelligentia propter explicationem causalitatis causæ primæ: & tale non de necessitate est in loco. Esse enim in loco, non est solum contineri a loco, sed contineri & conseruari: & ideo quod non indiget conseruante, cuiusmodi est corpus cœleste, & quodcunq; incorruptibile, non de necessitate est in loco.

Sententia. Auctoris.

Esse in loco nō solū est cōtineri a loco, sed & conseruari.

Sed secūdum prædeterminata oritur duplex dubitatio. Prima est, quare orbes inferiores sunt in loco, cum non sit de necessitate corporis cœlestis esse in loco: Secunda est, propter quid motus cœli dicatur localis, cum corpus cœleste, saltem prima sphæra, non sit in loco. Ad primum dicendum q̄ accidit orbibus inferioribus, q̄ sint in loco, nec est de necessitate eorum, cum non indigeant conseruante, vt dixit Auempace: propter quod dicuntur æquiuoce orbes inferiores esse in loco: & elementa, quia orbes inferiores solū dicunt esse in loco, ea sunt in aliquo exteriori cōtinente: Elementa autem & elementata sunt in loco, tanquam in continente, & conseruante. Ad secundum patet solutio: quia motus non dicitur localis eo solum, q̄ sit in loco, sed etiam dicitur motus localis, eo q̄ est circa locum. Propter quod dicit Philosophus Primo Cœ. & Mun. q̄ motus localis est triplex, scilicet a medio, ad medium, & circa medium. Motus a medio est leuiū: motus ad medium est grauium: motus circa medium est corporis cœlestis: & hæc est intentio Commentatoris Quarto Physicorum. Sed iuxta hæc quæ dicta sunt remanet vnum dubium, cum superficies corporis continentis dicatur locus, quomodo locus & superficies dicantur esse diuersæ species quantitatis. Respondeo: omissis omnibus aliis opinionibus, quę sunt circa hoc, dicendum est, q̄ propria ratio quantitatis, quæ competit quātitati, vt quantitas est, est ratio mensuræ: propter quod dicit Auerrois, quòd quantitates sunt differentiæ mensurū. Alia est enim ratio mensurandi aliquid extrinsece et intrinsece: & ideo vltimum continentis, vt mensura est continentis intrinseca, dicitur superficies: vt autem mensura contenti & locati extrinseca, est locus. Et ideo superficies & locus, licet sint vnum materialiter quantum ad id, q̄ quodlibet est vltimum continentis, tamen diuersæ sunt species constituę per diuersas formales rationes. Et hæc de loco dicta sufficiant.

S. THOMAE AQVINATIS DE TEMPORE

TRACTATVS PRIMVS.

Tempus difficilis esse cognitionis ostenditur. An item tempus sit inquirens, obijcit ad partes, ipsumq; esse concluditur. An demum vnum, & idem numero sit in toto tempore determinatur. Cap. 1.

Sicut vult Philosophus Secūdo Metaphysicę, difficultas in cognoscendo veritatē, causatur ex duobus: quia causatur quandoq; ex parte nostra quandoq; ex parte rerū cognoscibilium. Cum enim vnumquodq; cognoscatur secundum q̄ est in actu: quę secūdum se sunt maxime actu, secundū se sunt maxime cognoscibilia. Vnde q̄ intellectus noster ad eorum cognitionem non attingat, hoc non est ex parte eorum, sed ex parte nostra. Illa vero, quæ minimam entitatē habent secundū se, sunt minime cognoscibilia. vnde, q̄ ea ignoremus, hoc non solum est ex parte nostra, sed etiam ex parte eorum. Talia aūt sunt materia prima quæ secundum se non est ens in actu, & omnia successiua, quæ secundū se tota non extant, sed secundum aliquid indiuisibile sui: de numero quorum est tempus, ex quo sequitur q̄ difficile est cognoscere quid sit tempus. Ad cognoscendum tamen quid sit, oportet cognoscere an sit: quia impossibile est cognoscere de aliquo, quid sit ignorato an sit. Dubitatur ergo primo an tempus sit, & videtur q̄ non: quia illud quod componitur ex partibus, quæ non sunt, videtur non esse. entitas. n. totius videtur consurgere ex entitate partiū: tempus autē componitur ex præterito, & futuro, quæ non sunt: præteritum enim fuit, & non est: futurū aūt nondum est: videtur ergo tempus non esse. Nec potest dici q̄ aliqua pars tēporis sit, s. ipsum nunc quia nunc pars temporis non est omnis. n. pars aliquotiens accepta mensurat totum: aut saltem omnis pars cadit in compositione totius. Nunc aūt multotiens acceptum non mensurat totū tempus, nec iterū ex ipsis componitur tempus, vt probatur Sexto Phy. eo q̄ ex indiuisibilibus non potest cōponi aliquod continuum. vnde manifestum est, q̄ nunc non est pars temporis. nihil ergo quod sit pars tēporis de tempore exibit. Respōdeo, dicendum q̄ necessarium est tempus esse, quod patet: quia omnia generabilia, et corruptibilia tēpore mensurantur. accipiunt. q. principium & finem sui esse in tempore, vt vult Philosophus Quarto Physi. Si ergo tempus non esset, nihil esset generabile, vel corruptibile: quod est inconueniens. tempus ergo est. Fuerunt tū quidam, qui propter rationem superius inductam, dixerunt tempus non esse, nisi in anima. Qui ad confirmandā suam positionem adducunt duas rationes. Prima est, quia, cum tempus sit numerus motus, aut erit in materia numerabili, aut in anima numerante. non primū: quia materia numerabilis temporis non est, nisi prius & posterius in motu, in quibus nihil potest esse, cum ipsa sint nō entia. sequitur ergo, q̄ tempus solum sit in anima numerāte. Secunda est ratio. quia si tempus esset in re extra, tanquā numerus alicuius motus exterioris, tunc sequitur, q̄ qui non apprehenderet motū exteriorem, non apprehenderet tēpus: cuius oppositum vult Philosophus Quarto Physi. qui dicit, q̄ si sumus in tenebris, & nihil patiamur per visum ab exterioribus visibilibus, nec sentiamus aliquem motum exteriorum corporum: dum tamen fiat aliquis motus in anima per successionē cogitationum, vel imaginationum, semper sentimus tempus. Ex quo sequitur, q̄ tempus semper sequatur motum qui est in anima, & q̄ solū sit in anima. Huius opinionis fuit Galenus, cui etiā intantum consensit Auerrois, q̄ dixit tempus, secūdū quid, esse

Quæ difficilis cognitionis sint.

An tēpus sit.

Responsio.

esse extra animā, secundum vero complementum sui esse solū in anima. Istud non potest habere veritatem. quia cū tēpus sit numerus motus, & sit numerus numeratus, sic est necesse esse tempus, sicut & motus. constat aūt, q̄ motus est in re extra. ergo & tēpus est in re extra. Item quantitas continua est vera res extra animam: tempus aūt est vera quantitas cōtinua: ergo impossibile est q̄ sit in anima. Et ideo dicēdum, q̄ tempus sit in re extra. Ad cuius intellectū consyderandū est, q̄, cum numerus sit in rebus numeratis, sicut dependet esse rerum numeratarum ab intellectu numerante, ita, & numerus: esse aūt rerum numeratarum non dependet ab intellectu nostro, sed ab intellectu, qui est causa rerū, sicut est intellectus diuinus: ergo nec numerus rerum dependet ab intellectu nostro. Tempus autem numerus motus est: & ideo sicut motus non dependet ab intellectu nostro, ita nec tempus. Sunt tū quidam, qui dicunt etiam motum dependere ab anima: quia, cum motus sit aliquod successiuum, partes eius, quæ sunt prius & posterius, non habent esse in re extra, sed solū in anima comparāte priorem dispositionē mobilis ad posteriorem. Et ideo solum habet esse in anima simpliciter, & quantū ad esse suum perfectū. In re aūt extra habet esse solum secundum aliquod indiuisibile sui, & istud esse est imperfectū esse, & secūdum quid. Et idem dicunt ipsi de tēpore. Istud non potest stare: qa illud in quo motus est secundū esse suum completū, & perfectum, necessario mouetur. si ergo motus secūdum esse suū completū eēt in anima, anima necessario moueretur, quod est inconueniens. Et ideo intelligendū est q̄ omne esse ab actu est. actus aūt est diuisibilis, vt vult Philosophus Nono Metaphy. est. n. actus quidam totus simul existēs, sicut anima aut albedo. & est alius actus successiuus, vt dies, & agon, infinitū, & vacuum: de numero quorum sunt & motus, & tempus. Cum ergo esse sequatur actū: & modus essendi sequetur modū actus. Esse igitur quod est ab actu primo, est esse simul: & tale est esse completū, quod debetur rei perfectæ per primū actum: Esse vero, quod est ab actu secundo, scilicet ab actu successiuo, est esse successiuum, & tale est esse perfectū, quod debetur tali actui, vel rei perfectæ per talem actum. Et ideo esse perfectū ipsius motus, & tēporis, quod debetur vtriq; secundum rationem proprię speciei, non est esse simul existens, sicut ipsi dicunt, sed esse in successione, quod est secundū aliquid indiuisibile ipsorum. Ad rationes in oppositū patet solutio. Ad primum dicendum, q̄ præteritum, & futurum non sunt sic, vt simul sint, nec hoc requiritur ad esse temporis, cū sit successiuum, vt declaratū est: habet tū esse per aliquid indiuisibile sui, quod cōtinuat ea, s. per ipsum nunc. Ad alias rationes probantes tempus esse in anima, dicēdum est. cum arguitur, tēpus cum sit numerus, aut habet esse ī materia numerabili, quę sunt prius & posterius: dicendū, q̄ tempus habet esse in priori, & posteriori motus. Et cum dicis, q̄ hæc non sunt, verum est sub esse permanenti: habent tū esse successiuum, vt dictum est.

Tēpus nō dependet ab alia, sicut nec motus, cui nō aute tāt ipsum esse numerum.

Solutio argumentorum.

Ad aliud dicendum, q̄ tēpus sequitur motum exteriorē aliquem, s. primum motum: nec obstat hoc, quia apprehenso quocunq; motu, comprehenditur motus primus, saltem virtualiter, eo q̄ ipse est causa omnis trāsmutationis. Quia vero dictum est, q̄ tempus, cum sit successiuum, habet esse solū per aliquod īdiuisibile sui, quod est nunc: nō irrōnabiliter dubitatur vtrum sit vnū & idem nunc in eodem tempore, an aliud & aliud. Videtur enim q̄ sit vnum & idem: quia sicut impossibile est duas partes temporis simul esse, nisi vna contineat aliā, sicut annus mensem, mēsis septimanā diēita impossibile est duo nūc in tēpore simul esse cum vnū non contineat alterū. si ergo primum nunc non potest simul esse cum posteriori, necesse est primū esse corruptū: omne autem, quod est corruptum, corruptum est in aliquo nunc. Nunc, ergo, quod est corruptum, aut est corruptū in seipso, aut in aliquo posteriori: non in seipso, quia tunc est: nec in aliquo posteriori, quia aut hoc esset in nunc mediato, aut in nunc immediato: non in nunc immediato, quia vnum nunc non est cōtinuum alī nunc, sicut nec punctus puncto, vt probatur Sexto Physi. nec potest corrumpi in

Ad vnum, & īdē nūc in eo tēpore sit, vel aliud & aliud.

nunc mediato, quia inter quælibet duo nunc est tēpus medium, sicut inter quælibet duo puncta est linea media: in quolibet aūt tempore sunt infinita nunc. si ergo nunc prius corrūperetur in nunc posteriori mediato, sequitur q̄ haberet esse cum infinitis nunc mediis, quod est impossibile. impossibile est ergo duo nunc esse in tempore. Oppositum huius videtur dupliciter. Primo, quia cuiuslibet continui finiti sunt duo termini ad minus: nunc autē terminus tēporis est, & est accipere tēpus finitū. ergo ad minus sunt duo nunc in tēpore. Secundo, quia illa dicuntur simul esse, quę sunt in eodem nunc temporis. Si ergo non essent plura nunc in tempore, sed vnum tantum, sequitur, q̄ ea quæ fiēt post millesimū annum simul essent cum his, quæ sunt hodie: hoc aūt est impossibile. Intelligēdum, q̄ sicut dictū est esse successiuorum consistit in hoc, q̄ exsistant secundum aliquid indiuisibile sui. quod manifestari potest: quia quælibet pars cuiuslibet successiui diuisibilis est in diuersas partes. si ergo aliquod successiuum existeret non solū secundū aliquid indiuisibile sui, sed secundū aliquam sui partem, sequit q̄ multæ partes alicuius successiui simul essent: quod est contra rationem successiuorū. Specialiter aūt possumus hoc probare de tempore: quia quælibet pars temporis est tempus. si ergo aliqua pars temporis existeret, sequitur q̄ tempus secundum se existeret: quod est falsum. existit ergo tempus secundū aliquid sui indiuisibile, illud aūt est nunc.

Determinatio quæstiū.

Hoc supposito dicendū est, q̄ vnum & idem nunc est in toto tempore secundum substantiam, differens secundum esse, & rationem. cuius ratio est, quia ipsi nunc, quod est in tempore, aut succedit aliud nunc, aut aliqua pars temporis, non aliud nunc: quia vnū nunc non potest continuari alī nunc, non aliqua pars temporis, quia nulla pars temporis secundū se existere potest, vt probatum est: ergo impossibile est, q̄ vnū non succedat alī nunc in tempore. Præterea, sicut se habet illud, quod fertur ad motum, ita nunc ad tempus: quia sicut per illud, quod fertur cognoscimus motum, & prius, & posterius in motu, inquantum videmus illud quod mouetur aliter, & aliter se habere, ita per nunc determinatur prius, & posterius in tempore: sed quod fertur vnum est, & idem secundum substantiā in toto motu, aliud & aliud secundum esse, inquantū est alibi & alibi: ergo & ipsum nunc vnū, & idem est in toto tempore secundum substantiam, aliud & aliud, secundū esse, inquantum, scilicet consyderatur in alio, & alio successiu tēporis. Nec valent rationes prius adductæ. cum. n. dicitur q̄ cuiuslibet finiti sunt duo termini ad minus, dicendū, q̄ cuiuslibet continui finiti permanentis sunt duo termini differentes secundum rem: continui vero finiti successiui nō oportet q̄ sint duo termini secundū subiectum, sed solū secundū rationē. Et præterea falsum supponit ratio, in hoc, q̄ ponit q̄ est dare tempus finitū. non enim est accipere aliquod tēpus actu finitū, & terminatum per nunc nisi secundum imaginationem nostram, vel per relationē ad aliquem motum, qui in tempore terminatur. totum. n. tempus secundum se continuū est, nec est actualiter vna pars diuisa ab alia. Ad aliud dicendum, q̄ non dicuntur esse simul secundum tēpus quę cunq; sunt in nunc eodem secundum substantiam, sed quæ sunt in eodem nunc fm esse, & fm rationem. Illa autē, quæ fient post millesimum annum, & quæ sunt hodie, licet sint in eodem nunc fm substantiam, non tamen sunt in eodem secundum esse: & ideo non oportet q̄ dicantur esse simul.

Ad argumenta.

Tempus non esse motum, sed aliquid eius, scilicet numerum eius secundum prius ac posterius: ipsum insuper nec velox nec tardum dici ostenditur. Cap. 2.

Visо ergo quòd tempus sit, inquirendum est quid sit. Est autem consyderandum, q̄ tempus non est motus, sicut quidam opinati sunt tempus esse motum Cęli, qui circulatio dicitur, quia quęlibet pars temporis est tempus. Si ergo tempus esset circulatio, sequeretur q̄ quęlibet pars circulationis, esset circulatio: quod tū falsum est.

Item,

Tẽpus nõ est motus, & nõ est sine motu, sed sequitur motum.

Item, omnis motus est velox vel tardus, tempus aũt, nec tardum est, nec velox: ergo tempus non est motus. Minor pater, quia velox & tardum determinatur tempore: tẽpus aũt non determinatur tempore, nec quantum ad quantitatem suam, nec quantum ad qualitatem. Secundo consyderandũ, cp licet tempus non sit motus, nõ tñ est sine motu. Cum enim nos non transmutamur fm cognitionẽ, nostrã per successionẽ cognoscibilium, tunc non apprehendimus tempus: quia nec apprehẽdimus motum, sicut accidit his, quos fabulantur dormisse in Sardo apud heroes. Ibi.n.reddebantur aliqui insensibiles propter quasdã incãtationes, qui excitati dicebant se vidisse quædã mirabilia. Tales aũt qui excitabantur non percipiebant tẽpus quod fluxerat, eo cp copulabant primũ nunc, in quo dormire cœperant, posteriori nunc, in quo excitati fuerant, ac si non fuisset tẽpus mediũ. Sicut ergo, si nihil fuisset mediũ inter illa duo nunc, non fuisset tempus, ita quia non percipiebãt mediũ, non percipiebant tempus: sic ergo non percipimus tẽpus, quia nõ percipimus motum. Cum aũt percipimus motũ, & determinamus prius & posterius in ipso, tunc percipimus tempus. relinquitur ergo cp licet tẽpus non sit motus, non tñ est sine motu. Quia ergo simul cognoscimus motũ, & tempus, manifestum est, cp tempus est aliquid ipsius motus. motus aũt sequitur magnitudinem, quantum ad duo, scilicet quantũ ad continuitatẽ, & quãtum ad prius, & posterius: & similiter tempus motum. Prius aũt & posterius motus, licet sint idem subiecto cum motu, differũt tñ ratione, eo cp in definitione motus assignantur in Quarto Phys. Et ideo restat inquirere ratione cuius tempus sequitur motum, vtrum. s. ratione motus absolute, aut ratione prioris et posterioris. dicendũ cp hoc est ratione prioris, et posterioris: quia ex priori & posteriori in motu cognoscitur tẽpus: ergo tempus sequitur motum ratione prioris & posterioris. Iuxta cp intelligendũ est, cp prius, & posterius in motu possunt consyderari dupliciter. vno modo prout sunt sub forma continui absolute, & sic cognoscẽdo prius, & posterius simul cognoscimus motũ: alio modo vt sunt sub forma discreta, inquantum. s. anima dicit posterius esse aliud a priori, & ipsa esse duo, & non vnum: & sic tempus non est motus absolute, nec prius ac posterius motus absolute, sed est prius & posterius motus, vt numerata sunt. Ex quo possumus concludere definitionem temporis, cp tẽpus est numerus motus, secundum prius, & posterius, cp aũt tempus sit numerus patet. Numero enim iudicamus aliquid plus, vel minus: tempore aũt iudicamus motum esse minorem & maiorẽ: ergo tempus est numerus. Numerus aũt ẽ duplex. est enim numerus absolute, quo numeramus, vt vnũ, duo, tria &c. & numerus numeratus, vt numerus decem hominum. Tempus enim nõ est numerus, quo numeramus. sed numerus numeratus. est enim prius & posterius, vt numerata sunt in motu. Et licet numerus: quo numeramus, sit aliquid discretum: tñ tempus est aliquid continuum, sicut decem vlnæ panni sunt cõtinuæ licet numero denarius sit aliquid discretum. Quia ergo tempus, & est aliquid discretũ, & aliquid continuum, relinquitur cp in tẽpore est dare aliquo modo numerum minimum, & aliquo modo non. In numero enim simpliciter est dare minimũ, sicut vnitatem, vel minimum, quod habet rationem numeri, sicut est binarius. In numero aũt numerato, sicut in multitudine linearum, est dare minimum secundum multitudinem, sicut vnam lineam, aut duas: fm magnitudinem aũt non est dare minimam lineã: eo cp omnis linea diuisibilis est in alias lineas, sicut etiã in tempore est dare minimum tempus fm multitudinẽ, puta vnam diem, vel duos dies in genere dierum: minimum aũt tempus fm magnitudinem non est dare eo cp omne tempus diuisibile est in infinitum, sicut & quodlibet continuum. Quia aũt tempus, & est numerus, & est cõtinuum, inde est cp dicitur multum et paucum, breue & longum, non aũt velox, vel tardũ. Multum.n. & paucum sunt passiones numeri. & ideo tempus, quia est numerus, dicitur multum & paucum. longum aũt & breue sunt passiones continui: vnde linea dicitur longa, vel breuis, & quia tempus est continuum, ideo dicitur longum, vel breue. Velox aũt aut tardum nõ dicitur: quia, cum tempus sit numerus motus, si diceretur velox aut tardum, aut hoc esset ratione numeri, aut motus: non ratione numeri, quia numerus, neq; velox, neq; tardus dicitur. neq; ratione motus, quia licet tempus sit aliquid motus, nõ est tñ dicere, cp tempus sit motus. Et ideo nõ oportet passiones motus, quæ sunt velox & tardum, dici de tempore, quia velox & tardum determinatur tempore, vt dictum est, tempus aũt nõ determinatur tempore. & ideo tẽpus nõ dicitur velox, nec tardum. Continuitas aũt in tempore est ex cõtinuitate motus non cuiuscunq;, sed primi: & ideo quia motus primus vnus est, tẽpus est vnum mensurãs oẽs motus simul factos. Prius aũt & posterius tẽporis altera sunt, sicut prius & posterius motus. Vnde sicut reiteratur eadẽ circulatio fm speciem, & non fm numerum, ita tempus reiteratur idem fm speciem, & non fm numerum. mensuramus autẽ motum tempore, & tẽpus motu, inquantum determinamus quantitatem vnius per quantitatẽ alterius. motum.n. mensuramus tẽpore, quia tempus fm id quod est, est numerus motus: tẽpus etiã mensuramus, inquantum, s. per quantitatem motus nobis notam determinamus quãtitatem temporis. Dicimus.n. cp tempus est multũ, quia motus, qui factus est in tempore, est multus. & hoc rationabiliter accidit. motus enim sequitur magnitudinem, quantum ad cõtinuitatem, & prius, & posterius: & tempus similiter motum. Per magnitudinem aũt mensuramus motum, & econuerso. dicimus enim cp motus est multus, quia magnitudo, supra quã est motus, est multa: & similiter dicimus, cp magnitudo est multa quia motus supra magnitudinem factus est multus. Quare & similiter determinauimus quantitatem temporis per motum, & quantitatem motus per tempus.

Cõtinuitas tẽporis penes qd sumenda.

Numerus duplex.

In numero simpliciter ẽ inuenire minimũ: in numero aũt numerato ẽ minimum dare fm multitudinẽ, nõ aũt secundũ magnitudinem.

Quæ sint illa, quæ mensurantur tempore, & quæ non. Cap. 3.

Determinato de tempore fm se: consyderandũ est de ipso fm relationẽ ad ea, quæ tẽpore mensurantur. Est aũt consyderandũ, cp aliter cõparatur tẽpus ad motũ, & ad alias res. Cum.n. motus sit cõtinuus, & successiuus essentialiter, ideo non solũ mensuratur tẽpore quantũ ad suum esse, & suam successionem, vel durationem, sed etiã quantum ad id quod est: quia eius essentia in successione consistit. Mobilia vero quantum ad id quod sunt, sicut homo, aut lapis, non mensurantur tempore: quia essentia eorum est in quolibet nunc temporis, nec habet prius, nec posterius, siue successionem, vnde his respondet nunc temporis, & non tempus. Mensurantur aũt tempore quantum ad suũ esse, & suã successionẽ, vel durationem, quia duratio eorum non est tota simul. sicut ergo motũ esse in tempore, est ipsum mensurari tempore, quantũ ad id, quod est, & quantum ad suam durationem, ita alias res esse in tẽpore est ipsas mensurari tẽpore non quantũ ad id quod sunt, sed quantum ad suã durationẽ. & cp hoc sit verum, patet: esse.n. in tẽpore, aut est esse, dum tẽpus est, aut est esse, sicut in numero: esse aũt in tempore nõ est esse, quando tempus est, sicut nec esse, in loco est esse, quando loc⁹ est. Sic.n. sequeretur, cp omnia essent in eodem loco: cum omnia sint, quando vnus locus est: sicut etiã sequeretur, cp cœlum esset in grano milij, quia cœlum est, quando granum milij est: sed esse in tẽpore est mensurari, et contineri a tempore, sicut esse in loco est mensurari, & contineri loco. Propter quod sequitur, quod esse in tẽpore est esse, sicut in numero. In numero autem aliquid est dupliciter, aut.n. est aliquid ipsi⁹ numeri, sicut vnitas, par uel impar, aut quia numerus est eius, sicut rei numeratæ. Sic ergo, cum tempus sit numerus, aliqua dicuntur esse in tẽpore, quia sunt aliquid ipsius tẽporis, vt nũc prius & posterius. Aliqua aũt sunt in tempore, non quia sunt aliquid eius: sed quia mensurantur tẽpore, & continẽtur sub tẽpore, sicut ea, quæ sunt in numero continentur sub numero. quia ergo esse in tẽpore, est, sicut esse in numero: omni aũt eo quod est numero est dare maiorẽ numerũ: inde est cp est dare tẽpus maius omni eo quod est in tempore. Hæc est

est ergo prima cõditio ofum eorum, q̃ tpe mẽsurant. Secunda cõditio eorum est, cp quæcũq; sunt in tpe patiuntur sub tpe sicut consueuimus dicere cp tempus tabefacit: & corrumpit ea, quæ sunt in tempore, & cp obliuio fit propter tempus. Huius aũt causa est duplex. Prima est, quia videmus aliqua corrumpi in tempore, dato cp non appareat nobis aliquod exterius corrumpens: sicut est in corruptione, quæ fit ex senio, quam maxime attribuimus tẽpori. Nihil aũt fit in tẽpore, nisi appareat aliquid exterius faciens: propter quod non dicimus, cp tempus sit causa generationis, sicut corruptionis, aut cp tempus sit causa disciplinæ, sicut est causa obliuionis, quia ex hoc solo, cp aliquis diu viuit non efficitur sciens. Secunda causa est, cp tempus est numerus motus. motus aũt facit distare mobile a dispositione, i qua prius erat, & est magis causa corruptionis & generationis, cuius rõ signatur triplex. Prima rõ est, quia motus facit id, quod mouetur distare a prima dispositione sua, vt dictum est. Hæc aũt distantia attẽditur respectu termini a quo, qui corrumpitur in motu. & ideo motus per se est causa corruptionis. Quòd aũt per motum generetur aliquis terminus ad quẽ: hoc non est de rõne motus absolute: sed cõuenit ei, vt finitus est. Rationem aũr finiti habet ex determinata intentione mouentis, cuius est mouere ad aliquẽ determinatum terminum. Vnde generatio termini, ad quẽ magis est attribuenda formæ ipsius mouentis, rõne cuius mouẽs mouet: cs ipsi motui. Secunda rõ est, quia illud quod mouetur, dum mouetur, neq; est oino in termino, a quo, neq; in termino ad quẽ, sed deficit ab vtroq;. & ideo mot⁹ de se est causa, quare mobile sit sub priuatione termini a quo, & termini ad quem. Cum aũt mobile factum est sub termino ad quẽ, tunc non est motus. Et ideo motus magis est causa corruptiõis vtriusq; termini, dum est, cs gñationis termini ad quem: quia cum terminus, ad quem generatus est, tunc motus non est. Tertia rõ, quia vt patet ex Tertio Physi. motus trahitur ad rõnem actionis, fm cp consyderatur, vt ab hoc: ad rationem aũt passionis trahitur, vt cõsyderatur, vt in hoc. Constat aũt, cp oẽ accidens veriorem habet comparationem ad subiectum, cs ad causam agẽtem. ideo verior est consyderatio motus sub ratione passionis, cs sub ratione actionis. Passio aũt est causa corruptionis per se. De ratione enim eius est, cp ipsa magis facta plus, & plus abñeat a substantia. Factio aũt magis attribuitur actioni. Et quia sicut dictum est, verius consyderatur motus sub rõne passionis, cs sub ratione actionis, inde est cp motus magis est causa corruptionis, cs generationis. Tempus aũt, vt dictum est, est mensura motus: & ideo magis est causa corruptionis, cs generationis, sicut & motus: neutrius tñ est causa per se. Ex his duabus cõditionibus, quæ apparent in rebus, quæ sunt in tẽpore, possumus concludere, cp ea, quæ sunt semper, nõ sunt in tempore. Primo quia, sicut dicit prima conditio omni eo, quod est in tempore, est accipere tempus maius: Sempiternis aũt nõ est aliquid maius tempus accipere, cum ipsa semper sint. ergo ea, quæ semper sunt, non sunt in tempore. Præterea, sicut dicit secunda conditio, ea quæ sunt in tempore patiuntur in tempore, corrumpũtur in tempore. ea aũt quæ semper sunt, non patiuntur a tempore, nec corrumpuntur, neq; senescunt. quare manifestum est, cp non sunt in tempore. Ex his aũt, quæ dicta sunt, posset aliquis credere, cp ea quę quiescunt: cũ semper dum quiescunt similiter se habeant, sicut sempiterna, cp non mensurarent tempore. Hoc aũt est falsum. Et ideo dicẽdum est, cp sicut tempus est mensura motus per se, ita est mensura quietis per accidens. Non.n. oportet, cp oẽ, quod est in tempore actu moueatur: sicut oẽ quod est in motu, necesse est actualiter moueri: quia tempus non est motus, licet sit numerus motus. In numero aũt motus, conuenit esse non solum illud quod mouetur, sed etiam illud quod quiescit. Quiescens enim nõ dicitur quodcunq;, quod non mouetur, sed quod non mouetur, aptum tamen natũ moueri. & omne tale est mobile. Esse ergo rei quiescentis est esse rei mobilis. esse aũt rei mobilis mensuratur tempore. ergo & esse rei quiescentis. Mensuratur aũt id, quod quiescit, & id quod mouetur quãtum ad quantitatẽ quietis, vel motus: motus tñ per se. quies aũt per accidẽs: dicimus enim cp aliquid quieuit vno die, quia cessauit a motu vna die. Iuxta quod intelligendum est, cp mobile potest consyderari dupliciter, vel quantum ad suam substantiam, seu essentiã: vel quantum ad suum esse. Si consyderatur quantum ad suam substantiã sic non mensuratur tempore: eo cp substantia mobilis in quolibet nunc temporis est, nec habet successionẽ, nec prius, nec posterius. Si aũt consyderetur quantum ad suum esse, hoc põt esse dupliciter, quia aut consyderari põt quantum ad suum esse substantiale, aut quantum ad suum esse, quod habet in motu, quod est suum moueri. Si consyderetur primo modo sic non mensuratur tempore. Secundo aũt modo mensuratur tempore. Moueri.n. mobilis non est totum simul, sed successiuum. Viso ergo, cp non oĩa entia sunt in tẽpore, & cp nõ oĩa non entia sunt in tempore, & hoc breuiter comprehendamus, dicendum est, cp illa non entia, quæ impossibile est esse, non mensurantur tẽpore. Et rõ huius est, quia sicut dictum est, oĩ eo, quod est in tempore est accipere maius tempus. Constat aũt cp non est accipere maius tempus entitate eorum, quæ impossibile est esse. Et ideo nõ entia talia non sunt in tpe. Ea aũt, quæ possunt esse, & nõ esse sunt in tempore, qa est dare tẽpus magis entitate eorũ, & non entitate.

De differentia æternitatis ævi, & temporis, & quid sit vnumquodq; eorum. Cap 4.

Viso ergo de tempore secundũ se, & per resolutionem ad temporalia consyderandum est de eo per relationem ad alias mẽsuras, quæ sunt æternitas, & æuum. Primo ergo videndum, an æternitas sit & quid sit. Dubitant.n. aliqui, an æternitas sit. Et probant ipsi, cp non, quia infiniti inquantum infinitum est non est mensura. Causa aũt prima infinita est, cuius mensura ponit æternitas. ergo videtur, cp æternitas non possit esse in genere mensuræ, ergo æternitas nihil est. Item oĩs mensura certificat aliquã quantitatem: causa aũt prima nullam quantitatem habet. ergo æternitas non põt esse mensura causæ primæ, nec per consequens aliquid esse, cum non ponatur esse, nisi in genere mensuræ. Item nihil vno modo se habens potest mensurare: æternitas aũt est vno modo se habens: ergo non potest habere rõnem mẽsuræ: non ponitur aũt esse æternitas nisi vt mensura quædam ergo æternitas non est. Intelligẽdum cp æternitas tripliciter accipitur. Vno modo dicitur æternitas mensura durationis rei semper similiter se habentis, nihil acquirentis in futuro, & nihil amittentis in præterito, & sic proprijssime sumitur æternitas. Secundo modo dr̃ æternitas mensura durationis rei habentis esse fixum & stabile recipientis tñ vices in operationibus suis: & æternitas sic accepta proprie dr̃ æuum. Æuum.n. est mensura eorum, quorum esse est stabile, quæ tñ habent successionẽ in operibus suis, sicut intelligentiæ. Tertio modo dr̃ æternitas mensura durationis successiue habentis prius & posterius, carentis tñ principio & fine, vel carentis fine, & tñ habentis principium: & vtroq; modo ponitur mundus æternus, sed fm veritatem sit temporalis, & isto modo improprijssime dr̃ æternitas: Rationi enim æternitatis repugnat prius & posterius. Vtroq; aũt istorũ modorum dicta æternitas verissimam entitatem habet. Nec valet illud quod arguitur cp infiniti, inquantum infinitum est non est mensura, quia licet causa prima infinita sit eo cp careat principio & fine, tñ finitissima est eo cp in se ipsa manens, nihil sui habet extra se. Ad aliud cum dr̃, cp omnis mensura certificat aliquam quãtitatem: dicendum cp nõ est vniuersaliter verum, nisi accipiatur quantitas valde large pro quantitate virtutis & magnitudinis. Licet aũt prima causa non habeat quãtitatem magnitudinis, habet tñ quantitatem virtutis: & hoc sufficit. Ad aliud, cum dr̃ illud, quod vno modo se habet non mensurat, dicendum, cp verum est, cp non mensurat, vt numerus, sed vt vnitas: vnde æternitas magis dicenda est vnitas rei æternæ, cs numerus. Nunc ergo cõsyderandũ est, quid sit æternitas. Ad quod sciendum consy-

Universidad de Deusto
Biblioteca

derandū est, ꝙ eternitas dicit interminabilitatē quandam. Dicitur. n. æternum, quasi extra terminos existens. Sicut aūt dicit Philosophus. 8. Phy. In oī motu est aliqua generatio, & aliqua corruptio, inquantum mobile definit esse in termino, a quo: & incipit esse in termino, ad quem. Ex hoc patet, ꝙ oīs mutabilitas repugnat æternitati. Includit ergo æternitas non solum interminabilitatem essendi, sed etiam immobilitatem. Ex motu aūt causatur prius, & posterius in tēpore. Et ideo cum motus repugnet æternitati, ex consequēti repugnat et habet prius, & posteri⁹. Propter quod Boetius definit æternitatem dicens. Æternitas est interminabilis vitæ tota simul & ꝑfecta possessio. Quæcunq; ergo cum indeficientia essendi habent immobilitatem, & sunt absq; successione tēporali, ipsa dr̄ esse æternaliter, & mensurantur æternitate. Vnde a quibusdā definitur æternitas, ꝙ est mora, & non mora temporis, sed dr̄ mora essendi, i. in deficientia: Spatium vero dr̄, eo ꝙ ambit totum esse indeficiens. Continuum vero dr̄, non eo ꝙ habeat partes: sed ga nunquam deest, nunquam defuit, nunquam deerit non intersectum vero dr̄, quia non habet partes, quæ exeāt de potentia ad actum, sicut tempus, cuius pars prior præterīt, & pars posterior futura ē. Propter quod dicit Boetius, ꝙ nūc stans, & non fluēs causat æternitatem. Occasione huius dubitant aliqui, qūo verba præteriti temporis & futuri verificantur de Deo. Ad quod dicendū est, ꝙ æternitas est mensura rei indeficientis, sicut dictum est: Huic tñ accidit, ꝙ cōparetur ad præteritum, vel futurum: & hanc comparationem, vel concomitantiam ex indeficientia eius causatā dicunt verba præteriti temporis. Vnde prima causa dr̄ fuisse in præterito, quia in toto tēpore præterito nunquā defuit, & dr̄ fore in futuro, quia nūquam deerit. Ex his quæ dicta sunt potest assignari differentia inter æternitatem, æuum, & tempus: quia æternitas est mensura rei incommutabilis non recipientis vices in operatione. Æuum aūt est mensura rei, cuius esse est incōmutabile, quod tñ recipit vices in suis operationibus: Tempus vero est mensura rei, fm oēm modū mutabilis, & successiue. Cōstat aūt ꝙ æternū, quod immutabiliter se habet causa æuiterni, quod incommutabiliter se habet quātum ad esse: recipit tñ vices in suis operationibus. & similiter æuiternum causa est temporalis. Et sicut est in his, sic, & in instrumētis eorū: quia eternitas causa est exemplaris ipsius æui. Æuum. n. imitatur æternitatem quātum potest: deficit tñ ab æternitate. Æuum aūt est causa exēplaris ipsius tēporis, eo ꝙ tempus imitatur æuum quantum potest: deficit tñ ab æuo. Vnde non est dubium, ꝙ sicut tempus est primo mēsura vnius. s. primi mobilis, ꝙ est velocissimus, & æternitas primo est mēsura primi esse, quod est essentiæ simplicissimæ: ita æuum est primo mensura alicuius vnius: quod licet recipiat vices in operationibus suis, est tñ propinquissimū primo actui. Et ideo quicquid dicatur, sicut est vnum tempus, & vna æternitas, ita & vnum æuum. Ex hoc confutatur error quorūdam dicentium, ꝙ est idem nunc æternitatis, & temporis: quod nitunt probare, quia stans, & mouens se non videtur differre fm substantiam, sed solum fm rōnem: nunc aūt æternitatis est stans, & nunc temporis fluens quare non videtur differre, nisi rōne sola. Istud non potest habere veritatem, fm ea quæ determinata sunt. Visum est. n. ꝙ æternitas, & tēpus essentialiter differūt: quia nunc æternitatis, & nūc tēporis essentialiter differunt. Item quæcunq; se habent, vt causa & causatum, essentialiter differunt: nunc aūt æternitatis, eum non differat ab æternitate, nisi sola rōne, causa est temporis, & nunc ipsius, vt dictum est. Quare nunc temporis, & nunc æternitatis essentialiter differunt. Præterea nunc tpis, & nunc æternitatis essentialiter differunt, quia nunc tēporis est cōtinuatiuum præteriti cum futuro, vt patet. 4. Phys. nunc aūt æternitatis non est continuum p̄teriti cum futuro, qa in æternitate non est prius, nec posterius, nec p̄teritum, nec futurū, sed tota æternitas est tota simul. Neq; valet rō in oppositum cum dr̄ ꝙ stans, & fluens non differūt per essentiam. verum est in oī eo quod contingit et stare, et fluens esse: tñ stans quod nullo modo contingit fluere, & E fluens quod nullo modo contingit stare differūt per essentiam, talia aūt sunt nunc æternitatis, & nunc temporis. Et præterea si nunc temporis: & nunc æternitatis essent mēsura vnius, & eiusdē, rei quam contingit stare & fluere, tū ad huc differrent essentialiter, eo ꝙ vnū, & idem fm aliam & aliam rōnem mensurari pōt alia, & alia mensura, quia nos videmus in oppositō, ꝙ diuersa mensurabilia, quæ tñ participant vnā rōnem, possunt mensurari eadem mensura, sicut loci mutatio & alteratio, quæ mensurantur tpe inquantum conueniunt in rōne successiui habentes prius & posterius. Vnde manifestum est, ꝙ quorum mensurabilia differunt inquantū mensurabilia sunt & ipsa differunt: fluens aūt & stans, licet possint esse vnum et idem fm substantiā, quia non differunt, nisi in eo ꝙ stans est aliud a fluente, & fluens in eo ꝙ fluens est aliud a stante, ideo mensuranē alia & alia mensura in eo ꝙ stans et fluens. Et ideo nunc æternitatis quod est mensura rei vt stans, & nunc tēporis, quod est mensura rei, vt fluens, de necessitate differunt abinuicē.

S. THOMAE AQVINATIS DE TEMPORE, ET INSTANTIBVS TRACTATVS SECVNDVS.

Quid sit tempus, & qualiter tempus in istis inferioribus participatur, et quæ sit angelorum, & eorum operationum mensura. Cap. 1.

QVoniam oēm durationē cōcomitatur instans, ideo ad naturā durationis aperiendam, de natura instantis oportet aliquid dicere: horū. n. alterius notitia ad alterius cognitionem valet. Et quia cōposita sunt nobis notiora simplicibus, & diuisibilia indiuisibilibus, ideo a tēporis notitia incipiendum est, vt per ipsum ad instantis cognitionem: & itidem ad diuersarum durationum notitiam facilius possit peruenīri. Sciendum est ergo primo, ꝙ tempus dr̄ Quarto Phy. numerus motus. licet. n. nihil sentiamus per aliquem sensum exteriorem, nisi aliquo motu facto circa corpus, tñ sola cogitationum successione potest aīa prius, & posterius percipere in ipsa successione. & ita necessario in successione apprehendit aīa duo, vel tria, vel plura. & iste numerus apprehēsus in successione est tempus. Sed hoc dubitationem habet. Cum. n. tempus sequatur motum primi mobilis, vt eius propria mēsura: actio autē animę primo mobili non subiaceat, cum nō perficiatur organo corporali (sola. n. corpora primo corpori, & eius motui subiacent) videtur fm actionem aīæ tempus non posse percipi, nisi aliqua transmutatio circa corpus contingat. Ad huius ergo euidentiā consyderandum est, ꝙ est vnus primus motus, qui est causa omnis motus secūdi, & ideo quæcunq; transmutationes, sunt circa ista corpora inferiora, fiunt ab illa prima trāsmutatione. In actionibus aūt animæ, licet non sit transmutatio ex parte ipsius animæ, tñ transmutatio ex parte phantasmatum: per quorum naturam in cogitationibus aīæ est continuum & tempus, sicut dr̄ in. 3. lib. de Anima. & ideo anima in suis cogitationibus percipit successionem continuam, & apprehēdit prius & posterius in ea, & in hoc consistit rō temporis. Tempus. n. est numerus prioris & posterioris in motu, & ab vnitate primi motus habet tempus vnitatem. Comparatur. n. tempus ad primum motum nō solum vt mensura ad mensuratum, sed etiam vt accidens ad subiectum. Impossibile est aūt in vno subiecto esse plura accidentia eiusdem speciei, sicut in vna parte superficiei non possunt simul esse duæ albedines. Motus autē primus est vnus & vniformis. vnde tempus oportet esse vnum. Ad alias aūt transmutationes comparatur tempus solum vt mensura. vnum. n. esse potest mensura plurium, vt vna

virga

virga plurium pannorum. & ideo tempus non multiplicatur ad multiplicationem inferiorum trāsmutationum, sed manet vnum ipsis multiplicatis. Ex quibus patet ꝙ in substantijs separatis: quæ non intelligunt cum continuo & phātasmate, non est tempus, in cuius definitione cadit motus, qui est subiectum tpis, a quo tempus habet, ꝙ sit continuum. In definitione. n. temporis ponitur numerus, vt formale, & vt genus: & motus ponit obliqꝫ, vt eius subiectū, & loco differentiæ: semper. n. cum accidentia in abstracto definiuntur, ponitur subiectum loco differentię, sicut similitas dr̄ nasi curuitas: secūdo nanq; loco debet semp differentia in definitione poni. Et inde est, ꝙ tempus nō est absolute numerus, sicut duo, vel tria, sed est numer⁹ applicatus rebus, sicut duæ vlnæ panni, & hmōi. In substantijs aūt separatis non est subiectum temporis sic dicti. Vnde mensura actionis in eis non habet aliquam continuationem a materia, nec ab aliquo exteriori: sed quia non pōt ab eis apprehendi simul, nisi vnum, oportet, ꝙ in apprehensione plurium cadat successio prioris & posterioris: sed totū hoc est discretum, & non continuum, & tempus est in actionibus earum fm similitudinem eius, quod est formale in eo, non aūt fm eius materiale, a quo habet esse continuū: ideo tempus quo mensuratur successio in actionibus angelorū est ex indiuisibilibus, sicut numerus cōponitur ex vnitatibus, quæ sunt indiuisibilia quædam. Illa aūt indiuisibilia non pertinent ad genus quantitatis, sicut vnitates pertinent. & hoc de facili cognoscitur, si natura nostri tēporis consyderetur. Sciēdum est ergo, ꝙ cum rō mēsuræ primo inueniatur in quantitate discreta, & per eius naturam in cōtinua, nihil poterit habere rationem mensuræ in quantitate continua, ex adiunctione quantitatis discrete. & ideo tempus quod est mensura motus, a quo habet continuitatem, sicut a subiecto formaliter, est numerus: & per hoc est mensura, quāuis esse habeat per motum, sicut accidens a suo subiecto. Si ergo tempus nostrum cōsyderetur formaliter est numerus, siue etiam quātitas discreta, sed rōne sui subiecti est quantitas continua. Vnde tempus non est numerus absolutus, sed applicatus rebus. Quantitas aūt discreta habet originem a quantitate continua, vt dr̄. 3. Phy. propter diuisionem. n. continui est additio in numero. Nec forent duæ vnitates facientes numerum aliquarum rerum, nisi illæ res essent diuisæ abinuicem in se tñ retinentes vnitatem. Diuisio aūt rerum singularium eiusdē speciei, est per materiam, nō per formam, cum species sequatur formam. Species aūt vna est. In angelis aūt materia non est. & ideo substantię separatæ a philosophis vocantur. Ex quo patet, ꝙ mensura actionū in angelis cum insint eis, vt in subiecto, non pertinet ad quātitatē discretā, diuisio. n. & numerositas, quæ est in eis est solutio formalis, & nullo modo materialis. cū tot sint in eis species quod indiuidua. & ideo multitudo, quæ est in eis est de transcendētibus. Certū est. n. ꝙ vnū, & multa diuidunt ens: & patet ꝙ illud vnū, & multa non sunt in aliquo genere determinato puta in quantitate, cū vnitas talis, & multitudo, possit reperiri, vbi nulla est quantitas, vt in angelis. Tempus aūt, ꝙ mēsurat eorū actiones nō est continuū, nec numerus, qui est q̄titas discreta, cum ilta oriatur a continua, sed est numerus q̄ est multitudo quę est de transcendētibus, & ex talibus indiuisibilibus cōponi habet. & ideo non oportet inter duas eius actiones quę perficiuntur in diuersis indiuisibilibus illius tēporis, aliquod mediū cadere. Possunt. n. duæ actiōes immediate sibi succedere: sicut & duæ vnitates. Solum. n. inter duo indiuisibilia temporis nostri, quod ex talibus cōponi non pōt, cum sit cōtinuum: cadit medium. Sed si ex eis componeretur tēpus nostrū: nil caderet medium, quia partes rei immediate coirēt: & ideo instantia in tempore nostro nō sunt partes: cum sibi inuicē immediate succedere non possint. Ex dictis ergo manifestum est non esse transitū cum angelus aliquid morose intelligit: sicut qñ intelligit duo successiue. Apud nos aūt successio quædā est, qñ intelligimus vnum continue, sicut qñ intelligimus plura successiue. Et huius rō dicta est quia tēpus quod mensurat actiones nostras non est in eis: sicut in subiecto: sed est mensura earum tñ. In motu vero primo est sicut in subiecto, et ab illo habet transitum per naturam quæ subiectum eius est cum essentia motus, sicut in quodā transitu. Et ideo qñ intelligimus aliquod indiuisibile, puta A. oportet ꝙ ipsum solum similiter intelligamus cum non habeat qd prius & quid posterius intelligatur. Est. n. indiuisibile si morose intelligatur & quiescat intellectus illud intelligendo & aliud non transcundo: mensura actionis nostræ nullum transitum habebit cum ipsa sit nota simul. Natura. n. mensuræ intrinsecæ est nihil accipere a mensurato. Tempus autem est mensura extrinseca ofum præterquam ipsius tñ in quo est: sicut in subiecto: & idem est motus primus. Erit ergo transitus: qñ intelligimus aliquod indiuisibile non a parte actionis nostræ causatus in ipso tempore cum in eo nihil causetur, nisi a subiecto proprio: sed a parte ipsius temporis applicati actionibus nostris tāq; mensura mensurato & non tanq̄ accidens subiecto. Cum aūt angel⁹ aliquod vnum intelligit morose, nullus transitus est: sed est B vna particula ipsius temporis indiuisibilis quo mēsuratur actio eius quęcunq; mora fuerit in illud intelligēdo. Nō. n. aliquid continuum vnum vniforme est transitum habens, cuius tempus illud sit mēsura & accidens vt apud nos. Et ideo particulæ illius temporis non habent transitum, nec a parte intelligibilium sibi succedētium, cum vnum aliquid indiuisibile intelligatur: nec a parte alicuius subiecti cuius existentia est in continuo motu & transitu. Hoc autē imaginationem nostram transcendit: quia imaginatio nostra non transcendit continuum & tempus. Vna ergo particula indiuisibilis illius temporis manere potest cum multo tempore nostro cuius tñ partes illi particulæ commanere non possunt: nec tñ ꝓpter hoc est in illa particula successio vel continuatio aliqua: cum tempus illud non sit accidens alicuius in successione et continuitate existētis: vt dictum est. Manifestum est ergo ꝙ vniuersaliter omne tempus cōsistit essentialiter ī quadam morosa successione. Accidit aūt ei ꝙ illa successio sit cōtinua vel discreta, ratione eorum quibus C applicatur. Discretio enim illa quę est temporis in angelis non est eius numerus quo numeratur, hoc enim est absolutum a tempore: sed habet eam ab actionibus quę sibi succedunt sine medio.

Qualiter in toto tempore est instans idem ve differens in ratione. Cap. 2.

NVnc vero de ipsis instantibus superest agere. Sciendum est ergo ꝙ sicut punctus se habet ad lineam: ita se habet nunc ad tempus. Geometræ aūt imaginantur punctum per motum suum causare lineam. Quorum ratio est: quia linea non habet nisi vnam dimēsionem. vnde indiuisibilis est fm latum & profundum. & ideo nō est in linea, vnde punctum excedat in latum. Cum aūt in longū linea excedat punctum, si imaginemur punctum quiescere non poterimus imaginari ipsum esse causam lineæ. Si vero imaginemur ipsum moueri: licet in ipso nulla sit dimēsio: nec aliqua diuisio per consequens: per naturam tñ motus sui relinquitur aliquid diuisibile: & quia punctus non habet causare lineam nisi fm ꝙ linea caret latitudine & profunditate: non aūt fm ꝙ habet longitudinem: ideo ex natura motus sui quod relinquitur erit dimēsionale vna dimensione: et tale necessario erit linea. Ille tñ punctus nihil est de ipsius lineæ essentia. quia nihil vnum & idem realiter omnibus modis indiuisibile potest simul in diuersis partibus eiusdem continui permanentis esse. Necessario tñ si esset de essentia lineæ cōstitutæ per suum motum, foret de essentia cuiusliber partis sue: quia qua rōne pertineret ad vnam partem eiusdem, eadem ratione pertineret ad omnes, cum æqualiter ad omnes se habeat. Nec pōt esse terminus eius vel continuatio aliqua: cum ille punctus sit aliquid vnum realiter. Vnde non potest esse plures puncti realiter. In linea tamen sunt plures puncti & realiter abinuicem diuisi, vt duo eius termini: & similiter in eius continuatione. Linea enim est quantitas positionem habēs & manēs: nec cum puncto moto transiens. Punctus ergo mathematicæ D

Universidad de Deusto
Biblioteca

imaginatus qui motu suo causat lineam necessario nihil li E
neæ erit:sed erit vnum fm rem & diuersum fm rationē.&
hæc diuersitas quæ consistit in motu suo realiter,est linea:
non identitas sua fm rem. In hac ergo linea constituta per
diuersitatem puncti erunt puncta quædā duo actu vt eius
termini,qui cadūt in eius definitione:& infinita alia in po
tentia fm q ipsa est in infinitum diuisibilis potentialiter:
per quem modum de instanti temporis est agēdum,nisi q
instans est de substantia tēporis. Sciendum est ergo q mo
bile est causa motus nō efficiens sed materialis. Motus.n.est
in mobili,vt in subiecto, sicut dr in Tertio Physi.mensura
aūt ipsius mobilis est instās:quia instans sequitur id quod
fertur, vt dr Quarto Physi.& quidam referunt hoc ad in
stans æui dicentes ipsum esse idem fm rem cum instanti
temporis differens tū ratione: dicentes q primū mobile
cuius mensura est instans:quia essentia sua est tota simul et
non in aliqua successione,sicut & essentia instantis est tota
simul:ideo est vnum & idem realiter in toto motu suo, sed
diuersum & diuersum ratione: & hęc eius diuersitas est to F
tus motus eius:cuius ipsum mobile fm essentiam nihil est:
sed est penitus extra genus eius:cū ipsum sit substantia,mo
tus vero accidens.eodem modo vero instans quod est men
sura ipsius mobilis sequens ipsum vnū secūdum rem: cum
nihil perdat de substantia ipsius mobilis cuius instans est
mensura inseparabilis:sed diuersum & diuersum fm ratio
nem:& hęc eius diuersitas est tempus essentialiter:cuius ip
sum instans quod est mensura primi mobilis nihil est fm
eos.& ideo aliud in essentia sua est instans quod est vnum
in toto tempore,a quolibet instanti quod est in toto tēpore
vel vt continuans vel vt terminus. Illud.n.instans est men
sura essentiæ primi mobilis fm quod est permanens:nullū
aūt istorum instantiū est mēsura alicuius: quia ipsum tem
pus in quo reperiuntur prædicta instantia est mensura om
nium inferiorum non solum fm suos motus, sed etiam fm
sua esse:quia inferiora sunt transmutabilia non solū fm lo
cum,sed etiam fm suum esse, cum sint corruptibilia.vnde
dicunt q multos decipit æquiuocatio instantis q multipli G
latet in gñe fm Philosophum. Non.n.est aliquod instans
quod mensuret aliquam rem inferius, quod idem sit in to
to tēpore ipsius motus:cum nullum tempus sit accidēs mo
tus rei inferioris,sed primi mobilis tū.vnde cum res i nfe
rior mouetur,motus eius est accidens eius:sed tempus eius
nō est accidēs huius motus,sed mensura tū. Mensura.n.est
accidens primi mensurati tū in isto genere: aliorum autē
mensura tū,non aūt accidens:et ideo tempus non est in ali
quo motu alicuius rei corruptibilis,vt i subiecto,sed in mo
tu primi mobilis tū. Potest tū ratio de isto tēpore cuilibet
motui particulari aliqd attribuere,& assignare in eo prin
cipiū & finē per comparationem ad principium & ad ter
minum alicuius mot⁹ particularis:sicut facit in die cū acci
pit ortū & occasum solis tanquā principiū & finē tēporis.

Cuius sit mensuræ instans temporis & æuum. Cap. 3.

His aūt est aduersum quod dicit Philosophus Quarto H
Physi.dicens ipsum instans sequi rem motam:sicut
tempus sequitur motum:per hoc q nos deuenimus
in notitiam prioris & posterioris in motu per ipsum mobi
le:quia cum ipsum inuenimus in aliqua parte magnitudi
nis per quam mouetur, statim dicimus motum per quem
illuc aduenit præteriisse & motum per quē inde ad aliam
partem magnitudinis transibit futurum esse:& sic per mo
bile alteratum apprehēdimus numerum motus. Similiter
est in tempore:quia id quod distinguit partes temporis ab
inuicem,est nunc quod est principium temporis vnius &
finis alterius:ergo a commutata proportione:sicut se habet
tempus ad motum: ita se habet nunc temporis ad mobile:
vnde videtur Philosophus velle nunc tēporis sequi ipsum
mobile:ita q idem nunc sit mensura mobilis & continuās
partes temporis adiuncti.Idem etiam nunc dr primo men
surare tempus ipsum.quia vnumquodq⁹ mensuratur per
id quod est notius in suo genere.vnde illud de genere tem-

poris est.De eodem etiam nunc subiūgitur q nihil tempo
ris est nisi ipsum.s.nunc:ex quibus patet q instans quod se
quitur mobile sit de substantia temporis:cuius oppositum
dicebatur.Ad huius ergo difficultatis solutionem notandū
est q instans æui non est accidens primi mobilis, sed men
sura tū:fm illud eius quod est inalterabile.s.fm essentiam,
accidens vero est primi æuiterni: & sequitur illud sicut ac
cidens subiectum suum:alia aūt non. vnde manifestum est
q non est idem nunc æui & non temporis quod sequitur
mobile. Hoc.n.est mensura mobilis fm q est idem in toto
motu & accidens eius. vnde Philosophus quærens naturā
instantis in Quarto Phy.docet q nihil temporis est nisi in
stans:& ad hoc accepit rationem ex habitudine motus ad
mobile,dicens q sicut loci mutatio & ipsum mobile sunt si
mul:sic numerus mobilis simul est cum numero motus lo
calis: sed tempus est numerus loci mutationis:ergo nume
rus ipsius mobilis semper erit cum tempore.hoc autē nihil
aliud est ꝙ nunc.ergo nūc & tempus sunt simul. Addit aūt
q ipsum comparatur ad id quod fertur:nō sicut numerus:
sed sicut vnitas cum nunc sit indiuisibile. Ex quibus mani
festum est aliam esse naturam instantis quod mensurat mo
bile fm illud quod est fm id quod est idem in toto motu:
aliud aūt est quod continuat tempus:patet.n.ex parte mo
tus et mobilis mobile esse idem in toto motu realiter:sed al
terū & alterū rōne.sed hæc eius alteritas cōsistit in quibus
dā indiuisibilibus motus quæ dūr mutata esse:sine tū inter
polatione: & hmōi continuant motū, qū quies in aliquo
illorum nō accidit.Mobile aūt nihil est horum:cum quod
libet horum accidat sibi:simul tū sunt hęc mutata esse cum
mobili,quia eius sunt vt subiecti:sicut aūt a parte mobilis:
ita & a parte instantis quod sequitur mobile est accipere
diuersa & diuersa esse. Et hoc eius diuersitas consistit in ip
sis indiuisibilibus tēporis: quæ & dūr mēsurata esse:et ista
mensurata esse sine interpolatione sunt instantia quæ con
tinuāt tempus:& hoc nihil aliud sunt nisi diuersa & diuer
sa ratio eiusdem instātis:quod idem est realiter in toto tem
pore sequens mobile inquantum est idem re in toto motu.
Huic aūt adiungitur instans æui quod mensurat mobile
fm se:sicut aliud nunc est mēsura eius inquantum essentia
eius coniuncta est motui. vnde sicut bene arguitur q nihil
motus est nisi mobile sit,& tū mobile nō est aliquid de sub
stantia seu de essentia motus, nisi forte sicut subiectum dr
pertinere ad accidens suum cum cadat in eius definitione,
sed hoc est quia accidentia definiuntur per suppletionem
subiectorū quæ penitus sunt extra essentias eorum: ita be
ne arguitur q nihil temporis sit nisi instans sit: nec tū ideo
sequitur q illud instans sit aliquid temporis & ideo Philo
sophus subtilissime cum vellet ostēdere nihil temporis esse
nisi nunc,non hoc directe concluſit quod intendere videba
tur,sed directe cōclusit nunc & tempus esse simul, sicut mo
bile & motus sunt simul: & constat q motum esse ipsius
mobilis est continuatio ipsius motus, non aūt ipsum mobi
le:sed sicut mobile nō separatur a moto esse nec a motu:sed
semper sunt simul:ita etiam de ipso nūc:q ipsa diuersa esse
sunt essentiæ eius coniuncta:non dico diuersa esse eius: qa
diuersitas non attingit essentiam æui:licet ei coniungatur,
sed attingit nunc tēporis.vnde hic diuersa esse ei adiuncta
erunt aliquid tēporis & non ipsum nunc: præter quod tū
nihil tēporis est.Ipsum vero instans quod in se alteratur di
uersa & diuersa ratione quo ad sua esse est aliquid tēporis,
sed non tēpus.Vnde Philosophus ibidē cum prius vocasset
ipsum nunc numerū mobilis(super hoc.n.stabat argumen
tum eius)subiungit nunc non comparari ad mobile sicut
numerum, sed sicut vnitatem numeri quam constat non
esse numerum.sed eius replicatio quę est sibi alterū,& alte
rū esse est numerus:ipsa aūt replicatio vnitatis non est ipsa
vnitas,sed accidēs eius:licet ipsa quoq⁹ sit accidēs. Instās er
go quod est quasi vnitas ipsius primi mobilis fm Philoso
phum non est instans æui: quia instans æui est aliud per
essentiam ab instantibus continuantibus tempus. Ab illo
tū ista deriuant et oriunt:sed ipsum est idem in essentia sua:
in qua nulla cadit alteratio sicut in essentia primi mobilis,

Nec

Nec alterābitur etiā consequenter ad alterationem primi A
mobilis, quod alteratur fm vbi, hoc est instans quod nos
vocamus æuū quod est principium temporis: vnde Boe
tius Tertio de Conso. Qui tempus ab ęuo ire iubes:quia ab
isto instanti procedit tēpus,sicut motus a mobili: nō tamē
ab aliquo sui generis sed exemplariter: sicut dicimus infe
riora procedere a superioribus. Ideo subtiliter discernendū
est inter ista duo nunc,quia primū nunc est mēsura tantū:
secundū vero etiam est accidens & ad genus tpis pertinēs:
ideo dicitur mensurare tēpus. vnde Philosophus Quarto
Physi.per comparationē mobilis ad motum docet quomo
do istud instans mensuratur tēpore, quia,s.vnumquodq⁹
mensuratur per id quod est notius sui generis. Inter ea au
tem quæ ad tempus pertinent notius est instans,sicut & ip
sum mobile notius est in motu:& per ipsum cognoscit ipse
motus. Vbi considerandū est q duobus modis aliquid po
test esse mensura alterius.vno modo qū ipsa mēsura semel
vel pluries accepta equiparatur mensurato sicut trinarius
alii trinariū mensurat vel nouenariū. Alio modo qū vnū B
est ratio cognoscendi aliud.vnde de isto cognito non habe
tur nisi fm q aliud ducit intellectū in cognitionē ipsius.&
ideo illud non erit absolute mensura alterius:sed mediante
scientia:& ideo Philosophus dicit Decimo Metaphysi. q
scientia est mēsura scibilis:hoc aūt erit per modū illius per
quod intellectus ducitur in cognitionē talis rei.Isto modo
mobile potest dici mensura motus:quia per eius notitiam
deuenitur in notitiā motus vt ibidem dicitur:& quia mo
bile est permanēs:motus vero transiens, ideo mobile notius
est ipso motu:similiter instans tale notius est tēpore simpli
citer:quia permanens est & idem re:tēpus vero transiens:
licet qñq⁹ tempus sit nobis notius, quia est aliquo modo
subiectū sensui quia est sensibile cōmune cum sit numerus
motus.Cum aūt dr q nihil est prędens de tēpore nisi nunc:
non significatur aliquod instans quod est continuans par
tes tēporis adinuicē quod cum tempore labitur,nec perma
net vt iterū signari possit:sicut potest pūctus in linea vnus
& idē existens bis sumi inquantū,s.est principium & finis C
respectu diuersarū partium linęæ:nihilominus idem nunc
est principium vnius partis & finis alterius in tempore,si
cut in linea punctus. sed hoc dr de nunc quod sequitur id
quod fertur.Id.n.manet idem fm essentiam in toto tempo
re:variatum tū per rationem:et in ista diuersitate eius inue
niuntur multa instantia:semper tū labentia cum tempore.
Constat aūt nullum talium instantiū labentiū esse causam
temporis: cum nullum ipsorum maneat in toto tempore,
sed trāseat cum qualibet parte temporis:Ipsa.n.sunt diuer
sæ rationes ipsius instantis:quod est idem in toto tempore:
& ideo vocantur instantia. Quōd aūt instans permanēs pa
titur aliquam alterationem sibi adiūgi:quia dictum est ip
sum nunc habere diuersum et diuersum esse:hoc accidit qa
vnū & idem natum est habere diuersas mensuras:sicut pa
tet de corpore cœlesti:quod fm suum esse quod est intran
smutabile mensuraf æuo quod est instans permanens.sed
quia idem corpus habet transmutationem adiunctam mo
tu(mouetur.n.fm locum)tempus aūt est mēsura motus, vt D
dictū est:ideo hoc instās, licet sit intrāsmutabile,est tū mu
tationi adiunctum ratione sui subiecti quod mouetur fm
locum,vt dictum est.& sic accidentaliter habet mutationē
adiunctam siue alterationem.similiter in substantijs separa
tis reperitur quidam motus affectionum & intellectionū.
non aūt fm suū esse. Vnde vbicunq⁹ reperitur natura istius
nunc semper est reperire motum aliquem adiunctum. Ex
quo manifestum est q æuum non est vt in subiecto in pri
mo mobili:sed est mensura eius tantum:vt in subiecto aūt
est in primo æuiterno: sicut enim tempus respectu primi
mobilis,est accidens et mensura,respectu aūt motuum alio
rum inferiorum mensura tantum: Ita æuum respectu pri
mi in genere eorum quæ æuo mensurantur est accidens &
mensura:respectu aūt aliorum est mensura tantum.et quia
primum in quolibet genere est vnum tantum, in vno aūt
subiecto impossibile est plura esse accidentia vnius naturę
ab illius vnitate, erit tantum vnum æuum omnium quæ

æuo mensurantur:sicut tempus est vnum omnium: quia
motus,primi mobilis est vnus.

Quid mensurat operationes angelorum. Cap. 4.

COnsyderandum est aūt q nulla actio substantię sepa
ratę mensuratur isto nunc:cum nulla actio sua sit sua
substantia:solius.n.dei actio est ei⁹ substantia:& ideo
substantia & actio eius est ęterna.cum aūt angelus,agit ali
quid extra:sicut qñ aliquid agit circa ista corpora inferio
ra illa transmutando sicut factū est in angelo Thobiæ:tunc
actio sua mensuratur tempore nostro. Si aūt actio sua non
fuerit ad extra cuiusmodi est intelligere,tunc si intelligit in
verbo,actio sua mensuratur æternitate participatiue. Sic
enim actio sua naturam suam transcendit:quia per naturā
suam non videret res in verbo. Si vero intelligat per spe
cies suas:tunc actio sua cum sit successiua mensurabitur tē
pore quod non est cum nostro,nec etiam cum eo quod for
male est in ipso. Et huius temporis vna particula cum mul
to tēpore nostro esse potest nullo medio intercidēte:quam
uis in tempore nostro multa media cadāt propter eius con
tinuitatem. Cum vero intelligibilia sibi succedunt,erit ibi
tempus perfectū ex multis particulis indiuisibilibus in se
ipsis,& hæ particulæ non sunt instantia: quia nulla istarū
est eadem in toto tali tempore:sicut est instans temporis in
tempore. Nec aliqua istarum est continuatio temporis, sed
quælibet est pars sicut vnitas numeri. Ex his manifestum
est q tempus nostrum non causatur ab illo tempore sed ab
æuo quod est idem in toto tempore. Æuo aūt nulla actio
mensuratur, sed esse ipsorum æuiternorū, & ita æuiterna.
Æuum aūt nō se habet ad tempus sicut aliquid eiusdē spe
ciei,sed tanquam causa analoga:per prius.n.inuenitur ra
tio mensuræ in æuo q̄ in tempore. Vnde a parte æui quod
tori tempori nostro coexistit & cuilibet eius instāti inferri
potest primū angelum toti tempori nostro coexistere, sed
non q mensuretur æuo. Tempus.n.nostrum concomitan
ter se habet ad angelum ratione æui,cui tēpus nostrum est
adiunctum. Vnde si aliquo modo diceretur angelus cōme
tiri,seu mensurari tempori,quod est mēsura motus,necessa
rio hoc foret per concomitantiā: & hoc cōuenienter posset
dici si tempus non haberet finem sicut est Philosophi opi
nio. Tunc.n.tempus indeficienter sequeretur ęuū. Sed quia
tempus non semper durabit: cessabit nanq⁹ motus:non est
concordia seu cōcomitantia tēporis & æui nisi vt nūc. Tē
pus vero quod mensurat actiones angelorū concomitatur
simpliciter ipsum æuū. Semper.n.angeli intelligent per spe
cies rerum proprius quas apud se habent. Quia ergo hoc
tēpus absolute æuū concomitatur tēpori:tēpori aūt nostro
in nullo proportionatur nisi forte accidentaliter(potest.n.
vna particula indiuisibilis illius temporis toti tempori no
stro cōmanere:et vltra hoc fm morā quā faceret angelus su
per idem intelligibile)ideo per naturā illius temporis non
potest inferri q intelligere angeli mensuretur tempore no
stro:nec etiā q tempus nostrū cōmetiatur vnicam eius in
tellectionē vt ostensum est, nisi ex suppositione:vt si pona
tur vna particula illius tēporis in qua intelligit vnū intelli
gibile coexistere alicui particulari tēpori apud nos. Tunc
enim ex hypotesi sequeretur tempus nostrū commetiri ip
si intelligere angeli:non tanquā propria mensura eius: sed
tanquam quid eam concomitans: & adhuc remotius q̄ æuū: quia tempus nostrum nō comparatur illi tēpori siue
illi intelligere nisi per æuum a quo effluit vtrunq⁹ tempus.

Quid sit subiectum æui. Cap. 5.

NVnc vero restat ostendere cuius sit æuū vt subiecti.
Ad cuius euidentiā consyderandum est q sicut di
citur Decimo Metaphy. Vnumquodq⁹ mensuratur
per simplicius sui generis. Est aūt accipere simpliciter sim
plicissimum fm multitudinē,sed non fm magnitudinem.
Et hoc vel simpliciter sicut vnitas est mensura oīs numeri
vel in ipso genere habens rationē generis:sicut binarius est
numerus simplicissimus minimam habens compositionē:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed non mensura simpliciter sed tantū numerorum pariū. Simplicissimū aūt in motibus fm multitudinē est primus motus, quo mensurantur alij motus. Secundum vero magnitudinem non est accipere simplicissimum: quia magnitudo est diuisibilis in infinitum. Ex statuto tū significatur minimum fm magnitudinem ad quod omnia mensurantur: vt pedale vel huiusmodi. Et ī aliquo istorū semper erit ista mēsura vt in subiecto. Ad alia aūt comparatur vt mensura tātum. ideo tēpus est ī primo motu vt ī subiecto. Quia vero in rebus ordinatis inter se supremum infiniti attingit infimum supremi: ideo tēpus in supremo sui, vbi est sicut in subiecto, coniungitur æuo quasi infimo sui: quia æuum non pertinet ad cœlum nisi sicut mensura tantum. Oportet ergo æuum esse vt in subiecto in re tali cui cōiungitur æternitas in ratione mensuræ. Nulla aūt creatura fm esse suum est æterna: Potest tū fm actionem suam participare æternitatem: sicut angelus qui intuetur res in speculo æternitatis. Hæc.n. est perfectio essentię naturæ, angelicæ, s. visio glorię. Æuū ergo vt in subiecto erit in illo qui magis participat tali visione. Illius.n. essentia est magis perfecta & natura sublimata. Et ideo suppositō q; Lucifer fuisset maximus angelorū si stetisset: in eo foret æuum vt in subiecto. Sed quia eius natura non est perfecta perfectione gloriæ æternæ, nō est in eo aliquid quod sit in alijs mensura, sed in eo qui magis inter oēs est gloriæ particeps. Manifestū est. n. q; in corpore perfectissimo quod est maxime a corruptione remotum vt pura cœlesti, est vnde alia mensuratur. Eius aūt perfectio sequitur naturam suam: quia nō est aliquis nixus ad oppositum suæ perfectionis in eo. In angelis aūt non est tota perfectio a natura: quia potest in eis esse motꝰ ad oppositum: sicut patet de illis qui peccauerunt in quibus aliqui perfectiorem naturam habebant multis qui steterunt: quorum natura perfecta est per gloriam. Et ille qui perfectiorē naturam habet in gloria, habet in se vnde alij mensurētur. Et ideo fm Commentatorem Decimo Meta. dicitur. Deus qui est simplicissimus est mensura omnium simpliciter: nō tanquam eiusdem generis: sed quia vnumquodq; tantum habet de esse & bonitate quātum ad illum plus appropinquat qui est ipsa bonitas & ipsum esse a quo omnia bona sunt qui est deus benedictus in secula. Amen.

S. THOMAE AQVINATIS DE ÆTERNITATE MVNDI

LIBER VNVS.

Vppositō fm fidem catholicam mundū ab æterno non fuisse: sicut quidā Philosophi errantes posuerunt: sed q; mūdus durationis initium habuerit sicut scriptura sacra quę falli non potest testatur: dubitatio mota est vtrū potuerit semper fuisse. Cuius dubitationis vt veritas explicet primo distinguendum est quid est in quo cum dicentibus contrariū conuenimus: & quid est illud in quo ab eis differimus. Si enim intelligatur q; aliquid præter Deum potuerit semper fuisse: quali possit esse aliquid æternū præter est ab eo non factū: error abhominabilis est, non solum in fide, sed etiam apud Philosophos: qui confitentur & probant q; omne quod est quoquo modo esse non possit, nisi causatū ab eo qui maxime & verissime habet esse. Si aūt intelligatur aliquid semper fuisse & tū causatū a Deo secundum totum quod in eo est, videndum est vtrū hoc possit stare. Si aūt dicatur hoc esse impossibile: vel hoc dicetur, quia Deus non potuit facere aliquid quod semper fuerit: aut quia nō potuit fieri: etiam si deus posset facere. In prima aūt parte oēs consentiunt. s. in hoc q; deus potuit facere aliquid quod semper fuerit consyderādo potētiam ipius infinitā. Restat igitur videre vtrum possibile sit aliquid fieri quod semper fuerit. Si aūt dicatur q; hoc non potest fieri: hoc non potest intelligi nisi duobus modis, vel duas causas veritatis habere. s. vel propter remotionē potentię passiuæ vel propter repugnātiam intellectuū. Primo modo posset dici q; anteqū angelus sit factus: nō poterat angelus fieri: qa non precessit ad eius esse aliqua potentia passiua, cū non sit factus ex materia præiacenti: tū deus poterat facere angelum, et poterat facere vt angelus fieret: quia fecit & factus est. Sic ergo intelligendo simpliciter concedēdū est fm fidē q; non potest causatū a Deo semper esse: qa hoc ponere, esset ponere potētiā passiuā semper fuisse: quod hęreticū est. Tamē ex hoc nō sequit. q; deus nō possit facere vt fiat semp; aliquod ens. Secundo modo dicitur per repugnantiam intellectuum aliquid non posse fieri: sicut non potest fieri vt affirmatio & negatio sint simul vera: quamuis deus hoc possit facere vt quidā dicunt. Quidam vero dicunt q; nec deus potest huiusmodi facere, quia hoc nihil est. Tamen manifestum q; non potest facere: vt hoc fiat: quia positio qua ponitur esse destruit seipsam. Si tū ponatur q; deus huiusmodi potest facere vt fiat: positio non est hæretica: quāuis vt credo sit falsa: sicut q; præteritum non fuerit includit in se contradictionē. Vnde Aug. in lib. cōtra Faustū. Quisquis ita dicit si omnipotens est deus, faciat vt quæ facta sunt facta non fuerint: non videt hoc se dicere, si omnipotens est, faciat vt ea quæ vera sunt, eo ipso q; vera sunt, falsa sint. Et tū quidam magni pie dixerūt deū posse facere de præteritō q; non fuerit præteritū, nec fuit reputatum hæreticum. Videndum est ergo vtrum in his duobus sit repugnantia intellectuū: quod aliquid sit causatū a Deo, & tū semper fuerit. Et quicquid de hoc verū sit non erit hæreticū dicere: quia hoc potest fieri a deo vt aliquid causatum a deo semper fuerit. Tamē credo q; si esset repugnantia intellectuū, esset falsum. Si autem non est repugnantia intellectuum, non solum est falsum, sed etiam est impossibile aliter esse & erroneum si aliter dicatur. Cum.n. ad omnipotentiam dei pertineat & omnem intellectum & virtutē excedat, expresse omnipotentiæ derogat qui dicit aliquid posse intelligi in creaturis, quod a deo fieri non possit. Nec est instantia de peccatis, quæ inquantū huiusmodi nihil sunt. In hoc ergo tota consistit quæstio: vtrū esse creatū a deo fm totam substantiam & non habere durationis principiū repugnent adinuicem vel non. Quod aūt non repugnent, sic ostēditur. Si.n. repugnant, hoc non est nisi propter alterum duorū, vel propter vtrunq;. Aut quia oportet vt causa agēs p̄cedat duratione, aut quia oportet quōd non esse præcedat esse durationet propter hoc dicitur creatū a deo ex nihilo fieri. Primo ergo ostendā q; non est necesse, vt causa agens, s. deus præcedat duratione suū causatum si ipse voluisset. Primo sic. Nulla causa producens effectum suum subito, necessario præcedit effectū suū duratione: sed deus est causa producens effectum suum non per motū sed subito: ergo nō est necessariū q; duratione præcedat effectum suū. Primū patet per inductionē in omnibus mutationibus subitis, sicut est illuminatio & huiusmodi. Nihilominus potest probari per rationē sic. In quocunq; instanti ponitur res esse, potest poni principiū actionis eius: vt patet in omnibus generabilibus: quia in illo instanti in quo incipit ignis esse ignis, incipit esse calefactio: Sed in operatione subita similimodo idē est principiū & finis eius sicut in oībus indiuisibilibus: ergo in quocunq; instanti ponitur agens producens effectū suū subito, potest poni terminꝰ actionis sue: sed terminus actionis est simul cū ipso facto, ergo nō repugnat ītellectui si ponat causa, p̄ducēs effectū suū subito non p̄cedere duratione causatum suum: repugnaret aūt in causis producētibus effectus suos per motū: quia oportet q; principiū motus præcedat finem eius. Et quia homines consueti sunt consyderare huiusmodi factiones quæ sunt per motum, ideo non facile capiunt q; causa agens duratione effectum suū non p̄cedat. Et inde est q; multorū inexperti ad pauca respicientes enunciant facile. Nec potest huic rationi obuiari: quia deus est causa agens per voluntatem: quia voluntas non est necessarium q; præcedat duratione effectum suum: nec agens per volūtatem, nisi per hoc q; agit ex deliberatione: quod absit vt in deo ponamus. Præterea causa producens totam rei substantiam non minus potest in producēdo totā substātiā q; causa producens formam in productione formæ: immo multo magis: quia non producit educendo de potētia materiæ sicut est in eo qui producit formā. Sed aliquod agens quod producit solum formā potest in hoc vt forma ab eo producta sit quandocunq; ipsum est, vt patet in sole illuminante: ergo multo fortius deus qui producit totam rei substantiam potest facere vt causatum suum sit quandocunq; ipse est. Præterea si aliqua sit causa qua posita in aliquo instanti non possit poni effectus eius ab ea procedens in eodem instanti, hoc nō est nisi quia illi causæ deest aliquid de complemento. Causa enim completa & causatum sunt simul. Sed deo nunquam defuit aliquid de cōplemēto: ergo causatum eius semper potest poni eo posito: Et ita non est necessarium q; duratione præcedat. Præterea voluntas volentis nihil minuit de virtute eius: & præcipue in deo. Sed omnes soluētes ad rationes Arist. quibus probatur res semper fuisse a Deo per hoc q; idem semper facit idem, dicunt q; hoc sequeretur si non esset agens per voluntatē: ergo & si ponatur agens per volūtatem, nihilominus sequitur q; potest facere vt causatum ab eo nunquam non sit. Et ita patet q; non repugnat intellectui quod dicitur, causa agens non præcedere effectum suum duratione: quia in illis quæ repugnāt intellectui, deus non potest facere vt illud fit. Nunc restat videre an repugnet intellectui aliquod factū nunquam non fuisse, propter hoc q; necessarium sit non esse eius esse duratione præcedere, propter hoc quod dicitur ex nihilo factum esse. Sed q; hoc in nullo repugnet, ostēditur per dictū Anselmi in monologion, capitulo octauo, exponentis quomodo creatura dicatur facta ex nihilo. Tertia inquit īterpretatio qua dicitur aliquid esse factū ex nihilo, est cum intelligimus esse quidē factum: sed non esse aliquid vnde sit factum. Per similē significationem dici videtur cum homo contristatur sine causa, dicitur cōtristatus de nihilo. Secundū igitur hunc sensum si intelligatur quod supra conclusum est quia præter summā essentiam, cuncta quę sunt ab eodem, ex nihilo facta sunt. i. non ex aliquo, nihil inconueniens sequetur. Vnde patet q; fm hanc expositionem non ponitur aliquis ordo eius quod factum est ad nihil quasi oportuerit prius, quod factum est, nihil fuisse, & postmodū aliquid esse. Præterea supponatur q; ordo ad nihil in propositione importatus, remaneat affirmatus: vt sit sensus creatura facta est ex nihilo, i. facta est post nihil: hæc dictio, post, ordinem importat absolute. Sed ordo multiplex est, s. durationis & naturæ. Si igitur ex cōmuni & vniuersali non sequit propriū et particulare, nō erit necessarium vt propter hoc q; creatura esse post nihil dicitur, prius duratione fuerit nihil, & postea fuerit aliquid: sed sufficit si priꝰ natura sit nihil, q̄m ens. Prius.n. inest vnicuiq; naturaliter quod cōuenit sibi in se, q̄m quod solū ex alio habet. Esse aūt non habet creatura nisi ab alio: sibi aūt relicta in se consyderata, nihil est. Vnde prius naturaliter inest sibi nihil, q̄m esse. Nec oportet q; propter hoc simul nihil, & ens: quia duratione non præcessit. Non.n. ponitur si creatura semper fuit vt in aliquo tempore nihil sit: sed ponitur q; natura eius est talis q; esset nihil si sibi relinqueretur: Vt si dicamus aerem semper fuisse illuminatum a sole, oportebit dicere quōd aer est factus lucidus a sole: & quia omne quod fit ex contingenti fit. i. ex eo quod non contingit simul esse cum eo quod dicitur fieri: oportebit dicere q; sit factus lucidus ex non lucido vel tenebroso, non ita q; vnquā fuerit nō lucidus vel tenebrosus, sed quia esset talis si sibi soli relinqueretur. Et hoc expressius patet in stellis & orbibus qui semper illuminātur a sole. Sic ergo patet q; in hoc quod dicitur aliquid factū esse a Deo & nunquā non fuisse: non est intellectus aliqua repugnantia. Si.n. esset aliqua repugnantia, mirū est quomodo Aug. eam non vidit: quia hoc efficacissima via esset ad improbandū æternitatem mūdi, cum tū ipse multis rationibus impugnet æternitatē mundi, in Vndecimo & Duodecimo de ciu. dei. Hāc aūt vnde omnino prætermittit: Quinimmo innuere videtur q; non sit ibi repugnātia intellectuū. Vnde dicit Decimo de Ciui. dei, 31. cap. de Platonicis loquens. Id quomodo intelligant viderint, non esse hoc videlicet tēporis, sed substitutionis initiū. Sicut.n. inquiunt si pes semper ex æternitate fuisset in puluere, semper eius subesset vestigium, quod tamen vestigium ex calcante factum nemo dubitaret: nec alterū altero prius esset, quamuis alterum ab altero factum esset. Sic inquiunt & mundus & dū in illo creati semper fuerūt, semper existente eo qui fecit: & tū facti sunt. Nec vnquam dicit hoc non posse intelligi: sed alio modo procedit contra eos. Item dicit. 11. libro. 4. ca. Qui aūt a Deo quidē factum mundum fatentur, non tū eum temporis volūt habere, sed sue creationis initium, vt modo quodam vix intelligibili semper sit factus, dicunt quidem aliquid, vnde sibi deum videntur velut a fortuita temeritate defendere. Causa aūt quare vix intelligibilis tacta est prima rōne. Mirū est etiā quomodo nobilissimi Philosophorum hanc repugnantiā non viderunt. Dicit.n. Augu. in eodem lib. capitulo. 5. contra illos loquens, de quibus in præcedenti auctoritate facta est mentio. Cum his.n. agimus qui etiam deum corporum & omnium naturarum, quæ nō sunt, quod ipse, creatorem nobiscum sentiunt. De quibus postea subdit. Isti Philosophi cæteros nobilitate atq; auctoritate vicerūt. Et hoc etiā patet diligenter consyderanti dictum eorum qui posuerūt mundum semper fuisse: quia nihilominus ponunt eum a Deo factum: nihil de hac repugnantia intellectum sentientes. ergo illi qui ram subtiliter eam percipiunt soli sunt homines, & cum eis oritur sapientia. Sed quia quædam auctoritates videntur pro eis facere, ideo ostendendum est q; præstant eis debile fundamētum. Dicit.n. Damascenus in libro. 1. cap. 8. Non aptum natum est quod ex non ente ad esse deducitur cœternum esse ei quod sine principio est & semper est. Item. Hugo de sancto victore in principio libri sui de sacramentis dicit. Ineffabilis omnipotentiæ virtus non potuit aliquod præter se habere cœternum, quo in faciendo iuuaretur. Sed harum auctoritatum & similium intellectus, per hoc patet quod Boetius dicit vltimo de consolatione. Non recte quidam cum audiunt visum Platoni mundum hunc nec habuisse initium temporis nec habitum esse defectum, hoc modo conditori conditum mundū fieri cœternum putant. Aliud enim est per interminabilē duci vitam quod mundo Plato tribuit, aliud interminabilis vitæ totam pariter complexum esse præsentiam: quod diuinæ mentis proprium esse manifestum est. Vnde patet q; etiam non sequitur quod quidam obiciunt. s. q; creatura æquaretur deo in duratione: Et q; per hunc modum dicatur q; nullo modo potest esse aliquid cœternū deo. Quia nihil. s. potest esse immutabile nisi solus deus: quod patet per hoc quod dicit August. 12. de ciuitate dei. cap. 15. Tempus quoniam mutabiliter transcurrit, æternitati immutabili non potest esse cœternum. Ac per hoc etiam si immortalitas angelorum non transit in tēpore, nec præterita est, quasi iam nō sit nec futura: quasi nondum sit tū eorum motus quibus tempora peragūtur in futuro, in præteritū transeunt. Et ideo creatori in cuius motu dicendum non est vel fuisse quod iam non sit, vel futurum esse quod nondū sit, coæterni esse non possunt. Similiter etiam dicit. s. super gene. Quia omnino īmutabilis est illa natura trinititatis, ob hoc ita æterna est, vt ei aliquid coæternum esse non possit: & similia verba dicit in Vndecimo lib. Confetionum. Ad ducunt etiam pro se rationes quas etiam Philosophi retigerunt & eas soluerunt. Inter quas illa est difficilior quæ est de infinitate animarum quia si mūdus semper fuit, necesse est modo infinitas animas esse: sed hæc rō non est ad propositum, quia deus mūdum facere potuit sine hoībus & animabus: vel tunc etiam potuit hominem facere quando fecit, si etiam totum alium mundum fecisset ab æterno, & sic nō remanerent post corpora animæ infinitæ, & præterea adhuc non est demonstratum q; deus non possit facere, vt sint infinita actu. Aliæ etiam rationes sunt aquarū responsione supersedeo ad præsens, tum quia eis alibi responsum est: tum quia quædam earum sunt ita debiles q; sua debilitate contrariæ parti videntur probabilitatem afferre.

Universidad de Deusto
Biblioteca

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINA. SANCTI SIXTI DE SVBIECTO NATVRALIS PHILOSOPHIAE QVAESITVM.

QVeritur an ens mobile sit subiectū, in Philosophia naturali. Et videtur cp non. Primo. Quia aut ens mobile significat, substantiā mobilē, aut accidens mobile aut tertiū cōmune vtrisq;. Si primū, cum substantia mobilis & corpus mobile sint idem conuertibiliter, sequitur cp poneretur fm rem corpus mobile subiectū Philosophiæ: quod est contra tenentes ens mobile. Si secundū, hoc est manifeste contra omnes, & veritatem. Si tertiū, tunc sequeretur, cp ens diceret tertiū conceptum abstrahibilē a substantia & accidente, quod est contra Thomistas. Secundo sic. Subiectum scientiæ debet esse F vnius rationis formalis: alioquin non haberet quod quid est, & consequenter nec esset principiū scientiæ: quia vt dicitur in primo de Anima in textu. 11. principium omnis demonstrationis est quod quid est. Nec haberet aliquā per se primo passionem: quia ei, quod non est in se natura vna, quicquid per se vnū conuenit, conuenit ratione partium, & consequenter nulla passio cōuenit ei primo, ens aūt mobile dicit aggregatū ex duabus rationibus formalibus: ergo non est subiectum. Si dicatur, cp illa duo ponuntur ad circumloquendū vnam rationem formalem, quemadmodum moris est ponere passiones loco differentiarū, contra. Ratio subiecti in scientia debet esse primo & maxime nota in scientia, eo cp tota scientifica cognitio ex illa dependet: sed si circumlocutione eget, non esset huiusmodi: implicatio siquidē est in adiecto, dicere cp est ratio formalis in scientia, & cp circumloquimur illā passionis nomine, vt potet occultam. ergo &c. Tertio. Si ens mobile esset subiectū philosophiæ Naturalis: aut Philosophia Naturalis esset pars G Metaphysicæ, aut esset subalternata illi: vtrunq; est falsum: ergo. Tenet consequentia, quia aut ens mobile addit supra ens conditionē per se diuidentem ens, aut accidentalē enti. si primo modo, sequitur cp ens mobile a Metaphysico consideradum est, quia in primo Post. cap. 22. dicitur cp eiusdē Te.cō.42. scientiæ est considerare subiectum aliquod & partes subiectiuas per se: & consequenter esset Philosophia Naturalis, cui ascribitur ens mobile, pars Metaphysicæ. Si secūdo modo, sequitur cp Philosophia Naturalis Metaphysicæ subalternaretur, eo cp vt dicitur in primo Poste. ca. 8. descendere de genere in genus fm quid. i. fm conditionem accidentalem (vt communiter exponitur) est solius scientiæ subalternatæ conditio ab Aristo. tradita. Quarto sic. Subiectū in scientia debet esse illud, ad cuius rationem formalem omnes resoluuntur passiones & conclusiones illius scientiæ, vt de se patet: sed passiones & consequenter conclusiones physicæ resoluuntur vltimo in Philosophiā naturali, ad quod quid est subſtantiæ, seu corporis naturalis, eo cp omnia acci H dentia Physica causantur ex subſtantia naturali. ergo subſtantia naturalis, seu corpus naturale ponēdū est subiectū.

In hac dubitatione primo distinguam opiniones. Secundo declarabitur opinio San. Tho. Tertio simul ipsā confirmabitur, & contra alias opponetur. Quarto respondebitur argumentis in oppositum.

QVo ad primū sciendū est de subiecto adæquato Philosophiæ Naturalis (de quo hic est sermo) quosdam loqui in re hac naturaliter, quosdā vero innaturaliter: ꝓpter quod hi a nostra resecādi sunt disputatione, quā inter Philosophos agimus. Supponūt. n. intelligentias mobiles esse, & Philosophiā Naturalē infra sensibilia nō arctantes, cōmune aliquid sensibilibus & separatis a materia, quatenus mobilia sunt, subiectū Philosophiæ dicunt, operiuntq; errorē suum theologicæ pietatis nomine.

Contra hos enim nō oportet naturalem disputare, apud quem indubitatum principium est subſtantias abſtractas immobiles esse, & terminum cōsyderationis Philosophicę esse animam humanam, partim abstractam, partim non vt dicitur Secundo Physi. tex. 26. & vltimum quod potest. Naturalis de intelligētiis attingere, est declarare quia sunt, vt Auer. dicit primo Phy. cō. vlti. Quanta tū sit quorūdā horum temeritas, silentio inuoluendum non est, cum præsumant propriam opinionem, theologiæ sentētiam asserere, sicq; tgeologicæ facultatis expertibus, in Philosophia tamē nutritis: deridendi theologiam occasionem præbent. Non est enim ex Sacra Scriptura, nec ex Theologis Sāctis ab Ecclesia approbatis traditum, cp angeli sic mouentur, vt motus continui subiectum sint: sed potius oppositum, vt in theologia discussum a sanctis est. Vnde, si peripateticos arguendos censent, glorientur ex Scotica officina hos se errores deprehendere, non ex Theologia. His ergo omissis, ad naturales transeamus. Quorum opinio non est vna: dū alīq; mobile, alīq; ens, alīq; vtrunq; ex subiecto Physicæ resecandum putant. Et illi quidem qui neutrius nomen recipiunt, secunda & quarta ratione ad oppositum facta mouentur: & sensibilem seu naturalem subſtantiam subiectū fore censent. Qui vero ens tantum abīciunt, corpus mobile subiectum Philosophiæ ponunt. Et hi adhuc diuisi sunt dum quidam ly mobile passionem significare concedunt, quidam autem rationem formalem corporis Physici supponere contendunt. Mobile autem tātum abīcientes, sunt qui ens naturale subiectū dicunt. Sunt ergo quinq; opiniones naturaliter loquentium scilicet Thomistarum, tenentium ens mobile: & Albertistarum, dicentium corpus mobile: & Modernorum multorum, dicentium subſtantiam naturalem seu sensibilem & quorundam etiam Modernorū asserentium corpus Physicum seu naturale: & eorum, qui ens naturale subiectum credunt.

Auerroy aliqui.

Alberti & dij sequa

Quinq; o iones n rales de s sto Phil phiæ Nat lis adæqu

QVo ad secundum, cum ens mobile complexionem quandam nominū contineat, singula distinguenda sunt. Et primo quidem circa ly mobile triplici opus est distinctione. Primum est quòd cum mobile motū respiciat sicut motus sumitur dupliciter scilicet proprie, vt distinguitur contra mutationem in. 5. Physico. & qui ad tria tantum genera esse dicitur & communiter vt continet in se & motum proprie dictum, & mutationem, scilicet generationem & corruptionem: ita mobile dupliciter sumi potest: in quæstione tamen ista sumitur communiter, prout idem est, quod mutabile Physica mutatione. Secunda est, cp aliquid potest dici mobile dupliciter, scilicet subiectiue, quod scilicet est subiectum motus: & terminatiue, quod scilicet est terminus alicuius mutationis. Et quāuis prima facie mobile sonet subiectum motus, si tamen restringendum est in proposito, magis tenendum est terminatiue ꝙ subiectiue, vt ex dicendis apparet. Iudicio tamen meo indistincte tenendum est non ea ratione vt sit commune ad omnia quomodocunq; mobilia contineatq; vt partes subiectiuas materiam, & formam &c. (quia hoc est: contra San. Tho. in primo Physi. super tex. com. 6. vbi in diuisione literæ expresse dicit, cp in primo libro Physi. agitur de principiis intrinsecis entis mobilis, scilicet de materia & forma: ex hoc aperte infinuans ens mobile quod est subiectum philosophiæ, non esse totum vniuersale respectu materiæ & formæ: sed totum integrale seu essentiale) sed ea potius ratione, vt scilicet illa notissima sui acceptio supponatur, quam ex sensu supponere oporteat: perhibent enim nobis sensus mobilia esse, an aūt subiectiue an terminatiue mutetur ea, quæ moueri videmus, ratione magis discerniē ꝙ ex sensu habeatur. Tertia est, cp mobile æquiuocū est nomen ad aptitudinē ad motū & ad fundamētū illius aptitudinis, sicut si risibile significaret aptitudinē ad ridendū & rationalitatē, quæ est eius fundamētū. Quid aūt mobile in proposito significet, difficile est hac sola quæstione elucidare. Quāuis. n. impossibile sit subiectū & passionē simul accipi pro subiecto in aliqua scientia, sic cp totū aggregatum subiectū fit (quia oportet subiecti vnam esse rationē formalem, & ex quod quid est subiecti, & quid est passionis vna ratio formalis constitui nequit) nihil tū prohibet aggregatum

gatum ex subiecto & passione, subiectum sic constitui, vt A passionis quod quid est, sit rō formalis subiecti in illa scientia. Et hoc mō intelligi pōt mobile passionem significare in proposito, ita cp mobilitas, quæ est passio, sit rō formalis enti vel corpori cp sit subiectum Philosophiæ naturalis. vnde solet fieri reduplicatio supra ly mobile, dicendo ens aut corpus mobile, inquantum mobile est subiectum Physicæ. Suadet aūt in proposito sic sumi mobile ex subiecto Mathematicæ: sicut. n. Physica est de entibus in eo cp mobilia, ita Mathematica est de entibus in eo cp quanta. Constat aūt Mathematicæ sic esse subiectum ens quantum, vt quantitas ipsa quæ substantię materialis passio seu proprium accidens est, rō formalis subiecti Mathematicæ sit. Erit ergo Physicæ subiectum ens aptū moueri, sic cp aptitudo ad motum, rō formalis subiecti sit. Et confirmatur hoc magni Alberti authoritate, qui in primo Physi. distinguēs corpus in Metaphysicum, Mathematicum, & Physicum: mobilitatem, quam rōnem formalem subiecti dicit, posteriorē corpore quanto naturaliter dicit. Nec obstat cp eiusdem scientiæ est consyderare de passione & subiecto eius: qm̄ hoc intelligitur, qm̄ tractatur de passione vt passio est, non autem qm̄ passio primum subiecti locum tenet: vt patet de quantitate in mathematica, quæ de substantialibus principiis subiecti eius a quo fluit, non se impedit. Similiter nō obstat cp perfecta cognitio de re nō habetur absq; quod quid est subiecti: hoc. n. non est sic accipiendum, vt oīs cognitio citra illam sit imperfecta, ita cp non sit euidens, & scientifica: sed vt absq; quod quid est subiecti, consummata oīmodaq; notitia de re haberi non possit. Quod physicæ accidere non inconuenit: qm̄ mathematicę hoc conuenire certū est. Mathematicus. n. ignorat, an quātum sit substantia vel accidens, & quantitatis subiectuū &c. & tū certissimus est omnium, vt dr̄ in Secundo Meta text. & cō. vlti. Sed cōtra hanc viam est', cp fm eam ad Philosophum naturalem non pertineret consyderare aliquod prædicatū quiditatiuum cuiuscunq; substantiæ, nisi forte aliqua substantia sit de qua quiditatiue prædicaretur aptitudo ad motum: & B consequenter Philosophia naturalis non esset de substātia, sed esset de accidēte, quemadmodū Mathematica. Si enim mobilitas, id est aptitudo ad motum, quæ passio ponitur entium naturalium, rō formalis subiecti physicæ acceptatur, non licebit physico de ratione adæquati subiecti eius differre: quia illa prior est, ac cp hoc descendendo a mobilitate in communi ad talem vel talem mobilitatem in specialibus partibus Philosophiæ naturalis, non licebit ad quod quid est talis vel talis subiecti descendere, sed quemadmodū adæquati subiecti mobilitatis quod quid est omissum fuerat, pari rōne specialia quod quid erat esse, subiectum talium mobilitatum omittenda sunt: qm̄ nulla pars alicuius sciētiæ tractat de aliquo priori ꝓpria rōne formali. Nec video quomodo posit huic rōni satisfieri, nisi tenendo cp Metaphysicæ est consyderare quod quid est in particulari. Quod quia nō credo verum, idcirco puto melius tenere, cp mobile in proposito non significat ipsam aptitudinem ad motum, si est passio: sed eius fundamentum. Cum enim ista aptitudo, quæ mobilitatis nomen sonat, quibusdam entibus repugnet, s. separatis a materia, & quibusdā non, s. materialibus: & de entibus materialibus (puta homine & boue) non reputetur prædicari substantialiter, consequens est, cp aliquid præcedat in eis, ex quo ipsa aptitudinē hanc fortiantur: & hoc fundamentum mobilitatis est. Notanter aūt dixi non reputetur: quia communi voci satisfacere volens, distinctionē hanc mobilitatis pertractaui. In. 10. siquidem Meta. tex. vlti. sub dubio relinquitur, an corruptibile sit substantia, an in substantia, i. sit de substantia rei, aut eā sequatur, vt exponit Auerroys. Corruptibilitas aūt quædā mobilitatis species est, vel mobilitas ipsa, fm illud. 8. Physi. te. cō. 25. in omni motu corruptio est. Sanctus Tho. etiā ibidem inter substantialia prædicata corruptibile ponere videtur. Aristoteles quoq; in primo Phy. tex. 8. idem sentire videtur, dum dicit, cp ad Naturalem non spectat probare mobilitatem. hoc enim nō esset verum, si mobilitas esset

Circa vero ly ens, hoc tū distinguere oportet, cp dupliciter entis nomine vti cōsueimus. Primo pro omni eo quod habet esse quocunq; modo. & sic hic non capitur. Secundo pro eo quod proprie esse dr̄. hoc autem in his, quæ fiunt, est id quod proprie fit: eius si quidem est esse proprie, cuius est fieri. Id autem quod proprie fit (vt. 7. Meta. tex. com. 28. pater) est compositū: siue substantiale, vt homo: siue accidentale, vt homo musicus, & sic sumitur in ꝓposito. Vnde colligendo dicta, ad hoc cp aliquid sit pars subiectiua entis mobilis, quod subiectum Physicæ dicimus, exigitur, & cp sit proprie ens, & cp sit mutabile physica mutatione. Et ꝓterea, nec materia prima, nec forma substantialis, aut accidentalis ens mobile est: sed entis mobilis principia hæc oīa sunt. Est ergo ens mobile communius cp̄ sit corpus mobile, & cp̄ substantia naturalis siue sensibilis: quia continet sub se omnia materialia composita, quæ sola mutabilia sunt: siue sint substantialia, siue accidentalia, siue fm formam abstractam, siue fm vbi. Est & ens mobile abstractius quid quocunq; prædictorum, quanto ens aliquem gradum concomitans prius est illo, dato etiam cp ad composita accidentalia se non extenderet. Nec obstat contractio per ly mobile: qm̄ sicut substantia rōnalis abstractius quid est cp̄ animal rationale, sic ens mobile, abstractius & prius quod est cp̄ substantia mobilis: quamuis enim ex parte ly mobile æqua sit abstractio, ex parte tū ly ens, & ly substātia abstractius est ens mobile. Vnde quemadmodum concedens substantiam rationalem, adhuc disputandi locum haberet, an illa rationalis substantia esset corpus, an animal &c. & cōtinue ab abstractiori ad minus abstractum quæstio descenderet, dum a substantia rōnali ad corpus rationale, & a corpore ad corpus aīatum &c. veniretur. Sic sub ente mobili quæstio remanet. an illud sit substantia, an corpus &c. Cum igitur in re mutabili consyderari posit & cp sit corpus mutabile, & cp sit substantia mutabilis, & cp sit ens mutabile, Diui Thomæ sentētia est, naturalia rationē subiecti Philosophiæ Naturalis induere primo, non quatenus sunt corpora mutabilia, aut substantiæ mutabiles, sed quatenus sunt entia mutabiliaita cp ens mobile, licet complexionem nominum contineat, incomplexum tū et per se vnum quod quid est significat, sicut ens per se. Quemadmodum enim diuiso ente in per se & in alio, si simplicibus vocabulis careremus, substātiam ens per se nominaremus, & accidens ens in alio, & tamen vnam formalem rationem significaremus, non aggregatam ex pluribus: ita diuiso ente in transmutabile & in intransmutabile, carentes simplici vocabulo, ens transmutabile seu mobile vocamus alterum mēbrum, quod vnius est quiditatis. & illud Philosophiæ naturalis subiectum esse adæquatum dicimus. Hæc de secundo.

QVo ad tertium, cum ens mobile duo nomina complectatur, & vnum significet: primo ostendendum est, cp eius significatum est adequatum Philosophiæ subiectum: deinde, cp his nominibus conuenientissime

Universidad de Deusto
Biblioteca

me significatur. Primum probatur tripliciter. Primo sic. Adæquatum subiectum primarum passionum naturaliū est adæquatum subiectum Philosophiæ Naturalis: sed ens mobile, & non substantia, aut corpus naturale, seu mobile, est adæquatū subiectum primarū passionum naturalium: ergo &c. Maior est per se nota. Minor vero probat, accipiendo trāsmutabilitatem, seu, quod idē est, mutabilitatem pro prima passione physica, vel saltem vna de primis, aut eis æquiualente, vt ab oībus supponitur. Tunc sic. Adæquatū subiectum transmutabilitatis, habet materiam, formam & priuationem pro adæquatis principijs: sed tm̄ ens mobile habet hęc pro adæquatis principijs: ergo nihil aliud ab ente mobili est subiectum adæquatum transmutabilitatis, & cōsequenter primarū passionū naturalium, quod erat probandum. Maior huius prosyllogismi est ex eo euidens, q̄ oportet ista tria in oī materia eē adæquata sibi inuicē, s. passionem, & subiectum, & propria passionis principia, vt patet de risibilitate, & homine, & aīali rationali: constat autē ex 1. Physico. per longū processum, transmutabilitatis principia prima, esse materiam, formā & priuationem: oportet igitur eius, ad quod tanq̄ ad adæquatum subiectū primo sequitur trāsmutabilitas, esse adæquata principia, materiā, formam et priuationem. Minor patet ex his, quæ in. 12. Meta. a tex. 19. vsq; ad tex. 29. dicunt, s. q̄ materia, forma & priuatio ad genus substātiæ non arctantur: sed materia, forma & priuatio generis substantiæ, sunt principia propria substantiæ mutabilis: & materia, forma & priuatio in genere quantitatis, sunt propria principia quāti mutabilis: & materia, forma & priuatio in genere qualitatis sunt principia propria qualis mutabilis. Si dicatur q̄ quēadmodū principia propria substantiæ continent propria principia cæterorū generū, quia sunt causæ eorum (vt ibidē docet Arist.) sic substantia mutabilis continet oē quantū & quale mobile: & trāsmutabilitas substantiæ omnē aliam. & propterea licet materia, forma & priuatio excedant subſtantiam mobilem formaliter, non tm̄ virtualiter. Hoc licet sit subtiliter dictum, vim tm̄ rationis non excludit, propter duo. Primo: quia falsum est, q̄ principia propria substantiæ mutabilis sint principia principiorū cęterorum generū mutabilium. Quamuis. n. sit verum et expressum in. 11. Meta. ca. supradicto, q̄ per se principia essendi in genere substātiæ sunt principia principiorum essendi in cæteris generibus, i. q̄ materia & forma substātiæ, sunt causæ materię & formæ in quātitate & qualitate &c. veritati tm̄ aduersatur, q̄ per se principia transmutabilitatis substantialis sint principia principiorum trāsmutabilitatis aliorum generum. Priuatio. n. in genere substantiæ, quæ est per se principium non substātię, sed transmutationis substantialis, non est vlr, & consequenter nec per se principium priuationis, quæ est principium transmutationis accidētalis: vt in corpore cœlesti patet, vbi ens mobile fm locum, habet oīa propria principia. s. materiam, formam & priuationem: cœlum autē substātialiter nō habet nisi duo principia, quæ sunt essendi per se principia: siue ibi sit materia, quæ est pura potentia, siue simplex corporeitas pro materia, & intelligētia pro forma: nullo. n. modo est ens mobile substantialiter. Secundo: quia dato q̄ esset talis incluſio virtualis, adæquatum tm̄ subiectum trāsmutabilitatis, & similiter adęquatum principiatū ex materia, forma & priuatione, esset nō substantia mobilis, sed ens mobile: qm̄, qm̄ aliqua proprietas vlis fm prædicationē habet subiectum adæquatum fm prædicationem, in quo reperitur causa, fm quam inest quibuscunq; proprietas illa, illud tale est eius subiectum fm q̄ ipsum. Nec est requirēdū pro primo subiecto illius illud, ad quod per viam reſolutionis proprietas illa & eius principia reducuntur: alioquin periret doctrina tradita in lib. Poste. ca. de vniuersali. Docemur enim ibi sistere, qm̄ adæquatum subiectum fm prædicationem inuenimus, & causam in eo, per quam sibi cæteris q̄ illa passio inest. nulla etiā posset poni proprietas communis alicui analogo ad substantias & accidentia: cum accidentia & eorū proprietates et principia in substantijs virtualiter includantur. Nisi ergo velimus abuti vocabulis &

rationibus eorū, quod in se est subiectum adæquatū transmutabilitatis, in seipso adęquate claudit propria principia transmutabilitatis: sed nec substantia mobilis, nec corpus mobile claudit in se illa: qm̄ propria principia transmutabilitatis vlis, seu in cōi, sunt materia forma, & priuatio in cōi, q̄ genus substātię trāscēdunt. enti autē mobili adæquantur: quicquid. n. ex materia, forma & priuatione cōstat, ens mutabile est, & è cōuerso, eò q̄ priuatio machinatur ad malū: Ens igit̄ mobile est propriū et primū mobilitatis subiectū.

Secundo probatur propositum, & directe arguitur contra ponentes corpus mobile, sic. Coniunctio oīs mobilis cū rōne corporeitatis, nō supponitur in naturali philosophia: sed in. 6. Physi. probat, ergo non corpus mobile, sed ens mobile est subiectum philosophię naturalis. Antecedens patet in tex. 32. 6. Phy. vbi probatur, q̄ oē mobile est corpus. Consequentia vero patet tum ex eo, q̄ si corpus mobile ponit adæquatum subiectum, oportet supponi mobilitatem coniunctam esse corpori, aut vt rōnem formalē, aut vt passionem: tum ex eo, q̄ oportet supponi corpus coextendi ipsi mobili: alioquin non supponeretur subiectū adæquatum scientię. Vtrunq; aūt horum impossē est supponi, ignorata vlī coniunctione ipsius mobilis cum corpore, vt de se patet: ergo. Et hæc est ratio San. Tho. in. 1. Physi. nunquam. n. dixit ipse, q̄ philosophus naturalis probet corpus mobile esse: vt cōiter sibi imponitur, quia non intelligitur (corpus. n. mobile esse qui dubitāt, non egent medio, sed sensu quo vel seipsos moueri participant) sed dixit, q̄ probat oē mobile esse corpus. Et vt plenius huius rōnis vis percipiat, aduertendum est primo, q̄ subiectum adæquatum scientię resoluentis suas conclusiones in principia per se nota (qualis est philosophia naturalis) oportet & q̄ sit subiectum primarum passionum, ac per hoc q̄ sit principiū essendi, & consequenter cognoscendi fm naturam cæterorū: & q̄ sit principiū cognitionis in nobis, siue ad latentes proprietates & occulta principia a posteriori, siue a priori procedatur: qm̄ subiectū cognitionibus præsupponitur, et vt dicit Auer. in. 2. Phy. cō. 26. nec a priori nec a posteriori probari pōt in scięntia: & innatum est nobis, q̄ oportet semper a notioribus nobis procedere, vt in. 1. Physi. cō. 4. dī. Sicut ergo prima rō superius facta, procedit ex ordine naturę, sic ista procedit ex nostro ordine cognoscendi. Et propterea San. Tho. dixit, q̄ ad audientes probatur oē mobile esse corpus: insinuans p hoc, cognitionis magis, q̄ rei ordinem. Aduertendum est secūdo, q̄ quamuis aliud sit omnē mobilitatem esse coniunctā corpori & aliud cognosci omnē mobilitatem esse cōiunctā corpori, ad hoc tm̄ q̄ corpus mobile ponatur subiectū adæquatum, nihil refert quid horum deficiat: qm̄ sicut deficiēte coniunctione illa fm rem. corpus mobile prohiberet ex parte rei esse subiectum, ita deficiente coniunctione illa in esse cognito, ex parte cognitionis, quæ præhaberi debet impeditur. Non sufficit aūt præsupponi aliquod mobile esse corpus (quod ad sensum patet) sed oportet supponere oē mobile esse corpus: Tū quia ad hoc q̄ cōplexū aliquod vel complexe significatum induat rōnē subiecti adæquati in scientia, oportet id quod est vt formale, & sit & supponatur per se coniunctum alteri vt passio vel rō formalis: alioquin frustra de materiali parte complexi illius quæstio fieret: cū ea quæ sunt per accidens, variabilia & extra quæstiones scibiles sint: hoc autē sicut impossibile est esse, nisi oē tale illi insit, ita est impossibile supponi, nisi oē tale inesse illi supponatur: qm̄ oīa hæc, sicut in naturæ ordine præexigūt de oī, ita & in cognitionis ordine: vnde si naturalis scięntiæ subiectum est corpus mobile, oportet in hac scientia quæ de mobili in eo q̄ mobile tractat, supponere mobile, quod vt formale se habet, cōiunctū esse corpori per se, vel vt passionē, vel vt rōnem formalem: neutrum aūt horum fieri pōt, nisi supponatur oē mobile corpori connexū esse, imaginari. n. non potest vt propria passio aut ratio formalis credatur esse alicuius id quod cōmunius illo dubitatur: Tum quia ad hoc, vt aliquod complexum vel complexe significatum, habeat rōnem adæquati subiecti alicuius scientiæ, non minus oportet id quod vt formale ponitur adæquari scientiæ, q̄ id quod

id quod vt materiale sumit coextendi illi formali: alioquin si materiale rōnem formalis contraheret, scientia quæ adæquate rōnem formalem respicit, subiectū suum excederet. nihil autē refert (vt dictum est) coextēsionem talem non esse aut non supponi. Si igitur corpus mobile in eo q̄ mobile, adæquatū subiectum ponatur philosophiæ naturalis, oportet Philosophiam quæ de mobili in eo q̄ mobile est, supponere corpus euacuare mobile: alioquin adæquatum sibi subiectum quamuis haberet, non tm̄ supponeret: & consequēter subiecti rōnem nō haberet. Hoc aūt impossibile est supponi quandiu nescitur an oē mobile sit corpus, vt de se patet. Potes aūt rōnē hanc iuxta Sanctum Thomam, sic colligendo formare. Nulla scientia habēs subiectum complexū aut complexe significatum, ꝓbat eam coniunctionem partium subiecti, sine qua complexū illud subiecti rōnē inducere non pōt: alioquin scientia cōstrueret sibi ipsi subiectū: quod de nulla scięntia speciali dicere licet. Hæc enim maior æquialet maiori San. Tho. breuius assumentis: nulla scięntia probat. 1. construit vel componit sibi ipsi subiectum. loquendo enim de subiecto complexo, æquialet dicere, Nulla scientia componit aliquid vt sit suum subiectum, & dicere, nulla scięntia probat suum subiectum, apud formaliter terminos speculantes. Sed Philosophia naturalis, si corpus mobile ponitur subiectum, construeret subiectum suum, ergo &c. Patet minor ex dictis: quia probat vniuersalē cōiunctionem mobilitatis cum corpore, sine quā corpus mobile subiecti rōnē habere non pōt. Omissa aūt verborū solicitudine, directe syllogizandum est sic. Nullum coniunctum cuius de oī coniunctio probatur in aliqua scientia, est subiectum adęquatum illius: Corpus mobile est cōiunctū, cuius de oī coniunctio probatur in Philosophia naturali: ergo corpus mobile non est subiectum in Philosophia naturali. Maior iam patet, ex eo q̄ oē coniunctum quod ponit adęquatum subiectum, supponitur & per se coniunctum, saltē ex parte formalis: & coextensum rōni formali adæquanti scientiam: Sed cuius coniunctio dubitatur de oī, non supponitur coniunctum per se, nec coextēsum rōni formali: ergo. Minor ex. 6. Physi. patet, tex. cō. 32. vbi probat vniuersalis cōiunctio mobilis cū corpore, et processu philosophię naturalis: maxime in. 2. Phy. & secundo tractatu primi de cœlo: vnde habetur vniuersalis coniunctio corporis cū mobili.

An oē mobile, corpus esse ꝓbauerit Arist. 6. Phyū.

Sed remanent duæ contra rōnem hāc obiectiones excludendæ. Prima est. quia nō videt verum q̄ in sexto Phy. probetur oē mobile esse corpus, eò q̄ in tex. 32. probat tm̄ oē mobile esse diuisibile. Constat aūt q̄, si probatur passio alicuius de mobili, non propterea probatur rō formalis subiecti illius passionis: Sic aūt se habent diuisibilitas & corporeitas, vt patet. Secunda est, quia videtur hæc secunda rō aduersari primæ. in hac siquidem dī, oē mobile esse corpus: in illa vero dī, ens mobile communius esse, & corpore & substantia mobili. Ad primum horū dī, q̄, quia nō ea dit in intellectu humano, q̄ aliquid supponat esse corpus de quo dubitetur esse diuisibile, nisi apud antiquis attributos errores, ponentes corpora indiuisibilia (quia diuisibilitas ipsa sic comes est corporeitatis & in esse & in cognosci, vt prius absq; posteriori nunquā cognoscatur: experimur enim nō aliter nos cognoscere aut supponere corpus, nisi vt quantū quoddam quantitate molis) ideo, si in philosophia non supponatur oē mobile esse diuisibile, a fortiori supponi non pōt esse corpus: quia cōiunctio mobilis cum corporeitate dum dubitatur, cum diuisibilitate nō pōt cognosci, nisi rōne aut sensu: Ex sensu aūt constat, q̄ non habetur: Rō aūt ad illam nulla inuenitur. Et si ex demōstratione illa sexto Phy. non acceptatur probatum saltem tanquam necessario consequens conclusionē formaliter conclusam, relinquitur maius incōueniens: q̄. s. oē mobile esse corpus, longe remotius est a Philosophiæ principio: vt pote. 3. Cœl. &. 1. de Generatione. Peripatetici tm̄ ibidem vtranq; concludi posse positionem indistincte intelligūt. vnde Auer. in primo Cęli cō. 5. dicit. Probatum est in. 6. Phy. si. q̄ oē mobile est corpus &c. Ad secundū vero dī, q̄ licet ens mobile sit communius corpore (quia de multis prædicatur quidditatiue de quibus corpus non prędicat quidditatiue) non tm̄ est sic communius, q̄ alicui insit cui corporeitas coniuncta non sit. oē enim ens mobile est corpus, vel claudit in se corpus. Potest & secundo dici (licet in idem redeat) q̄ in. 6. Physi. probat omne mobile esse corpus, i. corporeum aliquid. Probādo. n. mobile esse diuisibile, nihil aliud probat q̄ mobile esse ens corporeū: siue illud sit corpus, siue corporeum aliquid. Corporeum aūt cōuertitur cum ente mobili, dato q̄ corpus cū eo non conuertatur. Et eodem mō potest argui contra ponentes substantiam naturalem aut mobilem. Omne. n. naturale aut mobile esse substantiā cum oporteat supponi, aut haberetur ex sensibus, aut ex naturali philosophia, aut ex Metaphysica: Ex sensu quidem nō habetur: Ex naturali autem Philosophia si haberetur concluderet hoc nō posse supponi in ipsa: Si autem a Metaphysico tractatur (vt Auerro. dicit. 2. Phy. com. 4.) hoc etiam concludit illud non posse esse subiectum in Philosophia naturali: quæ scientia ex se est euidens absq; Metaphysica: habet enim subiectum & principia propria ex sensibus per se nota, & non accipit ea positione, quamuis a Metaphysico defendi debeant si impugnentur, vt in Primo Physi. tex. com 12. dicitur.

Rō ad Philosophiæ subiectum.

Tertio probatur idem authoritate. & primo Arist. in. 3. Physi. vbi in definitione motus non posuit corpus aut substantiam, sed ens in potentia. &c. Ex quo arguit sic. Id est subiectum Philosophiæ, quod ponit in definitione primorum accidentium naturaliū: quia tale est proprium subiectum eorum, vt patet in. 7. Meta. tex. 15. Sed non corpus nec substantia, sed ens in potentia fm q̄ in potētia (quod idem est quod ens mobile, vt patet in. 3. Physi. tex. 6. &. 8.) ponit in definitione primorū accidētium naturaliū, s. motus &c. ergo ens mobile est subiectum philosophiæ naturalis. Et cōfirmatur hoc idem ex primo Physi. tex. 11. vbi supponendum dī in philosophia oīa aut quędam moueri: & non oīa aut quædam corpora &c. Secundo auctoritate Auer. qui licet non sollicitus de vocabulis in. 3. Meta. com. 1. ens mobile: & in. 12. eiusdē cō. 5. corpus mobile: et in prohemio Phy. res sensibiles subiectum philosophiæ nominauerit, & propterea non verba sua in hac re, sed sensum ponderari voluerit: in. 2. tm̄ Phy. expresse docet aliquid prius corpore subiectum esse philosophiæ naturalis, dum dicit cō. 3. Et sciendū est, q̄ subiectum istius libri est natura & principia naturalia, cum sint cōia oībus rebus naturalibus. & ideo in hoc libro non definiuit corpus, neq; alia de quibus cōsyderat naturalis, sicut fecit in. 1. Cœli & mūdi. Ex quo habet, q̄ apud ipsum consyderatio de corpore mobili differtur vsq; ad librum de Cœlo & mundo: vbi ab eius definitione inchoat, vt patet in tex. cō. 2. Et rursus habetur subiectum Physicæ esse cōe corpori & alijs de quibus consyderat Naturalis, vt in prima rōne assumpsimus: non ergo corpus mobile, sed aliquid prius eo cōe naturalibus omnibus est subiectū Philosophiæ: quod ens mobile esse ex prima ratione liquet. Est ergo significata ratio per ens mobile subiectū Philosophiæ naturalis: non autem significata per substantiam: aut corpus naturale, vel mobile, vel sensibile. Quod autem illis vocabulis conuenientissime significetur, sic patet. Mobilis vocabulum in primis conueniētius sumit, q̄ sensibilis: qm̄ admisso ente sensibili, adhuc nō est Naturalis Philosophus liber a Parmenidis & Melissi inuectione (concedētes enim ens sensibile, negabant mobile) supposito autem ente mobili, Philosophiæ principia inconcussa manent. Similiter conuenientius est q̄ naturalis nomē. Tum quia redit idem inconueniens (nā supposito ente naturali, adhuc Philosophus naturalis liber non incedit, nisi mobile addat: vt ipse Arist. testatur in. 1 Physi. tex. xi. contra Parmen. & Melis. concedentes ens naturale: subdens. Nobis aūt subiciatur oīa aut quædam naturalia moueri.) Tum quia subiectum notissime debet supponi, & constat definientia notiora esse definito. vnde, cum motus naturam definiat, quod clare significatur p ens mobile, obscure importatur per ens naturale: hoc enim si declarādum est, ad motum oportet venire. Tū quia nominibus vtendum est vt plures. 2. Topic. vsitatissimum autem est & naturæ nomen ad cuiuscunq; rei quod quid est: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

est:& naturale ad oē non artificiale, siue de genere mobiliū sint, siue non. Et propterea, si ens naturale supponeretur, ens non artificiale intelligeret subiectum in Philosophia naturali: quod est falsum; & sic inficiationi locum daret vocabuli equiuocatio. quod si distinguē dū esset, & ens naturale. i. habens in se principiū motus supponendum, cur nō potius absq; glosa & distinctione ens mobile a principio dixit, clarius exprimendo: ?ræsertim q; secundi Physico. principiū anticipandum esset, vt glosa illa intelligeretur: Entis autē nomen clarius propositis, ex dictis patet. Hæc de tertio.

Ad argumenta in oppositum Responsiones.

Nunc quarto superest argumētis in oppositum satisfacere. Et ad primum quidē dicit, q; ens significare tertiū quid commune fm analogiā, substantiæ et accidenti, non est cōtra Sanctum Tho. nisi fm analogię naturam ignorātes. Vnde nullum incōueniens est, ens mobile cōmune esse fm rōnem formalē, non vnam simpliciter: sed vnā analogice entibus mobilibus oībus. s. substantiīs, quantis, & qualibus & cæteris: Quamuis etiam rō ad oppositū non concludat cōtra tenentes ens mobile extra substantiā nō inueniri: quia hō ipse inquātum est ens mobile, aliud est a seipso inquantum est substantia mobilis: & propterea non sequeretur, ergo ponendo ens mobile subiectum ponitur substantia, aut corpus mobile: qm̄ differunt formali rōne. Ad secūdum dī dupliciter. Primo, q; mobilitas communiter sumpta (vt de ea in hac loquimur quæstione) non est passio, sed substātiale prædicatum: sicut & materiale & possibile, iuxta ea quæ supra adducta sunt. Quæ possunt ēt ratione confirmari, ex eo q; possibile substantiale prædicatum est entium a materia sumptum. non. n. homo est ens possibile p aliquā proprietatē ipsum consequentē, sed p intrinseca suam. Mobilitas aūt apud Naturalem idem sonat quod possibilitas apud Metaphysicū, vt exercitatis in istis scientiīs, nō authoritatibus notum est. Sed quia hoc non est a prędecessoribus discussum: & vt nouum non facile acceptabitur sic debiliter firmatum, lō secundo dī, q; si mobilitas sit passio, adhuc subiectū Philosophiæ cōcedit esse vnius rōnis formalis circūlocutę p ly ens mobile.

Subiectū inscia p se notum esse quō intelligat adverso.

Et ad instātiā cōtra hanc respōsionē tīndetur tripliciter. Primo, q; quāuis in scientiīs a priori ,pcedentibus subiectū debeat esse primo & maxime notū quo ad quid rei, non tī hoc oportet in scientiīs a posteriori doctrinā facientibus, qualis est Naturalis Philosophia: vt Cōmentator dicit in ,phemio, & in cō. primi Phy. cō. 2. sufficit. n. q; sit primo & maxime notū quo ad an est & quid nōis, vt ex primo Post. patet. Huic aūt nihil obstat talis circūlocutio. Secundo dī, q; notitiā subiecti debere esse maximam, pōt dupliciter intelligi. Vno modo respectu cognitionum possibilium haberi de illo (pōt. n. idē cognosci probabiliter & demonstratiue, p cōia & ,ppria &c. & hoc mō de subiecto non oportet supponi a nobis maximā cognitionē, vt patet inductiue etiā in Mathematicis) Alio modo respectu aliarū cognitionū, quæ in illa scientia acquirunt: Et hoc modo est verū, & concedit, q; cognitio ista, quam habemus de illa rōne formali in isto circūlocuto, est maior oī cognitione quā acquirimus in Philosophia naturali. Et si contra hoc instet: quia multorū notitiā acquirimus in Philosophia naturali, quæ p intima eorum cognoscimus & nominamus, perfectior aūt est cognitio p intima q; per passionē, sicut rō illa cognoscitur: Respondetur, q; perfectio cognitionis de qua est sermo in primo Post. vnde sumit q; subiecti cognitio debet esse maxima, non attenditur penes aliud q; euidentiam. Vnde maius & minus in cognitione in proposito, penes euidentiæ latitudinem attendere oportet: & propterea aliud est cognosci intimius, & aliud euidentius. Cum enim omnis cognitio acquisita in scientia, siue pertingat ad intima alicuius quęsiti, siue non, habeat euidentiam ex cognitione subiecti, sicut ex principio: necesse est cognitionem subiecti esse euidētiorem, & consequenter maiorē cæteris. Et vere sic est in proposito: quia cognitio entis mobilis, quam circūloquendo supponimus est ex sensibus euidens: quæcunq; autem alia acquisita est discursu syllogistico ex istius euidentia certa: propter quod autem vnum quodq; , illud magis est: vt dicitur in primo Post. Tertio dicitur, q; si Philosophia haberetur a nobis sub perfecta ratione scientiæ qua est in se, pculdubio subiectum oporteret omnino esse primo & maxime notum, vt arguēdo dicitur. Quia autem non sic est, tūm imperfectionis scientiæ nostræ admiscetur, quātum subiecti cognitio cōpatitur: ex hac. n. incompleta cognitione subiecti, minus plena est cognitio subsequentium, difficultasq; in soluendis quæstionibus nō parua.

Eiusdem scientiæ est cōsyderare subiectū & partes, non quasiūp, sed eas quę genus scibile non egrediuntur.

Ad tertium dicitē negando consequentiā quacūq; via teneat. Non enim eiusdem scientiæ est consyderare aliquod subiectum, & per se partes eius subiectiuas, aut per se modos quoscunq; : sed eos, tūm, qui genus scibile illius subiecti non egrediuntur. Mobile autem extra genus scibile Metaphysicæ est: qm̄ a materia sensibili non abstrahit. Accidē talem autem cōditionem entis, mobilitatē esse, vt subalternatio requirit, nullo modo est possibile: vt ex his quæ scripsimus super ca. 13. primi Post. patet, quia accidentalitas illa perfectatem & extraneitatem simul respectu illius subiecti exigit, quod respectu entis non est possibile: cū nihil extraneum sit ab ente: vt dī. 3. Meta. tex. 11. Nec mihi obiiciatur, q; San. Tho. in tractatu de Natura generis dicit, philosophiam naturalē propter accidētalitatē huiusmodi subalternari Metaphysicę: quia tractatū illū forte nunq; vidit S. Tho. Stilus. n. eius nō est: & multa ibi sunt, quæ doctrinæ eius non consonāt.

An sola resolutio consyderatorū in scientia ad aliquid, subiectus scientiæ constituat.

Ad quartū, dī, q; plus requirit ad hoc q; aliquid sit subiectū, si q; ad ipsum fiat resolutio: alioquin principia subiecti ad quæ vltimo fit resolutio, essent subiectum. Oportet ergo q; ad eius rōnem formalem fiat resolutio, tanq; ad æquatum primarum passionū subiectum. ad substantiam aūt mobilem non fit mobilium resolutio sicut ad adæquatum mobilitatis subiectum, sed sicut ad primū clausum in adequato mobilitatis subiecto, quod est ens mobile: post resolutionē siquidem passionū cōmuniū in analogum subiectum, pōt subiectum analogum ipsum in se resolui, posterius in prius reducēdo: vt in tractatu de Nominū Analogia diffuse diximus.

Et hic fit finis huius quæstionis in cōuentu sanctę marię gratiarū in Mediolani suburbio. anno salutis. 1499. die. 6. nouembris. Sume igitur amātissime mi frater Vincenti solicitudinis hospitalitatisq; tuæ fructū, & quo præstas ingenū acumine discute, dans veniā minus cōsentaneis. memor q; nihil in vllo vnquā genere cultū repentinum q; fit. Vale.

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINA. SANCTI SIXTI. SVBTILISSIMA DE DEI GLORIOSI INFINITATE INTENSIVA QVAESTIO.

Vtrum Deus gloriosus sit infinitæ virtutis, Quæstio unica.

Primum argumentum.

QVæritur vtrū Deus gloriosus sit infinitæ virtutis. Et arguit q; non. Primo. Quia aut Deus mouet cœlum effectiue & immediate: aut nō effectiue, sed vt finis tm̄: vel effectiue & mediate. Si primo mō, & est infinitæ virtutis: ergo motus cœli esset in nō tpe. quod est contra sensum. Cōsequentia patet ex. 8. Phy. tex. 79. & primo Cœli. tex. 52. & Secundo cœli. cō. 58. & alibi &c. Si secūdo modo aut tertio, & est infinitæ virtutis: ergo habeē in rerum natura vna virtus, quæ si moueret effectiue & immediate, motus fieret in non tpe. Tunc vltra. Sed possibile est virtutē illā infinitā mouere effectiue & immediate: ergo possibile est ex ea seq motum in non tpe: quod est impossibile simpliciter. Prima consequentia ex antedictis est euidens. Affirmatio vero vltimi antecedentis patet, ex eo q; virtus infinita nec est alligata causalitati finali motus, nec mediate causalitati effectiuę eiusdē, quin possibile sit ipsam ab his absolui: alioquin infinita virtus non esset. Si dicatur q; hæc rō supponit Deū agere naturaliter, i. non quantum vult, sed quātum pōt: & q; hoc nō est necessarium: quia Deus est natura intellectualis, cuius proprium est agere fm intellectus sui definitionē, vt artifices facere videmus: & consequenter Deus tanta velocitate mouet, non quin plus possit, sed quia sic explicandæ suæ arti expedire videt: Contra hoc primo. Quia saltem habetur intētū fm Arist. & Auer. cæterosq; Philosophos, tenentes Deū, licet intellectualē, naturali tm̄ necessitate agere: Demonstratio siquidē posita in primo cœli tex. 90. ad ostēdendā vnitatē mundi, manifeste supponit hoc, vt patet ex dubio ibidē moto ab Alex. & Auer. & San. Tho. & cęteris: venatio etiam numeri intelligentiarū iuxta numerum motus cęlestium in. 12. Meta. tex. 43. hoc idem ponit. Numerus enim motorū non adæquatorū, non pōt ex motuum numero efficaciter concludi, cum posset facile quispiā dicere, plures motus ab eodem excedente motore fieri. Inconueniens quoque reputatur ab Arist. 8. Phy. tex. 79. q; virtus finita et infinita possint æquali tēpore mouere: quod tm̄ ex hac responsione sequeretur. Auer. quoq; 8. Phys. cō. 15. & primo Cœli com. 21. & Auic. 6. Meta. hoc idem sentire videntur.

Secundo.

Secundo. Quia vt dicit Primo Priorum, & primo Cœli. tex. 119. id, ad quod sequitur falsum impossibile, est simpliciter impossibile: sed ad virtutē infinitā positam in rerū natura, licet agentem libere, sequitur falsum impossibile. s. posse fieri ab ea motum in non tpe: ergo ipsam esse in rerū natura est simpliciter impossibile. Probatur minor: Tū, quia non est impossibile Deum velle vti tota virtute sua: vt inductiue patet in omnibus agētibus (& vt dicitur in primo Cœli. tex. 102. ab vniuersali manifestata per inductionē in oībus sensibilibus, non est resiliendū) Tum quia consydera ta tm̄ virtute diuina infinita, & nō consyderato modo agēdi (qui est posterior, s. agere per libertatē) sequitur motum fieri in non tpe: quāuis non de facto, tm̄ quātum est ex rōne potentiæ motiuæ. Constat aūt non solum esse impossibile illud, ad quod sequitur de facto poni aliquod impossibile in rerum natura, sed etiam illud, ad quod sequitur aliquod impossibile simpliciter. vnde hoc posset exemplificari sic. Quēadmodū positio tua duo dicit, si q; est virtus infinita, et q; agit libere, sic consequenter ego deduco duo. Ex primo quidem, q; fieret motus in non tempore: ex secundo aūt q; de facto hoc falsum est. Ex quibus simul inferī q; ad infinitam virtutem, licet agētē libere, sequitur aliquod falsum impossibile, & cōsequenter ipsam inueniri est impossibile.

Secūdum argumentū principale.

Secundo arguitur sic. Omni potentiæ actiuæ, in natura respondet aliquod possibile ex potentia passiua, & è cōuerso (vt dicitur in primo cœli. com. 124.) vel saltem respondet aliquod possibile manifestatiuum totius illius virtutis actiuæ vt sic: aliter frustra esset, cum potentia sit propter opus secūdo cœli tex. 17. sed virtus diuina motiua est infinita per te: ergo sibi respondet saltem possibilitas aliquis motus manifestatiuus infinitatis illius: hoc autē est impossibile: Quia aut ille motus esset corporis infiniti, quod impossibile est inueniri: aut corporis finiti in non tempore, quod est impossibilius: aut esset corporis finiti in tēpore æterno, vt est motus cœli, & hic non concludit infinitam virtutem motoris, sed immutabilē & immaterialē: alioquin oēs motores cœlorum essent infinitæ virtutis. Et cōfirmatur. Quia quātitas virtutis actiuæ ex effectus quantitate cognoscitur, vt dicitur in Primo Cœli. tex. 116. Vnde, cum Deus non possit ,pducere effectū infinitū, vt cōiter tenetur, et a philosophis, & a Theologis, cōsequens est q; virtus diuina infinita non sit. Et cōfirmatur secundo ex. 4. Phy. tex. 131. sic. Si impossibile est esse mobile, impossibile est esse motiuū, & è cōuerso: & sim̄, si impossibile est esse mobile velocitate infinita, impossibile est esse motiuū velocitate infinita: sed ſpossibile est tale mobile inueniri: ergo et motiuū infinitæ virtutis.

Tertio arguitur a credentibus se arguere ex cō. 38. Secundi de Cœlo. vbi Auer. dicit, q; si motor non haberet potentiam terminatam, ergo neq; naturam terminatam: et sic intelligerentur ex sua natura motores infiniti, & non intelligerentur ex suo esse res propriæ ei &c. Ex illo enim cōmēto arguūt, q; infinita virtus, est ens impossibile inueniri in rerum ordine: quia, si ponatur, sequeretur, inquiunt quidā, q; totum non esset maius sua parte. Accepta enim virtute illa infinita, & diuisa fm intellectum in duas quasi partes: ex quo quanta est virtualiter, cū quælibet pars infiniti sit infinita, & vnum infinitum non sit maius alio, consequens est, q; tota virtus infinita est æqualis cuilibet suarum partium: quod est impossibile. Et ad hoc deducit ibi Auer. cū dicit, q; si esset motor infinitus, intelligerentur ex sua natura motores infiniti. Alij vero eandem inde volentes deducere conclusionē, dicunt, Ideo esse impossibile ens habens virtutem infinitam: quia infiniti proprium est occupare totū. & ideo, si daretur infinitum secundum virtutē, occuparet omnem virtutem. nec compateretur secum aliquam aliam virtutem. & sic periret ordo vniuersi. Et, quia infinita natura contineret, & occuparet infinitas naturas: natura autem est primum principium motus: ideo dixit, q; intelligerētur ex sua natura infiniti motores. Potest tū difficilius, et ad mētem Auer. ibidem argui sic. Causa finitatis intensiuæ est distinctio formarum: & hæc est communis formis materialibus, & immaterialibus. ergo finitas illa est communis omnibus formis. Antecedens probatur. Tū, quia distinctio formarum mouentiū est causa finitarum proportionū ad mobilia (nisi enim esset diuersa natura mouentis Solē, a natura mouentis Saturnū, non posset reddi rō suarum cōmensurationum ad mobilia propria (Tum, quia cōstitutiua formarum, ex quibus oritur earum distinctio sic se habere necesse est, q; vnū aliquid claudit positiuū, quod reliquū non claudit, & è conuerso: Ab infinito aūt nullum positiuum excluditur: ac per hoc periret multitudo & differentia motorū.

Quartum argumentum.

Quarto arguit sic. Si Deus esset infinitæ essentię, sequeretur, q; nullum ens esset perfectius alio: hoc est falsum: ergo, Consequentia probat supponēdo, q; perfectio attendat penes accessum ad summū. quod ēt habet in proposito ex. 10. Meta. cō. 7. vbi dicitur, q; primus motor est mensura oīum substātiarū. Hoc. n. stāte deducit cōsequētia sic. Eorū, quorum nullū est alio propinquius summo, nullū est alio perfectius: sed, si deus est infinitus, nullū aliorū entiū est sibi propinquius alio: quia a quolibet distat in infinitū: ergo inter entia alia a deo non datur perfectius & minus perfectum.

Quintum argumentum.

Quinto arguit auctoritatibus. Et primo Auer. 8. Phy. cō. 79. vbi negat primū motorē esse infinitum. Secundo in secūdo Cœli. cō. allegato. 38. & 39. vbi subdit, q; infinitas intēsionis impossibile est q; inueniatur in formis inquantū sunt formæ. Et confirmat hoc idem in cō. 71. & in de substantia orbis ca. 3. &c. Arist. quoq; in secūdo cœli tex. 71. testimonium huic parti perhibet, dum dicit, q; si adderetur stella orbi erratico, vltimus orbis esset in labore. Constat. n. vt ibidem. & in cō. 58. declarat Auer. q; vltimum orbem revoluere alios, est motorem eius hoc facere, quę omnia desyderant: quem constat esse Deū. & cōsequēter nihil aliud est dicere, vltimus orbis esset in labore, q; Deus esset in labore. Hoc aūt non sequeretur, si deus esset infiniti vigoris: ergo.

IN oppositum est auctoritas Aristo. 8. Phyli. tex. com. vlt. vtentis infinitate pro medio termino ad concludēdum Deum esse incorporeum.

In hac quæstione tria sunt agenda. Primo declarabitur titulus. Secundo probabitur pars affirmativa. Tertio respondebitur rationibus ad oppositum.

QVoad primum. Cum finiti & infiniti ratio quantitati congruat, vt dicitur primo Physic. tex. 15. & quantitas diuidatur in successiuā & permanētem: & hæc in quantitatem molis & perfectionis: supponamusq; Deum esse incorporeum & immortalem &c. consequens est, q; nec de quātitate durationis, nec molis quæstio præsens sit, sed de quantitate pfectionis, an infinita sit. Quia vero infinitum negationem claudit, non est putandum priuatiue teneri, sed vt cōmuniter & vere dicit, negatiue: quia non quæritur, vtrum Deus non habeat perfectionis terminos, quos sua vel alicuius alterius natura nata est habere, sed simpliciter quæritur vtrum nullos habeat perfectionis terminos. Et licet mutuo se consequantur infinitas virtutis & infinitas essentiæ: diuersa tm̄ quæsita formaliter sunt

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& diuersa habẽt propria media. Propter quod Diuus Tho. in.7.q. primæ partis tractat infinitatẽ essentiæ dei: & in.q. 25. infinitatem suæ potentiæ. Vnde quæstio nostra de infinitate virtutis, inquirens si infinitatem essentiæ quasi pertrãsibit, arguenda insufficientiæ nõ est. Vertitur ergo hoc in loco in dubium: an virtus seu potentia Dei glorioſi sit tãtæ perfectionis, q̃ nullis perfectionis limitibus angustetur, an non. Verbi gratia, applicando quæstionem ad virtutẽ motiuam: an virtus motiua Dei glorioſi sit tantæ perfectionis, q̃ quantum est ex se, nullo limite claudatur, sed quacũq; velocitate data possit facere maiorem: an concludatur aliquo termino, puta q̃ vltra velocitatem.24. horarum non possit facere maiorem. Et hæc de primo.

QVo ad secundum. Quia non est intensionis præsentis discutere difficultatem hanc, nisi inter Peripateticos & horum duos tantum, Principem. s. eorum & Auer. a quibus Metaphysicalia media propria ad infinitatem substantiæ diuinæ, aut non habemus, aut sic, vt nefas videatur mordaci multorũ imperitiæ exponere: ideo duabus tantum vñs propositum ostendetur: Vnum tamen de ipsa diuina essentia præmittẽdo. s. q̃ est ipsum esse per essentiam, & totam essendi virtutem præhabens, superexcedẽsq; nobilitates omnium rerũ quæ fuerunt, & quæ sunt, & quę possunt esse, etiã simul sumptarũ. Quòd enim sit ipsum esse per essentiam Aristo. 2. Meta. tex. 4. & Auer. 12. Meta. com. 51. testantur. Quòd vero ipsum esse p essentiam, totam essendi virtutem præhabeat, apud Sapientes penetrantes terminos, in dubium verti non potest, sed vt communis animi conceptio est, quemadmodum incorporalia non esse in loco. Exprimitur quoq; ab Auer. in cõ. 21. 5. Meta. vbi dicitur, in Deo contineri nobilitates oĩum generum: cuiusq; siquidem rei nobilitas fm aliquã essendi rationẽ est. Cõfirmaturq; ab eodẽ in. 12. Meta. cõ. 18. & .36. vbi dicit, in primo motore omnia contineri actu. & in com. 51. Quòd autem omnium nobilitates simul sumptæ, deficiant a nobilitate prima, ex eo patet, q̃, cum ipse ita sit summum ens, q̃ cæterorum nobilitates claudat in se nobilissimo modo, tanto omnibus præstat, quanto eorum in se naturas nobiliori habet modo. Habet enim omnia in se per modum sui, qui est purus actus omnino. Vnde ridiculum est, quod quidam non sunt veriti scribere, s. q̃ cum dupliciter possit intelligi Deum habere in se perfectiones omnium: vno modo sic, vt habeat in se vnam simplicem essentiam præhabentem oĩa, vt pura actualitas: alio modo sic, vt habeat in se gradus perfectionales correspõdentes singulis pfectionibus contentis. Si secundo modo verificaretur, tunc Deus esset perfectior cæteris simul sumptis. si vero primo modo, non cõcluditur Deum esse perfectiorem omnibus simul, sed singulis. Et qa primo modo verificatur, ideo ex his non habetur Deum esse perfectiorem omnibus simul sumptis. Ridiculũ inquam est, quia puerile est in Philosophia, æquare perfectiones particulares perfectionibus vniuersalibus. Non. n. est possibile fm rem, neq; fm intellectũ (etiam data fingendi licentia) vt aliquid sit melius ipsa bonitate per essentiã: aut magis ens ipso esse per essentiã aut magis viuens: aut intelligẽs &c. q̃ ipsa vita, & ipse intellectus per essentiam. Si ergo Deus fm veritatem est huiusmodi, quomodo potest aliquid eo perfectius fingi? vnde Arist. 12. Meta. tex. 39. notanter concludit Deum esse viuum, & sapientem &c. vt Platoni attributum dogma confutaret, quod nobilitates entium diuisit, ponens aliud esse per se vnum, & aliud per se ens, & aliud per se vitam &c. Vnde sicut leo platonicus esset perfectior non solũ singulis, sed omnibus leonibus simul, quatenus leones sunt: & si infinities infiniti leones particulares essent, omnes a p se leonis nobilitate deficerent: sic omnia entia per participationẽ a primo per essentiam ente necesse est deficere. Quod etiam ex causalitate æquiuoca primi super omnia, manifeste patet. Hac igitur primi entis nobilitate præhabita, ostendendum est, an virtus eius sit infinita intensiue.

Prima ergo via ex fine. 5. Physico. sumitur sic. Aristo. (vt Auer. com. vlt. inquit) concludit in secunda figura Deũ nõ esse virtutẽ in corpore, sic. Nullum corpus aut virtus in corpore est infinitum: primus motor est infinitus: ergo primus motor non est corpus, nec virtus in corpore. Probatur maior. quia virtus infinita aut esset in corpore infinito, & hoc non datur: aut in corpore finito, & hoc ostensum est esse impossibile. Minor vero, quia mouẽs tempore infinito est virtutis infinitæ: primus motor est huiusmodi: ergo. Iste est .p. cessus Arist. in quo manifeste vtitur infinitate virtutis pro medio termino. Nec refert siue sic, siue aliter formetur processus Arist. qm̃ quocunq; modo formetur, in idem redit, vt patet in tex. Quidam autem peruertentes textum dicunt, q̃ Arist. sumit quidem pro medio infinitã virtutem, sed virtus infinita põt esse dupliciter. Vno modo intensiue, & sic nõ accepit Arist. Alio modo fm durationẽ, & sic intelexit: ita q̃ maior est: Nulla virtus in corpore est infinita fm tempus &c. Sed contra hos ex hoc processu arguitur sic. Præmissæ alicuius syllogismi probatæ anterioribus syllogismis, in eo sensu sunt sumendæ, in quo fuerunt concluſę in precedentibus rõnibus: ista patet de se. Sed præmissæ syllogismi facti in tex. vlti. fuerunt probatæ per alias rationes factas, vt ibidem fatetur etiã Arist. ergo accipiendæ sunt in sensu, in quo probatæ sunt. Cõstat aũt q̃ præmisę illæ probatæ sunt loquendo de infinitate intensiua: ergo accipiẽdæ sunt vt loquuntur de infinitate intensiua. Discursus bonus: & vltima tñ propositio restat declaranda. quæ sic declaratur. Maior huius syllogismi fuit cõclusio probata in tex. 79. quo ad hoc, q̃ virtus infinita non põt esse in magnitudine finita. & fuit conclusio probata in tertio Phy. longo processu quo ad hoc, q̃ magnitudo infinita nõ datur. Sed in tex. 79. non põt inficiari, quin loquatur de virtute infinita intẽ siue: ergo prima premissa loquitur de virtute infinita intensiue. Minor vero est conclusio probata ab Arist. in hoc textu ex conclusione tex. 78. Probat enim hic primum motorem esse virtutis infinitæ, quia mouẽs tempore infinito est virtutis infinitæ, vt ibi probatum fuit. Ad illum enim textum expresse in hoc loco se remittit Arist. dicens, q̃ impossibile est a finito moueri aliquid fm tẽpus infinitũ, vt mõstratum est nunc. constat enim q̃ nullibi probatum est nisi in tex. 78. Apertissime autẽ liquet etiam cæcis, q̃ in tex. 78. non est sermo nisi de finita & infinita virtute intẽsiue. ergo altera etiam præmissa loquitur de infinitate intensiua. Superfluum autem esse duxi adducere demõstrationes Arist. in tex. 78. & .79. vt ostendam ibi sermonem haberi de finitate & infinitate intensiua: Kõnes enim adeo apertæ sunt, vt ostensione hac non egeant, exigitur tamen ad hoc vt videantur: & ne suspensum quempiam reddamus, donec librum Physi. viderit, fideliter ipsas demonstrationes adduximus. Demonstratio ergo habita in text. 78. ad ostẽdendum q̃ motus in tpe infinito non põt fieri a virtute finita, est ducens ad impossibile. Et accipit primo ab aduersario eius positionem. s. q̃ fit ita q̃. A. Virtus vt centum, moueat. B. mobile centum cubitorum in. C. tẽpore infinito. Deinde adiungit huic propositionem possibilem. s. q̃. D. virtus vt decem, quæ est decima pars virtutis vt centum, moueat. E. mobile decem cubitorum, quod est etiam decima pars primi mobilis, in tempore. Z. Et tunc arguitur sic. Hoc tẽpus, in quo mobile decem cubitorum mouetur a virtute vt decem, non est æquale tempori illi, in quo mobile centum cubitorum mouetur a virtute vt centum, sed minus eo: quia demonstratum est in. 6. q̃ cæteris paribus totũ mobile, seu mobile maius, maiori tempore eget ad pertranseundũ aliquod certum signum, q̃ pars eius, seu mobile minus: & ad sensum patet: Vel secundum Auer. (& in idẽ redit) quia maior potentia mouet maiori tempore, s. maius mobile respectu alicuius signi pertranseundi: seu quod idem est, condiuidendo tempus mobili, aliter non esset verum: quia vt dicitur in septimo Physico. tex. 36. media potentia mouet medium mobile in æquali tempore per æquale spatium. Cum ergo illud tẽpus sit infinitum, restat q̃ hoc sit finitum. Sit ergo tempus. Z. decem horarum: & tunc arguit sic. Si augeatur virtus vt decem, donec consumat, aut adæquet virtutẽ vt centum: & similiter augeatur mobile decem cubitorum donec consumat vel æquet mobile centum cubitorum, necesse

esse est proportionaliter augeri tempus. Z. decẽ horarum donec consumat, aut adæquet tempus, in quo virtus vt cẽtum, mouet mobile cẽtũ cubitorum: quia necesse est æquales virtutes mouere æqualia mobilia tempore æquali. Sed infinitum non põt consumi: nec aliquid potest ei multiplicatũ æquari: ergo tempus, quo virtus vt cẽtum, mouet, impossibile est esse infinitum: quod erat probandum. Demonstratio autem posita in textu. 79. probans, q̃ in magnitudine finita non potest esse virtus infinita, est etiã ad impossibile. Et primo supponit tria. Primum est, q̃ maior virtus motrix facit æqualem motum in minori tẽpore. Secundũ, quod ex primo sequitur, est, q̃ infinita virtus facit plus in æquali tempore, q̃ finita. Tertium est, q̃ omnis motus est in tempore: quibus stantibus arguit sic. Si in magnitudine finita esset virtus motiua infinita, sequeretur q̃ in æquali tempore æqualiter mouerent virtus finita, & virtus infinita: hoc autem est impossibile: ergo. Consequentia declaratur ibidem sic. Sit A tempus vnius horæ, in quo virtus infinita mouet: & sit B, tempus mille horarum, in quo virtus finita, puta vt centum, mouet: Tunc, cum quãto virtus motiua fit maior, tanto tẽpus in quo mouet fiat minus per suppositiones, augeatur virtus motiua vt cẽtum, in tanta proportione in quanta tempus vnius horę exceditur a tempore mille horarum: & tunc manifeste patet, q̃ in æquali tempore æqualiter mouebit virtus illa finita in mille cupla proportione ad virtutem, vt centum, & virtus infinita: quod erat impossibile deducendum. Ex his iam manifeste patet, q̃ nunquam fit sermo de infinitate durationis, sed semper de infinitate et finitate intensiua: vt qui his oblatis hoc non vidit, non egeat medio, sed sensu intellectuali. Et cõfirmatur. Præmissæ istius vltimi syllogismi intellectę, vt dicunt, de infinitate durationis, aut assumuntur ab Arist. vt per se notæ, aut vt probatæ. non vt per se notæ: qm̃ sunt aut falsæ, aut maxime dubitabiles: tum quia Sol habet virtutẽ motiuam tempore infinito motu alterationis: tum quia totum corpus cœleste mouet actiue motu locali sphęrã ignis, & supremum aeris tempore infinito: & tñ constat q̃ hæc sunt corpora: nec fm veritatem apparet aliquid cogens, nisi loquentes ad dicendum, q̃ virtus corporea actiua est necesario finita fm durationem. Vnde Arist. assumens vt per se nota ea, quæ sensus perhibent esse falsa, plurimum peccasset. Nec vt probatæ: quia nullibi inueniuntur in hoc sensu probatę: ergo. Et, qm̃ quæstionem hanc nõ aggredimur ea ratione, vt sciamus quid senserit Aristo. qm̃ hoc a Philosophia extraneum est: sed vt sciamus, qua rõne hoc conclusum sit, & in processu prędicto ambiguitas magna est circa probationem minoris, quæ est quęstionis huius obiectum, ideo vidẽdum hic est q̃ efficaciter minor illa probetur. Est aũt ratio dubitandi. quia cõm. tex. 78. (scilicet mouens tpe infinito est infinitum, ex qua probatur minor, tex. vlti. scilicet primus motor est infinitus) loquitur de mouẽte tpe infinito ex parte mobilis, vt patet ex ratione probãte ipsam: condiuidit. n. tempus mobili, minor autem ista loquitur de mouẽte tpe infinito ex parte magnitudinis, seu spatij, super quod fit motus, vt patet in motu cœli. Primus enim motor non aliter mouet tempore infinito, nisi quia mouet cœlum tempore infinito. Constat autem q̃ nec tempus, nec motus cœli habet infinitatem ex parte mobilis, sed ex parte spatij infinities pertranseundi. Constat autem q̃ ad mouendum tempore infinito primo modo, requiritur virtus infinita, vt patet ex demonstratione Arist. tex. 78. & hoc siue virtus illa sit corporea, siue incorporea: permanet verum. & q̃ ad mouendum tẽpore infinito secundo modo, non requiritur virtus infinita, vt patet de motore orbis Lunæ, qui est virtutis finitæ, & sufficiẽs est mouere motu æterno. Eodem siquidem vigore, quo semel potest mouere suum orbem, potest infinities iterare motum illum: quia est inalterabilis & immutabilis virtutis: & vt dicitur in. 8. Phy. tex. 85. q̃ semper similiter se habẽs in se & ad mobile, semper idẽ faciet.

Et vt clarius percipiatur nodus quæstionis, sciẽdum est, ex. 6. Physi. longo processu, q̃ tempus motus condiuiditur mobili, & condiuiditur magnitudini, super quam est motus. Et similiter tempus dupliciter infinitum esse cõtingit. Vno modo ex parte quantitatis mobilis. Alio mõ ex parte quantitatis spatij. Mobili quidem cõdiuiditur tps, & ex eo infinitatur: quia, si aliquod certum signum in aliquo spatio designatum, sit pertranseundum, prius pertransitur ab vna parte mobilis q̃ ab alia: & si pertranseundũ est a pluribus mobilibus inæqualibus, vno decem cubitorum, & altero viginti &c. & cæteris paribus quæratur quantum erit tempus mensurans transitus istos, manifeste patet q̃, si mobile decem cubitorum transit illud signum in vna hora, q̃ mobile viginti cubitorũ pertrãsit illud in duabus. sicut etiam illud met signum prius transit medietas mobilis q̃ totum. Oportet enim seruata æqualitate motus, quanto mobile est maius tardius pertransire signum illud. verbi gratia. Si primus orbis & orbis Lunæ æqualiter mouerentur, signatum punctũ orientis orbis Lunæ tanto citius pertransiret, quanto minor est primo orbe. Ita q̃, quando orbis Lunæ peregisset suum transitũ, forte adhuc nec millesima pars primi orbis punctum illum orientis transisset, & idem est in motu recto. Vnde, si infinitum est mobile, infinitum necesse est esse tẽpus, in quo datum signum pertrãseundum est. Magnitudini vero condiuiditur tempus, & ex ea similiter infinitatur: quia finitum mobile prius transit vnam partem magnitudinis q̃ aliam. & sic cæteris paribus, quãto maior fuerit magnitudo pertranseunda, tanto magis erit tempus mẽsurans motum. &, si infinita, infinitum, vt in motibus processiuis manifestum est. Nec refert in proposito, an magnitudo seu spatium coincidat rõne materiæ in idem realiter cum quantitate mobilis, vt in motu cœli cõtingit. Non enim est aliud spatium pertranseundum a primo corpore q̃ quantitas ipsius, vt Auer. dicit in. 2. Cœli com. 46. Patet enim cœlum prius pertransire partẽ spatij, quæ est ab oriẽte ad meridiem, q̃ illam quæ est a meridie ad occidẽs, nihil minus q̃ si ibi esset realis distinctio quãtitatis spatij & quãtitatis mobilis. Similiter non refert in proposito, an quantitas spatij quantitatem temporis augeat ex quantitate suarum partium nunquã ab illo mobili pertransitarũ, vt contingit in motu recto, & prima revolutione circulari: an ex quantitate earundem partium, quæ pluries pertranseundę sunt, vt contingit in reflexione motus recti, & in secunda revolutione circulari, & deinceps. Spatium. n. idem secundo pertranseundum, alterius spatij æqualis primo rõnem habet. & perinde quantificat & extendit tempus actus alterũ æquale primo esset. seu vt melius loquamur, ac si esset altera pars totalis spatij æqualis primę parti. & similiter est de omnibus revolutionibus circularibus. Ex his igitur patere possunt tria. Primum, q̃ tempus, quo mouetur cœlũ perpetuo, est infinitum non ex parte mobilis, sed magnitudinis seu spatij: quia cœlum corpus finitum est. & ideo tempore infinito mouetur, quia spatium ab oriente in occidẽs infinities peragit. Secundum, q̃ tempus, quo probauit Aristo. in tex. 78. non posse fieri motum a virtute finita, est infinitum ex parte mobilis: qm̃ manifeste ibi fit diuisio tẽporis fm diuisionem mobilis, dum augendum proportionaliter dicitur fm augmentationem mobilis & motoris: vt contra proteruos syllogizetur sic. Quantitas temporis aucta & diminuta proportionaliter secundum augmentationem & diminutionem potentiæ motoris & quantitatem ipsius mobilis, est quantitas se tenens ex parte mobilis. patet ista ex terminis, & ex septimo Physi. tex. 36. sed quantitas hæc temporis, de qua loquitur Aristo. est huiusmodi, vt patet de se, & Auer. in com. expresse asserit cum cæteris expositoribus: ergo. Ex his autem liquet tertium principaliter intentum, q̃. s. processus Aristo. non sufficiẽter videtur probasse minorem. s. primus motor est virtutis infinitę: sed æquiuocationem videt commisisse in medio termino, qui est mouens tpe infinito: dum in maiore prosyllogismi, quæ fuit conclusio tex. 78. sumit pro tpe infinito infinite se tenente ex parte mobilis, cum dr. omne mouens tempore infinito est virtutis infinitæ: & in minore sumit pro tpe infinito, infinitate se tenente ex parte spatij, cum dr. sed primus motor mouet tpe infinito, restat igit ambiguitas non parua in

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sn la Scoti de primi motoris infinitate apud Arist.

hoc processit. Omissis aũt opinionibus pluribus, quæ a diuersis de vi huius demonstrationis dicta sunt. Sco.n,in quolibet.q.7.ad primum,credens fm Arist.primũ motorẽ infiniti vigoris intensiue, dixit hoc cõcludi ex eo ꝙ mouet a seipsa quod mouet a se,est a se, & consequẽter habet plenitudinẽ actiuitatis & entitatis, quæ absq; infinitate intensiua non est. Egidius vero in.8.Phy.credens idẽ,dixit hoc cõcludi ex eo ꝙ totus motus infinitus est proprius effectus Dei:quia quod põt in infinitum motum quò ad suã totalitatẽ, põt nihil minus in ipsum, tã si fit vnius mobilis absolute,q̃ si fit vnius mobilis infinities iterati. et consequenter est virtutis infinitæ: quia a propria cã effectus recipit mensurã & spẽm. His,inquam, omissis, quia absq; probatione dicta sunt,quod mihi videt scribendũ est. Miriũ,n. &(vt melius dicamus)extraneũ valde est,ꝙ Arist. medium terminũ tacuerit, & tantũ studium apposuerit circa id, sine quo sua ratio ex tacito medio tenet, vt Sco. dicit. Non enim in. 8. Phy.aliud medium assumitur,nisi mouere tempore infinito.& de hoc magna solicitudo fuit, ꝙ exigat virtutem infinitam.Cõstat autem ꝙ hoc abstrahit a mouere a se, vel nõ a se:& ꝙ motioni a se accidit, ꝙ sit in infinito tempore: nihil enim minus concluderetur,si esset in tẽpore finito, vt ipsemet fatetur. Nec valet rõ dicens,ꝙ infinitas non dependẽs,sed prima est proprium medium ad virtutẽ infinitam: quia fm hoc primitus motus esset propriũ mediũ, siue ille motus sit finitus,siue infinitus, & sic idẽ quod prius. Vnde finitas et infinitas motus vndiq; per accidens cõcurrunt.et sic Arist. scientiarum artifex, tacuisset ea,quæ sunt per se in medio termino,s.primitatẽ motus, & sollicitus fuisset circa ea quæ sunt in eo per accidẽs, s.infinitatem temporis:cuius oppositum vbiq; docuit faciendũ. Egidij vero deductio, quamuis veritatem a longe tangere videatur,vt in sequentibus patebit,veritatem tñ assecuta non est.quia ex eo,ꝙ totus motus cœli ponit effectus alicuius causæ per se, non est ab eo,nec sequacibus deducta infinitas intensiua illius causæ,sed assumptæ sunt proportiones volũtariæ, vel remotæ: vtpote ꝙ proprius effectus a per se causa recipit speciem,et mensuram. Ex hac enim non habetur ꝙ totalitas infinitatis extensiue necessario fiat per se ab infinitate intensiua: sicut nec ex hac,effectus infinitus fit a causa infinita, cum nõ appareat quare ipsa totalitas & vnitas infiniti motus non possit per se intendi,& fieri a virtute finita immobili ad cõtinuandam, & conseruandam perpetuo inferiorum successionem, &c. vt dicitur in Secundo de Generatione, tex.56. &.12.Metaphysi.commen.306.Latius igitur quod mihi in re hac apparet, prosequendum est:eò ꝙ difficultatem motã directe discutit,& ad principale propositum propriam viã docet, & Aristotelis tam menti, q̃ verbis consona videtur. Præmittendum est ergo primo,ꝙ perpetuitas motus, sicut & alia quantitas,dupliciter imaginari potest, ꝙ fiat ab aliqua virtute. Vno modo per se primo. Secundo modo non per se primo.Et ne in æquiuoco laboremus,illud dicitur fieri per se primo ab aliqua virtute, in quod potest virtus illa ex propria ratione: In illud autem dicitur posse aliqua virtus ex propria ratione, in quod potest ex perfectione clausa infra latitudinem propriã illius virtutis. Et per oppositum, illud dicitur fieri non per se primo ab aliqua virtute, quod quidẽ fit ab illa virtute ex aliqua conditione annexa illi virtuti, quæ est extra latitudinem illius virtutis formaliter sumptæ:verbi gratia, & est exẽplũ deseruiens propositio,virtus calefactiua vt octo ℔,ignis durãtis cẽtũ annis, potest in duos effectus,s.& calefacere, vt octo,& cẽtũ annis continuare hunc calefactionis motum. sed primum põt ex rõne propria, inquantum est virtus calefactiua tantę perfectionis,s. vt octo (hæc enim perfectio infra latitudinẽ virtutis calefactiuæ clauditur) secundũ vero non põt ex propria rõne:alioquin omnis virtus calefactiua, vt octo hoc posset, quod patet falsum in dicto igne durante per diem tantum, sed potest ex annexa sibi duratione centum annorum:quã patet esse extra rationẽ virtutis calefactiuę, & cuiuscũq; alterius virtutis motiuæ formaliter sumptæ. Ideo enim, ℔, ignis põt continuare calefactionẽ per centum annos, quia

Modus' proponus discutiẽdi rõnũ Arist. & , ac vim.

B virtus eius durat centũ annis, vt de se patet. Tunc ergo perpetuitas motus dicitur fieri per se primo ab aliquo, qñ ex perfectione infra latitudinem potentiæ agentis clausa causatur.tunc aũt non per se primo,qñ non ex rõne proprię potentiæ agentis, sed ex conditione illius fit. Ex hac autem distinctione ex parte effectus, manifeste patere põt alia distinctio ex parte causæ. Põt siquidem dupliciter imaginari aliquam virtutem esse continuatiuam motus tempore infinito.Vno modo per se primo,i.ex ratione propria,vt exposuimus. & alio modo non per se primo, sed ex annexa eius conditione, vt etiam exposuimus. Differunt autẽ vis perpetuatiua motus per se primo, & vis perpetuatiua non per se primo ex assignatis rõnibus adhuc dupliciter, Primo in hoc,ꝙ vis ꝓpetuatiua per se primo,respicit infinitatẽ durationis,vt per se primo effectum,& per se primo terminum, qa ex propria latitudine in illã põt: sicut vis calefactiua respicit calefactionẽ,seu calorẽ,vt per se primo effectũ, & terminum. vis aũt perpetuatiua non per se primo,respicit infinitatẽ durationis,nõ vt per se primo effectũ,sed vt cõditionem proprij effectus. Secundo in hoc,ꝙ illa respicit quantitatem durationis, vt per se proprium effectum:quia infinitas durationis quędã quantitas durationis essentialiter est, omnem quantitatis durationẽ in se claudens: Ista autẽ nõ, nisi per accidens, quantitatẽ durationis respicit,s.vt conditionem necessario comitem sui proprij effectus: quia nõ ex propria rõne,sed ex annexa conditione hoc facere supponitur. His vero præhabitis,oportet secundo tres cõditionales stabilire,ex quarum veritate propositi ratio habebitur.

Prima conditionalis est.Si A per se primo mouet tempore infinito, A est virtutis infinitæ intensiue,Declaratur ista. quia stãdo infra latitudinẽ virtutis,per se respicientis quantitatem durationis,vt proprium effectũ(quæ potest vocari virtus quantificatiua motus, intelligendo de quãtitate durationis)valet argumentũ. Ad continuandum aliquãto tẽpore,requiritur aliquanta virtus:ergo ad maius tẽpus,maior virtus:ergo ad infinitum,infinita. Et fundatur hæc consequentia super illam regulam.Sicut simpliciter ad simpliciter,ita magis ad magis,et maximum ad maximũ:q̃ absq; dubio vniuersaliter & necessario tenet in his, quæ se respiciũt per se primo: vt sanctus Thom, in Tertio contra Gen, cap.139.dicit. Fiũdat etiã super illud principium Metaphysicũ. Cuiusq; potentiæ actiuæ propria latitudo proportionaliter respondet propriæ latitudini sui per se primo effectus. quod patet inductiue in oĩbus:ergo virtutis quantificatiuæ motus, si esset propria latitudo,responderet proprię latitudini quãtitatis durationis. sed propria latitudo quantitatis durationis attenditur penes extensionem durationis: quia duratio non augetur per intensionẽ, vt qualitas, sed extensionem, vt quantitas: ergo virtus quantificatiua quãto maiorẽ posset quantitatẽ durationis producere,tanto maior esset:ergo si infinitã,infinita.Vnde proportio virtutis quantificatiuæ, seu continuatiuæ motus, ad quantitatem per se durationis, est sicut proportio virtutis calefactiuæ ad quãtitatem per se caloris. & nulla est differẽtia proportionum, quamuis sit differentia rerum substratarum proportionibus. quia quantitas per se caloris est quantitas intensiua, quantitas vero durationis est extensiua. Quod tñ vt ex dictis patet, proportionẽ non variare: eò ꝙ hoc est materiale, & per accidens. Formale.n.est vniuersaliter loquendo, ꝙ latitudo cuiusq; potentiæ actiuæ respondeat latitudini proprię sui per se primo effectus. An vero latitudo propria effectus attendatur fm extensionem, vel intensionem, accidens esse, cognoscitur ab exercitatis in Metaphysica.& ideo eadẽ rõne proportionis tenet consequentia supradicta,qua tenet ista. Ad producendum aliquantum calorem requiritur aliquanta virtus calefactiua: ergo ad maiorẽ maior, ergo ad infinitum infinita. Si quis autẽ dixerit supradicta principia non habere locum, nisi quando quantitas per se effectus, est quantitas intensiua: cũ philosophia abhorreat voluntarium, oportet huius restrictionis rationem reddere. Nulla autẽ ratione sulta apparet hæc responsio:nisi forte dicatur, ꝙ, quia magnitudo virtutis non est,

Sicut simpliciter ad simplr, & magis ad magis &c. in qbus teneat maxima.

nisi

nisi fm quantitatem perfectionalem,ideo non respondet, nisi quantitati pfectionali effectus:quantitas aũt perfectionalis non est quantitas durationis. Non.n.quãto maior duratio,tãto perfectior effectus fit:sed æqualis perfectionis est igmis durans per horam, & per duas horas, & per tempus infinitum,vt dicitur Primo Ethi.com.7.

A

Sed hæc rõ in hoc deficit,& quasi æquiuocat:qm̃ dupliciter contingit loqui de quantitate durationis. Vno modo fm se:Alio modo,vt est conditio aliarum rerum. Si cõsyderetur,vt est conditio rerum, puta hoĩs,aut albedinis,sic,cũ sit extra rõnes formales rerum:non auget propriam perfectionem alicuius rei:non.n. est perfectior calor durans centum annis, q̃s durans vno die. Et hoc modo est fermo de quantitate durationis in primo Ethi.vt patet ibi ex com. Auer.& S.Tho.& consequenter hoc modo verificatur, ꝙ quantitas durationis non est quantitas perfectionalis: nec sibi proportionatur virtus actiua alterius effectus. Si vero consyderetur primo modo,s.secundum se, sic cum bonum diuidatur in decem prædicamenta, sicut ens(vt in primo Ethicorum ibidem dr)& quantitas durationis sit quędã entis species, quandam etiam bonitatem secundum se necesse est ponat. Ac per hoc manifeste patet,ꝙ si duratio aliquam perfectionem fm se ponet,maior maiorem ponet,& infinita infinitam: sicut etiam quantitas molis aliquam perfectionem dicit,alioquin inter entis species non esset. Et maior maiorem,& infinita infinitam non minus in suo ordine,q̃ calor infinitus:& tñ quantitas molis maior & infinita dicitur secundum extensionem. Quod ergo quantitas durationis sit quantitas perfectionalis,potest dupliciter intelligi, scilicet,vt,conditio aliorum: & sic est falsum: quia est extra latitudinem rationis formalis cuiusque alterius rei. Alio modo secundum se:& sic ipsa quantitas durationis est quædam perfectio vendicans sibi quantitatem perfectionalem secundum suam extensionem, quemadmodum calor vendicat sibi eam fm suam intensionem. Vnde ad rõnem in oppositum dicenda sunt duo. Primo,ꝙ non oportet quantitatem durationis esse quantitatem perfectionis:sed habere illam infra suam latitudinem,sicut nec calor est quantitas perfectionis, sed habet illam. Secundo quòd falsum est, quòd quantitas durationis secundum se non ponat quanto maior maiorem perfectionem, quamuis non ponat maiorem perfectionem huius puta caloris, vel hoĩs. Et quia fermo in prædicta conditionali habitus, non est nisi de quantitate durationis fm se, consequens est, ꝙ firma stet veritas illorum principiorum etiã in his effectibus,quorum propria quantitas est quantitas extensiua. Talia.n.maiorem semper ponunt ex augmentata extensione perfectionem suæ speciei. Manifeste aũt patere possunt omnia, quæ de perfectione quãtitatis durationis diximus in hac solutione,ex quantitate molis, applicãdo distinctiones factas & cætera dicta ad ipsam: vt facile est cuique exercitato deducere. Vnde potest formari ad principale propositum ratio talis. Magnitudo virtutis respondet proportionaliter magnitudini per se effectus: sic ꝙ aliquanta virtus, ad effectum aliquantæ perfectionis requiritur: & maior,ad effectum maioris perfectionis, & infinita,ad infinitæ perfectionis effectum:sed duratio est effectus aliquantæ perfectionis:ergo ad faciendũ per se primo aliquantam durationem, requiritur aliquanta virtus,& ad maiorẽ maior, & ad infinitam infinita, cum maior duratio maiorem dicat perfectionẽ,& infinita infinitam. Rogoq; cõs iterũ atq; iterum, ne auertendo mentis intuitum ab eo quod est per se ad id quod est per accidens,fallantur, inniteres supra adductæ glosæ absque rõne, dicendo ꝙ, si ad effectum aliquantæ perfectionis requiritur aliquãta virtus,ad effectũ maioris perfectionis intẽsiue requirit maior virtus:nõ aũt ad effectum maioris perfectionis extẽsiue;qualis est maior & minor duratio. Hæc.n.glosa, vt ex dictis patet,optima est loquẽdo de causa per se primo illius effectus, cui vtrąq; quantitas conuenit intensiua infra propriam latitudinem, & extensiua extra:sicut est calor &c. Vniuersaliter autẽ loquendo de quantitate causæ in ordine ad propriũ effectũ,

B

C

D

& eius quantitate infra latitudinis suæ limites clausa,nulla opus est distinctione,eo ꝙ eadem rõ saluatur in proportione causæ & effectus:siue fm propriam rõnem augeatur intensiue,siue extensiue,rõ,s.maioris perfectionis fm propriã rationem suæ speciei. Non.n.tenet illa regula in effectibus quantitatis intensiuæ alia rõne, nisi quia quanto effectus per se primo alicuius est perfectior infra latitudinem propriam,tanto perfectiorem causam exigit. Propter hoc.n.ex maiore quantitate extensiua caloris producti, non concluditur maior virtus calefactiua,sed intensiua tantũ.illa.n.auget perfectionem caloris extra propriam latitudinem caloris,ista aũt intra. Hæc aũt met ratio saluatur in effectibus quantitatis præcise quantitate extensiua: qm̃ eorum propria perfectio augetur infra propriam latitudinem, secundum extensiuam augmentationem.Vnde vniuersaliter loquendo effectum esse perfectiorem intensiue,vel extensiue accidit effectui perfectiori secundum propriã latitudinem suæ rationis formalis, quod per se consyderatur in hac ratione.& est ratio vtriusq; eorum, ꝙ perfectiorem causam exigat,& cõcludat:sicut esse album,vel nigrum accidit colorato, & est ratio eorum,ꝙ sint visibilia. Falli aũt multos contingit in re hac ex eo,ꝙ in cæteris entibus a quãtitate,manifeste videmus, ꝙ sola augmentatio intensiua effectus per se,cõcludit maioritatem virtutis per se primo actiuam illius: & nullam perhibent sensus virtutem actiuam per se primo quantitatis: propter quod nunquam intellectui oblata apparet augmentatio virtutis ex extensiuo cremento effectus.Quicquid.n.fit de virtute actiua per se primo quantitatis,siue permanentis,siue successiue,discernendum est intellectus acumine, vt dictum est inter entia,quorum propria perfectio consistit in intensione, & quorum propria perfectio consistit in extensione: quoniam in illis extendi est extra limites rationum formalium suarum, & propterea nõ concludit maiorẽ perfectionẽ virtutum actiuarum illorum entium,in istis aũt extẽdi,est infra rationes formales eorum, & est ipsum eorum intendi:& ideo idem exigit & cõcludit in virtute eorũ actiua per se primo,quod in illis infert intẽdi, si inuenitur virtus per se primo actiua quantitatis. Vnde nõ obstat propositio, siquis dicat non dari in rerum natura huiusmodi virtutem quãtificatiuam motus:nobis.n.sat est veritas cõditionalis, quæ permanet eriam antecedente, & consequente impossibili. Similiter puerile est,siquis putet dictũ processum,ideo non tenere in effectibus quantitatis extensiuæ, sed intensiuæ,quia in extenso id quod additur,licet perfectio quædam sit,nõ includit in se minus extẽsum,& aliquid vltra:intensiuus autem includit in se remissum, et aliquid vltra perfectionis addit, & ideo hoc requirit maiorem virtutem,illud vero equalẽ: puerile inquam dixi:quia sic se habet maius secundum extensionem ad minus(puta spatium duarum horarum, ad spatium vnius:aut bicubitum ad cubitum)sicut maius intẽsiue ad minus:puta calor vt quatuor,ad calorem vt duo, Vtrobiq; siquidem maius claudit minus,& aliquid perfectionis propriæ rationis formalis addit. Constat aũt ex dictis,ꝙ in prædicto processu nulla est ratio exigens, aut fingens aliam similitudinem proportionum inter intensum & extẽsum,nisi maioris ad minus.argutum enim sem per est hoc modo. Potens per se primo in aliquantum, est aliquanta virtus: ergo potens in maius, est maioris.ergo in infinitum est infinitæ. Nihilominus diligẽter aduertenti apparebit,ꝙ quemadmodum in extẽso pars addita priori non includit priorem, & ideo seorsum non infert maiorem volutemitæ in intenso,gradus, verbi gratia additus, non includit priores: nec est maioris perfectionis gradus quartus albedinis,q̃ sit primus:nec ex perfectione maiore quarti gradus seorsum, infertur maior vis calefactiua:sed ex eo ꝙ totum calidum puta habens quatuor gradus caloris,est perfectius quam calidum vt duo,quemadmodum etiam argui tur ex eo quòd totum extensum est perfectius.

Friuolum quoq; omnino est, siquis admittat prædicti processum tenere,quo ad effectus quantos,quantitate permanente, non autem successiua. Oporteret enim abradere

Universidad de Deusto
Biblioteca

principia tradita in.6. &.7. &.8. Physicorũ, de virtutibus motiuis & earum proportione: cum motus & tempus, de quibus ibi est sermo, successiua entia sint, Stat ergo veritas primæ conditionalis.

Secunda aũt conditionalis est ista. Si.A. mouet tempore infinito vnum motũ continuum &c. A. est mouens immobile. & accipimus, mouet, proprie, vt distinguitur contra mutare. Et rursus: accipimus, mouet, vt motor, nõ vt instrumentum motoris: primum propter illuminationem: secundum propter corpus cœleste trahens secum ignem: quẽ nihil minus traheret, si idem ignis numero perpetuo cõserua retur ſm totum & partes: et etiam propter primum orbem trahentem secum alios, vt multis placuit: quamuis nõ sufficiẽter. Probatur ista consequentia. 8. Physic. tex. 85. ex proposito, &. 12. Metaphy. tex. 43. ex hoc q̃ motor motus non semper eodẽ modo se habet, aut in se, aut in ordine ad mobile: id autem a quo semper prouenit idem, eodem modo se habere necesse est vtroq; modo, vt patet. ergo. Ex his aũt duabus conditionalibus verificatis, antequã veniamus ad tertiam, iam patere potest distinctio superius præmissa cũ suis membris in speciali. Liquet enim iam, q̃ perpetuitas motus duabus attestatur causis, s. infinitati virtutis p̃ se primo causantis ipsam: aut immobilitati motoris. et cõsequenter q̃ diuersimode ab illis depẽdet, & illas infert: quoniam infinitatẽ non infert, nisi in virtute per se primo (seu ex propriæ latitudinis perfectione) illam causante. Immobilitatẽ vero virtutis infert in omni virtute causante ipsam. Et merito: quia immobilitas est extra latitudinem perfectionis virtutis, tam motiuæ, q̃s quantificatiuæ motus. Infinitas autem rationis formalis cuiusq̃, infra ipsius latitudinẽ claditur. Gradualitas enim alicuius speciei (puta caloris) etiam, si in infinitum crescat, caloris naturã non exit. Immobilitas vero cõditio est extra totam latitudinem caloris. Siue enim intelligatur calor, vt quatuor, siue vt mille, siue vt infinitus, nunquã peruenietur ad hoc, q̃ sit immobilis, infra limites caloris stando. Et quod de calore exẽplificauimus, de cæteris virtutibus actiuis formaliter sumptis, siue secundũ rem sint in materia, siue non, intelligi volumus: oportet. n. Philosophum formaliter loqui. Vnde distinctio iam probata in terminis specialibus repeti potest sic. Perpetuitas motus dupliciter potest imaginari q̃ fiat. Vno modo a virtute per se primo ipsam causante, & sic oportet, q̃ fiat a virtute infinita intensiue, vt patet ex prima conditionali. Alio modo a virtute non per se primo ipsam causante, sed per se primo causante talem motum, & secundario causante eius perpetuitatem, vt illius conditionem. Et sic oportet q̃ fiat a virtute motiua immobili, quæ ex perfectione suæ virtutis causet talem motum, puta Saturni, & ex immobilitate eiusdẽ sem per perseueret idem faciens: vt sic conditio virtutis sit causa conditionis effectus, sicut in primo modo propria perfectio ipsius virtutis est causa propriæ perfectionis effectus. Et propter hoc Aristo. 8. Physic. in tex. 78. infinitatẽ temporis motus ascripsit infinitati virtutis, & in tex. 85. ascripsit immobilitati motoris: vt iaceret fundamenta, & ad primũ motorem, & alias intelligentias inuestigandum, vt ibidem Diuus Tho. notauit. ex primo enim primum motorem. 8. Physic. tex. vlti. & 12. Meta. tex. 41. conclusit: ex secũdo vero numerum intelligentiarum tex. 43. &. 44. Nõ enim ibi inuestigaẽ numerus infiniti motoris (vt quidam rudes & cæci dicunt) sed numerus motoris inalterabilis & immobilis, vt patet ex fine tex. 41. q̃ ex ipso tex. 43. vbi semper est sermo de immobilitate motoris tempore æterno &c.

Tertia igitur conditionalis, cuius antecedens supponit Arist. cum suis sequacibus est ista. Si cœlum mouetur tempore infinito, primum mouens ipsum est infinitæ virtutis intensiue. Et aduerte difformitatem inter hanc consequentiã, & priores. in prioribus enim inferebatur. A. mouet etc. ergo. A. est infinitæ virtutis, vt in prima: vel, ergo. A. est virtutis immobilis, vt in secunda. In hac vero non inferimus, ergo mouens cœlum: nec, ergo quilibet motor cœlestis: sed, ergo primum mouens est virtutis infinitæ intẽsiue. Probatur ista sic. Cœlum mouetur tempore perpetuo: ergo ab ali

Mod primu di rõ sẽũ,

qua virtute per se primo, & directe potente in sempiternitatẽ motus: Talis est infinita intensiue, (vt patet ex veritate primæ conditionalis probatæ) ergo inuenię aliqua virtus infinita intensiue. Aut igitur ista virtus est in quolibet motore cœlesti, aut in primo tantum. non in quolibet: tũ quia non oportet: tũ quia neuter ab altero dependeret in sempiterne mouere. Fatuum enim est ponere infinitum, vt sic dependere: tum quia aliquid conueniret pluribus primo, scilicet mouere sempiterne, quod est impossibile, vt mõstratẽ Primo Poste. ergo in primo motore tm. Totus processus clarus est, & firmus, si prima consequentia probabitur. Cuius vis consistit in ista categorica, Sempiternitas motus causatur ab aliqua virtute, per se primo intendente, et potente in ipsam. Hac igię propositione probata, nihil remanebit huius rationis probandum. Probatur ergo primo q̃ hoc sit possibile: deinde q̃ sit de facto. Primum probatur: quia, si esset inconueniens, aut impossibile, sempiternitatẽ motus causari ab aliqua virtute actiua per se primo, hoc non esset, nisi Vel quia duratio motus, cuius species est sempiternitas, nõ est res separabilis a motu, sed simul est & non est, & fit, & non fit cũ motu, ac p̃ hoc sufficienter fit a quoliber moũete, sicut & motus: Vel quia duratio motus passio motus est, eò q̃ tẽpus, vt dicitur in Quarto Phy. tex. 130. &. 12. Metaphy. tex 29. aut est idẽ motui, aut eius passio. Passioni aũt non debetur aliud agens, q̃s productiuum subiecti, vt patet inductiue: Vel quia vt superius tactum est, duratio motus non est, nisi conditio eius: conditionibus aũt rerum non debetur propria virtus actiua, sed sat est conditiones actiui sequi. Præter. n. hæc tria non apparet ratio, quare impossibile, aut inconueniens sit sempiternitatem vendicare sibi virtutẽ per se primo eius actiuam: sed nihil horũ impedit: Insęparabilitas siquidẽ duarum rationum formalium, etsi concludat, q̃ producens vnam in rerum natura producat alteram, non tamen concludit, q̃ a quocunq; producitur per se primo vna, ab eodem producatur per se primo. & altera. Quãuis. n. esse ens, sit inseparabile ab esse tale, vel tale ens, et per hoc habeatur q̃ causans tale ens causet etiam ens: non tamen sequitur: ergo, si est causa per se talis entis inquantũ tale, ergo & inquantum ens. vnde Aristo. in Sexto Metaphy. in principio venatur principia, & causas entium, inquantum entia. Durationem aũt, passionẽ esse motus, & si verum sit quo ad aliquid, puta, quia sub ratione temporis definitur per motum, & inseparabiliter concomitatur ipsum tanquã posterius suum prius: non tamen est verũ simpliciter: quia constat q̃ vere & simpliciter passio alicuius, sic producitur cõsecutiue ad productionẽ subiecti, vt a virtute per se primo productiua subiecti, secluso quocunq; extrinseco, sufficiẽter emanet. Duratio aũt siue sempiternitas motus nõ emanat a virtute motiua, vt sit ratione ipsius virtutis: sed consequitur conditionẽ extrinsecam ipsius virtutis. s. durationẽ eius, vt patet inductiue. Non est igit passio proprie loquẽdo, sed potius conditio inseparabilis. Nec ex hoc, q̃ talis cõditio põt poni in esse ex conditione virtutis motiuæ, cõcludi põt, ergo, superflue quæriẽ alia causa: q̃m nõ quæritur causa ad hoc, vt fiat absolute, sed ad hoc, vt per se primo fiat. Non. n. superflue quæritur a quo per se primo fiat animal, quãuis sciamus ipsum fieri a generãte hominẽ & bouem. Nec inconueniens aliquod sequitur, si tã nobilis conditionis motus, qualis est sempiternitas, specialis causa quæraẽ, & non sat sit credere, q̃ fiat vt cõditio præcise: nihil enim contra principia naturalia, aut metaphylica, aut quæcunq; alia apparet sequi: immo inuestigatio hęc consequẽs est processibus Arist. in. 6. &. 7. &. 8. Physi. vbi causas motus aptauit ſm diuersas ꝓportiones ad eius durationẽ. Non est igitur impossibile aut inconueniens, sempiternitatẽ motus talẽ esse effectam, q̃ possit produci ab aliqua virtute per se primo. Quòd autem hoc sit de facto, probatur primo: quia vt dicitur Secundo Physi. tex. 26. &. 8. tex. 39. semper ponendũ est id, quod est, aut causat per se, ante id, quod est, aut causat per aliud. Constat autem, quòd causans sempiternitatem motus, quia immobile, causat eam per accidens: seu per aliud a virtute sua actiua. ergo debet præcedi

ab

ab eo, quod ex propria perfectione suæ virtutis actiuę sempiternitatẽ facit. hoc enim tantum est, quod per se primo illam causare potest. Secundo: quia sempiternitas motus cœlestis est effectus dignissimus, vt eius effectus ostendit. s. perpetuitas omnium generabilium, & corruptibilium, ad quam tota sphæra actiuorum & passiuorum, & singula in ea contenta secundum vires conãtur, & pro ea agunt, quicquid agunt: vt Auer. dicit Secundo cœli commen. 17. & Albertus magnus ibidem confirmat. Irrationabile est autem effectum adeo nobilem, in rerum natura absq; per se primo causa actiua fateri. Et confirmatur. Quia, cum in motu cœlesti sint duæ conditiones, s. sempiternitas, & determinata velocitas, quæ in sui rõne claudit tempus, vt patet in Quarto Physico. tex. 96. & sempiternitas eius sit nobilior determinata velocitate (vt ex affectibus, et de se patet. et. 12. Metaphy. commen. 41. habetur: vbi certa velocitas finitati virtutis: sempiternitas vero infinitati attribuitur motoris absq; potentia omnino: secundo quoq; cœli tex. 17. dicitur, quòd sempiternitas est proprium diuinitatis opus: et Platonicis confirmantibus: ibidem a Sancto Tho. cognoscimus entia tantum sempiternitatis quantum diuinitatis sapere.) & determinata velocitas absq; dubio habeat causam per se primo ipsam causantem apud omnes Philosophos, quę dementia esset sempiternitatẽ cœlestis motus causa per se primo priuare? Relinquitur igitur ratio rota, & stabilis, & efficax: cum etiam fugiendi via concessa nõ sit. Duobus enim modis poterat quis tantum laborẽ fine priuare: Vel dicendo, q̃ sempiternitas motus non habet causam per se primo actiuam: quod esse nefas ostẽsum est: Vel dicendo, q̃ habet quidẽ, sed illa est virtus finita, immobilis. Et hoc ostensum est esse ignorantiam propriæ vocis: quia nulla virtus per se primo actiua alicuius, est actiua illius ex aliquo extra eius propriam rationem formalem: alioquin esset actiua illius circũscripto omni alio, & non circũscripto omni alio: quod implicat. Impasibilitas autem & vlr immobilitas (vt de se patet, et superius declaratum est) extra latitudinem est cuiusq; rõnis formalis virtutis actiuæ formaliter sumptæ, vnde dicere, q̃ virtus. A. sit p̃ se primo actiua sempiternitatis: & dicere, q̃ ideo est actiua sempiternitatis, quia est immobilis, & semper manet, eodẽ mõ est ignorare propriã vocẽ.

His ergo præmissis ad motum dubium, contra processum Arist. redeundo, dicimus q̃, quia sempiternitas motus exigit in per se primo motore, seu in eius propria potentia actiua infinitatem intensiuam: & hoc nõ habet ex eo quòd ponitur in motu infinito ex parte mobilis, nec ex eo quòd ponitur in motu infinito ex parte spatij infinities iterati, sed inquantum est secũdum se effectus quidam, cui accidit quòd hoc, vel illo modo saluetur: ideo ex propria ratione sempiternitatis motus, siue saluetur in motu infinito per se, siue infinito per accidens, concludi optime potest absque æquiuocatione infinitas intensiua primi motoris potentis per se primo in sempiternitatem. Vnde attenta sempiternitate motus formaliter, & relata ad virtutem actiuam per se primo illam respicientem, quãuis æque bene concluditur infinitas intensiua illius virtutis, siue hoc. siue illo modo ponatur: Aristoteles tamen a notioribus doctrinam subtilissimam tradens, deduxit in tex. 78. ex sempiternitate motus posita in motu infinito ex parte mobilis, infinitatem intensiuam potentiæ: & in tex. vltimo ex eadem sempiternitate motus posita in motu infinito ex parte spatij, conclusit infinitatem primi motoris: Infinuãs nihil obstare rationi sumptæ ex sempiternitate formaliter accepta, in quouis motu saluari ponatur. Propter quod in tex. 78. non posuit mobile infinitum, sed tempus tantum, vt doceret quòd non concludebat ibi infinitatem potentię ex infinitate mobilis, sed ex propria ratione infinitatis temporis. & in tex. vltimo, secundum vtranq; translationem nõ sat fuit Arist. subsumere, q̃ primum mouens mouet motum perpetuum, aut tẽpore infinito: sed subsumpsit vtrunq; simul, vt ostẽderet, q̃ non arguit absolute ex hoc quòd mouet perpetuo (cum hoc sit cõmune omnibus motoribus cœli) sed ex eo, q̃ sic mouet tempore perpetuo, vt ipsam infinitatem temporis

per se primo causet: alioquin nugatio commissa esset in illa minore: quam nefas est Aristoteli imponere.

Formaliter ergo dubium soluendo dicimus, quòd medium ad probandum illam minorem, s. Primus motor est virtutis infinitæ, est hoc. Mouens per se primo tempore infinito: ita quòd maior syllogismi sumpta ex tex. 78. est ista. Mouens per se primo tempore infinito, est virtutis infinitę. Minor vero subsumpta in tex. vltimo est ista: Primus motor mouet per se primo, tempore infinito. ergo primus motor est virtutis infinitæ: vbi nulla æquiuocatio interuenit: & maioris probatio ex infinitate temporis saluati in motu infinito ex parte mobilis, non obstat, sed magis attestatur processui: quia proportio virtutis per se primo respicientis durationem motus, ad finitatem & infinitatem tẽporis absolute declarata, & concluſa, est ibi in materia clarius eam repræsentãtæ, s. in motu infinito per se, vt ex notioribus fieret doctrina. Differt autem deductio hæc a subtilissima deductione, quam Diuus Tho. Octauo Physico. docuit in duobus: Primo in medio termino. Cum enim medium Arist. sit mouens tempore infinito, ille apposuit ly per se, supra ly infinito: nos vero supra ly mouens: Secũdo in minore: quia apud nos, minor est vera de facto, quo ad operationem primi motoris: apud illum vero minor est vera quo ad virtutem primi motoris. Non enim de facto primus motor mouet tempore infinito per se, sed oportet eum esse tantæ virtutis, quòd quantum est ex parte virtutis suæ, posset mouere tempore infinito per se: quia causæ per se oportet respondere effectũ per se. Primus autem motor est causa per se infinitatis motus. ergo siue sit possibile tẽpus infinitũ per se inueniri, siue non, oportet primũ motorẽ tantę virtutis esse, si est per se causa infinitatis motus. Cõueniunt tñ hæ deductiones, & in conclusione (quia vtrobiq; concluditur infinitas intensiua primi motoris) et in radice: quia vterq; processus ponit primum motorem esse per se causam durationis infinitæ ipsius motus. Sed ille procedit ex eo, q̃ causæ per se oportet esse tãtam virtutem, vt possit in effectum per se, quod fundatur super Secundo Physico. tex. 36. Iste vero ex eo, quòd causam per se primo alicuius, oportet proportionaliter augeri secũdum augmentum proprium effectus sui: cuius fundamenta superius dicta sunt.

Et vt multis philosophantibus complaceamus, qui volunt potius cum Auerro. errare, quàm cum aliis verum sequi, ostendendum superest hoc idem Auerroim docuisse.

In. 12. siquidem Meta. com. 41. postquam conclusit iuxta demonstrationem. 8. Physic. q̃ virtus infinita requisita ad mouendum tpe infinito corpus cœleste, non est in magnitudine, quia moueret in non tempore: mouet tñ tatim dubium cõiter tactum a Doctoribus. 8. Physi. scilicet, cur si ponitur virtus infinita in magnitudine, sequitur motus in non tpe: et si ponatur extra magnitudinẽ, non sequitur motus in nõ tpe: quæ est ratio difformitatis: Et tñ tatim respondet, q̃ hoc ideo est, qa motus cœli fit a duobus motoribus: quorũ alter est finitæ motionis, & est ataa cœli: & alter infinitæ, & est potẽtia oĩno fine materia: & q̃ motus cœli a motore finito habet, q̃ sit in nõ tpe: & a motore infinito, q̃ sit tpe perpetuo.

Vbi a plano sensu literæ nõ diuertendo, manifeste patet, q̃ ipse est opinatus primum motorẽ esse infinitæ virtutis intensiue. & propter istã infinitatem causare per se primo sempiternitatẽ motus cœli: & in hoc differre a cęteris Intelligentiis: quæ cũ sint ſmobiles, possunt virtute propria causare perpetuitatẽ motus, p̃ accidẽs tñ: vt ex dictis patet. Et quia prædicta verba Auer. alĳs locis eiusdem contradicere videntur (vt adduximus arguendo ad oppositũ) ideo a diuersis diuersimode exposita, vel potius extorta sunt: prout quilibet voluit non se Auerroistam, sed Auerroim sitĳ facere. vnde oportet expositiones eorũ afferre, vt firmetur veritas. Quidã igitur dixerũt, q̃ Auer. intendit q̃ sit finitus intensiue primus motor, infinitus aũt in durationẽ: nõ tñ formaliter, sicut alĳ motores, sed etiam causaliter: quia sempiternitas motus ascribitur fini ipsius motus, qui est purus actus omnino, & per hoc differt a cæteris motoribus. Et hi diuisi sunt in duas vias. Nam quidã eorum dicũt, q̃ illa

Huius sententiæ Auerroẽ fuisse, motorẽ primum, & esse virtutis infinitæ intensiuę, quia sempiternus cœli motus causatur per se primo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

distinctio motoris in finitum & infinitū est distinctio realis: Quidam vero, ꝙ est distinctio rationis in primum motorē, secundum ꝙ est finis: & ipsummet, ſm ꝙ est agens: & secundum ꝙ agens mouet in tempore, quia est vigoris finiti intēsiue: secundum vero ꝙ finis perpetuat motū: & ideo dicitur infinitus in duratione causaliter: Alij vero dixerūt, ꝙ primus motor non est virtutis finitæ, nec infinitæ intensiue: quia non est ꝓ virtutis actiuæ: sed dicit infinitus causaliter, causalitate finali, vt dictum est: Alij autem dixerunt, ꝙ illa verba Auerrois examinanda & glosanda sunt secundū determinationes factas in de Substantia orbis, &c. vbi magis ex proposito tractauit rem hanc: vbi manifeste negauit infinitatem intensiuam. Sed ꝙ omnes huiusmodi responsiones errent manifestatur. Et primo ꝙ loquatur de infinitate intensiua, probatur primo sic. Quādocunque fit aliqua distinctio per oppositā habentia plures significationes, & alterum oppositorum declaratur ab ipso distinguēte, quo ad quid nominis: secundum quam intentionem sumitur, reliquum debet sumi secundum oppositam intentionem: Patet ista, alioquin periret omnis certitudo diuisionū, & syllogismi diuisiui &c. sed Auer. diuisit motorem cœli in motorem finitæ motionis, & infinitæ motionis, & descripsit alterum membrum, scilicet motorem finitæ motionis per finitatem intensiue (vt patet) quia ibi expresse subdit: Dicere finitatē, est dicere proportionem motoris ad motā rē: ergo reliquum mēbrum, s. motor infinitæ motionis, est describēdum secundū intentionem oppositā, s. ꝙ dicere infinitatē, est dicere improportionem: & sic erit motor infinitus intensiue. Secundo sic. Termini quæstionis, & responsionis secundum artem demonstratiuam non differunt: sicut nec quæstio differt a conclusione in terminis, sed in modo: Constat autē ꝙ motor infinitus, de quo est sermo in quæstione, est infinitus intensiue: quoniam est ille, de quo dicitur in. 8. Physi. tex. 79. ꝙ mouet in non tempore. ergo finitas, & infinitas, de qua est sermo in responsione, est etiam intensiua.

Tertio sic. Quælibet responsio a sapiente data, debet sumi in sensu, in quo quæstioni motæ respōdet: sed ista nō respōdet quæstioni motæ, nisi intelligatur de infinitate intēsiua. ergo &c. Declaratur Minor. quæstio est, cur virtus infinita requisita ad mouendū tempore infinito, posita in magnitudine infert motum in nō tēpore. & posita extra magnitudinem, non. Huic autem quæsito non satisfit dicendo, ꝙ hoc ideo est, quia ibi sunt duo motores separati, & ambo finiti, sed alter actiue, et alter vt finis: & ex motore vt finis est sempiternitas: ex motore vero vt agens, est ꝙ motus sit in tempore. Hoc enim, siue verum, siue falsum sit, est impertinens quæsito, & solicitudo superflua. tota enim quæstio est, quare a virtute separata non sequitur motus in nō tempore, sicut a virtute posita in magnitudine: & constat ꝙ est sermo de virtute actiua. Hæc autem quæstio, vt & nouitī possint percipere (sicut & quælibet alia) supponit aliquid certū. s. infinitatē virtutis, siue in magnitudine, siue extra. & quærit dubiū, quare, si illa infinita virtus ponitur in magnitudine, mouet in non tēpore: & extra magnitudinē, nō. Quæratur ergo ab istis primo, Qualis est illa infinitas virtutis, quæ supponitur, intensiua: an durationis: si intensiua, habetur intentū: si durationis, quæstio & nulla, & ridiculosa est. Nulla quidē: quia a virtute actiua infinita in duratione posita in magnitudine, non sequit motus in non tēpore: vt patet de virtute alteratiua Solis, a qua res aliqua alteraī, & tamen in tempore. Nec potest dici ꝙ illud est verum tātū de virtute motiua vnico motu locali tātum: quoniam expresse Arist. in. 8. Phy. tex. 79. vnde hoc sumptum est, dicit hoc verificari in omnibus virtutibus motiuis quocunꝙ motu. Ridiculosa autem: quia puerile est quærere, quare a virtute finita in vigore, infinita aūt duratione separata a materia, prouenit motus in tēpore, & nō in non tēpore. Quis enim est adeo rudis, vt ignoret finitatem, & infinitatem intensiuā virtutis sequi velocitatem certā, vel incertam motus, & nō finitatem, & infinitatem durationis? Vltimum igitur refugiū horum est, ꝙ quæstio illa neutram infinitatē determinate supponit, sed infinitatem in cōi. Quoniam ex motu perpetuo neutra infinitas determinate cōcluditur, (sed in communi concluditur, ꝙ oportet virtutem motiuam tempore perpetuo esse infinitam. Vnde dicūt, ꝙ quæstio Auer. est, cum sit ꝙ virtus motiua tēpore infinito sit infinita, abstrahendo ab hac, & illa infinitate: quare posita in magnitudine infert motum in non tēpore, & extra magnitudinē, non? & responsio est supponendo, ꝙ, si aliqua virtus posita in magnitudine debet mouere tempore perpetuo, oportet ꝙ sit infinita intensiue ex. 8. Phy. te. 78. & cōsequenter moueret in non tpe ex tex. 79. & addendo, ꝙ si aliqua virtus motiua tēpore perpetuo ponatur extra magnitudinem, & illa est necessario infinita ſm durationem: & distinguitur in motorem vt agēs (& sic est finitæ motionis, id est mouet in tempore) & motorē vt finis, & sic est infinitæ motionis, id est mouet infinito tēpore: quod virtuti positæ in magnitudine conuenire non pōt. Nō enim potest distingui in motorem, vt agens, & vt finis: & ideo oportet, ꝙ virtus motiua tempore infinito, si est in magnitudine, mouet in non tempore: extra magnitudinem, non. Sed vere isti innituntur telis aranearum: deficiūt enim dupliciter. s. in re ipsa, & in expositione Auer. In re ipsa quidē: quia falsum est, ꝙ virtus motiua tēpore infinito, si ponitur in magnitudine, est infinita intensiue: si extra magnitudinē, nō. quæratur enim ab ipsis (ne in æquiuoco laboremus) de quali infinitate tēporis est sermo. Distincta est. n. superius ex. 6. Physic. quia est duplex, ex parte mobilis, & ex parte spatij: Seu per se, & per accidēs. Si est sermo de virtute motiua tēpore infinito ex parte mobilis, nulli dubium est, ꝙ illam oportet esse infinitam intensiue: in textu enim. 78. nō est sermo de tali virtute, sed de prima, vt ex dictis patet. Amplius. Cum Philosophus obedire debeat rōni, oportet reddere causam, quare cum ad mouendum. 8. mobile certa velocitate, puta motu vnius horæ, requiratur tanta virtus intensiue, puta vt centum: & ad cōtinuandum illum motum tempore perpetuo sufficiat ex parte virtutis motiuæ, ꝙ semper perseueret in eodem vigore: quare inquam est, ꝙ virtus talis, si ponatur in magnitudine, sequitur ꝙ sit infinita intēsiue? Hoc enim neqꝫ ex parte perfectionis virtutis, nec ex natura magnitudinis oritur: & tamen hoc est super quod isti fundantur.

Quòd si dicatur, ꝙ hoc oritur ex hoc, ꝙ illa virtus actiua semꝑ remanere debet in eodē vigore, hoc puerile est: quia ex hoc nihil aliud sequitur, nisi ꝙ illa virtus oportet, ꝙ ponatī in magnitudine inalterabili, & incorruptibili. Ex hoc aūt ꝙ virtus actiua ponitur inalterabilis, & incorruptibilis, infinitatēqꝫ durationis, siue in quanto, siue extra, non habetur maior perfectio intensiua, vt de se patet: & in Primo Ethi. cap. 7. ab Arist. & Auerroi dicitur. (Et datur exemplū de albo) ꝙ ex hoc, ꝙ ponitur perpetuum, non sequitur, ergo est albius: quia differentia maioris, & minoris rationis nō infert differentiam secundum magis, & minus. vnde ridiculum est, quod quidam inter Philosophos se locantes dicunt, ꝙ ideo non potest esse virtus motiua actiue tempore perpetuo in magnitudine, quia oportet ipsam esse durationis infinitæ, & per hoc infinitam intensiue. Deberent enim inferre, ac per hoc inalterabilem & incorruptibilem: ad quod sequit infinitas intēsiua. Pudet aūt adducere, quorūdā fatuitatē dicentiū, ꝙ processus nō fit ab Auer. & Arist. ad concludēdum primum motorem esse incorporeum absolute, sed ad concludēdum ipsum esse incorporeum, idest non immersum materiæ ad esse: quæ est tantum apud eos in generabilibus, & corruptibilibus. Rōnis siquidē Arist. (a tex. 78. vbi inchoat, teste ipso Arist. ibi cū Auer. tractatus intendētis ostendere impartibilitatē primi motoris) vis est ex natura quanti, & extensi, siue corruptibilis, siue non, vt patet. & in tex. vlti. rationem formans ex efficacia probatorum, & non aliter, concludit primum motorem impartibilem. vnde hoc est simpliciter error nimis fatuus. Amplius. Hoc dictū. s. ꝙ virtus motiua actiue tēpore perpetuo, si est in magnitudine, est infinita intēsiue: si extra, nō, oportet vel ex rationibus formalibus terminorū intelligibiliter deducere, vel ex sensibilibus assumere. Sed iam ostēsum est ex rationibus terminorum hoc non deduci, sed oppositum quo ad

ad primam partem: & sensibilia idem testantur, ergo hoc est voluntarie dictum: Ex sensibilibus enim habemus, ꝙ virtus alteratiua Solis est motiua actiue, & est in magnitudine, & tamen non est infinita intensiue, nec alterat in non tempore. Nec potest dici, quòd, quia sermo est de virtute actiua motus localis, ideo instantia non militat: Tū, quia eadem est ratio quò ad mouere in non tempore, & infinitatem intensiuam, de virtute alteratiua, & motiua ſm locū, & vniuersaliter motiua, si ponantur in magnitudine, vt dicitur Octauo Physico. tex. 79. vt iam adductum iterum est: Tum quia, si idem alterabile semper supponeretur alterationi Solis, tunc Sol vnum numero motum perpetuum poſset continuare, nulla facta augmētatione suæ virtutis: quicquid sit de antecedente huius conditionalis: & sic virtus finita intensiue, infinita duratione moueret in tempore infinito vnum motum continuum, & non in non tēpore. vnde, ꝙ de facto non sit hoc, est per accidens quantum est ex efficacia virtutis. accidit enim tantæ virtuti, ꝙ, vnum, vel plura subīciantur &c. & nihil minus posset in vnum semper, qj plura. In expositione autem verborum Auer. errant: quia ex huiusmodi sensu nō habetur respōsio ad quæsitum. esset enim responsio, ꝙ ideo virtus motiua tempore infinito posita in magnitudine moueret in nō tempore, & posita extra magnitudinem non: quia virtus extra magnitudinem distinguitur in motorem, vt agens, & motorem vt finis: in magnitudine autem, non. Ex hoc autem, quomodo haberi posit quæsita differentia, centum iuga boum non deducerent.

Quarto principaliter probatur, ꝙ de infinitate intensiua sit sermo Auerro. ibidem, ex eo, ꝙ ibi dicit, quod motus cœli habeat sempiternitatem à primo motore ieffectiue, aut finaliter. si effectiue, cum in hoc ponat differentiam inter primum motorem. & animam cœli, tripliciter potest hoc imaginari. Primo, ꝙ anima cœli, aut nō efficiat: aut non sufficienter posit efficere sempiternitatem motus, & ideo attribuatur primo motori tanquam causæ sufficienti: Et hoc conuincitur demonstratiue esse falsum, supponēdo animam cœli esse virtutem motiuā immobilem, vt patet ex Octauo Phylic. tex. 85. & ex supradictis: Secundo, ꝙ anima cœli dependenter illam faciat, primus autem motor independenter, & ideo attribuitur primo motori, vt eius causæ actiuæ independenter: Et hoc conuincitur esse contra Auer. ibi: quia aut loquimur de communi dependētia, qua omnia entia alia a primo, & actiones eorum dependēt a primo (& sic non saluatur commentum, ponens differentiam inter sempiternitatem, & determinatam velocitatem motus cœli in hoc, ꝙ illa est a primo motore: hæc ab anima cœli. tali enim dependentia communi, tam sempiternitas, qꝫ determinata velocitas est a primo motore mediante anima cœli) aut loquimur de singulari dependentia, qua in faciendo talem effectum, scilicet sempiternitatem motus, anima cœli dependet a primo motore: Et hoc conuincitur esse impoſsibile tenendo primum motorem finitum intensiue: & deducitur sic. Motore sufficiente, ex his quæ in se intrinsece sunt, applicato mobili disposito, circunscripto quocūꝙ alio, excepta communi dependentia ad primum, necessario prouenit effectus proprius illius motoris: Patet ista ex terminis: alioquin nulla esset via ad probandum consecutionem causæ ad effectum, & è conuerso, sed anima cœli est actiuum sufficiens ex suis intrinsecis respectu motus æterni: ergo circunscripto quocunꝙ alio, excepto cōmuni influxu primi, potest in motum æternū. ergo nulla est opus speciali dependentia. Probatur Minor, ex eo, ꝙ anima cœli habet ex suis intrinsecis duo requisita ad faciendū sempiternitatem motus, scilicet tantam virturem intēsiue (puta vt mille), & immobilitatē: quilibet enim motor habens hęc duo, potest sempiternum facere motum, quāuis nō per se, vt dictum pluries est. Tertio, ꝙ anima cœli licet sufficienter, tamen per accidens facit sempiternitatē motus: primus aūt motor facit eam per se: & ideo attribuitur primo motori, vt eius causæ actiuæ per se primo intendenti illam. Et sic habetur intentum: quia vt ex prima cōditionali probata patet, ex hoc sequitur, ergo primus motor est virtutis infinitæ intensiue. Et in rei veritate ista videtur mens Auer. in illo loco. Loquitur enim de actiua causalitate, vt quæstio monstrat. & non intendit subtrahere ab anima cœli causalitatem actiuā sempiternitatis, sed perfectatem causalitatis: cuius nulla virtus finita est capax, vt patet ex dictis. Vnde causam actiuam per se determinate velocitatis posuit animam: sempiternitatis vero primum motorem. Si finaliter, hoc potest dupliciter imaginari. Primo, vt sit sermo de dependentia cōmuni: qua omnia causantur in genere causæ finalis a primo: et hoc est contra Auerroem ibidem: quoniā hoc modo non saluatur sua differentia inter determinatam velocitatem motus, & eius sempiternitatē: hoc etenim modo vterque effectus dependet finaliter a primo motore: Secundo, vt sit sermo de aliquo speciali modo dependendi, in genere tamen causæ finalis. Et quantum verba eorū sonāt, videntur dicere, ꝙ quodam singulari modo sempiternitas est a primo fine, quo non est determinata velocitas: hoc, ꝙ, sempiternitas motus in hoc differt ab eius velocitate, ꝙ ista sufficienter fiat ab agente: illa autem non nisi adiuncta causalitate finali primi motoris. Sed, quia facile est dicere distinctionem in qualibet re quamuis ardua: & inexercitati est admittere illam in aere, ideo queramus ab istis, quomodo sit ista differentia. hoc enim non potest nisi tripliciter imaginari. f. Aut sic, ꝙ sempiternitas careat causa actiua, & finali tantum attribuatur: et hoc est ridiculum, quoniā non est intelligibile, ꝙ aliquid effectiue producat motū, & non producat eius durationem: maxime cum tempus, quod est duratio illa (vt. 12. Meta. tex. 29. dicitur) aut est ipse motus, aut eius passio: constat autem ꝙ hæc ab eodem fiunt actiue secundum rem, quāuis nō eodem modo: potest enim eorum, quæ sunt idem realiter, vnum per accidens produci ab agente inferiori, & alterum per se: vt patet cū Sortes generat Platonem: tunc enim licet fiat Plato per se: fit tamen corpus vel mixtū per accidēs, vt dicitur in Primo Phy. tex. 76. Aut sic, ꝙ ad determinatam velocitatē causa actiua sufficit absꝫ finali: ad sempiternitatem autem non: & hoc etiā est ridiculum: quia finis est causa cæterarum causarum, nullusꝫ est effectus naturę aut artis absꝫ fine: Aut sic, ꝙ ad determinatam velocitatem causa actiua cum fine communi sufficit: ad sempiternitatem autem, non, sed requiritur specialis ratio dependentiæ ad primum motorem vt finem: et hoc est iterum loqui in aere, nisi huiusmodi ratio assignetur. Nec apparet alia ratio, cꝫ illa, quæ in eodem com. 41. ex intentione Themistij subditur. f. ꝙ motor, qui mouet ad consequendum aliquid, vel conseruandum aliquid trāsmutabile, necesse est ꝙ quandoqꝫ cesset: motor autem, qui mouet propter aliquid semper in actu & immutabile, qua ratione mouet vno tempore, mouet semper: & sic habetur specialis ratio dependentiæ sempiternitatis ex fine, quæ non habetur in velocitate motus. Sed adducere hoc ad propositum, nouitiorū est. Cum enim omnes animę cęlestes prima intentione operentur propter se, vt dicitur. 12. Meta. com. 36. & 2. Cœli. com. 17. & 21. & ipsarum natura sit immutabilis & in actu: & earum opera sint sicut opera artium, vt dicitur. 12. Meta. com. 44. & finis sit principium in operabilibus, vt dicitur in. 2. Phy. tex. 83. quemadmodū ex actualitate immutabili finis sumunt animæ illæ rationem sempiternitatis in suis operibus, ita ex alijs conditionibus nobis ignotis sumunt rationem tātæ velocitatis: & quare magis ab oriente moueant versus hemisphærium superius: & alia huiusmodi. hæc enim omnia fiunt propter melius, vt ex. 2. Cœli. tex. & com. 34. habetur. Et ex fine necesse est bonitatem eorum, fieri cum Naturalia agātur propter finē: vt dicitur secundo. Phy. tex. 80. Vnde ex hoc nō magis habetur, ꝙ sempiternitas specialiter dependeat a primo, cꝫ certa velocitas: vtrunꝙ. n. eorum habet hoc modo specialē rationē dependentiæ ex fine. Amplius. Cum ratio sempiternitatis motus sufficienter sumatur ex his finis cōditionibus. f.

Quæ tēpe virtus in magnitudine posita mouetes i nō tpe. extra aūt non, ex Auer scotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cp̃ sit in se actu & habitus a mouẽte, & immutabilis: & hęc sint cõmunia omnibus motoribus cœlorum respectu propriarum essentiarum: nihil propriũ primo motori dixisset Auer. sed totum quod dixit, conuenit omnibus animabus cœlorum in ratione finis. Nec potest dici, q̃ dictũ Auer. cõmune quidem est omni motori separato in ratione finis. sed appropriatur primo propter depẽdentiam aliorũ a primo & in ratione finis: quoniam sic non saluatur differẽtia inter sempiternitatem & velocitatẽ: vtraq; enim propter independentiam primo est attribuenda fini. Quòd si tanquã ad vltimum refugium recurrendo dicatur, q̃ sempiternitas motus dependet a primo fine, quodam singulari modo ignoto nobis: & hoc cognosci ex hoc q̃ omnes motores cœlestes conueniunt in sempiterno mouere, non autem in velocitate motus. (hoc. n. ideo esse credendum est, quia rõnem sempiternitatis habent, respiciendo primum: velocitatem vero respiciendo propria:) hoc est cõtra Auer. qui expresse dicit in secundo Cœli. com. 58. q̃ motores inferiores sumunt rationes suarum velocitatum, secundum q̃ magis desyderant assimilari primo. Et loquitur non solum de motu diurno, sed etiam in circulo obliquo. Deinde hoc non est sufficiente ratione firmatũ. Quòd enim conueniant omnes in sempiternitate motus, vt dicit Auer. in secundo cœli. cõ. 38. & 71. & alibi, est quia conueniunt omnes in hoc, q̃ sunt motores immateriales. Et ideo hoc non oportet conſcere, q̃ sit ex singulari modo depẽdendi a fine: cum clare pateat, q̃ finis communis cum immaterialitate motoris sufficiat: nec locus est coniecturis in manifestis. Amplius. Velocitas, de qua ibi loquitur Auer. vt patet in commento. nihil aliud est q̃ temporalitas, in qua omnes motores cœli cõueniunt, sicut & in sempiternitate: nullus enim mouet in non tempore. Restat ergo q̃ de infinitate intensiua sermo Auer. ibidem sit. Et licet euidẽtiores sint prædictę rationes, si duo motores secundum rem in primo orbe ponantur: efficaces tamen sunt, etiam si duo secundum rationem, vnus autem secundum rem ponitur, vt patere possit cuilibet eas applicari scienti. vnde omnes expositiones cõmenti prædicti fallax apparẽt. Vltima autẽ ordinem Librorum Auer. non pensauit. Cum enim cõstet ex secundo Cœli com. 3. q̃ tunc iam fecerat libellum de Substantia orbis: & ex pluribus cõmentis, q̃ tunc etiam fecerat super libros Physicorum: & ex. 12. Meta. com. 65. q̃ iuuenis erat qñ fecit super libr. de Cœlo. & sperabat in com. 352. se perfecturum Astrologiam: & q̃ senex scripsit super Metaphysica manifeste liquet, q̃ ofa dicta Auer. sunt examinanda ad 12. Metaphysicæ eius, & nõ è conuerso: quoniam opus illud testamentum eius est.

Secunda autem via ad ostendendam infinitatem virtutis Dei gloriosi sumpta ex San. Tho. breuior est, & supponit Deum esse causam actiuam alicuius substantiæ, siue mundi, siue primæ intelligentiæ, siue omnium incorruptibilium, siue ab æterno, siue in tẽpore: nihil enim horum refert, dummodo concedatur per simplicem emanationem (quam nos creationem dicimus) Deum aliquid produxisse. Hoc autem nunc supponatur, tum quia communiter Excellentes viri hoc concedunt etiam de mẽte Arist. & Auer. Tum quia expresse cõtra Algazelẽ pluries Auer. & hoc dicit: Tum quia hoc exigeret specialẽ quæstionem, quam alibi tetigimus. Acquiescentibus ergo huic suppposito, hæc via paratur: iuxta quam arguitur prælibando rationes terminorũ. s. q̃ virtus creatiua est virtus actiua effectus ex nulla potentia passiua, siue sit creatiua ab æterno vt Plato, & Arist. cũ sequacibus posuerunt: siue in tẽpore, vt fides christiana determinat. Cæteræ autem virtutes actiuæ sunt effectuum ex aliqua potentia passiua pręsuppositа, vt patet in naturalibus & artificialibus. Arguitur ergo sic, loquẽdo semper de quantitate virtutis seu perfectionis. Omne quãtũ, excedens aliud quantũ (sic, q̃ quantuncunq; excessum crescat, nunquam inter ipsa est aliqua proportio) est necessario infinitũ intẽsiue: ista patet ex terminis: qñ vt dicitur in. 8. Phy. tex. 79. ſ excedens est finitum, addendo semper quantum ad excessum, quandoq; æquabitur & excedetur: Sed virtus creatiua est aliquantę perfectionis, & sic excedit virtutem factiuã rerum ex potẽtia subiecti, quod quãtumcunq; augeatur, nõ est inter eas proportio. ergo virtus creatiua est infinita intẽsiue. Probatur minor quò ad vltimam partem (quæ sola eget probatione) ducendo ad impossibile: quia sequeretur q̃ virtus tantum actiua ex aliqua potentia, & virtus actiua ex nulla potentia possent esse æquales: quod est manifeste impossibile. Tenet consequentia, supponendo vnũ, quod probatione non eget. s. q̃ quanto aliquod actiuum potest educere rem de remotiori potentia ad actũ, tanto est virtuosius. ad sensum enim patet, q̃ ad educendũ calorẽ de potentia aquæ, maior virtus requiritur, cũ ad educẽdum ipsum de potentia aeris. hoc igitur supposito arguitur more Aristotelico sic. Sumatur virtus productiua alicuius (puta bouis) ex nulla potentia, & sit. A. Sumatur quoq; virtus productiua bouis ex aliqua potentia, puta. C. & sit virtus illa. B. Tunc sic. Istæ duæ virtutes, scilicet. A. & B. per te habent aliquam proportionem: sit ergo proportio centupla, ita q̃ A. excedat. B. non plus, cũ in centuplo: & tunc sumatur potentia passiua in cẽtuplo magis elongata ab actu, quàm sit. C, & sit illa. D. cum ergo oporteat tanto virtuosius esse agens, quanto elongatior, est potentia ab actu, necesse erit virtutem actiuã bouis de potentia. D. esse in proportione centupla ad. B. ac per hoc esse æqualem ipsi. A. Et sic virtus productiua ex aliqua potentia, & virtus productiua ex nulla, erunt æquales: quod est impossibile. Immo etiam eodem processu potest deduci, quòd illa sit etiã maior: quod est impossibilius. Nec potest inficiari quispiam hunc processum ex eo, quòd non potest sumi in rerum natura potentia remotior ab actu quacunq; potentia data: oportet enim sic dicentes negare processum Aristo. Quarto Physi. tex. 72. vbi assumit plenum subtilius quocunq; pleno. & Sexto Physi. tex. 15. vbi assumit motum velociorem quocunque motu: & breuiter destruere doctrinam traditam in libro Physi. Saluatur enim efficacia horum, & similium processuum ex rationibus formalibus terminorum, & ex veritate conditionalium: quicquid enim repugnat veritati conditionalis, est falsum, & impossibile: vt Auer. dicit in Octauo Physico. tex. 78. Vnde proposito sufficit veritas conditionalium: puta, si virtus aliqua produceret ex potentia in cẽtuplo remotiori, esset in centupla proportione &cæ. Stat ergo ratio firma, quamuis quidam nescientes, aut non volẽtes eam formare, soluisse se arbitrati sunt, vt de Scoto patet prima distin. quarti: Qui ideo credidit se soluisse, quia Sanctus Tho. non solicitus circa terminos, qui in autenticis rationibus solent subintelligi, fecerat maiorem huiusmodi: Eorum, inter quæ nulla est proportio, alterum est infinitũ: Soluit Scotus, q̃ hæc non est vera: vt patet de puncto, & linea: & tamẽ punctum non est infinitum. Propter quod no tanter nos posuimus in maiore vtrunq; esse quantũ: vt has pueriles cauillationes effugaremus. Et hæc de secundo.

Soluciones argumẽtorum.

Restat igitur argumentis in oppositũ respõdere. Ad primum ergo (quod tres difficultates tangit, vnam principaliter, et duas ex consequenti) tali est ordine dicendũ, q̃ duas annexas difficultates, scilicet an Deus moueat vt finis tantum, vel vt finis & agens: & si vt agẽs, an mediate, vel immediate: pertransibimus dicendo, quia est. Tertiam vero principalem, s. an ex positione virtutis infinitæ intensiue in rerum natura, necessario sequatur motus in non tẽpore, pertractabimus dupliciter, scilicet secundum Auer. & Simpliciũ. Quãuis igitur multi ex Secundo cœli tex. 64. vbi in summo gradu pfectionis vniuersi locat id, quod sine actione optimum possidet: & ex 12. Metaphy. tex. 30. vbi dicitur, q̃ Deus mouet, sicut amatum, & desyderatum, credunt Deum non esse causam agentem, sed finalẽ: verius tamẽ dicunt sentiẽtes, vtroq; modo Deũ esse causam, vt Simplicius arguit ex primo cœli tex. 30. vbi Aristo. dicit Deum nihil agere frustra. si enim ad hoc incõueniẽs solicitus fuit Arist. deducere, q̃ Deus nihil agit frustra: ergo supponebat Deũ agere propter finem: ridiculum enim esset deducere ad hoc inconueniens de causa non actiua. Auerrois quoque in de Substantia orbis, manifeste reprehendit dicentes oppositum esse de intentione Aristotelis: & in. 10. Metaphysicæ, commento

An Deus moueat vt finis tãtũ, vel etiam effectiue.

commento septimo, expresse dicit, q̃ Deus mouet non tãtum vt finis, sed vt motor: Quod etiam firmatur in. 12. cõmento. 6. & in commento. 44. vbi etiam postmodum Auicennam ponentem Deum esse tantum finẽ arguit: q̃ oportet primi principij esse actionem: quæ cum hoc, q̃ sit sibi propria, sit communis cæteris: qualis est motus diurnus. Et in Secundo Cœli commento. 17. dicit, q̃ omne habẽs actionem in se, habet actionem in alio: & in commento. 21. dicit, q̃ omne, quod inuenitur propter se prima intentione, inuenitur propter aliud secũda intentione: nisi illic esset natura non innata ad largiendum. Et breuiter totus Auer. plenus est hac sententia, vel formaliter, vel radicaliter: vt puta, q̃ in separatis a materia causalitas finalis, & efficiens eidem conueniunt, vt dicitur in. 12. commento. & 35. & 38. & 55.

Nec obstat, quòd Aristoteles dixit Deũ mouere, vt amatum. non enim dixit hoc cum dictione exclusiua: immo ex hoc magis habetur propositum, suppposita illa vniuersali Auer. quam modo diximus. Id vero, quod ex Secundo cœli adducitur, admiratione dignum est, qua fronte ab Auerroistis adducatur: cum Auerrois ipse ibidem in commento. 66. expresse dicat, q̃ in illo summo gradu habente optimum fine actione, datur latitudo includens omnes Intelligentias: ita quòd apud ipsum omnes Intelligentiæ sunt in illo primo gradu, & non tantum Deus: & tamen constat apud eos etiam, quòd cæterę intelligentiæ agunt ad extra. Intendit enim ibi Aristoteles apud Auerroem. Intelligentias quatenus intelligentię sunt, habere optimum (quod est felicitas speculatiua) sine omni dependentia ab exteriori actione: non sicut in nobis (iuxta illud. 12. Metaphysicę textu. 39. deductio autem qualis optima & cę. et esse in primo gradu:) Quatenus vero animæ sunt, optimum allequi per motum, & in secundo locari ordine simul cum corporibus, quorum sunt animæ: vnde Deum mouere non solum finaliter, sed actiue dicimus. Et quamuis ex multis commentis videatur haberi, quòd Deus mouet immediate (quia in commento. 44. Duodecimi Metaphysica. reprehenduntur ponẽtes Deum esse priorem motore primi orbis: & in commento. 38. expresse dicitur, quòd primus motor mouet sine medio, & in commento. 48. numerantur substantiæ immateriales secundum numerum motuum cœlestium, expresse supponendo nullam esse, quæ non mouet: vt tamen ex dictis superius patere potest, in commento. 41. 12. expresse dicit motum cœli cõponi ex duobus motoribus. Et ideo sciendum est, quòd ista sibĩ inuicem non cõtradicunt: quoniam cum sint in hac re opiniones extremæ: vna Auicennæ dicentis Deum nihil agere ad motum cœlis̃i secundũ q̃ prima causa operatur per secundas, sed primum motorẽ esse primam Intelligentiam productam a Deo, quæ cum anima cœli mouet: Alia eorum, qui dicunt Deum solũ mouere primum cœlum, Auerrois via incesit media, vtrunq; declinans extremũ. & ideo nunc hoc, nunc illud excludit extremum, quamuis pluries Auicẽnam impugnauerit. Est igitur apud eum primus motor Deus gloriosus: non tamen mouet solus. Sed, quia in motu primi cęli sunt duo (sempiternitas motus, & certa velocitas, puta. 24. horarum) possit vtrunq; horum habere per se primo causam actiuã & propriam. & sempiternitatis quidem Deum, certæ vero velocitatis animam cœli. Et hic sensus respondet planè expositioni illius commenti absq; extorsione. Et sic Deus non est prior motore totius: immo facit per se motum totius, quò ad nobilissimam eius rationem, quæ est sempiternitas. & hoc modo Deus non est anima alicuius orbis. Et ideo dixit ibi Auer. q̃ est potentia, non in materia. & per hoc volebat quòd differret ab anima cœli. Et hoc modo saluatur, quod commẽto. 44. dicitur, q̃ illud, quod intelligitur motor corporis cœli de primo motore, est aliud ab eo, quod intelligit motor orbis Saturni. Et sic numerus immaterialiũ substantiarum secũdum numerum motuum saluatur: quia ex motuũ numero, inuentus est numerus motorũ aliorũ a primo: qui iam ex infinitate motus stabilitus erat. Nullam enim substantiam immaterialem ponimus, nisi ex motu conclusam: sed primam ex infinitate motus, cæteras ex numero motuum regularium, & perpetuorum, exigentium motores immobiles. Et hoc consonat textui Aristotelis expresse quærenti numerum motorum immobilium, non numerũ motorum infinitorum: vt per hoc insinuaret, quòd de aliis a primo loquebatur: quamuis primus quoque sit immobilis. Est siquidem sermo Aristotelis, & Auerrois, ibidem cõtra ponentes substantias immateriales absque aliqua propria motione alicuius corporis, vt patet ibidem: quod nos non diximus. Et breuiter hoc modo omnia dicta Auerrois inueniuntur consona: & merito, quia vero omnia consonant. Vnde Heliæ hebræi labor, quàm vanus fuerit, patet. Putauit enim, quòd ex hoc, quòd Deus dicitur motor effectiue primi cœli, sequeretur, Ergo mouet solus primum cœlum. Iam enim liquet Deum proprium motorem primi, quò ad sempiternitatem sui motus actiue causandam. Mouet ergo Deum cœlum effectiue vt motor proprius, & mediante anima cœli: sic vt vtriusque proprius effectus motus cœli sit diuersimode. & sic quo ad duo prima pateat quid tenendum sit.

De tertio autem (in quo tota stat difficultas præsens) ambiguitas magna videtur. diuisi siquidem sunt Peripatetici circa id. Quibusdam enim apparet, quòd ex hoc anteceden te, Datur virtus infinita in natura, sequitur necessario, Ergo motus in non tempore. Quibusdam vero videtur, quòd distinctione opus sit in re hac. & hi in tres distincti sunt vias. Alĩ putant, q̃ distinctione modi agendi, scilicet libere, vel necessario opus sit. Alĩ vero, q̃ distinctio modi essendi illius virtutis infinitę, scilicet an habeat esse materiale, an immateriale, ad hoc sufficiat. Alĩ autem duas distinctiones necessarias credunt ad saluandam infinitam virtutem in re rum natura, scilicet modi essendi (quæ modo dicta est) & modi agẽdi, scilicet mediationem, vel immediationem: ita quòd omnes huiusmodi opiniones sunt quatuor. Et primã quidem postponentes (quia ex discussione aliarum quid veritatis habeat patebit: & eius fundamenta sunt, quæ arguendo adduximus) ad secũdam nos transferamus opinionem, quæ tria dicit. Primo q̃ ex hoc antecedẽte, virtus infinita est in magnitudine, necessario sequitur, Ergo mouet in non tempore: quod implicat contradictionem. Et in hoc conueniunt cum Arist, Octauo Physico. tex. 79. omnes Peripatetici: licet differant in modo deducendi consequentiã. Scotus enim in primo Senten. distin. 2. quæstio. 2. ad vlt. dicit, q̃ ex eo quod in antecedente assumitur, Virtus infinita: subintelligendo agat, necessario sequitur, Ergo actio sua est in non tẽpore: alioquin in æquali tẽpore agere contingeret virtutem infinitã & finitam, iuxta deductionẽ Aristotelis ibi. Ex eo vero, q̃ in antecedente additur ly in magnitudine (s. extensa) sequitur q̃ si agit, agat circa corpus, & consequenter q̃ sit ibi aliqua resistentia, & sit etiam diuersa approximatio partium passi ad agens, ac per hoc sequitur, Ergo actio illius virtutis est mouere: quoniam hæc duæ causæ, scilicet diuersa approximatio partium, & resistentia, faciũt successionem esse in motu. & sic ex toto antecedente simul, scilicet Virtus infinita in magnitudine, sequitur Motus in nõ tẽpore. Sed hæc deductio manifeste peccat: quia ex hoc q̃ aliqua virtus est extensa, & agit in corpus, non sequitur illæ duæ causæ successionis, sed vna tantum, s. diuersa approximatio partium passi ad agens: sed ex omnibus his absq; resistentia nõ sequitur, Ergo illa actio est motus. Et hæc oia non egent probatione: quia manifeste patent de virtute illuminatiua, hæc. n. est extensa, & agit in corpus &c. & tñ non est motus proprie (de quo loquimur) vt distinguit cõtra mutationem. Sanctus Thomas autẽ, quia Aristoteles non fuit solicitus ibi de vtraq; parte consequentis deducenda, supponit cũ Auerroi, & cæteris expositoribus (quantũ vidisse me recolo) q̃ subiectum illius antecedentis, s. ly virtus, seu potẽtia, supponit pro virtute motiua, proprie sumẽdo, motum: ita q̃ antecedens illius consequentię secundum veritatem, est hoc, Virtus motiua infinita est in magnitudine, ergo. Et q̃ hæc sit mens Aristotelis, patet ibi, ex eo quòd probãdo suppositionem vnam, scilicet quòd maior virtus facit æquale in minori tempore, dicit: vt calefaciens, aut dul

Universidad de Deusto
Biblioteca

ce faciens, aut proficiens, & omnino mouens. vbi manifeste patet, q̃ de virtute motiua loquitur. Patet etiam ex fine intento: ad nihil enim aliud inducebat demonstrationem illam, nisi ad inuestigandam impartibilitatẽ primi motoris, quem constat mouere proprie. vnde impertinens erat proposito tractare de omni virtute extensa. Quamuis ex ista negatiua, non p̃t est dari virtus motiua infinita in magnitudine, habeatur ex consequenti, q̃ nulla virtus in magnitudine est infinita: quia, cum sit virtus, aut substãtialis, aut accidentalis: & accidentalis infinitas inferat infinitatẽ substantialis: & omnis virtus substãtialis in magnitudine, si est, simplex sit principiũ alicuius motus naturalis (vt patet in Primo cœli, textu septimo) & simplicibus existentibus finitis, impossibile sit mixtũ fieri infinitum, manifeste deduci potest ex negatione infinitatis virtutis motiuæ in magnitudine, negatione infinitatis omnis virtutis extensę.

Facit tamẽ vim Sanctus Thomas in ly magnitudine, ex hoc, quòd virtus extensa non est intelligens, virtus autem extra magnitudinem est intelligens, vt patet Tertio de Anima, commento quinto. virtus autem motiua non intelligens mouet tantum quantum potest. Ac per hoc tenet cõsequentia Aristotelis, Quia, si est virtus motiua infinita, & cũ hoc mouet tantum, quantum potest, sequitur, Ergo mouet in non tempore, vt patet ex deductione Aristo. ibidem.

Secundo dicit, quòd ex hoc antecedente, virtus infinita est (etiam loquendo de motiua) non sequitur necessario, Ergo mouet in non tempore: quia potest illa virtus esse agentis liberi, in cuius potestate est, & actio, & modus agendi. Et cum hoc arguitur esse contra Aristotelem, & Auerroẽ, et omnes Philosophos, Scotus cum sequacibus non reputat hoc inconueniens. immo dicit in Secundo Sententiarum, distinctione prima, quæstione tertia, eos sibi ipsis contradicere, ponendo Deum agere necessario.

Mihi autem videtur hoc non esse contra Aristotelem, eò quòd nulli imponendum est, quod nec dixit, nec necessario sequitur ex dictis eius. Deum autem non esse agens liberum nullibi dixit Aristoteles, nec ex dictis eius sequitur necessario. Demonstratio siquidem posita in Primo cœli, textu nonagesimo, sufficienter saluatur, supponendo omnes intelligentias differre specie, & mouere quantum possunt, vt assimilentur Deo glorioso, cuius proprius effectus est sempiternitas, siue libere, siue necessario illam causet. Numerus quoque intelligentiarum eisdem suppositionibus stantibus optime inuestigatur ex numero motuũ: sunt enim omnes motores adæquati. Inconueniens etiam, quod dicitur in textu septuagesimonono, scilicet virtutem finitam, & infinitam mouere æqualiter, manifeste ibidem ascribitur virtutibus mouentibus naturaliter. & breuiter quæcunque alia ad hoc adduci possunt, facile saluari videntur absque hoc. nolo tamen propterea Aristoteli attribuere, quod posuerit Deum agere libere: sed opinionem suam ad nos non peruenisse tantum, contra Auerroem tamen illam responsionem esse non dubito, vt ex cõmento quarto, Duodecimi Metaphysicæ deducere facile esset. & commen. 21. Secundi de cœlo manifeste habetur.

Sed, quoniam ex principiis Philosophiæ non necessario sequitur Deum agere necessario: idcirco cum soli rationi obediendum sit: quod secundo loco contra hoc obijcitur soluendum est. Cum ergo dicitur, Id ad quod sequitur falsum impossibile, est simpliciter impossibile & cæ. Negatur minor. Et ad primam probationem dicitur, quòd quamuis non sit impossibile Deum velle vti tota virtute sua: est tamen impossibile Deum velle vti tota virtute sua in hoc effectu, qui est velocitas motus. Nec hoc est ex defectu virtutis, aut voluntatis: sed, quia hoc non est factibile. vnde Deus vtitur tota virtute sua per se causando sempiternitatem motus, & creando &c.

Ad secundam vero dicitur præmittendo quatuor. Notandum est enim primo, quòd aliud est arguere ex potentia motiua infinita, & aliud est arguere ex potentia motiua infinita habente talem modum essendi, scilicet in magnitudine, vel extra: vel modum operandi, scilicet necessario, vel libere. Primum siquidem antecedens abstrahit ab omni modo essendi, & operandi: Secundum vero, modum essendi, vel operandi coassumit. Constat autem q̃ multa possunt deduci ex aliqua ratione formali, & modo essendi, vel operandi simul, quæ non possent deduci ex illa ratione formali absolute. Notandum est secundo, quòd ex aliqua ratione abstracte, seu absolute sumpta, dupliciter aliquid deducere consueuerunt Philosophi. Vno modo necessario: sicut ex ratione motus deducitur, q̃ oportet esse in tempore: Alio modo non repugnanter: sicut ex ratione motus deducitur, quòd quocunq; motu dato, potest dari velocior &cæ. Et inter hęc tantum refert, q̃ consequens aliquid necessario comitatur ipsum in quocunque ponatur secundum omnem modum essendi illius: consequens vero aliquid non repugnanter, non oportet comitari illud in aliquo: immo stat quòd repugnet ei in quocunq; modo essendi: vt patet in exemplis adductis. Notandum est tertio, q̃ tripliciter potest imaginari, quòd potentia motiua infinita exeat in actum secundum: Vel quòd moueat. A. mobile certa velocitate, ita quòd non possit velocius illud mouere, sed illud mouere fit tibi adæquatum. Vel q̃ moueat infinita velocitate, ideſt in non tempore: non est enim intelligibile, quòd aliquid actualiter moueat infinite velociter, & tamen in tempore: quia ex quo actualiter mouet, tẽpus illius motus certum est secundum se. signetur ergo, & tunc procedatur iuxta textum. 79. Octaui Physic. & venietur ad hoc, quòd motus infinitæ velocitatis erit in æquali tempore cũ motu finitæ velocitatis (vtpote a virtute finita facto) quod est impossibile. Idem est ergo mouere actu infinitæ velociter, & mouere in non tempore, vel medio modo: scilicet q̃ nunquam moueat tãta velocitate. A. mobile, quin possit illud velocius mouere. Hæc autem tria aliter se habent ad potentiam motiuam infinitam absolute, et aliter ad eam in magnitudine: Ad potẽtiam siquidem motiuam infinitam in magnitudine, duo extrema comparantur immediate: ita quòd respectu talis virtutis nõ datur medium inter mouere in non tempore, & mouere certa velocitate adæquate. Ad potentiam vero motiuam infinitam absolute, extrema hæc sunt mediata: ita quòd ſtat quòd moueat sic velociter, quòd tamen semper velocius mouere possit. Et ratio differentiæ est: quia virtutis extensæ quantum est posse, tantum necessario est facere, vt patet inductiuæ. & consequenter, si est infiniti posse, ergo habet adæquatum facere, aut ergo hoc est certa velocitate mouere, aut in non tempore: mouere enim sic, q̃ velocius possit, non esse adæquatum virtuti, patet. Virtutis vero motiuæ infinitæ absolute, non oportet quantum est posse, tantum esse facere: quia abstrahit ab omni modo operandi, & essendi: & consequenter abstrahit ab hoc, quòd faciat secundum totum posse, aut partem, & tantum, vel tantum. & ideo nõ necessario sequitur, quòd si exeat in actum, quòd exeat in opus adæquatum. Notandum est quarto, quòd aliter arguendum est ex infinita velocitate ad infinitatem potentiæ motiuæ absolute, & aliter è conuerso: Ex infinita siquidem velocitate, determinate infertur, ergo potentia motiua est actu infinita: quia impossibile est aliter talem effectum saluare: Ex infinita vero potentia motiua nihil aliud potest inferri, nisi, Ergo potest infinita velocitate mouere: quia si aliquanta virtus motiua potest mouere aliquanta velocitate, maior potest maiore, & infinita infinita. Sed, quia posse mouere infinita velocitate, contingit dupliciter. vno modo sic, quòd possit facere motum infinitæ velocitatis in actu: Alio modo sic, quòd possit semper facere maiorem velocitatem quacunque facta velocitate, ideo non potest ex infinitate potentiæ motiuæ absolute inferri determinate, Ergo est actu infinita velocitas: sicut è conuerso. His autem præmissis, dico quatuor. Primo q̃ ex hoc antecedẽte. A. est virtus motiua infinita in magnitudine, optime sequitur, Ergo mouet in non tempore: quia si nõ, ergo mouet adæquate certo tempore, ex tertio notando: & tunc sequitur iuxta deductionem Aristo. Ergo virtus finita, & infinita secundũ totum posse mouẽt æqualiter. Secundo dico, q̃ ex hoc antecedẽte. A. est virtus motiua infinita,

Alias *abstrahente.

Cõsequẽs aliquid necessario comitat illud in quocũque ponat se cũdum oẽm modũ essẽdi. Cõsequẽs vero non repugnãter, non vno quoque ei repugnat in quocũq; modo essendi.

Virtutis finitæ est, quòd tũ est posse, tũ est facere: virtutis vero absolutæ, non tũ est facere, quantum est posse.

infinita, non sequitur necessario. Ergo. A. mouet in nõ tempore. Dicentibus. n. q̃ non, subinferri non põt, Ergo mouet adæquate in certo tempore datur: siquidem medium, s. q̃ permittitur mouere. A. mobile tãta velocitate (puta decem horarum) non tñ adæquate, sed potest semper velocius, vt patet ex tertio notando: Quod non potest dici, si virtus illa est in magnitudine: & ideo Arist. fundans demonstrationẽ suam super illa distinctione. Aut mouet in non tempore, aut certo tempore, loquendo de adæquata operatione, assumit ab aduersario virtutem motiuam esse in magnitudine: quia de tali constat, q̃ oportet supponere aliquam velocitatem esse illi adæquatam: quod non oportet verificari de virtute motiua absolute, quia abstrahit ab his. Tertio dico, q̃ ex hoc antecedente. A. est potentia motiua infinita, non sequitur non repugnanter, Ergo motus in non tempore. Probatur hoc ex illo principio: impossibile in se ex ratione terminorum, ex nullo deducitur possibiliter, ex quo non sequatur necessario. Hæc. n. est differentia inter consequens possibile, & impossibile ex terminis: q̃ possibile ex aliquo antecedente oritur possibiliter, ex quo non oritur necessario: vt patet de velocitabilitate motus respectu motus: & mobilis: Impossibile vero, nisi habeat connexionem necessariam cum antecedente, ex illo oriri nõ potest. & hoc ideo est, quia impossibile ex terminis, est impossibile simpliciter, & omino: tale aũt ex nullo oriri potest, nisi ex alio impossibile, ad quod conditionaliter sequatur: quod sine necessaria connexione fieri nequit. Cõstat aũt, q̃ motus in non tempore claudit contradictionem ex terminis. si est enim motus, ergo in tempore: & si in non tempore, ergo non est motus: & ex antedictis patet, q̃ hoc impossibile non sequitur necessario ex infinita potentia motiua: ergo nec sequitur possibiliter.

Commune principium. Impossibile simpliciter, ex nullo deducitur possibiliter ex quo non oritur necessario.

Sed accidit hic dubium ex triplici capite. Primo, quia id quod sequitur necessario ad aliquid cũ aliquo speciali modo essendi, sequitur permissiue, & possibiliter ad illud absolute: verbi gratia, quod sequitur necessario ad animal rationale, sequitur possibiliter ad animal, sed motus in non tempore sequitur necessario ad virtutem motiuam infinitam habẽtem esse in magnitudine, vt patet: ergo sequitur possibiliter ad virtutem motiuam absolute. Secundo, quia cum hoc argumẽtum valeat. Si aliquanta virtus motiua potest mouere aliquanta velocitate, ergo maior potest maiore, & infinita infinita: & vlterius valeat, aliquanta virtus motiua põt mouere tanta velocitate, ergo potest facere tantam velocitatem actualiter, & maior similiter maiorem: quare non valet. Ergo si est infinita, põt infinitam facere actualiter. Nulla. n. rõ apparet differentiæ. & tũ oportet si tenenda sunt prædicta, negare illam vltimam consequentiam: quia vt patet ex dictis, posse facere velocitatem infinitam actualiter, est idem quod posse mouere in nõ tempore. Tertio, quia etsi assignata sit rõ, quare infinitæ potentiæ absolute, non oportet assignare adæquatũ facere (quia, s. abstrahit a modis operãdi) non tñ habetur, quare infinitæ potentiæ motiuæ absolute repugnet mouere secundũ totum suũ posse, si enim non repugnat: dato q̃ ex ea non sequatur necessario: nec possibiliter habetur intentum, quia si hoc sibi nõ repugnat, ergo est sibi possibile: possibili aũt posito, nullum sequitur impossibile: ex hoc autẽ sequeretur, q̃ moueret in non tempore, vt patet: ergo.

Ad primum horum dr̃, q̃ maior est sic modificanda: Illud quod sequitur necessario ad aliquid cum aliquo speciali modo essendi compossibili illi primo, sequitur permissiue ad illud absolute: sic. n. est vera, & nõ aliter. Si. n. aliquid iungatur cum aliquo sibi incompossibili ex terminis, id quod sequitur ad coniunctum, vtriq; partium repugnat: verbi gratia. Ad hominem æreum sequitur habere perfectissimum sensum tactus, non mediũ inter contraria: quod vt patet, non sequitur ex ratione hominis absolute, nec aeris. Sic aũt est in proposito: quia virtutem motiuam infinitam esse in magnitudine, implicat contradictionẽ, partes q̃ coniuncti non sunt compossibiles: vt ex iam dictis patet, & effectus necessario sequens monstrat. s. motus in nõ tempore. Ad secundum dr̃, q̃ ratio dissormitatis inter vltimam consequentiam, & priores, est, quia in oĩbus prioribus proportionaliter adaptatur propria causa proprio effectui: in vltima autem non secundum veritatem, sed solam apparentiam. non. n. proprius effectus virtutis potentis infinita velocitate mouere, est actualiter mouere infinita velocitate: sed nulli certe velocitati obligatur esse suum mouere, quantum est ex parte motiuæ potentiæ. Hoc aũt saluatur, si sic possit mouere actualiter, vt semper possit velocius mouere, vt patet. Et si quæratur, cum virtuti potenti mouere velocitate vnius horæ, proprio effectu assignetur mouere actualiter in vna hora, & duplæ potentiæ potenti mouere in medietate horę, proprius effectus dicat mouere actualiter in medietate horæ: quare virtuti potẽti mouere infinita velocitate, proprius effectus non assignet mouere actualiter infinita velocitate? Respondetur, q̃ hoc ideo est: quia quandocunq; quãtiati virtutis potest dupliciter attribui quãtitas operis: & altero modo est impossibile propter implicationem contradictionis in ipso opere, altero vero est possibile. Dicendum est, q̃ effectus proprius illius, est ille, in quo saluatur modus possibilis. Verbi gratia (& est exemplum Theologicum) dicimus q̃ virtus creatiua Dei est infinita non solum ex parte modi agendi, sed ex parte creabilium: non tñ saluatur infinitas in creabilibus, sic q̃ Deus possit creare aliquod infinitum ens, sed sic, quia quacunq; creatura facta potest facere perfectiorem, cum ergo in proposito inter virtutem motiuam quamcunq; finitam & infinitam respectu velocitatis motus, hæc sit differentia, q̃ finitæ virtutis quantitati vno modo, & illo possibili, respondet quantitas velocitatis in effectu, s. faciendo illam actu: infinitæ vero virtutis quantitati, duobus modis quãtitas velocitatis respondere videtur. s. faciendo infinitam in actu, vel mouendo absq; obligatione ad certam velocitatem, & primo modo infinita velocitas effectus rõnem habere non potest (cum sit de genere impossibiliũ ex terminis) secundo modo infinitæ potentiæ proprius effectus est. Ad tertiũ dicit, q̃ infinitæ potentiæ motiuæ absolute repugnat mouere actualiter fm totum suum posse, quo ad velocitatem motus, nõ aũt quo ad durationem eius: quia operatio talis est de genere operationum impossibilium ex terminis. Et id, quod multos in materia ista decipit, est, quia assumitur talis motio, vt operatio quædam: & quare infinitæ potentiæ motiuæ repugnet quærunt: cum tñ (vt ex dictis patet) non sit de genere operationum, sicut nec alterare cœlum. Nec ex his imponas mihi, q̃ dicam infinito posse, non posse attribui adæquatum operari actualiter. hoc. n. ex dictis nostris diligenter inspectis non habetur: sed tñ, q̃ infinito posse motiuo non potest respondere adæquatum operari actualiter, quo ad velocitatem motus. Ex hoc. n. non sequitur vniuersalis negatiua, Ergo non potest respondere adæquatum operari: stat nanq; q̃ respondeat infinitum operari, quo ad durationẽ motus, & quo ad operationes immanentes, s. intelligere, & amare &c. Vnde ad quæsitum cum distinctione dicendum est, q̃ infinita potentia motiua põt referri ad motus velocitatem, et ad eius durationem. Et primo modo repugnat sibi mouere fm totum suum posse, quia ista non est operatio, sed quidem plus, q̃: chymericum: Secundo modo, non repugnat, immo de facto conuenit, vt ex dictis patet.

Quarto dico, q̃ ex hoc antecedẽte. A. est virtus motiua infinita agentis liberi, non potest inferri, Ergo mouet, aut potest mouere in non tempore: dicam. n. in nullo tempore mouere potest, tanquam adæquato effectu, sed mouet semper certo tempore, sicut elegit: non tñ sic, quin quãtum est ex rõne virtutis posset velocius mouere. cum. n. ex ratione potentiæ motiuæ infinitæ absolute, nihil aliud sequatur, nisi q̃, quia tanta potentia potest mouere tanta velocitate: & maior maiore, infinita potest infinita velocitate mouere: & hoc cõtingat dupliciter, s. aut q̃ possit exire in actum secundum faciendo infinitam velocitatẽ: aut q̃ sic semper possit, vt nunquam exeat in actum secundum faciendo aliquam velocitatem: quin possit adhuc facere maiorem: &

ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex rõne potentiæ motiuæ infinitæ absolute non necessario sequatur, q̃ possit exire in actum primo modo: et ex hoc q̃ est agentis liberi necessario sequatur q̃ exeat in actum secundo modo, si debet exire in actum consequens est q̃ non ex infinita potentia motiua agentis liberi absolute cõsyderata, nec ex ipsa sumpta cum tali modo agendi, deducatur necessario, Ergo motus in non tempore. Et consequenter cum omnis conditionalis vera sit necessaria, ista conditionalis non est vera: Si datur virtus motiua infinita agentis liberi, posset dari motus in nõ tempore. Et sic patet ad secundam probationem illius minoris quid dicẽdum sit. Si q̃ falsum est, q̃ ex rõne infinitæ potẽtię motiuæ, absolute sequatur, Ergo motus in non tẽpore. Tertium quod habet hæc secũda opinio est, q̃ non potest aliter saluari infinita potentia in rerum natura, nisi ponendo ipsam agere libere: eo q̃ aliter sequeretur motus in non tempore. Sed hoc non est dictum commune: vnde non videtur tutum sequi illud: præsertim, quia (vt ex dictis & dicendis apparet) a multis Illustribus viris saluatur, etiam si Deus non ageret libere.

Tertia vero opinio, quam supra Thomas Octauo Physi. protulit in lucem, dicit, q̃ sola distinctio modi essendi, s. in magnitudine, vel extra, sufficeit ad saluãdam virtutem motiuam infinitam absq; motu in non tempore, quicquid sit de modo operandi: Ita q̃ secundum eam, quamuis ista conditionalis sit vera: Si virtus motiua infinita est in magnitudine, daretur motus in non tempore: ista tñ est vera: Si motiua virtus infinita est extra magnitudinẽ, daretur motus in non tempore. Et fundamentum huius est: quia veritas primæ conditionalis fundatur super tribus. Primo super infinitate motiuæ potentiæ, ex qua habetur q̃ possit mouere infinita velocitate: Secundo, sup modo essendi eius in magnitudine: ex quo habetur, q̃, quantum est posse, tñ est operari: Tertio, super hoc q̃ effectus nõ est dignior sua causa: ex quo habetur, si aliqua virtus est in magnitudine eius adæquatum opus põt recipi in magnitudine. Ex his.n. tribus consurgere veritatem illius conditionalis, patet ex eo, q̃ quodcunq; horum trium desit, conditionalis non est vera. Si enim deest infinitas potentiæ motiuæ, nunquam deducetur motus in non tempore. similiter si non ponitur in magnitudine, seu operari tñ, quantum potest, nunquam deducetur motus in non tempore. & nihil minus, si non ponitur, q̃ operetur in passo capaci adæquatę operationis illius potentiæ, nunquam sequetur motus in non tempore: quem constat non sequi, nisi ex motione adæquata potentiæ motiuæ infinitæ. In operationibus siquidẽ transeuntibus, non solum impeditur operatio, & eius quãtitas ex parte potẽtiæ actiuæ: sed ex parte passi. Cõstat aũt, q̃ propriũ passiuum motiuę virtutis est mobile in actu: quod oportet esse actu quantum, & corpus &c, vt patet. 6. Phy. tex. 32. et ideo, nisi ponatur, q̃ adæquata motio virtutis motiuæ infinitæ assumptæ in antecedente possit recipi in corpore, in actu, seu in magnitudine (idem.n. sunt in proposito) nõ potest deduci, Ergo mouet in non tempore. & quia hoc non ponitur potest absolute, quia est impossibile: ideo oportet poni, vt sequens ex antecedente aduersarij. habetur aũt vt iã diximus ex illo, quia causa nõ est indignior effectu. Ex his aũt patet, quare secunda conditionalis, s. si virtus motiua infinita esset extra magnitudinem, daretur motus in non tempore, non est vera: quoniam deficit sibi tertia conditio. non.n. oportet virtutis existentis extra magnitudinem dari adæquatum opus in magnitudine. & rõ est: quia virtus immaterialis comparatur ad oĩa quanta, vt vniuersale ad particulare: non in prædicãdo, sed potius in essendo, & causando: nec est rõnabile vt materiale possit totam immaterialium virtutem adæquare. Vnde ad maiorem horum euidentiam consyderandum est, q̃ motus relatus ad infinitam potentiam motiuam in magnitudine, & extra, diuersi modo comparatur. Illi quidem vt effectus proprius causæ particulari, & propriæ: huic vero vt effectus particularis causæ vniuersali (quemadmodum liquefactio ceræ virtuti Solari) quia motus est effectus in corpore, & consequenter fit a virtute corporea, sicut ab vniuoco, a virtute vero immateriali, sicut ab æquoco, & vniuersali. & ideo sicut ridiculum esset ex quantitate virtutis Solaris inferre quantitatem huius particularis effectus, vt adæquantem virtutem Solis, ita irrationabile est ex quantitate virtutis immaterialis inferre quantitatem huius effectus particularis, qui est velocitas motus, tanquam effectum adæquatum. Consyderandum rursus est, q̃ inter potentiam motiuam infinitam in magnitudine, seu absolute: & potentiam motiuam infinitam incorpoream, hoc ĩteresse: q̃ illa aut nihil aliud p se dicit, nisi principiũ motus (vt patet si sumatur absolute) aut si aliquid aliud addit, nihil addit eleuans ipsam supra rõnem proprij principij motus: vt patet si sumatur in magnitudine. Ista aũt ex hoc, q̃ immaterialis ordinis ponit, supra rõnem proprij principij motus eleuatur, sicut & supra corporalia. Propter quod ex hoc ipso, q̃ ponitur extra magnitudinem, sequitur q̃ non per se primo respiciat motus velocitatem, qui est corporeus effectus, quemadmodum sciunt virtutes corporales: sed altius quid per se primo aspiciat, & secundario, & quasi per accidens motum. Vnde fit, vt infinitas virtutis motiuæ, si esset in magnitudine, motus velocitate necessario manifestaretur: Infinitas aũt virtutis motiuæ existentis extra magnitudinem, non: quia, s. infinitas potentiæ in magnitudine est per se primo particularis principij motiui: infinitas vero potentię extra, est per se primo rei eleuatæ supra ordinem principiorum motiuorum particularium, ac per hoc altius quid respicit vt adæquatum motum, q̃ velocitatem motus. Imaginãdum est. n. q̃ res illa infinita extra magnitudinem, quamuis habeat in se vnde possit mouere: hoc tñ opus non per se primo respicitur ab illa, sed aliquid altius: quia vt pluries dictum est, motus per se primo est actus corporis: virtus aũt illa eleuata est, sicut supra corpora, ita super omnia corporalia per se primo: quod dico, propter ens, & bonum, & alia huiusmodi: quæ &, si sint corporalia, non tñ per se primo. & ideo non oportet, si virtus illa est infinita, velocitatem infinitã posse ab ea prouenire. Ex duobus ergo fallificatur fm San. Tho. conditionalis ista. Primo ex eo q̃ virtutem extra magnitudinem non oportet habere adæquatum facere suæ virtuti, cum agat per intellectum, vt dictum est in secunda opinione: Secundo, ex eo q̃ consyderata virtute infinita extra magnitudinem, non consyderato modo operandi, sequeretur, Ergo daretur motus in non tempore: quia non posset fieri motio, quo ad velocitatem adæquata virtuti motiuę, quia moueret corpus in actu, puta cœlum: quod non esset capax motionis adæquatæ illi virtuti: nec absolute, quia hoc implicat: nec ex hypothesi data, quia infinita potẽtia non est concessa in magnitudine, sed extra. Contra hãc aũt opinionem dupliciter obijcitur. Primo, quia, si ex sola incorporeitate virtutis motiuæ infinitæ, habetur sufficiens rõ falsitatis secundæ conditionalis, manifeste sequitur q̃ nõ refert, si ponatur virtutem illam esse motiuam necessario, dummodo ponatur incorporea: stant.n. vt duo simul. Non.n. est impossibile virtutem immaterialem esse necessario motiuam, vt Arist. & Philosophi tenent de animabus orbium. Ex hoc aũt quæratur in quanto tempore moueret virtus infinita extra magnitudinem mouens fm totum posse: & signetur illud tempus, & tunc procedat iuxta tex. 79. Octaui Phy. deducendo ad impossibile, q̃ æqualiter moueant virtus finita & infinita. Secundo, quia hoc est expresse contra Auerro. in Secundo cœli cõ. 38. &. 71.

Ad primum horum dr̃, q̃ istæ duæ conditionales distãt, sicut cœlum, & terra. Si infinita potentia motiua esset extra magnitudinem, moueret in non tempore, & si infinita potentia motiua existens extra magnitudinem moueret fm totum suum posse, moueret in non tempore. Secunda enim est vera: quia in antecedente eius iam ponitur ipsam fm totum posse actualiter mouere: & cõsequenter habere mobile talis motionis subiectum, cum motus sit actus mobilis: Ac per hoc in hac conditionali faluantur tres antedictę conditiones: In alia vero non habet ex hypothesi antecedentis, mobile capax totius posse: & ideo est falsa ex defectu tertiæ conditionis. De illa autem conditionali, super quam

Nullũ mãteriale, materiali virtutẽ adæquare potest.

quam firmatur argumentum. s. si esset extra magnitudinẽ infinita virtus motiua, necessario daret motus in non tempore, dicẽda sunt duo. Primo, q̃ est impertinens proposito: quia non habetur ex dictis Sancti Tho. multum.n. refert posita virtute infinita incorporea, loqui de ipsa, & consequentibus ad ipsam vt sic, abstrahẽdo a quibuscunq; alijs, quæ non necessario ipsam infinitam, et incorpoream comitantur: & loqui de ipsa addendo sibi specialem modum agendi, s. necessario. Primo.n. modo est sermo Sancti Tho. & non secũdo. & primus nihilominus modus nihil ponit incompossibile: secũdus vero forte adunat incõpossibilia, quia quãuis virtuti incorporeæ nõ repugnat eẽ necessario motiuã, & velocitatiuam motus, repugnat tñ forte virtuti incorporeæ infinitæ. vnde non oportet de illa cõditionali solicitum hic esse. Si tñ de veritate eius quæratur, dicendũ secũdo videtur, q̃ est falsa eadem rõne: quia. s. ex hypothesi antecedentis habetur, q̃ in mobili posset recipi adæquatus effectus illi virtuti. Vt.n. iam infinities tactũ est, motus in non tempore, est quoddam impossibile ex terminis, et non sequitur, nisi ex aliqua hypothesi impossibili: quam requirere illa tria monstratum est. Et cum contra arguebatur, Ergo moueret in aliquo certo tempore: signetur illud &c. Respondetur q̃, quia ex parte motoris nulla posset certitudo velocitatis determinari: quia nec ex libertate, nec ex infinitate potentiæ, & in non tempore mouere non sequitur ex hypothesi: oportet dicere, q̃ si moueret, moueret ea velocitate, cuius mobile esset capax: puta si esset mobile nõ violentabile & capax motus. 24. horarum, tanto tempore moueret illud & non minore. Et si contra hoc dicatur, signetur tempus illud: intrepide assignetur puta vna hora vel decẽ: hoc.n. non refert. Et si procedatur deinde ad hoc, q̃ eodem tempore mouebit idem mobile virtus finita & infinita, dicetur hoc nõ esse inconueniens, qñ aliunde prouenit q̃s ex virtute motiua. Inconueniens siquidem est, q̃ virtus finita & infinita ex propriis meritis cõsyderate moueãtur æqualiter, sed qñ aliunde hoc prouenit, puta ex libertate agentis (vt secunda opinio dicit) vel ex parte mobilis, vt modo dr̃, vel ex mediatione alteri⁹ motoris, vt vltima opinio Auer. dicet, nullum inconueniens est. Sed sunt in hac responsione adhuc duo dubia. Primũ est, quia ex eo q̃ in antecedente ponitur virtus infinita motiua, ponitur * consequenter mobile adæquatũ. Motiuum.n. ad mobile refertur, vt dr̃. 5. Meta. cap. de ad aliquid: & sic tertia conditionalis est vera. Secundum est, quia licet tale vel tale mobile certam velocitatem sibi determinet: non tñ mobile in communi. & ideo comparando illam virtutem infinitam separatam necessario agentem ad mobile in communi, restat dubium, an moueret in non tempore, an certo tempore.

*Al. cõsequitur

Ad primum horum dr̃, q̃ rõ illa tenet, qũ vis motiua est eiusdem ordinis cum mobile, tunc.n. ex suppositione tanti actiui necessario supponitur adæquatum proportionaliter passiuum. Quando aũt supponitur tñ actiuum altioris ordinis, non oportet tñ passiuum supponere: quia cum passiuum non respiciat nisi mediante actione transeunte (quam facit, vel facere põt in eo) & virtus altioris ordinis. s. vniuersalis immaterialis, non oportet q̃ habeat, aut habere possit aliquam actionem in passo corporeo sibi adæquatam: consequens est, q̃ non necessario supposita tãta virtute motiua immateriali supponatur mobile adæquatum proportionaliter. Vnde licet motiuum dicatur ad mobile vniuersaliter: tñ tñ motiuum non dr̃ ad tñ mobile vniuersaliter, sed qũ motiuum est eiusdem ordinis cum mobili. Ad secundũ dicitur, q̃ quamuis docuerit Arist. in Physicis motorem in communi mobili in cõmuni comparare, & quicquid contradicit talibus proportionibus esse impossibile: non tñ didicimus cõparare mobili in cõmuni motorem contractũ, qualis est iste, de quo loquimur. motor.n. est separat⁹ a materia. Vnde tali motori attribuendum est tale mobile, puta cœlum, & non mobile in communi. Constat aũt q̃ tale mobile aliquam sibi certa velocitatem determinat, vt dr̃ 2. cœli, tex. 39. Et, si curiose queratur quid dicendum sit ad illud quæsitum: Dicendum est, q̃, si ille motor applicare

A

tur corpi mobili absolute, q̃ moueret nulla certa velocitate. Et si dicatur hoc est impossibile: concedatur, quia etiam antecedens est impossibile, nec est a nobis vnquam concessum. Ad alteram obiectionem, qua dicebatur hanc tertiam opinionem esse contra Auer. dr̃ dupliciter. Primo, q̃ nõ est verum nisi per accidens. Auerr.n. ideo dixit q̃, si afa cœli esset infinitæ virtutis, moueret in hon tempore: quia supponebat ipsam necessario mouere. vnde ex modo agendi suppositio tenet apud ipsum consequentia. San. Tho. aũt loquitur de virtute infinita incorporea, abstrahendo a modo operandi: ideo in hac opinione nõ sunt contrarij per se.

Et si dicatur, Saltem habetur, q̃ fm Auerroim illa tertia conditionalis est vera: dr̃ secundo q̃ hoc est verum: non tñ propterea est relinquẽda: qm̃ maior est autoritas rõnis ꝑ sic Auerrois & oĩum Philosophorum simul: Et puerorum non Philosophorum est sequi dicta alicuius, credendo q̃ non dixit hoc absq; magna & sufficienti ratione: & relinquere argumenta ad oppositum necessaria aut prope.

B

Quarta opinio ab Auer. 12. Meta. com. 41. explanata, duabus distinctionibus censet egere positione dicente, Virtutem motiuam infinitam absque motu in non tempore. Prima, est modi essendi, vt. s. ponatur immaterialis & non in magnitudine: Secunda est modi operandi, vt. s. moueat mediate & non immediate. Supponit.n. oĩa immaterialia agere naturali necessitate. & sic dicit q̃ ideo non sequitur motus in non tempore, si ponitur primus motor virtutis infinitæ: quia ille mouet mediante aĩa cœli, modificãte in effectu velocitate, s. motus, infinitatem primi. Sed hæc opinio a S. Tho. & Ægidio. 8. Phy. arguitur insufficientię. a Scoto autem in primo sen. di. 8. q. vl. rõne vl. arguitur falsitatis. Insufficiẽs quidem dr̃ a San. Tho. quia cum Aristoteles. 8. Phy. duos effectus attribuerit infinitati virtutis. s. mouere tempore infinito in tex. 78. & mouere in non tempore in tex. 79. & Auer. ponendo infinitam virtutem, ex mediatione motoris finiti dicat impediri motum in nõ tempore, & non impediri motum in infinito tempore (immo dicit q̃, quia ille primus motor est infinitæ motionis, ideo mouet tempore infinito. &, quia ibi est alius motor finitus, ideo mouet in certa velocitate) restat assignãda rõ, quare media te mouere nõ impedit infinitatem temporis, sicut impedit infinitatem velocitatis, quod Auer. nõ fecit. Ab Ægidio vero: quia si deus moueret immediate, nõ propterea moueret in non tempore: quia motus in non tempore est de genere impossibiliũ. Falsa aũt dr̃, quia virtus infinita habet oẽm perfectionem causę efficientis, quam habet ipsa cum causa secunda proxima. & ideo sequitur q̃ immediate põt causare oẽm illum effectum in cœlo per se, quem põt, cum afa: ergo & causat, si necessario agit quicquid potest, vt supponitur. et vltra, si causat illud immediate, ergo in nõ tempore: quia virtus infinita agens secundum vltimum virtutis suę & immediate, non potest agere in tempore.

C

Ad horum aũt primum dici, põt q̃ quamuis difficile sit reddere illius quæsiti rõnem, non tñ est impossibile. Difficile quidẽ, quia rõ eius non põt sumi ex eo q̃ infinitas temporis sit effectus possibilis, infinitas vero velocitatis impossibilis. Ex hoc.n. non habetur, quare mediatio impediat sequelã huius & non illius: licet habeatur, quare, illud possit fieri & non hoc. Nec potest sumi ex eo q̃ aliter attribuitur infinitæ potentiæ infinitas tẽporis, et aliter infinitas velocitatis. s. q̃ illa attribuitur infinitæ potentiæ siue in magnitudine, siue extra: hæc aũt in magnitudine tantũ: qm̃ dato q̃ hoc sit verum, apud Auerroim, reputatur falsum, vt patet ex dictis. & ideo solicitus fuit de virtute immateriali infinita, quare non mouet in non tempore, & posuit mediationem motoris. Nec põt sumi ex eo q̃ virtus velocitatiua in infinitum non est communicabilis: virtus aũt continuatiua in infinitum est communicabilis: qm̃ hoc est falsum: loquendo de virtute per se cõtinuatiua in infinitum, qualis est virtus primi motoris. Impossibile aũt non est: quia põt sumi rõ ex eo, q̃ ad hoc vt infinitas tẽporis pueniat ab infinita virtute, sufficit per se primo respici ab illa: quod mediatio motoris nõ aufert: mediatio.n. causarum non aufert

D

per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfeitatem causalitatum. Non.n. ex hoc q̄ Sol & homo generant hoīem, tollitur perfeitas causalitatis Solis respectu propriꝰ effectus, quem habet in hoīe. Ad hoc aūt q̄ infinitas velocitatis proueniat a virtute infinita, exigitur, q̄ virtus illa absq; vlla modificatione attingat motum. Hoc aūt motoris mediatio tollit: quia virtus primi motoris modificata in secundo, & non in sua illimitatione attingit, motū. Et sic ex vi mediationis satisfieri videtur quæsito, & sufficiens reddi responsio data. Ad Ægidium vero dr̄, q̄ illa rō non excludit quin illa conditionalis sit vera, Si Deus virtutis infinitæ moueret immediate, moueret in non tempore, supposito eo quod supponit Auer. s. q̄ agat fm totū suū posse (vnde impossibilitas consequentis nihil aliud concludit, nisi q̄ antecedens est impossibile: cuius oppositum prohandum erat ab Ægidio): Si ex impossibilitate cōsequentis, reprehēlione dignus censebat Auer. Ad secundū aūt dr̄, q̄ aliud est loqui de pfectione causæ, aliud de modo causandi: nec licet ex perfectione causæ ad modum causandi inferendo disgredi: sed committitur sophisma figurę dictionis. Vnde ex hoc, q̄ primus motor est non minus perfectæ virtutis q̄ ipse cum aīa cœli simul, non licet inferre, Ergo eodem modo pōt solus facere quod facit cum aīa cœli: quia aliud est ex posse, aliud posse tali modo. Et similiter non licet inferre, Ergo pōt immediate facere quicquid pōt facere cum medio: quia immediate agere ad modum agendi pertinet. Et si quęratur vt arguendo dicebatur: vnde potest reddi ratio q̄ virtus infinita fit alligata tali modo mouendi, s. mediate? Diceret Auer. q̄ hoc non est ex defectu potentiæ, sed ex essentiali ordine connexione q; causarum & effectuum vniuersi, vt in eo saluetur vtrunq;. s. & perfeitas causalitatis primi, dependentiæq; aliorum ab eo, & distinctio causarum effectuumq; cum illarum efficacia, et istorum dependentia ab illis. Nihil.n. horum necessario saluaretur in vniuerso: ordoq; vniuersi necessitate careret, si primus motor infinitæ virtutis non esset necessaria connexione cōiunctus medīs causis in causando. Et si contra hoc instetur: quia vt dicitur in prima propositione libri de causis, causa prima plus influit & prius in effectum q̄ secunda, ergo, si est infinita, & agit naturaliter: in primo signo totum effectum toraliter causat, & sic nō remanet ad quid actio causę secūdæ terminetur. Responderi pōt, q̄ ex hoc q̄ causa prima plus & prius natura influit q̄ secunda, non habetur. Ergo totaliter caūsat ipsum, quantuncunq; ponatur infinita & naturaliter agens: accipiendo ly totaliter ex parte causalitatis: Tum quia nō causat ipsum oī modo, quem effectus existit ad sui factionem naturalem. (Nec ex eo q̄ totus effectus causatur ab vna causa, habetur, Ergo aliæ causæ nihil faciunt: quia faciūt idē realiter alio modo. Nō.n. ideo dant plures causæ essentialiter ordinatæ eidē, quia aliquid eius fiat ab vna & aliquid ab alia: sed vt totus effectus fm quālibet sui rōnem habeat propriam & per se primo causam: quāuis totus a qualibet fiat fm rē, vt superius dictum est) Tum, quia infinitas causæ primæ non largitur necessario nisi efficaciam causalitatis eius in suo ordine: verbi gratia. Quantūcunq; ponatur Solis virtus infinita, ex hoc non habetur, q̄ ipse absq; homine posset producere hoīem: sed q̄ effectum propriū in hoīe efficacissime sortiretur: ita quantūcunq; ponaf diuina virtus infinita & necessario agens, ex hoc non subtrahuntur actiones secundorum agentium, sed ponitur ipsam oībus coagere, ad oīa quæ illa agunt alio modo: & saluatur aliquem effectum (puta sempiternitatē) habere per se causam, & proprium effectum primi esse intimum & primum in quolibet effectu. Illud aūt, quod ibi dr̄, q̄ in primo signo, effectus totaliter est a prima causa etc. imaginarium magis q̄ Philosophicum: quid sonat, non enīm alia rōne Philosophi (fm quorum intētionem loquimur) dicunt primam causam plus & prius influere in effectum causæ secundæ, q̄ secundam: nisi quia per se primo effectus primæ causæ, communioris & intimioris ac prioris rōnē habet in effectu: vt patet in propositione adducta & eius commento, sicut verbi gratia, causans per se vitam in hoīe, magis & prius dr̄ influere in hoīem, q̄ causans per se asalitatem in eodē: quia illud est intimius, prius, & communius. Ex hoc aūt non habetur, q̄ in illo priori totus effectus fm oēm rōnem habet sufficientem causam per se, & q̄ aliæ superfluant: etiā si dans vitam, esset virtutis infinitæ: dato etiam, q̄ speciali causalitate attingeret hoīem: quod tū est erroneū in Philosophia: quia causa prima non attingit effectum causæ secundę, nisi media actione causę secundæ: quamuis magis & prius, propter rōnem dictam.

Causa prima nō attingit effectū causę secūdæ nisi media actione causæ secundæ, q̄nis magis & prima.

Colligendo ergo responsionem ad primum argumentum principale, dicimus tripliciter responderi posse. vel tenendo primum motorem mouere libere: vel nō cōsyderando hoc: tenendo ipsum esse immaterialem, vel tenendo ipsum mouere mediate: & q̄ nulla harum Aristo. repugnat. Auerroi aūt sola prima: quamuis tertia ab ipso habeatur.

Ad secundum argumentum principale dr̄, q̄ tenendo viam Auer. de necessaria connexione virtutū agentiū etc. manifeste patet, q̄ non ponitur in rerum natura aliquid possibile fm potentiam actiuam, quid ponatur secundum potentiā passiuam: & q̄ infinitati potentiæ diuine respondet potentia passiua cœli ad sempiternitatem motus: nec est alius effectus in motu possibilis ex illa virtute accepta, fm oēs conditiones necessario ipsam comitantes in rerum natura. Tenendo autem alias responsiones, iam patet responsio dupliciter. Primo admittendo q̄ omni potentiæ actiuæ respondet passiua: sed non quo ad oē quod esset absolute possibile ex illa virtute fieri. & sic potentię infinitæ motiuæ respondet potentia cœli quo ad sempiternitatem motus: non aūt quo ad oēm gradum velocitatis, qui posset fieri ex illa virtute absolute. Et huius rō ex dictis haberi pōt: quia potentiæ actiuæ vniuersali altioris ordinis, non oportet respondere passum corporeū capax totius eius virtutis quo ad oīa: qa nō per se primo respicit effectū particularē, vt dictū est, & ē Philosophiæ principijs satis cōsonū.

Secundo pōt dici, q̄ licet oī potentiæ actiuæ respondeat possibile, non tū potentia passiua: vt patet de productione intelligētiarum a Deo: siue ab æterno, siue in tempore: & hoc propter rationem dictam. Nec tū oportet respondere, Aliquod vnum possibile adæquatū: sed vt ex dictis patet, virtuti infinitæ respondet infinitum possibile: non sic q̄ possit produci aliquod infinitum nisi duratio: sed sic q̄ nullis finib⁹ possibilium producibile ab ipsa arctatur, sed quocunq; producto pōt perfectius producere, quantum est ex rōne virtutis actiuæ. Et hoc modo quantitas virtutis in effectu manifestatur, & non primo modo tū. Quod vero in vltima confirmatione dr̄. Proportionaliter intellectum propositum magis confirmat q̄ impugnet: quia quemadmodum mobile infinita velocitate pōt dupliciter intelligi: vno modo q̄ possit actualiter infinita velocitate moueri: alio modo sic, q̄ quacunq; velocitate motum pōt velocius moueri: & primo modo impossibile est ponere mobile, secundo vero est possibile: ita est de motiuo q̄, s. impossibile est dare motiuum infinita velocitate primo modo: sed secundo tū, quod etiam oportet esse infinitæ virtutis. Et aduerte, q̄ de facto fm Philosophos huic argumento dicendum est, q̄ potentiæ infinitæ respondet in rerū natura effectus infinitus. s. tempus infinitum motus cœli per se productum, & potentia passiua cœli ad hoc: & q̄ hoc est sufficiēs manifestatiuum infinitatis virtutis, vt patet ex dictis. cætera autem pro vere Philosophantium quiete dicta sint.

Ad tertium principale dr̄, q̄ licet solo tertio modo arguatur ibi fm mentem Auer. & nec etiam illo modo habeatūr intentum, attamen singulis ordinate respondendū est præmissa prius intentione illorum verborum fm veritatem. Intendit igitur ibi Auer. loquens de proximis motoribus orbium, nō excludere infinitatē vigoris a deo, q̄ nullius orbis esta'a: sed concludere infinitatem vigoris non sequi ad motorem tempore infinito, ex hoc q̄ motor infiniti vigoris habet necessario infinitam potentiam, & consequenter infinitam naturam. Ex hoc.n. sequitur, q̄ si motor tempore infinito necessario esset infiniti vigoris, q̄ haberet & potentiam & naturam infinitam. Et cum plures sint motores tempore infinito, sequeretur, vlterius, q̄ expositione plu-

plurium motorum cœlestium tempore infinito, non haberentur propria naturis motorum: sed hoc tīn, q̄ sunt motores infiniti. Et sic vlterius sequeretur, q̄ non esset ibi multitudo motorum, nec diuersitas proportionum motorum ad mobilia, sed motus in non tempore &c. Et tenent consequentiæ vt ibi: quia tunc illi motores conuenirent in natura et potentia infinita intensiue, quemadmodum modo de facto conueniunt in immobilitate: ex qua habēt q̄ possint continuare motum tempore infinito: & sic non esset vnde differrent abinuicem. Hæc est sentētia Auer. ibidem, vt pateret pōt cuilibet exercitato, ex qua non habetur primum motorem esse vigoris finiti. Ad primum ergo modū arguendi ibi tactum, dr̄ q̄ sunt in eo tot verba, quot errores. cōsequentia primo nihil valet. Propositio deinde dicēs, q̄ quælibet pars infiniti est infinita, licet fit vera de parte aliquota: non tīn iuuat cum alia coassumpta. s. Infinitum non est maius alio infinito. Patet.n. in quantitate permanente, quòd si ponatur linea infinita vtrinq;, versus oriens & occidens: secetur in directo puncti meridiei, q̄ vtraq; pars est infinita, & tota est maior vtraq; parte. Et similiter in quantitate successiua, si secetur in termino decimæ horæ huius diei totum tempus æternum, vtraq; pars est infinita: & tīn totum tempus est maius qualibet earum. Falsum est ergo comparādo infinitū simpliciter īfinito fm quid (quale est pars aliquota infiniti) q̄ vnum non sit maius alio, & quia talis est cōparatio in proposito nostro, patet nihil concludi. Et vt ostendatur quantus error in hoc sophismate latet, adhuc declaratur, q̄ etiam comparādo infinitum simpliciter infinito simpliciter, stat vnum esse maius alio. Numerus.n. reuolutionum lunæ est maior numero reuolutionum Saturni (& loquimur de motu proprio) & tīn vterq; est infinitus fm ponētes motum æternum. Antecedens patet: quia singulis reuolutionibus Saturni respondent amplius trecētę sexaginta reuolutiones lunares: qm̄ ille singulis triginta annis vnam complet: illa vero vigesimo octauo quoq; die vel circa, suam peragit. Vnde diuus Tho. Preclare docet in Tertia Parte. q.x. ar.3. ad tertium, q̄ non est proprietas infiniti non excedi simpliciter, sed non excedi in illo ordine, in quo ponitur. Et fundat hoc supra tex.38. &.37. Tertij Phy. vbi dr̄, q̄ infinitum non est vt subſtantia, sed vt accidens quærendum: accidentis autē proprium est qualificare id cuius est accidens. Et propterea quemadmodum infinitas adueniens alicui, puta diebus, non infinitas nisi numerum dierum: ita impossibilitas infinitatem consequens, nō ponīt nisi in ordine dierum. Et propterea infinitis diebus simpliciter, non possunt dari plures dies: sunt tīn multo plures horæ illorum dierum q̄ ipsi dies. Et similiter infinitis horis non dantur plures horæ: sunt tamen multo plura minuta illarum horarum, q̄ horæ ipsę. Nefas quoq; esse videtur, cōditiones totius & partis in impartibili & summe perfecto, ac per hoc vocato quanto virtualiter, requirere: cum non maius quid sit totū hoc Deus bonus, sapiens, viuus, q̄ hoc solum, s. Deus, aut econuerso, siue ponatur finitæ virtutis siue infinitæ: quia non æqualis, sed eadem est perfectio rei illius & omnium quæ eius sunt.

Qđo vnū infinitum, maius alio infinito esse contingat.

Ad secundum vero modum arguendi dr̄, q̄ sicut tactus quantitatiuus, quia fm extrema est, expellit id in quod fertur, tactus aūt virtualis, quia interiora penetrat, magis conseruat & firmat si cōtrarius non est tacto: ita infiniti corporei propriū est, sic oīa occupare, vt oīa excludat, nihil secū compatiēs: infiniti vero virtualiter, & proprium est sic oīa implere, vt ea faciat virtuosa & cooperantia, & modificantia illimitationē suam in effectibus. Vnde ex infinitate virtutis non excluduntur alia actiua, sed magis ponuntur, vt superius quoq; dictum fuit. Ad vltimum aūt dr̄, q̄ dupliciter potest poni distinctio formalis. vno modo sicut aliqua participantia aliquid proprijs constitutiuis diuersificantur: sicut homo differt ab equo, & albedo a nigredine. Alio modo sicut aliquid p essentiam distinguitur ab alijs, quæ sunt talia per participationem: sicut homo separatus distingueretur a singulis hominibus. Distinctio primo modo est causa finitatis vtriusq; extremi, & de hac est sermo

Formalis distinctiōis duplex modus scitu dignus.

A Auerrois ibidem: Secundo modo non infert finitate, nisi vnius extremi. s. participantis tantum. Illud autem, quod est per essentiam, ex hoc ipso q̄ purū est, ab alijs distinguitur absq; aliquo finitante & contrahente. Et licet ab infinito nullum positiuum excludatur virtualiter: multa tīn excluduntur formaliter quibus participantia ipsum ab ipso distinguuntur, excellentiori modo omnia præhabente.

Ad quartum principale dr̄, q̄ consequentia nihil valet. Et ad probationē, cōcessa suppositione, negatur minor: s. q̄ distantium ab aliquo in infinitum, alterum non sit altero propinquius illi, vt patet manifeste & in quātitate permanente successiua. In permanente quidem: si ponatur linea infinita ex parte septentrionis, constat q̄ tā pars intercepta sub Tropico Cancri, & circulo æquinoctiali, q̄ pars intercepta inter circulum æquinoctialem & Tropicum Capricorni, in infinitum distat a quātitate lineæ infinitæ versus septentrionē: et tīn dubiū non est, qīn pars sub Tropico Cancri esset illi propinquior: quia minorem viam actura esset, si ad infinitam attingēdam moueretur. In successiua vero, cum tam dies hesternus q̄ hodiernus in infinitū distet ab æterno tempore præterito, cōstat tīn q̄ propinquior hesternus fuit, q̄ hodiernus: & hodiernus, q̄ crastinus: alioquin mundus quotidie nō esset maioris durationis, nec aliquid antiquius altero simpliciter: quæ sunt contra sensum. Est aūt rō quare stat, inter aliqua esse distantiam infinitam, & tīn vnum altero magis distare: quia distantia illa non est in finita vtrinq;, sed ex vna parte tīn: sicut contingit in proposito, & in imitatijs adductis. Tunc.n. & ex parte infiniti habetur rō infinitæ distantiæ cæterorum ab illo, & ex parte finitorum habetur rō maioris & maioris appropinquationis ad primum: vt patet in exemplis adductis. quia.n. tempus præteritum est infinitum, ideo infinita distantia est a parte ante inter singulos dies & ipsum: quia vero hodiernus dies finit hinc tempus elapsum, ideo est finita distantia a parte post. Et consequenter ex ista parte pōt accipi ratio, quare est propinquior æterno elapso q̄ dies crastinus. Et similiter est de distantia inter Deum & creaturas: ex parte siquidem dei infinitæ distantiæ ratio habetur: ex parte vero creaturæ distantia finitur. Et ideo hinc sumitur, q̄ vna est propinquior altera primo enti infinito. Vnde posset cum distinctione dici ad minorem, q̄ distantia infinita est duplex. s. infinita vtrigs seu simpliciter: & infinita fm quid, seu ex altera parte tantum. & q̄ quamuis primo modo sit vera: secundo tamen est falsa. & sicut est ad propositum.

Distantiū ab aliquo in infinitum, alterū, altero illi propinquius quā doq; est.

Ad quintum principale dr̄ breuiter, q̄ omnes authoritates Auer. in hac re, excepta illa Octaui Phy. qua dr̄ non esse virtutis finitæ nec infinitæ loquuntur de motoribus proximis. i. animabus cælorum: vt ipsemet Auer. in com.41. duodecimi dicit: cū post distinctionem motoris finiti a finito, subdit q̄ proportio inter motorem & mobilem in cœlestibus, est propter motorem finitum: & q̄ propter ipsum dixit Arist. in.2. cœli, q̄ primus orbis esset in labore &c. Vel & clarius (licet in idem redeat) dicendū, q̄ ideo sæpe Auer. negat dari motorem infiniti vigoris, sic q̄ possit semper velocius mouere: non ex defectu potentiæ primi motoris, sed ex ordine essentiali causarum & effectuum, & finitate motorum proximorum. Ex his.n. fit, vt quemadmodum negatur. 9. Metaphysi. com.7. Deum posse producere musćam, non ex defectu potentiæ, sed ex ordine essentiali causarum & effectuum exigente talem effectum fieri mediāte corpore cœlesti mobili: ita nihil minus negari simpliciter ab ipso potest, q̄ motor aliquis possit semper velocius mouere, nō ex defectu potentiæ primi motoris, sed quia non potest mouere nisi mediante anima cœli, in qua modificatur virtus eius. Et sic nullus motor restat potens maiorem velocitatē facere: quamuis primus sit vigoris infiniti. Illud vero, quod in com.79. Octaui Physicorū dicitur. s. q̄ motor immaterialis, nec finitus, nec infinitus dici potest (quamuis sonet quid falsum, & ridiculosum, et propterea reprehensum sit a multis) quidam extorquentes intelligunt ea ratione dictum de solo Deo, quia non est virtutis actiuæ, sed tantum mouet vt finis: quidā vero, quia non est virtutis actiuæ respectu

ſpectu velocitatis motus, de qua ibi eſt quæſtio: ſed tãtum
E
ſempiternitatis motus.

Ego aũt nolens Auer. Thomiſtam facere, neq; me Auer. ſed veritatem ſolam ſequi (quãtum cognoſcere potero Deo concedente) puto id tunc voluiſſe Auer. quod ſæpe mentem meam pulſauit, tanquam de Ariſt. officina veniens. ſ. cp virtutes immateriales non ſunt quantæ virtualiter, & conſequenter nec finitæ nec infinitæ non ſimpliciter: ſed eo modo, quo ſunt quantæ virtutes corporales, ſ. cp non ſunt proportionales motibus: vt. ſ. quanto maior motus, tanto virtus immaterialis maior, quemadmodum eſt in corporalibus: ſed ſunt altioris ordinis virtutes. Et hoc modo ſaluari videtur proceſſus Ariſto. 8. Phyſi. quia cum ſufficienter excludatur ex tex. 78. & 79. cp nulla virtus corporea poteſt mouere tempore infinito: ex eo cp talem virtutem oportet eſſe infinitam, & ad hoc ſequeretur, motus in non tempore: & de facto ſupponatur virtutem motiuã cœli mouere tempore infinito, reſtat cp virtus illa ſit extra ordinem virtutum
F
corporearum, quarum nulla poteſt hoc facere: quia nec finita, nec infinita. Et conſequenter habetur cp ſit impartibilis: & nec finita, nec infinita. etiam de virtuali quantitate loquendo, eo modo, quo virtutes corporeæ: alioquin eodem modo poſſet argui de virtute corporea ſicut de corporea. Et ſm hoc cum in textu vltimo octaui Phyſicorum dicitur motorem cœli eſſe potentiæ infinitæ: ly infinitæ pure negatiue teneri debet, ideſt non finitæ. Hanc credo fuiſſe tunc mentem Auerrois: quam tũ, quia vidit poſtmodum non eſſe veram (vt ex ſupradictis examinãdo rationem Ariſtotelis, & cõ. 41. deduci ab exercitatis poteſt ex medio termino Ariſt.) ideo in. 12. Meta. cõmutauit in melius, admittendo ibi finitatem & infinitatem virtutis & proportionis.

Et ſic ſit finis præſentis quæſtionis. anno ſalutis. 1499. *die* 10. *Septembris Papiæ. In Conuentu S. Apollinaris. Ad Dei glorioſi laudem & honorem, et ad eorum temeritatem retundendam, qui Philoſophiam ſuo ingenio metiri præſumentes, non verentur dicere virtutem infinitam non eſſe in rerũ natura, quia eſt ens impoſſibile ſecundum principia Philoſophiæ. Iam enim, patet, quòd nullo Philoſophiæ principio negato, non ſolum ſuſtentatur, ſed etiam ex ſenſibilibus probatur. Erubeſcant ergo. Vale.*

Commentariorum D. Thomæ in octo libros Phyſicorum, & eorum, quæ ex opuſculis eiuſdem tanquam ad ipſos ſpectantia deſumpſimus, finis. Cum quibus quamquam antea Quęſtiones eiuſdem de Formis legerentur, hic tamen conſulto omiſimus, quia ad Metaphyſicam pertinent, & illas in noua illius noſtra æditione propediem emendatiores dabimus.

REGISTRVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x Omnes quaterniones.

Tabula vero per ſe patet.



Venetijs, apud hæredes Lucæantonij Iuntę.
Anno Domini. M D LXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGISTRVM



Parisiis, apud Ioannem Iacquinum, Iunio.
Anno Domini. M. D. LXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca